

Universitätsbibliothek Wuppertal

Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

Forcellini, Egidio

Schneebergae, 1835

T

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1655](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1655)

cum reddant; et *ib.* 9. Ab ipsis pulvinaribus Matris Deum clanculum furati aureum cantharum; et *mox*: Propter unum caliculum, quem Deum Mater sorori suae Deae Syriae hospitale munus obtulit, noxios religionis antistites ad discrimen vocari capit? *Inscr.* ap. *Grut.* 86, 4. Deae Syriae sacrum. Hic vero ejus Deae signum inter leones sedentis conspicitur. Alia ap. *Mur.* 91, 9. I. O. M. sacrum, Deae Syriae sacrum. *Mart.* 4, 43. Juro per Syrios tibi tumores, *h. e.* quos excitabant se verberando et sauciando ejusdem Deae sacerdotes. *P. Syrii, orum*, Syriae populi, qui saepius *Syri* dicuntur. *Just.* 36, 2. *P. Syrium* appellatur a quibusdam succus expressus flore lillii. *Plin.* 21, 19, 74., ubi alii leg. *siraecum*, quae est sapa, contra *Haradin.* *P. Est etiam Syrius* ad Syron pertinens, insulam maris Aegaei, unam ex Cycladibus, prope Delum, et primam producit: ut *Pherecydes* Syrius, *Plin.* 7, 51, 52. et *ib.* 56, 57. et *Ob. Met.* 13, 175. *P. De canicula V. SIRIUS.* [*Adjecit quaedam F.]

SYRMA, atis, n. et Syrma, ae, f. *σύρμα*, vestis praelonga, fluxa, et pone laciniam trahens: mollium et delicatiorum propria: a *σύρμα*, traho. *Sen. Oed.* 423. de Baccho molliter induto: Et sinus laxi, fluidumque syrma; et *Herc. Fur.* 474. cum parum forti gradu Auro decorum syrma barbarico trahit. *Prud. Psych.* 362. Ut tener incessus vestigia syrmate verat, Sericaque infractis fluitent ut pallia membris. *P. Ut bantur etiam tragoedi*, quo proceriores videntur, heroum Deorumque personam agentes. *Juven.* 8, 229. longum tu pone Thyestae Syrma, vel Antigones, seu personam Menalippes. *Valerius in Phorm.* ap. *Prisc.* 6, 679. Quid hic cum tragicis veribus et syrma facis? V. SCHEMA. *Sidon. ep.* 8, 11. in *carm.* Paulum depositis, alumna, plectris Sparsam stringe comam virentem vitta, Et rugas tibi syrmatum profundi Succingant hederæ expeditiores. *P. Metonymice est ipsa tragedia*, et tragicus stilus. *Mart.* 12, 95. Transtulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos: Aptasti longum tu quoque syrma tibi. *Id.* 4, 49. Musa nec insano syrmate nostra tumet. *Juven.* 15, 30. Nam scelus a Pyrrha, quamquam omnia syrmata volvas, Nullus apud tragicos populus facit.

*SYRMATAE, arum, populi Asiae ulterioris, i. fortasse q. et Sauromatae. *Plin.* 6, 16. B. A.

SYRMATICUS, a, um, adj. ut Syrmaticum jumentum, ap. *Veg. Vet.* 3, 22. *h. e.* claudicans, et dolore aliquo coxam trahens: a *σύρμα*, traho.

*SYRNOS, i, insula maris Aegaei. *Plin.* 4, 12. B. A.

[SYRŌCILIX, icis, m. *Συροκίλιξ*, qui est ex Cilicia Syriae provincia. Hinc *Syrocilices* ap. *Mel.* 1, 2. sunt populi Asiae, in confinio Ciliciae atque Syriae degentes. F.]

[SYRON, i, n. herba quaedam ap. *Plin.* 27, 7, 19. Molon scapo est striato, foliis mollibus, parvis; vocatur a quibusdam syron. F.]

[SYROPHOENISSA, ae, f. quae est ex Phoenicia Syriae provincia. *Hieron. in Isai.* 5, 23, 12. Mulier Syrophoenissa, quae dicitur Chananaea. F.]

SYROPHOENIX, icis, m. et f. qui est ex Phoenicia Syriae provincia. *Juven.* 8, 159. Obvius assiduo Syrophoenix udus amomo. Adde *Lucil.* ap. *Non.* 4, 431.

SYRPE. V. SIRPE.

[SYRTIBŌLOS, i, f. *Plin.* 6, 26, 29. Persae rubrum mare sepi accollere, propter quod is sinus Persicus vocatur: regio ibi maritima syrtibolos, *h. e.* regio palustris, syrtibus similis: a *σύρτις*, et *βῶλος*, gleba. F.]

SYRTICUS, a, um, adj. ad Syrtim pertinens. *Sen. V. B.* 14. Deprehensi in mari syrtico, modo in sicco relinquuntur, modo torrente unda fluctuantur. *Id.* ep. 90. Gentes syrticae in defosso latent: quibus propter nimios solis calores, nullum tegumentum satiss repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa arena humus. *Plin.* 8, 11, 11. Syrticae solitudines. *P. Ponitur et generatim pro arenoso, sterili.* *Lucan.* 10, 38. Syrticus Ammon. *Sidon. ep.* 8, 12. Syrticus ager, et vagum solum.

SYRTIS, idis, adj. f. Syrtica. *Plin.* 37, 10, 67. Syrtides gemmae in litore Syrtium, jam quidem et in Lucania inveniuntur.

SYRTIS, is, f. *σύρτις*, locus arenosus in mari, navigantibus periculosus, quod mare ibi vadusum est, arenae rehens cumulos, qui loci faciem subinde mutant, dorsaque et brevia modo hic, modo illic faciunt, in quae tracta navis undarum cursu, dehiscente periclitatur: a *σύρμα*, traho. *Sall. Jug.* 80. de Lepti: Oppidum situm inter duas Syrtis, quibus ex re nomen inditum. Nam duo sunt sinus in extrema Africa, impares magnitudine, pari natura: quorum proxima terrae praealta sunt, cetera, uti fors tulit, alta, alia in tempestate vadosa: nam ubi mare magnum esse, et saevire ventis coepit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur. Haec *Sall.* Itaque duae sunt Syrtis, major, et minor: illa nunc dicitur *golfo di Sidra*, et *di Zaloco*: haec *golfo di Capes*. Describuntur a *Lucano* 9, 303. Syrtis vel primam mundo natura figuram cum daret, in dubio pelagi terraeque reliquit, etc. *Avien. Perieg.* 293. Major

vasta sibi late trahit aequora Syrtis, Infidumque rati pelagus fuerit. *Hor. Od.* 1, 22, 5. Syrtis aestuosae. *Id. Epod.* 9, 3. exercitatae Noto. *Id. Od.* 2, 6, 3. barbarae. *Lucan.* 9, 861. dubiae; et 5, 484. vadosae. *Val. Fl.* 7, 86. saevae. *Virg. A.* 5, 51. Gaetulae; et *ib.* 4, 41. et *Ob. Met.* 8, 120. Syrtis inhospita. *Sil.* 17, 635. naufraga. *Tibull.* 3, 4, 91. horrenda. *Lucan.* 9, 431. vaga; et *ib.* 713. ambigua. *Sen. Hipp.* 570. incerta. *Prop.* 2, 7, 71. incerto mutantur flamine Syrtis. *P. De re impossibili.* *Id.* 3, 17, 7. Et placidum Syrtis portum, et bona litora nautis Praebeat hospitio saeva Malea suo. *Sen. Hipp.* 568. ignibus junges aquas, Et amica ratibus ante promittit vada Incerta Syrtis. *P. De terris arenosis ac sterilibus*, quae vel ad Syrtis Africae, vel alibi sunt. *Lucan.* 3, 295. Usque Paraetonias Eoa ad litora syrtis. *Id.* 9, 447. nam litore sicco, Quam pelago, syrtis violentius excipit Austrum. *Prud. Apoth.* 511. Nec responsa refert Libycis in syrtibus Ammon. *Id. Cath.* 11, 65. Ipsasque arenas syrtium Fragrasse nardo et nectare; et *ib.* 7, 30. de Helia: Casto fruentem syrtium silentio, *h. e.* solitudinis. *P. Metaphora est syrtis patrimonii* de eo, qui naufragium bonorum luxuria fecit, ap. *Cic. Or.* 3, 41. qui tamen, ut nimis longe petitam, improbat, et scopulum libentius diceret. *P. Habet etiam genitiv.* *Syrtidos.* *Lucan.* 9, 709. Natus et ambiguae coleret qui Syrtidos arva Chersydros.

SYRTITES, ae, m. V. SITITES.

SYRUS, a, um, adj. *Σύρος*, qui est ex Syria, Syrius, Syriacus. *Hor. Od.* 1, 31, 12. Vina Syra reparata merce. *Mart.* 4, 46. Et nigri Syra defrutii lagena, *h. e.* vitrea, quia vitrum, teste *Plin.* 36, 26, 76., in Phoenicia Syriae originem habuit. *Ob. A. Am.* 1, 76. Cultaque Judaeo septima sacra Syro. *Juven.* 3, 62. Jampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes, *h. e.* Syrorum multitudo omne genus Romam migravit. *P. Syri, orum*, Syriae populi: a quibus litteras quidam repertas volunt, ut *Plin.* 7, 56, 57. ait, et *Pl. Trin.* 2, 4, 141. homines fuisse ait laborum patientissimos. *P. Hi hortorum cultores operosissimi fuere: indeque proverbium Graecis: Multa Syrorum olera: Πολύτα Σύρων ἴαχνα.* *Id. Plin.* 20, 15, 16. *P. Pisce eos in cibis abstinuisse, propterea quod Venus, metu Gigantum fugiens comitata Cupidine parvo, piscibus duobus vecta Euphratem tranaverit, ut fabulatur Or. Fast.* 2, a v. 459. *P. Plurimi Syrorum venales Romam portabantur, et servi erant.* Unde ap. *Pl. Ps.* et *Ter. Heaut.* et *Ad. Syrus* est nomen servi: et *Syra* ap. *Pl. Merc.* nomen ancillae. *Cic. Or.* 2, 66. Nostros homines similes esse Syrorum venalium: ut quisque optime Graece sciret, ita esse nequissimum. *Id. Prov. cons.* 5. Judaei, et Syri, nationes natae servituti. *P. Praecipue in lecticis ferendis eorum opera multa erat.* *Juven.* 6, 350. quae longorum velitur cervice Syrorum. *Mart.* 9, 3. Octo Syris suffulta datur lectica puellae; et *ib.* 23. Ut canusinatus nostro Syrus assere sudet.

SYRUS, i, m. scrobs. V. SIRUS. *P. Syrus* a rusticis vocatur scopa: a *σύρος*, traho, quia trahit et verrit sordes. *Varr.* ap. *Non.* 1, 222. Ventique frigidum se ab axe eruperant Phrenetici, septentrionum filii, Secum ferentes tegulas, ramos, syros. *P. Fuit et Syrus nomen unius ex canibus Actaeonis, sic fortasse dicti, quod Syrius erat canis.* *Hyg. fab.* 181. Cf. *Surus* in f., ubi nomen est elephantii. *P. Syrus, spelunca subterranea.* V. SIRUS. *P. Publius Syrus, mimographus.* V. PUBLIUS. B. A.

[SYSSITIÆTERIS, idis, f. herba sic appellata a *συσσιτικός*, convivator, et *τρώγλεις*, societas. *Plin.* 24, 17, 102. Syssitiæterida a convictu in Perside nominari, quoniam hilarentur illa. *Haradinus* edidit ex MS. *hestiatorida.* F.]

[SYSTALTICUS, a, um, adj. *συστάλτικός*, contrahendi vim habens. *Capell.* 9, 335. Tropi in rhythimopoeia tres sunt, quos systalticos dicimus. F.]

[SYSTASIS, is, f. *συστάσις*, coitio, conspiratio. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 475. n. 125. Cornelia M. L. Systasis. F.]

SYSTEMA, atis, n. *συστήμα*, compages, constructio. Solet in scientiarum studiis adhiberi pro ingeniose excogitata rerum dispositione, quo sensu tamen deest nobis Latini scriptoris exemplum. *P. Transfertur ad explicanda genera multorum tonorum musicalium, qua de re V. Capell.* 9, 322. tit. *Quid sit systema.*

SYSTOLE, es, f. *συστολή*, figura poetica, per quam syllaba natura longa corripitur. *Virg. A.* 6, 827. Illae autem, paribus quas fulgere cernis in armis. *P. Locum etiam habet, cum syllaba longa positione, altera consonante extrita, brevis fit.* *Lucan.* 8, 796. Cur obicis Magno tumulum, Manesque vagantes? V. *Diomed.* 2, 437. et *Charis.* 4, 249., qui tamen Graece semper usurpant.

SYSTYLOS. V. DIASTYLOS.

*SYVERUS, i, m. fluvius Atticae. *Plin.* 27, 8. B. A.

SYZYGIA vel Syzugia, ae, f. *συζυγία*, conjugatio, conjunctio. Vox Graeca, a *σύν*, simul, et *ζυγίω*, copulo, jungo. Figura est poetica, quae fit variorum pedum velut in unum pedem collecta conclusione, ut definit *Sergius* in *Donat.* p. 1822., ut si

v. gr. dictio aliqua quatuor syllabarum numerum excedens, in duas partes, aut tres dividatur, ut *aedificatio* nullum per se pedem efficit, at si dividatur hoc modo *aedifi-catio*, duos dactylos facit; si hoc modo *aedifica-tio* choriambum, et pyrrhichium.

T

T Littera consonans, et muta (nam ejus appellatio te ab ipsa incipit, et in e desinit) cognationem aliquam habet cum d, ut in ea littera diximus. Tam praepositur vocalibus, quam subjungitur, et geminatur in mediis vocibus, ut *tulit, attulit*. Praepositur etiam consonantibus l, m, et r, ut *Tlepolemus, tmesis*, quae Graeca sunt, et *trabs, tremo, tritus, Troja, truncus*, quae Latina. *Diomed.* 2, 420. *P. In fine dictionis corripitur, ut Virg. A.* 3, 194. Tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber. Olim anceps erat. Sic enim multi legunt illud *Ennii* ap. *Cic. Sen. in*: Quae nunc te coquit, et versat in pectore fixa. Ubi alii leg. *sub pectore.* *Liv. Andron.* ap. *Prisc.* 8, 817. Cum socios nostros mandisset impium Cyclops. *P. In notis praenominum T. valet Titus: at Ti. Tiberius: ut T. Pomponius Atticus, Ti. Claudius Nero.* [*Interdum significat Taurum, praenomen. V. *Orell. corp. inscr.* n. 2725. sqq. — Etiam tergo: *Id.* n. 4558. *Turmae: ib.* 3413. *Te, Tibi: ib.* 2833. 4757. et 4759. — *Tabularium: ib.* 3207.] *P. Veteribus senatusconsultis T littera subscribi solebat: eaque nota significabatur, ita tribunos quoque censuisse.* *Val. Max.* 2, 2. n. 7. *P. Tr. pl. valet tribunus plebis, vel plebei: et Tr. mil. tribunus militum: et T. P. tribunicia potestate: et T. F. I. testamento fieri jussit: et T. V. titulo usus.* [*Plura v. in indice ad *Orell. corp. inscr.* T. 2. p. 472. *P. Confund. T et C. Beier.* ad *Cic. Fragm.* p. 224. *b. T et D. Id. ib.* p. 175. *a. T et L. Id. ib.* p. 202. et ad *Off.* 2. p. 97. *T. Ti. et L. praenomm. Id.* ad *Off.* 2. p. 359. sq. *T et Ti. nn. conf. Id. ib.* 2. p. 398. et *Q. 2. p. 399. T et Th. V. intpp.* ad *Curt.* 10, 10, 14. *T et R. ib.* 10, 6, 10. et *intpp.* ad *Cic. Sull.* p. 185. et 188. *ed. Fr.*]

TA

TAAUTES, Deus ap. Phoenices, ut Saturnus ap. Latinos. *Varr. L. L.* 4, 10. Principes Dei Coelum, et Terra, hi iidem qui in Aegypto Serapis et Isis, qui sunt Taautes et Astarte ap. Phoenices.

*TABAE, arum, oppidum Phrygiae majoris, vel majori Phrygiae Pisidiaque conterminum. *Liv.* 38, 13. B. A.

*TABALTA, opp. Africae Propriae, in Byzacio. *Ant. Itin.* *P. Dicitur et Thasballe.* B. A.

TABANUS, i, m. *τάβαν*, vel *σείστος*, muscae genus, quod et *asilum* Latini nominant, in ore aculeum habens, quo armenta maxime infestat. Unde poetae fingunt, lo puellam tabano a Junone immisso versam fuisse in insaniam. *Varr. R. R.* 2, 5. *med.* de vaccis: Eas aestate tabani concitare solent, et bestiolae quaedam minutae sub cauda. *Plin.* 11, 28, 34. Reliquorum quibusdam aculeus in ore, ut asilo, sive tabanum dici placet, item culicibus, et quibusdam muscis; et *ib.* 33, 38. Tabani ex ligno nascuntur; et *ib.* 36, 43. caecitate moriuntur. *Id.* 30, 11, 30. fiunt ex vermiculis.

*TABAS, ae, opp. Persidis, in Paraetacena. *Curt.* 5, 13. *P. Graece est Τάβα.* B. A.

TABEFACIUS, a, um, part. ab inus. *tabefacio: τερπίος*, liquefactus. *Solin.* 2. *med.* Padus intumescebat tabefactis nivibus, et liquentibus brumae pruinis. [**Prud. Cath.* 10, 18. Quia cuncta creata necesse est Tabefacta senescere tandem, etc. *Bail.*]

TABELLA, ae, f. *τὰβηλα*, parva tabula. *Ob. Fast.* 2, 407. de Remo et Romulo: Sustinet impositos summa cavus alveus unda. Heu quantum fati parva tabella vehit! *Mart.* 1, 3. Hos (*libellos*) eme, quos aretat brevis membrana tabellis. *Plin.* 33, 1, 6. Inciditque in tabella aerea eam aedem. *Catull.* 32, 5. *tabellam liminis* videtur vocare ipsas ligneas valvas januae. *P. Translate.* *Mart.* 11, 31. Pistor multiplices struit tabellas, *h. e.* quadras placentiae instar tabellarum. *P. De flabello.* *Ob. Am.* 3, 2, 37. faciles accessere ventos, Quos faciat nostra mota tabella manu. *P. Ludus quidam significatur in illo Ob. A. Am.* 3, 365. (et *Trist.* 2, 481.) Parva tabella capit ternos utrinque lapillos: In qua vicisse est, continuasse suos. *P. Saepae dicitur de tabula picta, γράφειν, δέλεος.* *Cic. Fam.* 7, 23. *med.* Exhedria volebam tabellis exornare. *Ob. A. Am.* 1, 71. priscis sparsa tabellis Porticus. *Plin.* 35, 10, 37. Tabellae comicae: in quibus pictae sunt personae et actores comoeidarum. *Hor. Sat.* 2, 7, 95. Vel cum Pausiaca torpes, insane, tabella. Adde *Ep.* 2, 2, 180. [**Suet. Tib.* 43. Cubicula — tabellis ac sigillis lascivissimarum picturarum et figurarum adornavit.] *P. Saepissime de ea, in qua scribitur: item ipsa scriptura, syngrapha, γραμματεῖον, γραμματεῖον.* *Ob. Pont.* 4, 2, 27. vix sumptae Musa tabellae Imponit pigras paene coacta manus. *Fe-*

stus: Tabellis pro chartis utebantur antiqui, quibus ultro citrove, sive privatim sive publice opus erat, certiores absentes faciebant: unde adhuc tabellarii dicuntur, et tabellae missae ab imperatoribus. Haec Fest. Fiebant tabellae e fago, abiete, buxo, tilia, acere, citro, ebore in tenues laminas secto. His cera inducebatur: unde *ceratae tabellae*, et *cera simpliciter* pro tabellis. *Juven.* 8, 142. falsas signare tabellas, *h. e.* falsa testamenta. *Mart.* 9, 103. Quadrangulorum reddis mihi, Phoebe, tabellas, *h. e.* syngropham. *Juven.* 6, 199. Si tibi legitimis pactam junctamque tabellis Non es amaturus: et *Suet. Claud.* 29. f. Tabellas dotis consignare. *Id. ib.* 15. *med.* Ex tabella pronuntiare sententiam, *h. e.* de scripto. *Auct. dial. de Or.* 36. f. Testimonium per tabellam dare; et *Cic. Tusc.* 5, 11. Tu quidem tabellis obsignatis agis mecum, et testificaris, quid dixerim aliquando, aut scripserim. [**Cic. Cluent.* 65. tabellae quaestionis, i. e. in quibus scriptum est, qui torti sint, et quid dixerint in equuleo. *Liv.* 43, 16. censors extemplo in atrium libertatis ascendunt: et ibi signatis tabellis publicis, i. e. scriptis, quae in tabulario essent deposita.] P De votivis, vel pictis, vel inscriptis. [*Cic. N. D.* 3, 37. Nonne animadvertis ex tot tabellis pictis, quam multi votis vim tempestatis effugerint? *Hor. Sat.* 2, 1, 33. quo fit ut omnis Votiva pateat tanquam descripta tabella Vita senis. *Ex Bail. adject. F.*] *Op. Fast.* 3, 268. Et posita est merita multa tabella Deae. *Tibull.* 1, 3, 27. Nunc, Dea, nunc succurre mihi: nam posse mederi, Picta docet templis multa tabella tuis. *Juven.* 12, 27. Et quam votiva testantur fabella Plurima: pictores quis nescit ab Iside pati? [et 100. Legitime fixis vestitur tota tabellis Porticus. [**Bail. Adde Op. Met.* 8, 746. memores tabellae.] Exemplum votivae tabellae inscriptae habes ap. *Maff. Mus. Ver.* 84, 3. Isidi, Serapi voto suscepto pro salute Scapulae filii sui P. Quinctius Paris S. L. M. Adde aliam ap. *Grut.* 82, 6. [**Cf. Heindf. ad Hor. Sat.* 2, 1, 33.] P De tabella litteraria, in qua pueri scribendi et supputandi artem discabant: quae et *tabula* dicitur. *Plin.* 34, 8, 19. n. 4. Fecit et Libyn puerum tenentem tabellam. V. TABULA. P Tabellas postquam scripserant, lino obligatas anulo obsignabant, mittebantque, quo opus erat, epistolae vice, *επιστολή*. Erant *duplices*, *triplices*, etc. a numero foliorum; *pugillares* a parvitate; *citreae*, *churneae* a materia. *Op. A. Am.* 3, 469. Verba vadum tentent ab ignis scripta tabellis; et *ib.* 1, 437. Cera vadum tentet rasis infusa tabellis. *Id. Am.* 3, 14, 31. Cur toties video mitti recipie tabellas? *Cic. Cat.* 3, 5. Tabellas proferri jussimus, quae a quoque dicebantur datae. Primum ostendimus Cethego signum: agnovit: nos linum incidimus, legimus: erat scriptum ipsius manu. [**Liv.* 45, 2. Laureatas tabellas (victoriae nuntias) populo ostendit: paulo ante dicuntur *laureatae litterae*. *Suet. Aug.* 27. tabellas duplices veste tectas tenentem. Vitiose alii *tabulas*.] P Suffragia et sententiae olim voce ferebantur, [**et per calculos. V. in suffragium.*] postea per tabellas ferri coeptae sunt. In comitiis ferendarum legum binae tabellae dabantur, in quarum una *U. R. h. e. uti rogas* scriptum erat, in altera littera *A. h. e. antiquo*. In judiciis sive per populum, sive per iudices haberentur, ternae: prima *A. id est absolvo* habebat: secunda *C. id est condemno*: tertia *N. L. id est non liquet*. In creandis magistratibus una dabatur tabella, in qua nomina candidatorum perscripta erant, sive expressa, sive per notam primae tantum litterae, ut quidam volunt. Laturus suffragium puncto signabat nomen ejus, cui favebat, ut in PUNCTUM dictum est. *Cic. Fl.* 39. f. Cum tabella vobis dabitur, iudices, non de Flacco dabitur solum: dabitur de omnibus bonis civibus, etc. *Id. Planc.* 6. *med.* Populo grata est tabella, quae frontes aperit hominum, mentes tegit, datque eam libertatem, ut, quod velint, faciant. *Id. Pis.* 1. *extr.* Me universa civitas non prius tabella, quam voce, priorem consulem declaravit; et *ib.* 40. An ego expectem, dum de te quinque et septuaginta tabellae diribentur? *Sen. Ben.* 3, 7. f. De quibusdam etiam imperitus iudex dimittere tabellam potest, *h. e.* sententiam ferre. *Prop.* 4, 11, 49. Quaelibet austeras de me ferat urna tabellas. *Suet. Aug.* 33. Cum de falso testamento ageretur, non tantum duas tabellas, damnatoriam et absolutoriam, simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum, vel errore inductos, constitisset. *Caes. B. C.* 3, 83. Dixit, placere sibi ternas tabellas dari ad iudicandum: unam fore, qui liberandos omni periculo censerent: alteram, qui capitis damnarent: tertiam, qui pecunia multarent. [TABELLARIIS, is, m. V. DIPLOMARIUS. F.] TABELLARIUS, a, um, adj. ad tabellam pertinentens. *Lex tabellaria* fuit, ne suffragia posthac voce, [**vel calculis,*] sed tabella, id est ne palam et aperte, sed clam et occulte ferrentur; qua lege constitutum fuit genus illud libertatis, quo nemo alterius gratiae erat obnoxius, et cui palam refragari non audebat, occulta tabellae voce, sine ulla offensione, poterat repugnare. Quatuor hujusmodi leges fuere, Gabinia, Cassia, Papiria, Coelia: prima in

creandis magistratibus, altera in judiciis, tertia in legibus ferendis, quarta in judiciis perduellionis, quod Cassia exceperat, tabellas induxit. Gabinia a Q. Gabinio trib. pleb. lata est ann. U. C. DCXV., Cassia a L. Cassio Longino trib. pleb. biennio post: Papiria a C. Papirio Carbone trib. pleb. ann. U. C. DCXXIII.; Coelia denique a Coelio, itidem trib. pleb. ann. U. C. DCXLVII. De his, et de tabella ipsa verba facit *Cic. Leg.* 3, a c. 15. V. etiam *Plin. ep.* 3, 20. et *ib.* 4, 25. et *Sall. or. ad Caes.* 2, 58. P *Tabellaria navis*, quae praemitti solet, et nuntiare securitatis classis adventum. *Sen. ep.* 77. in. Subito hodie nobis Alexandrinae naves apparuerunt, quae praemitti solent, et nuntiare securitatis classis adventum: tabellarias vocant. P *Tabellarius* absolute, *γραμματογράφος*, qui tabellas seu litteras perfert. [**V. Manut. ad Cic. Fam.* 3, 4.] *Cic. Phil.* 2, 31. Janitor, quis tu? a Marco tabellarius. *Cassius* ad *Cic. Fam.* 12, 12. Si litterae perlatae non sunt, non dubito, quin Dolabella tabellarios meos deprehenderit, litterasque interceperit. *Cic. ib.* 15, 17. Praeposteros habes tabellarios: cum a me discedunt, flagitant litteras: cum ad me veniunt, nullas afferunt. Atque idipsum facerent commodius, si mihi aliquid spatii ad scribendum darent: sed petasati veniunt, comites ad portam expectare dicunt. P [*Tabellarius ex officio annonae* legitur in *Inscr. ap. Fabr.* p. 312. n. 366., qui num *portallettere*, vel *cancelliere* fuerit, subdubitat *Marin. Frat. Arv.* p. 614. V. TABULARIUS. F.] TABELLIO, onis, m. scriba publicus, et juris aliquantum peritus, qui contractuum, et testamentorum instrumenta publice conscribit, ut colligitur ex *Cod. Theod.* 9, 19, 1. et ex *Cod. Justin.* 1, 2, 14. *med.* In *Gloss. Philox.* dicitur *ἀγογῆσις* et *ρομῆσις*. *Ulp. Dig.* 48, 19, 9. Solet et ita interdicti vel juris studiosis, vel advocatis, vel tabellionibus, sive pragmaticis. *Capitol. Macrin.* 4. Ad Africam isse venatorem primo, post etiam tabellionem, deinceps advocatum fuisse fisci. *Firm. Math.* 4, 5. Tabelliones publicos facit, et qui ex litteris quaerant vitae subsidia. TABEO, es, ui, n. 2. *τῆρομαι*, *ἀπομαρῶμαι*, liquesco, tabesco. *Op. A. Am.* 2, 89. de Icaro: Tabuerant ceras: nudos quatit ille lacertos. *Id. Met.* 15, 362. Nonne vides, quaecumque mora fluidove calore Corpora tabuerint, in parva animalia verti? (*Adde Lucan.* 7, 823.) *Stat. Theb.* 4, 364. Tabens sanies. *Sen. Med.* 588. Aut ubi in rivis nivibus solutis Sole jam forti, mediove vere Tabuit Aemus. *Adde Sen. alter. Q. N.* 3, 27. *med. Solin.* 22. f. Ubi ignis tabuit, *h. e.* defecit, extinctus est. P Translate est deficio, consumo, solvor, languo. *Lucr.* 4, 1254. Namque aliis rebus concrescunt semina membris, Atque aliis extenuantur, tabentque vicissim. *Op. Met.* 7, 540. de pestilentia: Lanigeris gregibus balatus dantibus aegros, Sponte sua lanaeque cadunt, et corpora tabent. [**Virg. A.* 12, 221. Tabentesque genae: ubi v. *Heyn.*] *Gell.* 7, 8. *extr.* Delphinus amans desiderio tabuit, exanimatusque est. *Virg. A.* 1, 176. optata potiuntur Troes arena, Et sale tabentes artus in litore ponunt. *Mart.* 9, 83. Bisque tuum decies non toto tabuit anno, *h. e.* patrimonium absumptum est. *Adde Op. Met.* 3, 445. et *ib.* 4, 259., ubi de his usurpat, qui ex amore contabescunt, et moriuntur. *Sic Prop.* 1, 15, 19. Hypsipyle nullos post illos sensit amores, Ut semel Aemonio tabuit hospitio, *h. e.* Iasonis hospitio excepti amore correpta contabuit. TABERNA, ae, f. *οἴκημα*, significat omne utile ad habitandum aedificium: nempe ex eo, quod tabulis clauditur, inquit *Ulp. Dig.* 50, 16, 183., quasi *tabulerna*: unde *tabernacula*, et *contubernales*, ut *Fest.* in *Adtubernalis*, et in *Contubernalis*, et in *Tabernacula*, et *Paul. l. c. l.* 184. docent. *Don. ad Ter. Ad.* 3, 3, 5. vult, dici per metathesin, quasi *trabena*, a trabibus validioribus, quibus superiora suspensa sunt. Hoc sensu dicitur de casa humili et paupere. *Hor. Od.* 1, 4, 13. Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres. Fortasse et illud *ejusd.* huc pertinet, *A. P.* 127. Ne quicumque Deus, quicumque adhibebitur heros, Regali conspectu in auro nuper et ostro, Migret in obscuras humili sermone tabernas. P Saepae dicitur de loco, ubi merces venduntur, et ubi artifices artem suam profitentur, *καπηλείον*, *παντοχείον*: quia olim ex tabulis compactis fiebant, et fronti aedium affigebantur, quo essent praetereuntibus conspectiores. *Cic. Cluent.* 63. *extr.* Instructam ei, et ornatam, medicinae exercendae causa, tabernam dedit. (*Ulp. Dig.* 50, 16, 185. Instructam tabernam sic accipimus, quae et rebus et hominibus ad negotiationem paratis constat.) *Id. Phil.* 2, 9. et *Hor. Sat.* 1, 4, 71. et *Mart.* 1, 118. Taberna libraria. *Tac. A.* 15, 34. *sutrina*. *Varr. L. L.* 7, 30. et *Hor. Ep.* 1, 14, 24. *vinaria*; et *Varr. ib.* *cretaria*, unguentaria. *Hor. Sat.* 1, 3, 131. *tonsonis*. *Pl. Men.* 2, 3, 81. et *Truc.* 3, 2, 29. *diversoria*: quae absolute *diversoria* a *Varr. R. R.* 1, 2. *med.* appellatur; et a *Val. Max.* 1, 7. *f. meritoria*; et a *Paulo Dig.* 33, 7, 13. *cauponia*. *Pomp. ib.* 1, 2. *med.* (et *Liv.* 3, 48.) *lanionis*. (*laniena*. V. LANIENA.) *Ulp. ib.* 8, 5, 8. *med.* *casearia*. *Paul. ib.* 32, 1, 88. *purpuraria*. *Ulp. ib.* 18, 1, 32. et *Liv.*

26, 11. *argentaria*. V. ARGENTARIUS, ii. *Suet. Aug.* 4. *unguentaria*. *Id. ib.* et *Pomp. Dig.* 33, 7, 15. *Tabernam exercere*. *Suet. Ner.* 37. *locare*. *Cic. Inv.* 2, 4. *med.* Devertere in tabernam. *Juven.* 3, 103. postquam omnis ubique Fixa catenatae siluit compago tabernae. P *Catull.* 36, 15. *Dyrrhachium* vocat *Hadriae tabernam*, quia ibi erat emporium, quo conveniebant populi mare Hadriaticum accolentes, omne genus merces coempturi. P De fornice et lupanari. *Catull.* 37, 1. et 10., *Virg. Cop.* 3. et *Prop.* 4, 8, 19. P Quid taberna ab officina differat, in ea voce dictum est. Pro ea tamen aliquando ponitur. *Nam Plin.* 10, 43, 60. postquam *sutrinam*, eandemque mox *officinam* appellavit, paulo post *tabernam* dixit. *Id.* 33, 11, 49. Vasa ex argento Firmiana, Clodiana, Gratiana: etenim tabernas mensis adoptavimus. *Juven.* 13, 44. siccato nectare tergens Brachia Vulcanus Liparaeae nigra taberna. P De tabernis veteribus et novis in foro Romano. V. VETUS. In iis olim ludos litterarios fuisse, indicat *Liv.* 3, 44. P **Tabernae* sc. Rhenanae, oppidum ad Rhenum, vulgo *Rheinzabern*. *Tab. Peut.* P *Tabernae Tribocorum* sive *Tres Tabernae*, oppidum priore longius a Rheno, hodie *Elsaszabern*. *Ammian.* 16, 21. P Sunt et tertiae in hoc Rhenano tractu *Tabernae*, Montanae vulgo cognominatae, *Bergzabern*, quas vero nescio (ait *Cellarius*), an in quodam veteri litterarum monumento reperiantur. P *Tres Tabernae*, locus in via Appia, Ulubris Foroque Appii vicinus. *Cic. Att.* 1, 13. in. *Adde* 2, 10, 12 et 13. B. A. TABERNACLARIUS, ii, m. qui tabernacula conficit, et curat. *Inscr. ap. Grut.* 642, 8. Collegium tabernaclariorum. Alii leg. *tabernaculariorum*. V. *Cognolati praef.* huic Lexico praemissam n. 19. TABERNACULUM, i, n. *σκήνωμα*, subitarium tectum, frondibus aut stragulis opertum, adversus solis et aeris injurias: qualia sunt quae in castris subinde excitantur, et modo huc, modo illuc transferuntur: a *taberna*, qua habitationem significat. *Festus*: Tabernacula dicuntur a similitudine tabernarum: quae ipsae, quod ex tabulis olim fiebant, dictae sunt: non, ut quidam putant, quod tabulis claudantur. *Cic. Pis.* 25. *med.* Mihi libertus domum biduo ante conduxerat: quae vacua si non fuisset, in campo Martio mihi tabernaculum collocassem. *Id. Verr.* 2, 5, 12. In ipso aditu portus tabernacula carbaseis intenta velis collocabat; et *ib.* 33. *extr.* Totus dies in litore, tabernaculo posito, perperabat. *Id. Brut.* 9. *med.* Militare tabernaculum. *Id. Att.* 5, 10. Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerumque. *Nep. Eum.* 7. Statuere tabernaculum. *Hirt. B. Afr.* 1. constituere. *Caes. B. C.* 3, 85. Signo professionis dato, tabernaculisque detensis; et *ib.* 96. Recentibus caespitibus tabernacula constrata. *Tac. H.* 5, 22. Incisis tabernaculorum funibus, suismet coriis coopertos trucidabant. *Plin.* 6, 29, 35. Nomades in tabernaculis viventes. *Suet. Aug.* 36. Auctor fuit, ut proconsulibus ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur. *Inscr. ap. Mur.* 926, 15. Ti. Claudius Amianthus Aug. faber a tabernaculis. P *Capere tabernaculum* est locum eligere tabernaculo constituendo. Comitorum die exercitum imperari mos erat, qui praesidio esset, dum populus ferendis suffragiis occupabatur. Eum exercitum extra Urbem, intra pomerium tamen, imperabat is, qui comitia habebat. Ei rei tabernaculum, aliquo pomoerii loco statutum, intrabat, quod ante cives armati sub signis conveniebant. Ad tabernaculum auspicio constitueretur: si quid contra receptos ritus admissum esset, vitio captum dicebatur, et comitia dirimebat, aut vitio creatos fuisse magistratus declarabat. *Cic. Div.* 1, 17. f. Cum tabernaculum vitio cepisset imprudens. *Liv.* 4, 7. Quod C. Curtius, qui comitiis praefuerat, parum recte tabernaculum cepisset. *Cic. Div.* 2, 35. Quid scire haruspicum de tabernaculo recte capto poterunt? *Adde N. D.* 2, 4., *Val. Max.* 1, 1, n. 3. et *Laelium Felicem* ap. *Gell.* 15, 27. *extr.* P Translate. *Cic. Or.* 3, 20. Qui in una philosophia quasi tabernaculum vitae suae collocarunt. TABERNARIUS, a, um, adj. ad tabernam pertinentens. *Appul. Apol.* Cur tam absurdus, tamque tabernariis blanditiis subagitarer? *h. e.* plebejis, rusticis, ineptis, vulgaribus, quales in tabernis popellus adhibere solet: vel a cauponibus ad alliciosos hospites. P *Tabernariae fabulae*, (de quibus dictum est in FABULA.) ap. *Donat. fragm. de Comaed. et Tragoed.*, *Diomed.* 3, 487. et *Fest.* in *Togalarum*, ita dictae sunt ab humilitate personarum, et argumenti similitudine. P *Tabernarius* absolute, *καπηλῆσις*, qui tabernam qualiscumque mercium generis exercet. *Cic. Fl.* 8. Opifices, et tabernarios, atque illam omnem faecem civitatum, quid est negotii concitare? *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 6. *med.* Nisi ego cum tabernariis, et aquariis pugnarem, veteris civitatem occupasset. [*Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat.* n. 1368. Tabernarii intra murum negotiantes. F.] TABERNULÄ, ae, f. dimin. parva taberna. *Suet. Ner.* 26. Tabernulas effringere, et expilare. *Adde Ulp. Dig.* 5, 1, 19. *med.* et *Appul. Met.* 7. et 9. P

Fuit Romae locus, tabernula dictus, in regione quinta. Varr. L. L. 4, 8, ubi et tabernola scribitur.

TABES, is, f. τῆσις, liquatio, et ipsa res liquata, liquor, fluor. Volunt esse a τῆσις Dorice pro τῆσις, liquefacio. Liv. 21, 36. Per nudam glaciem, fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur, [*i. q. tabum, humor foedus et lutulentus e nive liquefacta.] Sen. Q. N. 4, 2. med. Aestate prima maximae et integrae adhuc nives: ex mollissimoque tabes est. Liv. 30, 34. med. Per cumulos corporum et tabem sanguinis sequentes hostem. Al. leg. tabes. Plin. 9, 35, 58. Cujus acetis asperitas visque in tabem margaritae resolvit. Lucan. 8, 688. De capite reciso Pompeji: tunc arte nefanda Submota est capiti tabes, raptoque cerebro Exsiccata cutis, h. e. extractum expressumque quiddid humidi et fluidi inerat, ne caput putresceret. P Item humor corruptus, et corrumpens, sanies, tabum, πάγερσις: cum corpora solida solvuntur in fluidam putredinem, quae quiddid contigerit, solvit corrumpitque. Plin. 15, 19, 21. Putris tabes arboris. Id. 33, 6, 32. Argentum vivum exest ac perumpit vasa, permanens tabe dira. Lucan. 7, 791. sidentem in tabem spectat acervos (cadaverum); et ib. 809. tabes cadavera solvit; et 2, 166. cadavera tabe fluunt. Liv. 40, 29. Arca quae titulum sepulti regis habuerat, inanis inventa, per tabem tot annorum omnibus absumptis. Plin. 34, 11, 25. Tabes mercium; et 2, 101, 104. Luna ferarum occisa corpora in tabem visu suo resolvit, h. e. macerat et putrefacit. [*Suet. Vit. 10. Abhorrentes quosdam cadaverum tabem, i. e. malum, pestiferum odorem.] P Saepae dicitur de humore corrupto, viru, quo corpus animalis inficitur, et absumitur. Ov. Met. 3, 49. de angue: Hos necat afflatus funesti tabe veneni. Id. Pont. 3, 1, 26. Tinctaque mortifera tabe sagitta madet. Sen. Herc. Oct. 716. Missa est palla tabe Nesea illita. Plin. 7, 16, 15. Dentes flammis indomiti, cavantur tabe pituitae. P Est etiam morbi genus, quo paulatim corpus absumitur. Ejus tres describit species Cels. 3, 22. Una Graece ἀρροφία, quae corpus non alitur, summa macies oritur: altera ζυγέσις, ubi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimenta corrumpuntur: tertia, quam φθόω dicunt, oritur fere a capite: inde in pulmonem distillat: ex hoc exulceratio accidit, et febricula, tussis, sputum purulentum, etc. Cic. Tusc. 3, 13. Habet ardorem libido, levitatem laetitia gestiens, humilitatem metus: sed aegritudo majora quaedam, tabem, cruciatum, afflictationem. Quint. decl. 5, 15. f. Penitus visceribus immissa tabes doctidie aliquid ex homine praemittit in mortem. Plin. 2, 63, 63. In taedio vitae fames lenta nos consumit tabe. [*Tac. A. 12, 50. atrox hiems seu parum provisi comitatus et orta ex utroque tabes. Id. H. 5, 3. orta per Aegyptum tabe.] P Tabes oculorum ap. Tac. H. 4, 81. est ex vitatio humore caecitas. P Eadem ratione tabes in arboribus dicitur, cum inarescunt, et paulatim deficiunt. Plin. 17, 24, 37. n. 5. Inarescunt arbores, etc. mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes morsque, non intrante succo, aut non perveniente. P Tabes soli, terrae squalor et sterilitas, ubi nullum gramen provenit. Plin. 8, 21, 33. Basilisco mustelarum virus exitio est: injiciunt eas cavernis, facile cognitis soli tabe. P Metonymice. Lucan. 9, 700. Hic quae prima caput movit de pulvere tabes, Aspida somniferam tumida cervice levavit. P Translate refertur ad alia, ut corruptela, contagio, pestis, morbus. Sall. Cat. 37. extr. et Jug. 37. Tanta vis morbi, uti tabes, plerosque civium animos invaserat. Id. fragm. ap. Fest. Qui quidem mos, uti tabes in urbem conjunctus; et Corvinus ib. Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. Liv. 7, 38. med. In urbe insidentem tabem crescentis in dies fenoris pati. [*Cf. 2, 23. postremo velut tabem venisse ad corpus: de aere alieno.] Tac. H. 1, 26. Infecit ea tabes legionum quoque motas jam mentes. Id. A. 11, 6. Ut quomodo vis morborum pretia mentibus, sic fori tabes pecuniam advocatis ferat. Virg. A. 6, 442. quos durus amor crudeli tabe peremit. Ov. Met. 2, 806. anxia nocte Anxia luce gemit, lentaque miserrima tabe Liquitur: scil. invidiae. Plin. 18, 1, 1. Tabes animi contractata adurit, h. e. livor. Adde Liv. 2, 23. et Petr. Sat. 119. f. [*Cf. indicem Drak. Liv.] P In plur. num. Sil. 8, 21. His super internae tabes, et civica vulnus Invidia augebant. Al. leg. tabes. P Praeter rectum, quartum, et sextum casum usum habere non videtur. Charis. 1, 73. et 118. quasi reprehendit Cinnam, quod in Smyrna, nullo ante se usus auctore, tabis dixerit. Sed et Celsus usurpavit 3, 22. Cum haec genera tabis sint. P In sexto casu Lucr. ut tabi pro labe dixit 5, 928. sic etiam tabi pro labe, 1, 805. Imbribus et tabi nimborum arbusta vacillant. Prisc. tamen 7, 768., eumque secuti non pauci, tabe legunt: et similiter produci ultimam, ut in fame, observant. P Tabes et labe saepissime in libris commutantur. Sed labe habet locum, ubi ruina et perniciis significatur: tabes, ubi corruptio et contagio.

TABESCO, is, n. 3. τήσκειν, in tabem solvor, liqueco, liquefacio: a tabes. Cic. N. D. 2, 10. Frigoribus durescit humor: et idem vicissim mollior

tepefactus, et tabescit calore. Lucr. 6, 515. igni Cera super calido tabescens multa liquescit; et ib. 964. exstructas nungues radiis tabescere. Colum. 12, 17. Ficus in jure tabescunt. Cels. 6, 15. et Cato R. R. 88. et Plin. 31, 8, 44. Sal tabescit. P Item solvi, minui, interire, deficere: et refertur etiam ad animum. Lucr. 3, 581. cum corpus nequeat perferre animai Discidium, quin id tetro tabescat odore. Id. 2, 1170. omnia paulatim tabescere, et ire Ad scopulum spatio aetatis defessa vetusto. Id. 3, 925. aeterno tabescere luctu. Id. 5, 679. Crescere itemque dies licet, et tabescere noctes. Pl. Stich. 5, 1, 8. Quasi senex tabescit dies. Id. Capt. 1, 2, 30. Ego qui tuo moerore maceror, macesco, consensco, et tabesco miser, ossa atque pellis sum misera maceritudine. Catull. 68, 55. assiduo tabescere lumina fletu. Ov. Trist. 5, 1, 77. assiduis animum tabescere curis. Hor. Sat. 1, 1, 110. Quodque aliena capella gerat distentius uber, Tabescat, h. e. invidia maceretur. Cic. Cat. 2, 4. Ne patiantur, desiderio sui Catilinam miserum tabescere. Id. Tusc. 4, 17. Tabescere molestia. Id. Att. 2, 21. med. (et Ter. Ad. 4, 3, 11.) dolore ac miseria. Id. ib. 14. otio; et ib. 3, 25. Nobis in hac calamitate tabescendum est, h. e. usque ad finem vitae immorandum.

*TABIDIUM, i, n. opp. Libyae interioris. Plin. 5, 5. P Idem fortasse quod τῆσις audit Plol. B. A. TABIDOSUS, a, um, adj. tabidus. Est Tert. Apol. 13. f., item Pud. 14. med., ubi et tabiosus legitur.

TABIDULUS, a, um, adj. dimin. tabidi. Virg. Cir. 182. Tabidulamque videt labi per viscera mortem.

TABIDUS, a, um, adj. τῆσις, liquatus, liquefactus, tabefactus. Liv. 21, 36. f. In levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. P Item tabe infectus, resolutus, corruptus. Sen. Oed. 358. Et felle nigro tabidum spumat jecur; et ib. 147. Deficit pastor grege diminuto, Tabidos inter moriens juvenos. [*Suet. Tib. 51. corrupto demum et tabido corpore funeratum; et Cat. 26. tabidas feras — subjeciebat: ubi v. Brem. Vulg. legitur rabidas.] P Translate. Ov. Pont. 1, 1, 67. mens mihi tabida facta De nive manantis more liquescit aquae. Calpurn. Ecl. 3, 50. domina sine Phyllide tabidus erro, h. e. tabe et macie consumptus, ut qui lenta tabe laborant. P Est etiam tabem afferens, tabificus. Ov. Pont. 4, 8, 49. Tabida consumit ferrum, lapidemque vetustas. Lucan. 6, 737. Hecate pallenti tabida forma. Tac. A. 16, 66. Lentum et tabidum venenum. Mart. 1, 79. Indignas premeret pestis cum tabida fauces. Virg. A. 3, 137. tabidas lues. Sen. Herc. Fur. 691. Famesque moesta tabido rictu jacens, h. e. tabe lenta consumens, ut Plin. ait 2, 63, 63. Al. leg. rabido.

TABIFICABILIS, e, adj. tabificus. Accius ap. Non. 2, 852. Pernici orbificor liberorum leto, et tabificabili.

TABIFICUS, a, um, adj. τῆσις, liquefaciendi vim habens. Lucr. 6, 736. ubi in campos albas descendere nungues Tabificis subigit radiis sol. P Item tabem seu corruptionem afferens, pestilens, φθιστικός. Sen. Oed. 79. Tabifica coeli vitia. Lucan. 9, 723. Ossaque dissolvens cum corpore tabificus seps. Id. 5, 111. Tabificus aer. Suet. Tib. 73. Venenum lentum atque tabificum. Plin. 8, 10, 10. Elephanus terram edisse tabificum est. Id. ib. 37, 56. Tabifica urina. Sil. 6, 276. sanies. P Translate. Cic. Tusc. 4, 16. Tabificae perturbationes mentis, scil. aegritudo et metus: [*nagende Leidenschaft.]

TABIFLUUS, a, um, adj. tabe fluens, tabidus. Prud. Apoth. 958. cum peccet et ipse Angelus, hospitium qui nescit adire caducum Cratis tabifluae, h. e. corporis mortalis, et tabe pereuntis. Venant. Vit. S. Mart. 4, 430. Tabifluus morbus, h. e. tabificus.

TABIOSUS. V. TABIDOSUS.

*TABIS, is, mons Orientis. Mela 3, 7. in. Cf. Plin. 6, 17. cujus verba sunt, usque ad jugum incubans mari, quod vocant Tabin. Unde et promontorium fuisse, est qui suspicetur. B. A.

TABITUDO, inis, f. tabes, macies. Plin. 22, 25, 61. Alica peculiariter longo morbo ad tabitudinem redactis subvenit. *Sic ed. Hard. ubi antea, v. g. in ed. Elzev., legebatur habitudinem. B. A.

*TABLAE, arum, opp. in insula Batavorum situm, in Vahalis. Tab. Pent. B. A.

TABLINUM et Tabulinum, i, n. γαρματεροπυλάκιον, γαρματεροπυλάκιον, tabularium, locus, in quo tabulae, et instrumenta, monumentaque rerum gestarum asservabantur: per syncopen ex tabulinum, quod a tabula, quomodo et a figulo figlinum dicitur, pro figulinum. Fest. ex Scaligeri restitutione: Tablinum proxime atrium locus dicitur, publicarum rationum causa factus, quod antiqui magistratus in suo imperio tabulas rationum ibi habebant. Plin. 35, 2, 2. Tablina codicibus implebantur, et monumentis rerum in magistratu gestarum. Adde Vitr. 6, 4. et 8. P Accipitur etiam pro loco, in quo tabulae pictae, et signa disponuntur ornatus causa, πινάκωθεν. Appul. Flor. n. 22. Medici cum intraverint ad aegrum, uti visant, nemo eorum quod per pulcra tablina in aedibus cernant, et lacunaria auro oblita, etc. Al. leg. tabulina. P Item locus sub dio, tabulis constratus: de quo Varr. ap. Non. 2,

112. Ad focum hieme coenabant, aestivo tempore in propatulo, rure in corte. in urbe in tablino, quod maenianum possumus intelligere, tabulis fabricatum. [Al. leg. tabulinum. P Tablinum, seu potius tabulinum locus fuit etiam in castris, qui an a tabulis interstantibus, an a matriculis militum quae ibidem servarentur, ita dictus fuerit, ambigitur. Hyg. Gromat. p. 2. col. 2. Si legiones plures acceperimus, convertemus pedaturam; quod fuerat signis, tabulino dabimus; et mox: Signis pedes CXX., tabulino pedes CCCLX.; vel signis CLXXX., tabulino pedes CCXL. (dabimus). V. Schelii adnot. ad l. c. E.]

TABLISSO, as, n. 1. τῆσις, latrunculis, aut talis in tabula ludo. Diomed. 2, 417. et 421. et a veteribus usurpatum fuisse docet, et deinde obsolevisse.

*TABRACA, ae, f. Τάβρακα, opp. Numidiae, ad littus maris Mediterranei. Mela 1, 7. Juven. Sat. 10, 194. Claud. in Eutrop. Praef. 2, 71. Plin. 5, 3. ed. Hard. ubi ed. Elzev. habet Trabracha, minus accurate. P Thabracha appellatur ab August. adv. Donat. 6, 32. Οἰβρακα Ptol. B. A.

[TABUDENSIS, e, adj. ad Tabudam pertinens, Numidiae urbem in Pent. Tab. memoratam. Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 533. Ordo decurionum Tabudensium. F.]

TABULĀ, ae, f. τῆσις, πλάξ, lamina arboris in longitudinem et latitudinem secta, crassitudine tenui. Ut a τῆσις pro τῆσις est fabula, ita ab inus. τῆσις pro τῆσις, tendo, est tabula, nimirum ab extensione: hinc τῆσις, pavo, quia caudam extendere solitus. V. Etym. M. Cic. Off. 3, 23. Si tabulam de naufragio stultus arripuerit. Juven. 14, 288. qui navem mercibus implet Ad summum latus, et tabula distinguit unda. Plin. 33, 4, 21. Latera (fossurum) cluduntur tabulis. Id. 36, 15, 24. n. 7. Summa pars scenae e tabulis inauratis. Id. 31, 11, 47. Spongiae aqua perfusae, expressaeque inter duas tabulas. Colum. 7, 4. med. Perforatae tabulae, quibus ovilia consternuntur. P Pro vario tabulae usu varius est ejus significatus. Sumitur enim pro tabularia, qui et alveus dicitur. Sen. Tranqu. 14. med. Lusisse tu Canum illa tabula putas? illudit. Juven. 1, 89. neque enim ludicris comitantibus itur Ad casum tabulae, posita seclis luditor arca. Ov. de nuce 77. Per tabulae clivum labi jubet alter, et optat, Tangat ut e multis quamlibet una suam. P Item pro pictura; in tabulis enim olim pingebant. Cic. Fin. 5, 1. extr. Epicuri imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis, et in anulis habere. Id. Par. 5, 2. Echionis tabula te stupidum detinet, aut signum aliquod Polycleti. Id. Brut. 75. Tabulas bene pictas collocare in bono lumine. Prop. 1, 2, 22. Qualis Apelleis est color in tabulis; et 2, 2, 51. fama tabulas anteire vetustas. Ov. Fast. 3, 831. Tabulam coloribus urere, h. e. encausto pingere. Juven. 8, 6. Quis fructus generis, tabula jactare capaci Corvinum, etc.? Plin. 35, 9, 36. n. 2. Zeuxis Agragantinis facturus tabulam, quam in templo Junonis dicarent, etc. Prop. 4, 3, 35. e tabula pictos ediscere mundos. Sic Cic. Att. 6, 2. med. Peloponnesi civitates omnes maritimas esse, Dicaearchi tabulis credidi. Hor. Od. 1, 5, 13. me tabula sacer Votiva paries indicat, etc. h. e. in qua pictum est naufragium. Sic Pers. 6, 32. largire inopi, ne pictus oberret Caerulea in tabula. Juven. 14, 301. mersa rate naufragus assem Dum rogat, et picta se tempestate tuetur. P Item saepe pro scriptura, quia in tabulis ceratis scribebant, quae et tabellae dicuntur. Pl. As. 4, 1, 17. Ne epistola quidem ulla sit in aedibus, nec cerata adeo tabula. Varr. R. R. 3, 5. med. Ornithonis locus deformatus ad tabulae litterariae speciem cum capitulo, i. e. in qua pueri scribere discunt, et ratiocinandi artem. Ejus forma est quadrata et oblonga cum parvo capite perforato, ex quo suspendebatur. Hor. Sat. 1, 6, 74. (et Ep. 1, 1, 56.) de pueris: Laevo suspensi loculos, tabulamque lacerto. Juven. 9, 40. ponatur calculus, adsint Cum tabula pueri. Adde Just. 23, 44. Hinc de puero valde studioso Petr. fragm. Trag. 46. Burn. Quidquid illi vacat, caput de tabula non tollit. Simile videtur illud Cic. Fam. 7, 25. Sed heus tu, manum de tabula: magister adest citius, quam putaramus. Victorius putat respici ad discipulos pictorum, qui absente magistro, penicillis aliquid furtim pingunt: eoque superveniente, manum de tabula tollere admonentur. Erasmus ad illud Apellis dictum ap. Plin. 35, 10, 36. n. 10. omnia sibi cum Protogene paria esse: sed uno se praestare, quod manum ille de tabula non sciret tollere: memorabili praeepto: nocere saepe nimiam diligentiam. Alii ad tabulam lusoriam, et desistendum esse a ludo. Alii ad litterariam, et cessandum a scribendo contra Caesarem, ipso adventante. [*Liv. 9, 46. tabulam possuisse et jurasse, se scriptum non facturum: ubi int. librum e tabulis ceratis, quem scriba apprensus magistratui gestabat, ut in eum referret, si quid ille scribi jussisset.] P Tabulae, syngraphae, scripturae contractuum, rationum, aliarumque rerum. Juven. 2, 119. Signatae tabulae: dictum, feliciter; et Pl. Rud. prol. 21. Juppiter bonos in aliis tabulis exscriptos habet; et Truc. 1, 1, 53. Tabulae, ubi aera perscribuntur usuraria. Cic. Rosc. Com. 2,

et 3. et Or. 2, 23. med. Conficere tabulas, h. e. rationes accepti et expensi ex adversariis in codicem referre. Id. Top. 3. f. Multum differt, in arcane positum sit argentum, an in tabulis debeatur, h. e. in nominibus; et Verr. 2, 2, 77. med. Litterae lituraeque omnes assimilatae, expressae, de tabulis in libros transferuntur. [*Tac. A. 2, 69. Nomen Germanici plumbeis tabulis inscriptum. Bail.] P **TABULA PATROCINIALIS**, eadem ac **HOSPITALIS**. V. PATROCINIALIS et HOSPITALIS. P In auctionibus. Cic. Caecin. 6. Adest ad tabulam: licet Aebutius, h. e. ad auctionem: erat enim tabula, in qua perscriptae erant res auctioni subjectae. Id. Att. 12, 40. f. Horti praeconi subjiciantur. Id. nisi sit, excludetur: sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis. V. SEXTIUS. Q. Cic. Pet. cons. 2. Antonium in praetura competitorem habuimus, amico Sabidio et Panthera, quod ad tabulam quos poneret, non habebat, h. e. in qua suffragiorum, postquam lata et collecta fuerant, numerus inibat et perscribatur. Varr. R. R. 3, 5. f. Narrat, ad tabulam, cum diriberent, quendam deprehensum tessulas conjungentem in loculum. Adde ib. 17. et Cic. Pis. 5. f. P De legibus et edictis. Cic. Phil. 2, 36. f. Toto Capitolio tabulae figebantur, h. e. in quibus immunitates aliquibus dabantur ex actis Caesaris, civitatis jus aliis, etc. Sic Phil. 1, 1. med. Nequa tabula ullius decreti Caesaris, aut beneficii figeretur. Id. Arch. 9. Tabulae publicae Heraclensium. Liv. 26, 36. Ut prima inter primos nomina sua vellet in tabulis publicis esse. Plin. 34, 9, 21. Tabulae aereae, in quibus publicae constitutiones inciduntur. Cic. Or. 1, 44. Bibliothecas omnium philosophorum unum mihi videtur duodecim tabularum libellus et auctoritatis pondere, et utilitatis ubertate superare. Adde ib. 43. V. DUODECIM. P De tabella, qua in iudiciis ferebatur sententia, et in comitiis suffragium. Cic. Phil. 11, 8. med. Quod si comitia placet in senatu habere, petamus, ambiamus: tabula modo detur nobis, sicut populo data est. Al. leg. tabella. [*Ita Orell.] Ascon. ad illud ejusd. Verr. 1, 13. extr. Ut discoloribus signis juratorum hominum sententiae notarentur. Signa alii ceratas diverso colore tabulas: alii ab iudicibus appositae tabulis ceras diversi coloris ajunt. Adde Dio. Verr. 7. f., ubi tabellam primo, mox tabulam usurpat. [*Ap. Orell. tabula non legitur.] P Laudare per tabulas, i. e. per scriptum. Ascon. pro M. Scauro, f. Horum magna pars per tabulas laudaverunt, quia aberant. P **TABULA DE PROSCRIPTIONE**. Juven. 2, 28. In tabulam Sullae si dicant discipuli tres. Mart. 5, 69. Antoni, Phario nil obiecture Photino, Et levius tabula, quam Cicerone, nocens. P **TABULAE DE TESTAMENTO**, *δυσθήκη*. Ov. A. Am. 2, 331. Omnibus his inerunt gratae vestigia curae: In tabulas multis haec via fecit iter, h. e. ut heredes scriberentur. Plin. ep. 2, 20. Coegit mulierem aperire tabulas, ac sibi tunicas, quas erat induta, legare. Juven. 4, 18. si munere tanto Praecipuum in tabulis ceram senis abstulit orbi; et 2, 58. Notum est, cur solo tabulas impleverit Hister Liberto; et 12, 122. si Libitina evaserit aeger, Delebit tabulas; et 14, 55. mutare tabulas. Mart. 5, 39. supremas signare. P **TABULAE NOVAE**, novus rationum codex, veteri delecto, ut aes alienum vetus debitoribus remittatur. Cic. Phil. 5, 4. med. Postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis novis salvum esse non posse. V. NOVUS. P Praeterea in re rustica **TABULA** est modus et mensura agrorum incertae quantitatis, in quadrum conformata. Pall. 2, 11. Tabulas pro domini voluntate, vel loci ratione faciemus, sive integrum jugerum continentes, seu medium, etc. et ib. 10. Fiant sulci tanta longitudine, quantam destinaveris tabulae. Id. 3, 10. med. Seminarium dicimus aequae fossam tabulam pedum duorum semis altitudine. Adde ib. 18. f. Id. ib. 9. med. Jugalas tabula, h. e. jugerum. P Aliquando est certae quantitatis mensura. Var. auct. de limit. p. 311. Goes. Habet itaque tabula una quadratas perticas septuaginta duas; et p. 312. Remanent perticae centum duodecim, quae faciunt tabulam unam, semis, et perticas quatuor. P Denique ap. Tert. Pall. 1. et 5. dicuntur **TABULAE RUGAE** et **Plicaturae** in vestibis, eorumque congeries **TABULATUM**: quia instar tabularum aliae super alias insident, et superpositae sunt. V. CONTABULATIO. **TABULAMENTUM**, i, n. tabularum, seu asseum colligatio. Front. Strat. 1, 7. Junxit dolia, constravitque tabulamentis. Adde Vet. Tab. longe Frontino antiquiorem, ap. Mur. 587, 1.; ea enim pertinet ad ann. U. C. DCXCVI. **TABULANDUS**, a, um, part. Auct. Itin. Alex. (ed. A. Maio) 77. Superjectu trabilacularum calcatu tabularum etc. B. A. **TABULARIA**, ae, f. idem quod tabularium. Claud. Aug. ap. Non. 3, 110. Quorum jacent muri, villa, horrea, curiaeque, et tabulariae publicae. P Item munus tabularii, h. e. ars sciendi rationes. Imp. Dioclet. et Maxim. Cod. 7, 9, 3. Post vero ut libertus tabulariam administrando, libertatem non amisisset. **TABULARIS**, e, adj. *πρωτακόος*, ad tabulas pertinens. Plin. 34, 9, 20. Aeris temperatura statuarum, eademque tabularia, h. e. ad ducendas tenues

laminae instar tabularum. P Substantive. Sen. Ira 3, 19. Torserat per omnia, quae in rerum natura tristissima sunt, fidiculis, tabularibus, equuleo, igne, vultu suo, h. e. tabulis corpori admotis, et adstrictis, quibus homo comprimeretur, et paene elideretur. Ita recte Lipsius, alii leg. *tribularibus*, h. e. tabulis ferreo denso acumine asperatis in modum tribulae: alii *talaribus*, h. e. *ποδοστράβις*, instrumento, quo pedes luxantur: vel *ἀσπράζωλοῦς μίοντι*, flagello ossiculis instructo, ut gravius feriat. V. TESSELATEDUS. [Sed prior sententia probanda, ut patet ex inventione corporis S. Danielis Levitae Patavii facta, cujus corpus inter duas tabulas, marmoream et ligneam, repertum est, quarum superior multas erat foraminibus perterebrata, utramque vero trabeas clavi colligebat, martyris corpus transfodientes. F.] P Absolute **TABULARE PALATI** ap. Veg. Vet. 2, 11. f. videtur esse palati convexitas: qua ratione palatum coeli dixit Ennius. **TABULARIUM**, ii, n. *ῥογαμασοφύλακον*, locus, in quo tabulae, hoc est instrumenta, et litterae, et acta publica reponuntur. Inscr. ap. Grut. 170, 6. Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus Cos. (scil. ann. U. C. DCLXXVI.) substructionem, et tabularium ex S. C. faciendum curavit, h. e. locum in Capitolio, quo senatusconsulta, plebiscita de societate et foedere ac privilegio, cuicumque concessis, ut ait Suet. Vesp. 8., continebantur. Liv. 43, 16. Censores in atrium Libertatis ascenderunt, et ibi signatis tabellis publicis, clausoque tabulario, et dimissis servis publicis, etc. Virg. G. 2, 502. nec ferrea jura, Insanumque forum, aut populi tabularia vidit. Cic. Arch. 4. Hic tu tabulas desideras Heraclensium publicas, quas Italico bello, incenso tabulario, interiisse scimus omnes. Inscr. ap. Grut. 478, 2. Tabularium censuale. P Etiam in privatorum aedibus tabularia sunt. Paul. Dig. 32, 1, 90. In fundo uno ex his, qui praeclegati sunt, tabularium est, in quo sunt complurium mancipiorum emptiones, fundorum, et variorum contractuum instrumenta, praeterea et nomina debitorum. **TABULARIUS**, ii, m. *ῥογαμαστής*, qui rationum tabulas perscribit, acceptique et expensi rationes conficit. Sen. ep. 88. inter in. et med. Numerare me docet arithmetica: potius doceat, non esse feliciorum, cujus patrimonium tabularios lassat. Ulp. Dig. 11, 1, 6. extr. Et adversus tabularium puto actiones dandas, qui in computatione fefellerit. Adde ib. 50, 13, 1. med. P Item tabellio, qui magistratibus apparet, cautiones, acta, et rationes conscribendo, et conscripta custodiendo, *ῥογαμασοφύλαξ*. Differt a tabellione, qui eorum, quae scribit, custos non est. Ulp. Dig. 43, 5, 3. Si custodiam tabularum aeditus, vel tabularius suscepit. Arcad. ib. 50, 4, 18. Custodes aedium, vel logographi, vel tabularii. Inscr. ap. Gud. 160, n. 7. L. Cincio L. F. Sabiniario tabulario Class. Raven., etc. Alia ap. Grut. 1091, 3. et 1100, 7. Tabularius XX. hereditatium; et 589, 11. Januarius Aug. Lib. tabularius a patrimonio. Sidon. ep. 4, 11. med. Habebat hunc procuratorem in negotiis, villicum in praediis, tabularium in tributis. Ammian. 28, 1. Obscurissime natus est pater tabularii praesidialis officii. P In Inscr. ap. Mur. 1024, 5. est *tabularius* per sync. **TABULATIM**, adv. per tabulas seu modos agri. Pall. 3, 9. med. Maxime expediet genera vitium tabulatum disponi, decimanis dividi. **TABULATIO**, onis, f. *οαυδωσις*, plurium tabularum compositio et junctura, contabulatio. Caes. B. C. 2, 9. Centones insuper injecerunt, ne tela tormentis missa tabulationem perfringerent. Vitr. 5, 5. f. Omnia publica lignea theatra tabulationes habent complures. **TABULATUM**, i, n. *οαυδωμα*, superficies plana, tabulis junctis constricta. Caes. B. G. 6, 28. In extremo ponte turrim tabularum quatuor constituit. Cato R. R. 3. Si in tabulato olea nimium diu erit, putescet; et ib. 55. Ligna domino in tabulato condito. Colum. 2, 22. Foenum in tabulata componere. Id. 1, 6. med. Siccas res tabulatis congerere. Id. 8, 3. de gallinatio faciendo: Tabulata supra se quaternos, et infra septenos liberos pedes habeant. Caes. B. C. 2, 9. f. Tabulatum exstruere. Stat. Th. 10, 879. destruere. Virg. A. 2, 463. de turri: qua summa labantes juncturas tabulata dabant. Val. Fl. 8, 305. et pedibus pulsant tabulata frementes. (Adde 3, 463.) Mart. 9, 60. tabulata catastae. P Translate est series rerum ordine alia super aliam compositarum; quae et *stratura* dicitur. Colum. 12, 39. med. Acina in doliolum conjicito, pedibusque bene calcato: ubi unum tabulatum feceris, vinum vetus conspergito, postea alterum supercalcato; et ib. 43. Uvas superponunt, tum furfures infundunt, et alterum tabulatum uvarum eodem modo collocant. Adde ib. 48. et 7, 8. med., ubi de caseo condendo agit. P In arboribus, et praecipue in ulmis, ad quas applicantur vites, *tabulata* sunt ramorum ordines effusiores, et in plana tendentes, non ad altiora crescentes, ut ait Serr. ad illud Virg. G. 2, 360. contemnere ventos Adsuescant, summasque sequi tabulata per ulmos. Colum. 5, 6. med. Ulmi cum adolescere incipient, falce formandae, et tabulata instituenda sunt: hoc enim nomine usurpant agrico-

lae ramos truncosque prominentes, eosque vel propius ferro compescunt; vel longius promittunt, ut vites laxius diffundantur. Id. ib. med. Palmes cum primum tabulatum apprehenderint, materia proxima putatione disponetur omnibus annis: alioquin in superius tabulatum excitabitur. Plin. 14, 1, 3. Populus, cujus tabulata in orbem patula, etc. Id. 12, 1, 5. Platani tabulata, laxaque ramorum trabibus scamna patula. P Alia significatione. V. in TABULA. **TABULATUS**, a, um, part. a *tabulo*: *οαυδωμένος*, tabulis constrictus, aut tectus. Plin. ep. 2, 17. med. Adhaeret dormitorium membrum, transitu interjacente, qui suspensus et tabulatus, conceptum vaporem digerit. Alii rectius *tabulatus* legunt. Fest. in *Adtubernalis*. Gentes, quae tabulatis habitant aedificiis. V. PROVOLO. P In modum plurium tabularum dispositus. Tert. Pall. 1. med. Pallii jam teretis redundantiam tabulata congregatione fulcitis. V. TABULA. **TABULINUM**. V. TABLINUM. **TABULIUS**, a, um. V. TRIENTIUS. **TABULO**, as, a. i. in modum tabulamenti aliquid dispono. Part. *Tabulandus* ap. Auct. Itin. Alex. M. (ed. A. Maio) 77. de fluminis transmissione: His quippe (*pellibus*) pactis, substratu levium deusarumque itidem, et superjectu trabilacularum (*lege trabilacularum*) calcatu tabularum connexa utrimque secus pellium pragmata (*lege pagmata*) usum ratium integraverant sibi pecorique. F.] **TABUM**, i, n. et *Tabus*, i, m. *αθλοῦς, λυθρον*, sanguis mortuus vel corruptus, ater cruor, sanies, pus. Vox fere poetica. Ennius ap. Cic. Tusc. 1, 44. et Pis. 19. Naufragio expulsus, saxis fixus asperis, evisceratus latere, saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro. Virg. A. 3, 27. Nam quae prima solo ruptis radicibus arbos Vellit, huic atro liquuntur sanguine guttae, Et terram tabo maculant; et ib. 626. vidi, atro cum membra fluentia tabo Manderet. Id. ib. 8, 485. Mortua jungebat corpora vivis, etc. et sanie taboque fluentes Complexu in misero longa sic morte necabat. Servius hic *saniem* mortui, *tabum* vivi sanguinem esse ait. Sed hoc discrimen auctores non servant. Ov. Met. 2, 760. Invidiae nigro squalentia tabo Tecta petit. Lucan. 6, 547. nigramque per artus Stillantis tabi saniem, virusque coactum Sustulit. Quint. decl. 12, 9. Effusa praecordia, et lividae carnes, et expressum dentibus tabum. [*Tac. H. 2, 70. infecta tabo humus; 3, 35. noxia tabo humus. Fortasse Liv. quoque 4, 30, 9. corpora adfecta tabo: ubi v. Drakenb.] P In mascul. gen. Sen. Herc. Oct. 520. Tabum fluentem vulneris dextra excipit, Traditque nobis uagulae insertum suae. Alii leg. *tabem insertam*. Etiam *Charis*, hoc genus agnoscit 1, 19. P *Tabum*, laes, venenum. Virg. G. 3, 481. Corruptique lacus, infecti pabula tabo. V. LUES. Hor. Epod. 3, 65. Cum palia, tabo munus imbutum, novam incendio nuptam abstulit. Virg. G. 3, 557. turpi dilapsa cadavera tabo. P Ut *sanies*, ita et *tabum* de sanguine purpurarum dicitur, quo inficiuntur lanae. Stat. Silo. 1, 2, 125. Vellera Sidonio jam pauca rubescere tabo. P Praeter tres casus, quos vides in allatis exemplis, non habet alium Latinum usum, quod et grammatici veteres monuere. **TABURNUS**, i, m. *Tavurno*, mons Samnii, apud Caudium, olivis inter alios abundans. Virg. G. 2, 38. olea magnum vestire Taburnum. Grat. Cyn. 509. veniat Caudini saxa Taburni. **TACAPENSIS**, e, adj. ad Tacapen pertinens, quod est oppidum Africae ad Syrtim parvam, fertilissimo agro dives. Plin. 5, 4, 3. et 18, 22, 51. Hinc Tacapensis ager. Id. 16, 27, 50. **TACATUA**, oppidum Numidiae. Plin. 5, 4. P *Tακατιν* est *Ptolemaeo*. B. A. **TACEO**, es, cui, citum, a. 2. *σιγῶς*, nihil dico, sileo, obmutesco. De notatione V. Voss. Etym. Quid a *sileo* differat, in ea voce dictum est. Pl. Poen. 1, 2, 49. Ag. Ne me obturba, ac tace. Mil. taceo. Ag. Si tacuisses, jam istuc Taceo non natum foret. Ter. Eun. 4, 4, 53. Taceanne, an praedice? et 1, 2, 23. Quae vera audivi, taceo et contineo omnia; et 3, 2, 36. Tace tu, quem ego esse infra infimos omnes puto homines; et 5, 2, 60. Au, tace, obsecro. Cic. Or. 1, 26. Enuntiabo apud homines familiarissimos, quod adhuc semper tacui, et tacendum putavi. Id. Verr. 1, 9. f. An me taciturnum tantis de rebus existimastis? Hor. Sat. 1, 4, 84. Tacere commissa arcana. Virg. G. 4, 122. nec sera comantem Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi, h. e. omissem dicere de narcisso, etc. Sen. Hipp. 558. Taceo novercas, h. e. silentio praetereo: nihil dico de novercis. Ov. Met. 13, 177. Utque alias taceam, qui saevum perdere posset Hectora, nempe dedi; et Plin. 28, 1, 1. Tacebimus, quid in ipso homine prosit homini? Catull. 61, 126. Ne diu taceat procaec Fescennina locutio. Tibull. 2, 4, 34. Nec prohibent claves, et canis ipse tacet. Ov. A. Am. 1, 271. Vere prius volucres taceant, aestate cicadae. P Passivae et impersonaliter. Oz. Am. 2, 18, 36. Aureus in medio Marte taceatur Amor. Cic. Agr. 3, 2. Ut doceam Rullum posthac in his saltem tacere rebus, in quibus de se, et de

suis factis taceri velit. *Ter. Eun.* 1, 2, 26. Taceri si vis, vera dicito. *Id. Ad.* 3, 5, 28. Ignotum est, tacitum est, creditum est. P Translate est quiescere, nullo sono obstreperente. *Virg. A.* 4, 525. Cum tacet omnis ager. *Catull.* 7, 7. cum tacet nox. *Mart.* 4, 64. Illic Flaminiae, Salariaeque Gestator patet, essedo tacente, h. e. strepitum nullum edente. *Id.* 7, 84. 1, liber, ad Geticam Peucen, Istrumque tacentem, h. e. gelu constrictum. Alii leg. *jacentem*; et *Sen. Med.* 766. tacens ventus. (Adde *Petr. Sat.* 134. in *carmin.*) *Id. Thyest.* 574. Jam silet murmur grave classicorum: Jam tacet stridor litui strepitus. *Ov. Her.* 15, 198. Plectra dolore lyra est. *Tac. H.* 3, 85. Solitudo et tacentes loci, h. e. in quibus nemo adest. P Illa quoque poetice valde comoda sunt, *Ov. Am.* 2, 5, 17. Non oculi tacere tui, conscriptaque vino Mensa: supra v. 15. *dixerat*: Multa supercilio vidi vibrante loquentes; et *A. Am.* 3, 512. Saepae tacens odii semina vultus habet. *Id. Am.* 1, 4, 66. Blanditiae taceant, h. e. nulla sint, absint. P *Tacenda*, indigna laudis: non *tacenda*, laudanda. *Hor. Ep.* 1, 7, 72. dicenda, *tacenda* locutus. *Ov. A. Am.* 2, 604. gravis est culpa *tacenda* loqui. *Mart.* 1, 50. Vir Celtiberis non *tacende* gentibus. P [*Conf. *tacere* et *jacere*. *V. Cort.* ad *Lucan.* 3, 524. *Burm.* ad *Quint. Decl.* p. 23.]

*TACHEMPSO, insula Aegypti superioris, in Nilo, Aethiopiae contermina. *Mela* 1, 9. *Tachompsō* est *Herod.* 2, 29. P *Tacompsō*, i, n. est *Plin.* 6, 29. qui tamen *oppidum* appellat, ut et *κόμην Steph. Byz.* *Oppidi* nomen ap. *Ptolemaeum* est *Μετακομψώ*, quod ita dicitur situm esse, ut *ἀντιπόδ*, e regione, in altera ripa *Ψελζις*, *Pselvis*, Aethiopiae oppidum, quod *Ψελζην* *Strabo* dixit, objaceat. *V. Cellarium. B. A.*

[TACHINUS, ā, et ē, um, adj. *ταχινός*, *ρή*, *ρόν*, celer, velox. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Murat.* 2088, 11. P. *Vicrius* *Tachinus*. Alia ap. *Grut.* 702, 9. *Fabia* *Tachine. F.*]

TACIBUNDUS, a, um, adj. *tacens*. *Donat. Vit. Virg.* n. 77. Saepae aut *tacibundus* discedebat, aut suffusus pudore tacebat.

*TACINA, fluvius vel fortasse oppidum Italiae inferioris, in Brutiis. *Anton. Itin. B. A.*

[TACITA, ae, f. Dea silentii, quae et Muta fuit appellata. *Or. Fast.* 2, 571. Ecce anus in mediis residens annosa puelis, Sacra facit *Tacitae*: vix tamen ipsa tacet. *V. ibi* sequentia. *F.*]

TACITE, adv. *σῆπ*, *σιωπῆ*, tacendo, silentio. *Pl. As.* 3, 2, 42. Quidnam esse dicam? tacite auscultemus. *Cic. Manil.* 5. f. Hi vos, quoniam libere loqui non licet, tacite rogant. *Liv.* 42, 16. f. Dissimulare, et tacite habere id, patique statuerat: tacitum pati, ut *Id.* 7, 1. loquitur. *Plin. ep.* 5, 17. f. *Imagines* (*majorum*) hos adolescentes tacite laudare, adhortari, et agnoscere videntur. *Cic. Mil.* 4. *med.* *Persapienter*, et quodammodo tacite, dat ipsa lex potestatem defendendi. *Liv.* 2, 58. *Tacite* exsecrari praetereuntem; et *Lucan.* 5, 511. vigilum somno ceditia membra *Transiluit*, questus tacite, quod fallere posset. *Ov. Pont.* 4, 10, 54. Et tacite peragens lene *Melanthus* iter, h. e. sine ullo aquarum defluentium strepitu. *Id. Fast.* 1, 65. *Jane* biceps anni tacite labentis origo. P *Clam*, occulte. *Just.* 15, 2. *Occidi* eum tacite jubet, corporaque eorum terra obrui. *Val. Max.* 6, 5. n. 2. *extr.* *Postulavit*, ut aliquis sibi, cui illum rem tacite exponeret, daretur; et *Cic. Quint.* 15. f. De quo libelli in celeberrimis locis proponuntur, huic ne perire quidem tacite obscureque conceditur. Adde *Gell.* 12, 12. P *Apud* *Jctos* ea *tacite fieri* dicuntur, quae verbis non expromuntur, sed tamen fieri aequum est, et ab omnibus admitti. *Exempla* passim in *Digestis* occurrunt. *V. Brisson. de verb. Jur. signif.*

TACITO, adv. idem quod tacite. *Just.* 18, 4. *Elissa* fugam *tacito* molitur.

TACITULUS, a, um, adj. dimin. *taciti*. Afferrunt *Varronis* duo loca a *Nonio* servata: 1, 234. et 17, 3., sed utrobique alii rectius vel *tacitus*, vel *taciturnus* reponunt.

TACITURIO, is, n. 4. tacere cupio. *Sidon ep.* 8, 16. *Etsi* tacere nondum coepimus, certe *tacituri* jam deliberavimus.

TACITURNITAS, atis, f. *σῆπ*, *σιωπῆ*, actus tacendi, silentium. *Cic. Fam.* 1, 5. f. Sed nosti hominis tarditatem et taciturnitatem. *Id. Att.* 7, 8. Suspicionem mihi majorem tua taciturnitas attulerat. *Id. Cat.* 1, 7. Vocis exspectas contumeliam, cum sis gravissimo iudicio taciturnitatis oppressus? *Hor. Od.* 4, 8, 22. quid foret *Iliae* *Mavortisque* puer, si taciturnitas Obstaret meritis *invida* *Romuli*? h. e. silentium poetarum. [**Suet. Ner.* 23. taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens: *Intpr. Gal.* s'il en voyoit quelquesuns rougir et garder le silence.] P *Virtus* servantis arcaea commissa. [*Verschwiegenheit.*] *Ter. Andr.* 1, 1, 4. Nihil istac opus est arte ad hanc rem, quam paro, sed sis, quas semper in te intellexi sitas, fide, et taciturnitate. Ubi *Donatus*: Fides est commendatorum fida exsecutio: taciturnitas vero observantiae genus, in silentio constituta, et in celando secreta. *Aurel. Vict. Epit.* 1. *med.* *Amici* praecipui erant ob taciturnitatem *Maecenas*, ob patientiam laboris *Agrippa*. [**Suet. Aug.* 66. *Desideravit* *Maecenatis* taciturnitatem.]

TACITURNUS, a, um, adj. *σιωπηρός*, qui natura facile tacet, qui paucorum est verborum, et minime garrulus. *Cic. Sext.* 9. Quia tristem semper, quia taciturnum, quia subhorridum atque incultum videbant. *Nep. Att.* 22. *Preces* ejus taciturna sua obstinatione compressit. *Lucr.* 4, 584. et *Ov. A. Am.* 2, 505. taciturna silentia rumpere. *Hor. Ep.* 2, 2, 83. *Ingenium* statua taciturnus. P Translate sumitur pro quieto, in quo nullus auditur strepitus. *Hor. Od.* 3, 29, 24. caretque *Ripa* vagis taciturna ventis. *Pl. Curc.* 1, 1, 20. *Valetne* ostium? *Ph.* *Bellissimum* hercle vidi, et taciturnissimum. *Ov. Fast.* 1, 425. animamque tenens vestigia furtim *Suspensio* digitis fert taciturna gradu. *Prop.* 1, 18, 1. *Loca* deserta et taciturna. P *Is*, de quo taceatur. *Hor.* ad librum suum, *Ep.* 1, 20, 12. aut tinea pasces taciturnus inertes, h. e. a nemine laudatus aut lectus.

TACITUS, a, um, part. a *taceo*: *σιωπῶν*, qui tacet. *Pl. Poen.* 4, 2, 84. *Tacitus* tace modo. *Id. Rud.* 4, 4, 70. *Tacita* bona est mulier semper, quam loquens. *Cic. Cat.* 1, 8. *med.* *Quid* exspectas auctoritatem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? *Pl. Poen. prol.* 32. *Matronae* tacitae spectent, tacitae rideant. *Cic. Verr.* 2, 2, 73. *Cum* id quoque constat, vos jam, me tacito, intelligetis, etc. h. e. me tacente. *Id. Marcell.* 1. *Hoc* tacitus praeterire nullo modo possum. *Id. Cat.* 3, 11. *Nihil* me mutum delectare potest, nihil tacitum, h. e. tabulae aut signa, quae sunt monumenta tacentia. *Id. Verr.* 2, 3, 16. *Os* tacitum alicui praebere, h. e. nihil respondere. *Id. Rosc. Com.* 7. *Nonne* ab imis unguibus usque ad verticem summum (siquam conjecturam affert hominibus tacita corporis figura) ex fraude, fallacis, mendacis constare totus videtur? *Id. Cluent.* 23. *Vocat* me alio tacita vestra exspectatio. [**Liv.* 1, 47. nec cum quo tacita serviret, i. e. sine rebus novis tentatis; et 40, 9. si mori tacitum oportet, i. e. non auditum, non defensum.] *Virg. Cul.* 410. *His* tumulus super inseritur: tum fronte locatur *Elogium*, tacita format quod littera voce; *Parve* *culex*, etc. *Id. A.* 4, 363. totumque pererrat *Luminibus* tacitis, h. e. intentis oculis intuens, et interea nihil dicens: *ἐπαλληλῆς*. *Sic* *ib.* 7, 343. *Alecto* tacitum obsedit limen *Amatae*, h. e. tacita obsedit. [**Tacitum fulmen* ap. *Luc.* 1, 533. est fulmen sine tonitru. *V. Cort.*] P *De* re, et loco, in quo silentium est, et strepitus nullus. *Id. ib.* 6, 386. *Per* tacitum nemus ire, h. e. per silvas *Elysiorum*. *Sen. Herc. Fur.* 536. *Et* mutis tacitum litioribus mare, h. e. tranquillum. *Mart.* 8, 32. *Aera* per tacitum, h. e. placidum. *Ov. Fast.* 3, 652. *Tacitae* aquae. *Sen. Med.* 158. *Tacita* quies, h. e. nox et somnus. *Id. ib.* 114. *Tacitis* tenebris ire. *Id. Herc. Oet.* 486. *Arcana* tacitus nostra defendens specus. *Ov. Her.* 18, 78. et *Fast.* 2, 552. *Tacita* nox. *Mart.* 9, 62. *domus*; et 7, 47. *taciti* regnator *Averni*. *Claud. Cons. Prob. et Olybr.* 22. *tacitam* luna regnante per *Arcton*. P *Substantivi* more. *Lucan.* 10, 252. *trahitur* *Gangesque*, *Padusque* *Per* tacitum mundi, h. e. per loca subterranea, et cavernas latentes. *Virg. A.* 9, 30. *septem* surgens sedatis amnibus altus *Per* tacitum *Ganges*, h. e. sine strepitu aquarum. *Sil.* 10, 354. *Somnus* per tacitum allapsus. *Id.* 12, 554. *erumpunt* sub casside fusae *Per* tacitum lacrimae. *Adde* 17, 216. P *De* re, quae taceatur. *Cic. Fam.* 3, 8. *Prima* duo capita epistolae tuae tacita mihi relinquenda sunt. *Pl. As.* 4, 2, 7. *Suspendas* potius me, quam tacita tu haec auferas, h. e. haec quae auferas, a me taceantur. *Cic. Or.* 3, 17. f. *Tenere* aliquid tacitum. *Id. Att.* 2, 3. *Cetera* si reprehenderit, non feres tacitum, h. e. non obtinebis, ut taceam, respondebo enim, et repugnabo. *Sic Liv.* 1, 50. *extr.* *Ne* id quidem ab *Turno* tulisse tacitum ferunt: dixisse enim, etc. *Id.* 3, 45. *Ferro* hinc tibi submovendus sum, ut tacitum feras, quod celari vis: *tacitum fere* quis dicitur factum aut vocem suam, cui nemo adversatur, aut reprehendit. *Id.* 7, 1. *Non* patientibus tacitum tribunis, quod pro consule uno plebejo tres patricios magistratus nobilitas sibi sumpsisset. *Pl. Cist.* 1, 2, 10. *Tacere* nequeo misera, quod tacito usus est. P *Tacita assensio* ap. *Cic. Mil.* 5. est quae sine verbis aut voce datur. *Tacitae induciae* ap. *Liv.* 2, 18. *extr.* et *ib.* 64. et 23, 46. sunt, in quas utrinque convenitur, nulla pactione praemis. *Sic Just.* 6, 7. *Neutris* quidquam hostile facientibus, cum quasi tacito consensu induciae essent. [**Liv.* 1, 54. *tacitae* ambages, i. e. quae factis, non verbis aperiantur; et 39, 30. *tacitum signum*, i. e. per tesseram scriptam datum.] P *Tacitus sensus*, naturalis, insitus. *Cic. Or.* 60. *extr.* et *Or.* 3, 50. *med.* *Omnes* tacito quodam sensu, sine ulla arte aut ratione, quae sint in artibus ac rationibus recta ac prava, didicant. P *Hinc* *tacita* dicuntur praesertim a *Jctis*, quae sequuntur ab natura rei, et facile intelliguntur et admittuntur ab omnibus, licet verbis aut pacto non exprimantur. *Cic. Inv.* 2, 47. *Non* omnia scriptis, sed quaedam, quae perspicua sunt, tacitis exceptionibus caveri.

Ulp. Dig. 20, 2, 3. *Tacita* conventio etiam in his locum habet. *Papin. ib.* 23, 3, 68. *Omnis* dotis promissio futuri matrimonii tacitam conditionem accipit. *Ulp. ib.* 28, 5, 25. *Tacita* substitutio inesse videtur institutioni; et *ib.* 29, 2, 66. *Ceteris* sociis non jubentibus, tacito jure partes ei ad crescent. [**V. Spald.* ad *Quint.* 9, 2, 73. p. 789. *ed. Burm.*] P *Etiam* occultus, arcanus. *Virg. A.* 4, 67. *tacitum* vivit sub pectore vulnus; et *ib.* 306. *sperasti* tacitus mea discedere terra? *Ov. Met.* 7, 147. *afectu* tacito lactari. *Claud. Laud. Stil.* 1, 280. *bellum* civile pudoris *Obtentu* tacitum. *Capitol. Gord.* 12. *Senatusconsultum* tacitum, h. e. quod non vulgatur. *Docet* autem *Capitol. ib.* non solum sub imperatoribus, sed etiam in libera republica, ita re postulante, tacita senatusconsulta fieri aliquando consuevisse: et modum tradit, quo fierent. *Exemplum* habes ap. *Liv.* 4, 11. *Sic* *Cic. Att.* 4, 16. *med.* *Senatus* decrevit, ut tacitum iudicium ante comitia fieret. *Id. Cat.* 1, 2. *Habemus* hujusmodi senatusconsultum, verumtamen inclusum in tabulis, tanquam in vagina reconditum. *Ov. Her.* 17, 143. *tacito* mando mea verba libello. [**Vell.* 2, 93, 3. ob tacitas cum *Marcello* offensiones. *Cf. Cort.* ad *Lucan.* 5, 811. *flamma* quamvis *tacitas* urgente medullas: ubi largam exemplorum copiam invenies. *Adde eund.* ad *ib.* 6, 430. 1, 247. 4, 425. et 465. — *Liv.* 32, 20. *tacitum* concilium, i. e. a quo nihil certi constitutum est.] P *Substantivi* more. *Ov. Am.* 3, 7, 51. *Sic* aret mediis taciti vulgator in undis. *V. TANTALUS.* P *Tacitus*, demissus, submissus, [**lenis*.] *Ov. Met.* 9, 300. *tacita* quoque carmina voce Dixit.

TACITUS, i, m. *C. Cornelius Tacitus*, orator clarissimus, aequalis ac familiaris *Plinii junioris*, sub *Vespasiano*, *Tito*, *Domitiano*, *Nerva*, *Trajano*, *Hadriano*. A *Vespasiano*, et aliis ad plures honores evectus est. *Historiam* principum conscripsit ab *Augusto* usque ad *Hadrianum*, quae ad nos haud integra pervenit. *Scriptis* et de claris oratoribus: praeterea vitam *Agricolae* socii sui: item de moribus ac situ *Germanorum*: atque haec omnia stilo sublimi, presso, arguto, et sententioso. *Vopisc. Tac.* 10. *tradit*, hunc auctorem tanquam e suis progenitoribus, *Tacitum* *Imp.* quotannis decies describi, ne liber periret, eumque in omnibus bibliothecis collocari jussisse.

*TACOMPSON. *V. TACHEMPSO. B. A.*

TACTILIS, e, adj. *ἀπτός*, qui tangi potest, tangibilis. *Lucr.* 5, 152. *Tactile* nil nobis quod sit, contingere debet.

TACTIO, onis, f. *ἄψις*, actus tangendi. *Cic. Tusc.* 4, 9. *Et* qualis est haec aurium, tales sunt oculorum, et tactionum, et odoratum, et saporum. *Pl. Aut.* 4, 10, 14. *Quid* tibi ergo meam me invito tactio est? h. e. quid meam rem tangis? *Id. Poen.* 5, 5, 29. *Quid* tibi hanc digito tactio est? *Adde Cas.* 2, 6, 54. et 56. et *Aul.* 3, 2, 9.

TACTUS, a, um, part. a *tango*, *τεθιγμένος*. *Prop.* 3, 19, 15. qui tactas in foedere ruperit aras. *Ov. A. Am.* 1, 575. *rapias* illius tacta labellis *Pocula*. *Id. Trist.* 3, 4, 18. *Sic* cadit, ut tacta surgere possit humo. *Id. Met.* 4, 386. *tactis* subito mollescat in undis. *Id. Fast.* 4, 740. *Tactaque* fumanti sulfure balet ovis, h. e. fumo sulfuris afflata. *Sic Met.* 7, 326. *neque* erant tacti, nisi odore dracones. *Id. ib.* 3, 429. *frondes* autumnno frigore tactae; et *ib.* 6, 140. *tristi* medicamine tactae *Defluxere* comae. P *Item* aditus: quia quem locum adimus, pede tangimus. *Id. Trist.* 4, 10, 109. *Tacta* mihi tandem longis erroribus acto *Juncta* pharetratis *Sarmatis* ora *Getis*; et *ib.* 3, 2, 18. *Et* poenae tellus est mihi tacta meae. P *Item* illitus, obductus. *Varr. R. R.* 3, 5, et 12. *Paries* tectorio tactus. *Est* qui leg. *tectus*. *V. TANGO.* P *Item* ictus, percussus. *Ov. Trist.* 2, 144. *ulmus* fulmine tacta *Jovis*. *Hinc* *de coelo tactus*, fulmine ictus, *τεθιγμένος*. *Virg. Ecl.* 1, 17. *De* coelo tactae *quercus*. *Cic. Div.* 2, 21. *Natae* statua, et aera legum de coelo tacta. *Liv.* 25, 7. *Tacta* de coelo multa: duae in *Capitolio* aedes, vallum in castris, etc. *Adde* 29, 14. et alibi saepe. *Plin.* 36, 4, 4. n. 1. *Simulacrum* e coelo tactum. *Et* absolute. *Id.* 2, 54, 55. *Tacta* aedes *Junonis*. *Hic* autem loquendi modus *καὶ ἐπιρημασίων* adhibebatur, ut absterent a verbis mali ominis, percussus, ictus, etc. P *Translate*. *Cic. Or.* 2, 10. f. *Illud* tertium, quod a *Crasso* tactum est, h. e. breviter commemoratum; et *Manil.* 3, 21. *spatio* majore canenda, *Quam* si tacta loquar, *Romanae* gentis origo, h. e. tractata ab aliis, vulgata, et nota. [**Liv.* 23, 22. *Nunquam* rei ullius alieniore tempore mentionem factam in senatu, quam inter tam suspensos sociorum animos id tactum, quod insuper sollicitaret eos.] *Pl. Bacch.* 5, 2, 39. *Tactus* sum vehementer visco; et *Ps.* 5, 2, 13. *Probe* tactus *Ballio* est, h. e. circumventus et fraudatus. *Vel. Poeta* ap. *Cic. Or.* 2, 64. *Sentin*, senem esse tactum triginta minis? *V. BOLUS.* P *Commotus*, incitatus. [**Liv.* 1, 45. *religione* tactus hospes; et 5, 22. *spiritu* divino tactus.] *Prop.* 3, 1, 39. *Carminis* interea nostri redeamus ad orbem, *Gaudet* ut solito tacta puella sono; et *ib.* 5, 34. *mater* no tacta dolore *Thetis*. *Ov. Met.* 10, 636. *rudis*,

primoque Cupidine tacta. P [*Confund. tactum et tractatum. V. Beier. ad Cic. Off. 2. p. 197.]

TACTUS, us, m. *ἄψις, ἄψις*, actus tangendi, tactio. *Lucr.* 2, 434. Tactus enim corporis est sensus. *Id.* 1, 318. Signa manus dextris ostendunt attenuari Saepae salutantum tactu. *Cic. Univ.* 5. Coelum sub aspectum et tactum cadit. *Plin.* 11, 58, 90. Sanguis tactum non sentit. *Hor. Od.* 3, 2, 10. lacessere asperum tactu leonem. *Ov. Met.* 4, 744. virga recens Vim rapuit monstri, tactuque induruit hujus. *Id. Pont.* 2, 7, 13. Membra reformidant mollem quoque saucia tactum. *Claud. Cons. Mall. Theod.* 316. Levis tactus. *Cic. Or.* 3, 57. Chordae intentae ad quemque tactum respondent. *Virg. G.* 3, 502. aret Pellis, et ad tactum tractanti dura resistit. *Id. A.* 7, 618. abstinere tactu. *Id. ib.* 2, 683. flamma tactu innoxia; et *G.* 3, 416. mala tactu vipera. [*De v. tactus medicorum et magorum proprio multa docte disputat *Gron. in observ.* 2, 1. p. 110. sq. ed. Fr. P De sideribus, i. q. vis, influxus: quo sensu saepius *contactus* et *contagio* dicuntur. *Cic. N. D.* 2, 15. is solis tactus est, ut non tepesciat solum, sed etiam comburat. *Div.* 2, 46. plus terrarum situs, quam lunae tactus ad nascentium valere: ita hic *Ern.*, q. v. in *cl. Cic.* Alii, in quorum numero est *Orell.*, ita tamen ut lectionem *tactus* ulteriore examine dignam censeat, habent *tractus*, quod nullum commodum sensum habere dicit *Ern.*; alii *status*, ex *Clerici*, prob. *Daviso*, sententia. Porro *Ern. l. l.* posuit aliud exemplum *Vitruvii* 9, 9. ubi recte, pro librorum lectione: *tractus coeli*, repositum esse censet *tactus coeli*, i. e. pressio aeris. Denique etiam ap. *Virg. A.* 3, 138. pro *vulg. coeli tractus* quorundam codd. lectionem *tactus* praeferebant censet, quia de arboribus et segetibus sermo. P *Tactus viriles* ap. *Ov. Met.* 10, 434. tactusque viriles In vetitis numerant: signif. concubitus cum maritis.] P Unus est ex quinque corporis sensibus, in toto corpore acquabiliter fusus, ut omnes ictus, omnesque nimios et frigoris et caloris appulsus sentire possimus, inquit *Cic. N. D.* 2, 56. f. *Plin.* 11, 4, 3. Habere tactum, atque gustatum.

*TADER, eris, Hispaniae Tarraconensis fluvius. *Plin.* 3, 1. P Hodie est *Segura*. B. A.

*TADIATES, ium, populi vetusti (quorum urbs, a qua dicti, fortasse excisa), qui in Sabinis vel in Samnitibus incolabant. *Plin.* 3, 12. B. A.

*TADINATES, ium, populi Umbriae, ab oppido quodam ignoto, quod Tadium fortasse audiebat, nomen trahentes. *Plin.* 3, 14. B. A.

*TADNOS, i, fons Myoschormo vicinus, ad sinum Arabicum. *Plin.* 6, 29. B. A.

*TADU, Aethiopiae insula, vel certe Aethiopiae Aegyptoque contermina, non procul a Meroe. *Plin.* 6, 29. B. A.

*TADUTI vel Tadute, opp. Numidiae. *Tab. August.* P Reperitur et *Thadute*. B. A.

TAEDA et Teda, ae, f. *τάδα, τὰδα*, et contraete *τάδα, τὰδα*, genus arboris picem ferens, ut pinus, picea. *Plin.* 16, 10, 16. 17. 18. 19. sex enumerat genera arborum, ex quibus pix defluit: et sextum, inquit, genus est taeda proprie dicta, abundantior succo, quam reliqua, parciore liquidioreque, quam in picea: flammis ac lumini sacrorum etiam grata. Hae, mares dumtaxat, ferunt, et eam quam Graeci *sycon* vocant, odoris gravissimi. Laricis morbus est, ut taeda fiat. Haec *Plinius*. Est a quarto casu *τάδα*, aut *τάδα* vocis Graecae allatae: unde diphthongus in antiquis libris, ut ait *Dausquius*, cui adsentitur *Cellarius*, et *Voss.* in *Etym.* Sunt tamen multi, qui *teda* scribunt: quos non damnaverim. *Plin. ib.* 11, 21. Pix liquida in Europa e taeda coquitur navalibus muniendis, multosque alios ad usus. *Id.* 3, 11. n. 2. Glessum pineae arboris esse, indicio est pineus in attritu odor, et quod accensum taedae modo ac nidore flagret. *Id.* 35, 6, 25. Atramentum laudatissimum fit e taedis. *Id.* 29, 2, 9. Assulis taedae subjectis lanam oleo asperam accendere. *Calp. Ecl.* 2, 28. Me *Silvanus* amat: dociles mihi donat avenas, Et mea frondenti circumdat tempora taeda, h. e. pinu. P Etiam sappii arboris imas partes taedas vocant. *Plin.* 16, 12, 23. P Per *synechocchen* dicitur de tabulis navium, ut *pinus*. *Juven.* 12, 57. I nunc, et ventis animam committe, dolato Confusus ligno, digitis a morte remotus Quatuor aut septem, si sit latissima taeda. P Item de assulis taedae, aliusve arboris facile ardentis. *Vitr.* 7, 10. Sarmenta, aut schidias taedae comburere. *Caes. B. C.* 3, 101. (et *ib.* 2, 11.) Complectas onerarias naves taeda, pice, stuppa, reliquisque rebus, quae sunt ad incendia, in *Pomponianam* classem immisit. *Ov. Fast.* 4, 741. Ure mares oleas, taedamque, herbasque Sabinas. *Id. Met.* 8, 460. taedaeque in fragmina poni Imperat, et positis inimicos admovet ignes; et *ib.* 3, 373. summis circumlita taedis Admotam rapiunt vivacia sulfura flammam. *Val. Fl.* 2, 235. Injicere taedas ad fastigia tectorum. *Plin.* 2, 106, 110. In Lycia *Hephaestii* montes taeda flammante tacti, flagrant adeo, ut, etc. *Ov. A. Am.* 3, 573. Ignibus hic lentis uretur, ut humida taeda. P Plurimum taedarum usus in sacris. *Ov. Her.* 12, 34. Ardet ut ad magnos pinea taeda Deos. *Id. Fast.* 4, 492. de Cerere: accendit geminas pro

lampade pinus: Hinc Cereris sacris nunc quoque taeda datur. *Juven.* 2, 91. Talia secreta coluerunt Orgia taeda; et *ib.* 157. cuperent lustrari, si qua darentur Sulfura cum taedis. P Item in exsequiis, in quibus inversae praeferebantur. *Sil.* 2, 184. et 13, 547. P Item in nuptiis, in quibus faces praeferebantur: quia mos erat sponsam noctu deducere: et *Hymenaeus* cum facibus pingitur: unde metonymice taeda ipsas nuptias significat. *Ov. Her.* 4, 121. ne nupta quidem, taedaeque accepta jugali. *Id. Met.* 9, 721. Conjugii, pactaeque expectat tempora taedae. *Id. Her.* 6, 134. Me tibi, teque mihi taeda pudica dedit. *Prop.* 3, 17, 25. At vos, innuptae, felicius urite taedas. *Sen. Oed.* 500. Concutit taedas geminus Cupido. *Virg. A.* 4, 18. Si non pertaesum thalami taedaeque fuisset. *Stat. Silv.* 3, 4, 53. taedas jungere. *Ov. Met.* 4, 326. dignari aliquam taeda. *Sen. Herc. Fur.* 493. copulari taedis. *Mart.* 6, 2. sacrae connubia fallere taedae, h. e. adulterium admittere. *Prop.* 1, 8, 21. Nam me non aliae poterunt corrumpere taedae, h. e. alius amor. P inter instrumenta torquentium. *Lucr.* 3, 1031. Verbera, carnifices, robur, pix, lamina, taedae. *Juven.* 1, 155. Pone *Tigellinum*; taeda lucebis in illa, Qua stantes ardent, qui fixo gutture fumant. V. SUPER-VESTIO. P Est etiam taeda arvina in exiguis micula castillaminum insecta de more, quae in sacris adhibebatur. Ita *Arnob.* 7, 230. P Taeda pro taedae dixit suo more *Lucr.* 3, 897.

[TAEDACEUS, a, um, adj. ad taedam pertinens, seu qui ex taeda fit. *Appul. Apol.* Idque se ait *Crasus* taedae fumo, et avium plumis comperisse. Ita edidit *Oudendorpius*, alii minus recte a caede et fumo. F.]

TAEDESCIT, ebat, impers. 3. idem quod taedet. *Minut. Octav.* 28. extr. Quos prius taedescit impudicitiae suae, quam pudescit.

TAEDET, ebat, taesum est, impers. 2. *ἄθρομαι*, taedium capio. *Cic. Att.* 2, 22. f. Taedet ipsum Pompejum, vehementerque poenitet. *Id. Verr.* 1, 12. Sunt homines, quos libidinis infamiaeque suae neque pudeat, neque taedet. *Id. Att.* 5, 16. Taedet nos vitae. *Ter. Eun.* 2, 3, 5. Deleo omnes dehinc ex animo mulieres: taedet quotidianarum harum formarum. *Pl. Cas.* 1, 54. Abeo intro: taedet sermonis tui. *Id. Most.* 1, 4, 4. Ita me ibi male convivii sermonisque taesum est. *Ter. Phorm.* 3, 2, 2. At enim taedet jam audire eadem millies. *Caecil.* ap. *Gell.* 2, 23. Taedet mentionis: quae (uxor) mihi extemplo savium dat jejuna anima. P More personalium. *Hieron. Vit. Malch. n. 7.* Coepi taedere captivatis, et monasterii cellulas quaerere. *Taedeo, pudeo, pigeo*, etc. antiqui dixere, ut *Prisc.* 11, 922. docet. *Gloss. Philox.* Taedeo, *ἀνδρίζομαι, ἐξαναδοῦμαι*. Hinc praeteritum *taedui*. *Sidon. ep.* 8, 15. Operis arrepti fasce perspecto, taeduit inchoasse. *Lactant.* 4, 19. ex *Hierem.* 15, 9. Exterrita est, quae parit, et taeduit animam. *Vulgata* habet: Defecit anima ejus.

TAEDIFER, ra, rum, adj. *δαδοφόρος*, qui taedam fert. *Taedifera* Dea est Ceres, quae dicitur taedas ad ignem Aetnae inflammasse, cum investigare vellet filiam Proserpinam a Plutone raptam: cujus etiam sacra noctu fiebant, in quibus sacerdotes Deam imitatis faces deferebant. *Ov. Her.* 2, 42. Et per taediferae mystica sacra Deae. V. DADUCHUS.

TAEDIO, as, n. I. taedio afflictor, fastidio. *Lamprid. Alex. Sec.* 29. Si necessitas cogeret, ante lucem actis operam dabat, et in longam horam producebat: neque unquam taediavit, aut morosus, aut iratus resedit. *Ter. adv. Jud.* 11. med. ex *Deuter.* 28, 65. Dabit tibi Deus cor taedians, et tabescens animam. *Vulgata* habet: Cor pavidum, et animam consumptam moerore. P *Animal taedians* ap. *Veg. Vet.* 1, 17. med. et *ib.* 3, 2. et 68. est fastidio cibi laborans. P *Casaubono* ad *Lampr.* c. videtur verbum hoc elegantissimum: mihi non item.

TAEDIOSE, adv. Tribuitur *Appul. de Deo Soerat.*, sed varia ibi lectio. *Gloss. Philox.* Taediose, *ἀνδρῶς*.

TAEDIOSUS, a, um, adj. taedii plenus. *Firm. Math.* 1, 3. f. Ille invisus longam ac taediosam lucis sustinet sarcinam.

*TAEDITUDO, inis, f. *οὐχουσία* *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

TAEDIUM, ii, n. *ἄθος, ἀλχος*, fastidium, satietas. *Sall. Jug.* 66. f. Cum taedio rerum adversarum omnia bello potiora duceret. *Liv.* 34, 34. Oppugnatio urbium obsidentibus prius saepe, quam obsessis, taedium affert. *Id.* 8, 2. Ipsos belli culpa sua contracti taedium cepit. *Gell.* 9, 4. med. Tenet me taedium alicujus rei. *Ov. Met.* 9, 615. et *Gell.* 7, 18. extr. Capere taedium alicujus rei. *Petr. Sat.* 37. Taedio fatigatus. *Tac. A.* 12, 39. curarum fessus. *Just.* 31, 1. f. quietis urbanae novae belli causas circumspicere. *Hirt. B. Alex.* 23. Multitudo confecta taedio puellae (*Arsinoes*). *Plin. ep.* 1, 8. Libenter educationis taedium laboremque suscipere. *Id. ep.* 8, 18. med. Vir ita perditus morbo, ut esse taedio posset uxori. *Id. ep.* 3, 9. med. Satietate et taedio languescere. *Quint.* 2, 2. Parere taedium laboris. *Id.* 8, 3. med. Aliqua varietatis gratia levare taedium. *Id.* 4, 2. Figuris variare expositionem ad effugiendum taedium; et 10, 1. Taedium evitare. *Ov.*

A. Am. 1, 718. tollere. *Id. Pont.* 3, 7, 3. facere alicui. *Tac. A.* 13, 2. movere sui; et *ib.* 6, 7. extr. Taedio aliquem afflicere. *Ov. Met.* 13, 213. ut longi taedia belli Mente ferant placida. *Juven.* 7, 34. Taedia tunc subeunt animos. P Dicitur de fastidio cuiuscumque rei. *Plin.* 30, 15, 51. Ova noctuae data in vino taedium ejus adducunt. *Id.* 31, 2, 13. Vinum in taedium venire his, qui ex Clitorio lacu biberint. *Id.* 8, 43, 68. Taedium aquarum asinis, h. e. ut aquas pedibus tangere reformident. *Id.* 31, 3, 21. Animalia quae taedium faciunt: ut culices, muscae, etc. P Metonymice de iis, quae taedium faciunt. *Plin.* 26, 13, 86. taedium vocat morbum phthiriasis; et *ib.* 1, 3. lichenas seu mentagram; et 34, 18, 50. muscas et culices. Non sunt, inquit, ea taedia in metallis. *Id.* 28, 11, 46. Cornus corvini cinis prodest, ut taedia animalium capillis non increscant; et 29, 6, 39. Blattarum genus odoris taedio invisum. *Id.* 15, 2, 3. Vetustas oleo taedium affert; et 19, 6, 34. de alio: Taedium huic quoque halitu, ut caepis.

TAEDULUM antiqui interdum pro fastidioso: interdum quod omnibus taedio esset, ponere soliti sunt. *Festus*.

TAENARIDES, ae, m. *Ταυραγίδης*, qui est e Laconia, in qua est Taenarum. De Hyacintho puero, qui Lacon fuit, *Ov. Met.* 10, 183. Tollere Taenarides orbem properabat: at illum, etc.

TAENARIS, idis, f. *Ταυραγίς*, quae ad Taenarum et Laconiam pertinet, Lacaena. *Ov. Her.* 17, 6. Exceptit portu Taenaris ora suo. Adde *ib.* 16, 3. P De Helena uxore Menelai Laconum regis. *Id. ib.* 8, 72. Reddita Mopsopia Taenaris urbe soror: Taenaris Idaeus trans aequor ab hospite rapta.

TAENARIUS, a, um, adj. *Ταυραγός*, ad Taenarum pertinens, Spartanus, Laconicus. *Plin.* 9, 8, 8. Taenarium litus. *Ov. Her.* 16, 274. Taenaria humus. *Id. Met.* 2, 247. Taenarius Eurotas. *Hyg. fab.* 14. med. Euphemus Neptuni filius, Taenarius, h. e. ex oppido Taenaro. *Virg. G.* 4, 467. Taenariae fauces, alta ostia Ditis. *Prop.* 3, 1, 49. [*Al. 3, 2, 9.] Taenariis fulta columnis domus, [h. e. di nero antico. Hinc *Plin.* 36, 18, 29. Sunt et nigri lapides, quorum auctoritas venit in marmora, sicut Taenarius. F.] *Prop.* 1, 13, 22. Taenarius Deus, h. e. Neptunus, cujus templum fuit in Taenaro promontorio Laconiae, ut *Paul.* 3, 12. et *Auct. Priap.* 77. docent. *Ov. Her.* 13, 45. Taenaria marita, h. e. Helena uxor Menelai Laconiae regis. *Id. Fast.* 4, 612. vallis, h. e. Inferi, ad quos est descensus in Taenaro. *Id. Met.* 10, 13. Ad Styga Taenaria est ausus descendere porta. *Lucan.* 6, 648. Taenariis faucibus aer Sedit iners. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 2. Taenarius currus, h. e. Plutonis. *Coripp. Johann.* 7, 308. Juppiter, h. e. Pluto. P De purpura, quae, teste *Plin.* 9, 36, 60., laudatissima in mari circa Taenarum promontorium capiebatur, *Val. Fl.* 1, 427. Illis Taenaro pariter tremit ignea fuco Purpura. *Id.* 5, 513. Accipe Taenarii chlynydem de sanguine atheni. *Stat. Theb.* 7, 659. Taenaria palla. P *Taenaria insula* ap. *Hyg. fab.* 79. est ipsum Taenari promontorium, quod adeo excurrit in mare, ut insula, aut paeninsula videri possit. P Scribunt aliqui *Taenareus*.

TAENARUS, et os, i, m. et f. et Taenarum, et on, i, n. *Ταυραγός, Ταυραγία*, mons, et promontorium Peloponnesi in Laconia, valde procurrens in meridiem, et Messeniae sinum a Laconico dividens, nunc *Capo Matapan*, cum oppido cognomine parum distanti. *Sen. Herc. Fur.* 662. Spartana tellus nobile attollit jugum, Densis ubi aequor Taenarus silvis premit. *Plin.* 4, 5, 8. P Ibi fuit templum Neptuni: item specus hiatus profundissimo, quo poetae fabulantur patere descensum ad Inferos. *Lucan.* 9, 36. Dorida tunc Maleas, et aperta Taenaron umbris. *Sen. Herc. Fur.* 587. Spartanique aderit janua Taenari. Adde *ib.* a v. 662. et *Stat. Theb.* 2. a v. 32. a quibus fuse describitur. De femin. genere V. quae dicta in ISTHMUS. P De ipsis Inferis. *Hor. Od.* 1, 34, 10. Styx, et invis horrida Taenari sedes. *Sen. Troad.* 402. Taenara, et aspero Regnum sub domino, etc. P Nobilis fuit marmor nigro, ut dictum est in v. praec. *Tibull.* 3, 3, 13. Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis, Taenare sive tuis, sive Caryste, tuis? [**Forc.* viride Taenarium marmor dixerat, item *Heyn.* ad *Tibull.* l. l.]

TAENIA, ae, f. *ταβία*, limbus, fasciola, vitta laenea in modum coronae: ejusmodi sunt, quibus Turcae pilea sua circumdant: vel ex corona dependens, quales sunt, quae retro ex mitra Episcoporum descendunt. *Festus*: Taenias, Graecam vocem, sic interpretatur *Verrius*, ut dicat, ornamentum esse lanceum capitis honorari. *Enn. ib.* Volans de coelo cum corona et taeniis. *Virg. A.* 5, 269. Puniceis ibant evincti tempora taeniis. Ubi *Serv.* Vittis roseis: et significat lemniscatas coronas, quae sunt de frondibus et discoloribus fasciis: et, sicut *Varro* dicit, magni honoris sunt. *Taeniis* autem modo vittis: alias vittarum extremitates dicit, ut (*A.* 7, 352.) fit tortile collo Aurum ingens coluber: fit longae taenia vittae, Innectitur comas. *Mart.* 14, 24. Taenia ne madidos violet bombycina crines. P Item fascia, qua vulnera alligantur. *Caecil. ap.*

Fest. Dum taeniam, qui vulnus vinciret, petit. P Et qua apud Graecos involvebantur cadavera. *Id. ib.* Sepulcrum plenum taeniarum, ita ut solet. P Et lemniscus, h. e. lanca inserta floribus et frondibus, ad ornatum positum in aedibus. *Accius ib.* (Deos seu Tumulum) decorare est satius, quam urbem, taeniis. P A similitudine sunt in chartis taeniae, veluti fasciae, et inanes ductus in rectum procurrentes, qui vel glutine carent, vel corrupti sunt. *Plin.* 13, 12, 25. Deprehenditur et lentigo oculis: sed inserta mediis glutinamentis taenia fungo papyri bibula, vix, nisi littera (h. e. scriptura) fundente se. P *Id.* 3. *proem. f.* de fredo Gaditano loquens, taenias candicantis freti vocat veluti fascias longo tractu candicantes, e cautibus in fundo maris apparentibus, ubi aqua minus alta est. Unde purpurarum genus, quae in his inveniuntur, taeniense dicitur, ut est ap. *eund.* 9, 37, 61. P In architectura taenia est membrum in stylobata, epistylis, aut capitulo, paululum projectum, et in modum regulae procedens, simile plintho, sed exilius. *Vitr.* 3, 3. *med.* P Sunt etiam taeniae in ventre hominum lumbrici tenues, latiusculi, et mira longitudine, aliquando tricentum pedum, aliquando et plurimum, ut *Plin.* 11, 33, 38. et alii docent. *Id.* 31, 9, 45. Sal taeniarum genera pellit in vino potus. *Ser. Sam.* 30, 563. Quid non adversum miseris mortalibus addit Natura, interno cum viscere taenia serpens, Et lumbricus edax vivat inimica creanti! Est qui leg. *tinea*: sed haec primam corripit. Adde *Cat. R. R.* 126. P Est hoc nomine et piscis gracilis et oblongus. *Plin.* 32, 7, 24. Idem praestat taeniae jecur siccatum cum oleo cedrino. [**Bündel, Bandfisch*, Cepola taenia, L.] P Denique in saris est porrectio intestini, per quam proluxus editur, succis perexsiccata vitalibus, inquit *Arnob.* 7, 230. V. NENIA.

TAENIENSIS, e, adj. ad taenias pertinens. Taeniense genus purpurarum ap. *Plin.* quid sit, dictum est in v. praec.

TAENIOLA, ae, f. ταυρίδιον, parva taenia. *Colum.* 11, 3. *med.* Ita, ut radix ejus liquido fimo illita, et involuta tribus algae taeniolis pangatur, h. e. quibusdam quasi fasciis.

TAENIOSUS, a, um, adj. taeniis plenus. *Κελεύθρις* est in *Gloss. Gr. Lat.* B. A.

TAEPIOCON, inquit *Festus*, appellarunt Graeci genus scribendi deorsum versus, ut nunc dextrorsum scribimus. Ad quem loc. *Seal. Oedipode*, inquit, opus est. [Porro hujusmodi scripturae genus Graeci *κλισηδόν* vocant. Haec autem habet *Mazochius* ad *Vossii Etym.* in V. *Littera*. Tusca vox est ex oriente petita. Nam est, ut jam alii ante me perviderunt, a תַּהֲפֹּחַת *tahpoch*, vertes, sc. 2. p. fut. verbi תַּהֲפֹּחַת *tahpoch*, vertit. V. *Marin. Frat. Ar.* p. 829. F.]

TAETER, etc. V. TETER.

TAFATA, opp. Aegypti, in Delta. *Ant. Itin.* P *Ptolemaeo* est Ταφάτα. B. A.

TAGASTE vel *Tageste*, es, f. opp. Numidia. *Ant. Itin.* V. et *TAGASTENSIS*. B. A.

TAGASTENSIS, e, adj. ad Tagastem pertinens, quod est oppidum Africae in Numidia, patria S. Augustini. *August. Conf.* 2, 3. Municeps Tagastensis. *Plin.* 5, 4, 4. Oppidum Tagastense.

TAGAX, acis, adj. omn. gen. furunculus: a *tago* pro *tango*, qua circumvenire, et fraudare significat. Hinc manus *tagax* a *Lucilio* ap. *Non.* 1, 8. et *Paul. Festi epitom.* est furax. *Cic. Att.* 6, 3. Quaestor levvis, libidinosus, tagax. Est qui leg. *sagax*, quod hic locum habere non videtur. [**Alii rapax.*]

TAGENA, orum, n. plur. ταγηνία, pisces, qui muria condiri solent. *Plaut. in fragm.* ap. *Fest.* in *Narita*, ubi alii aliter leg. Ap. *Athenaeum* l. 14. ταγηνία sunt placentarum genus.

TAGES nomine, Genii filius, nepos Jovis, puer dicitur disciplinam haruspicii dedisse duodecim populis Etruriae. *Festus*: Narrat *Or. Met.* 15, 554. Tyrrheno aratori subito et gleba exstitisse, et futura aperuisse. Eadem fere habet *Cic. Dic.* 2, 23. Adde *Lucan.* 1, 637. et *Colum.* 10, 345.

TAGETICUS, a, um, adj. ad Tagem pertinens. *Carminius* ap. *Macr. Sat.* 5, 19. *med.* Tagetica sacra.

TAGO, is, a. 3. ταγμα, antiqua consuetudine dictum pro *tango*, ut ait *Festus*: a *τάγω*: unde praeterit. *tetigi*, et composita *attigo*, *attiguus*. Sic *pago* dixere pro *pango*. *Pacuv.* ap. *Fest.* Ut ego, si quisquam me tagit. *Id. ib.* Aut non cernam, nisi tagam. *Pl. As.* 2, 2, 106. Cavebis, ne me attigas: si me tagis, nae hodie malo cum auspicio nomen commutaveris. Alii leg. *taxis* pro *tetigeris*, ut *faxis* pro *feceris*. *Varr.* ap. *Non.* 2, 822. et 856. Sed o Petrule, ne meum taxis librum.

TAGORA, ae, f. oppidum Numidia. *Anton. Itin.* B. A.

TAGORI, orum, populi Asiae ulterioris, ad Tanaim. *Plin.* 6, 7. B. A.

TAGRUS, i, mons Lusitaniae. *Varr. R. R.* 2, 1. Quod in Lusitania ad Oceanum in ea regione, ubi est oppidum Olysiippo, monte Tagro, quaedam e vento concipiunt equae. Quem locum sunt qui cor-

ruptum putant. Al. leg. monte *Sacro*; alii monte *Artabro*; sic enim dictum Artabrum promontorium. B. A.

TAGULIS, opp. in regione Syrtica. *Tab. Peut.* P *Tagulus* est *Ant. Itin.* B. A.

TAGULUS, V. v. praec. B. A.

TAGUS, i, m. Tejo, fluvius Hispaniae celebris, in Oceanum influens ad Ulyssiponem urbem. Auriferis arenis celebratur, ut ait *Plin.* 4, 22, 35. Item *Or. Am.* 1, 15, 34. et *Met.* 2, 251. *Sen. Herc. Oet.* 625., *Lucan.* 7, 755., *Mart.* 1, 50. et 10, 96., *Stat. Silv.* 1, 2, 127., *Sil.* 1, 155., 2, 404. et 16, 551., *Claud. Cons. Prob. et Olybr.* 51. et al. Ut revera olim aurum tulerit, hodie quidem certe desit: sed hanc famam probabile est inde ortam, quod flavas arenas habeat.

TALABRICA, opp. Lusitaniae. *Plin.* 4, 21. P *Appiano* ac *Ptolemaeo* est ταλαβρυγία. B. A.

TALAIIONIDES, ae, m. Ταλαίωνίδης, Adrastus Talai et Eurynomes filius. *Stat. Th.* 5, 18. Dux Talaiionides antiqua ut forte sub orno Stabat. Adde *ib.* 2, 140. P Fuit autem *Talaus*, Ταλαός, filius Biantis (al. Iasi) qui et Eurycidem genuit, quae Orpheo nupsit. *Or. Ib.* 356. P Item Eriphyle, ejusdem Talai filia. *Id. A. Am.* 3, 13. Si scelere Oeclides Talaiionidae Eriphyles Vivus, et in vivis ad Styga venit equis. Ubi notandum genus feminin., nam patronymica Graeca in des masculina sunt. [At ed. *Heins.* habet *Talaioniae*, ita ut sit a *Talaionius*, a, um. F.]

TALAIONIUS, a, um. V. v. praec. F.]

TALARIS, e, adj. ad talos pertinens. *Cic. Verr.* 2, 5, 13. (et *ib.* 33. et *Cat.* 2, 10.) Cum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in convivio muliebribus: χειρὶν ποδήγεσσι, ποδηγεῖται. Tunicas demissicias *Pl. Poen.* 5, 5, 24. appellat. *Quint.* 11, 3. *med.* Ipsam fori sanctitatem ludorum talarium licentia solvere. P Absolute *talaria*, partes pedum circa talos. *Sen. ep.* 53. *med.* Morbum, qui talaria coepit intendere, necesse est podagram fateri. P Item calcamenta alata, qualia Mercurio tribuuntur, *περὶ ἄνετα πῆδιλα*. *Virg. A.* 4, 239. pedibus talaria necit Aurea, quae sublimen alis, sive aequora supra, seu terram portant. *Or. Met.* 4, 666. de Perseo: Et liquidum motis talaribus aera findit. *Cic. N. D.* 3, 23. f. Minerva quinta, cui pinnarum talaria affingunt. Adde *Prop.* 2, 23, 57. P *Talaria induere*, parare fugam. *Cic. Att.* 14, 21. f. Nemo est istorum, qui otium non timeat; quare talaria induamus. Alii leg. *videamus*, nihil mutata sententia: *videamus* enim est *paremus*, nobis comparemus. [**Orell.* habet *videamus*, quod longe praeferebimus.] P De ima veste, quae talos contingit, *Or. Met.* 10, 591. de Atalanta corrente: Aura refert oblata citis talaria plantis, h. e. retro fert et reflat tunicam talarum. [**Negat Ern.* in *cl. Cic.* s. h. v. et *H. Voss.* ad h. l. tunicam talarum posse intelligi.] P *Talares calcei*. V. SUBTALARIS. P *Talaria* tormenti genus. V. TABULARIS.

TALARIUS, a, um, adj. talaris. *Cic. Off.* 1, 42. Adde unguentarios, saltatores, totumque ludum talarium. *Id. Att.* 1, 16. Non enim unquam turpior in ludo talario consessus fuit, h. e. in loco ubi aleatores conveniunt. P *Lex talaria*, de talorum ludo recte et sine fraude exercendo. Hiuc ambigue et festive *Pl. Mil.* 2, 2, 1. Ni hercle defregeritis talos, posthac quoniam in tegulis videritis alienum; ego vestra faciam latera lorea, et *ib.* 9. Ne legi fraudem faciam talariae, accuratote, ut sine talis domi agitent convivium.

TALASIO seu *Talassio*, onis, m. vel *Talassus*, i, seu *Talassius*, ii, m. vox, qua apud Romanos, sponsa sponsi domum ingrediente, magna voce clamabatur, quemadmodum in itinere tres illi praetextati pueri, a quibus deducebatur, respondentibus vicissim pueris, puellisque, clara voce concinebant, *Hymen*, o *Hymenaeae*. Quidam dicunt carmen nuptiale fuisse, et Deum ipsum nuptiarum praesidem, quem Graeci vocant *Hymenaeum*. Ab aliis scriptum est, fuisse Deum virginum. De nominis causa sic *Lic.* 1, 9., ubi de raptu Sabinarum: Unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Talasii cujusdam raptam ferunt, multisque sciscitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, nequis eam violaret, Talasio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. *Serv.* ad *A.* 1, 655. Hinc etiam apud Romanos *Talassio* invocatur. Cum enim in raptu Sabinarum plebejus quidam raptam pulcherrimam duceret, ne ei auferretur ab aliis, *Talassionis* eam ducis nobilis esse simulavit: cujus nominis fuit puellae tuta virginitas. Non absimilem historiam narrat *Plutarch.* in *Romulo*, et *Quaest. Rom.* Sed in his alteram quoque adducit nominis causam, ut nempe sit a *lanificio*, quia Graeci τοὺς ταλάριους, hoc est *calathos*, sive *quasillos*, quibus lana contineretur, *ταλάριους* quoque appellarent: in nuptiis autem eam vocem usurpatam, ut novae nuptiae ad opera, et labores, ac lanificia in primis excitarentur. Eadem *Varronis* sententia fuit ap. *Festum*, qui addit, quendam historiarum scriptorem dicere, virum *Talassium* nomine rapuisse virginem eximia pulchritudine: et quod ei id conjugium fuerit felix, boni omnis gratia nunc redintegrari. Sunt etiam, qui cen-

sent, quia salsedo stimulet *Venerem*; unde et *Venus* e mari orta fingitur; hinc *Talasionem*, seu *Talassionem*, vel potius *Thalassionem*, appellatum a *θάλασσα*, hoc est mare. *Mart.* 1, 36. Quid si me jubas *Talassionem* Verbis dicere non *Talassionis*? *Id.* 12, 42. Nec tua defuerunt verba, *Talasse*, tibi. *Catull.* 61, 134. Lubet jam servire *Talassio*. P *Talassio* est etiam actus ipse *Venerius*. *Mart.* 12, 96. sed puella Sit tecum tua, ne *Talassionem* Indicas manibus libidinosis.

TALAEUS. V. TALAIONIDES.

TALCA, insula in mari Caspio. *Mela* 3, 6. *extr.* P Fortasse eadem, quae *Tazata* appellatur a *Plin.* 6, 17. P Legitur et *Talga*. B. A.

TALĒA, f. τάλαια, *θάλα*, *θάλα*, id quod ab arbore reciditur, ut in solo depangatur, ac plantetur, surculus praecisus ex utraque parte, ut in terra inseratur, quemadmodum illud, quod inseritur ramo, *calamus* vocatur. Praecisus enim lignis vel pedali vel cubitali magnitudine nonnullae arbores seruntur. Est autem a *θάλλω*, floreo, pullulo. *Varr. R. R.* 1, 40. Demum in oleaginis seminibus videntur, ut sit de tenero ramo ex utraque parte aequaliter praecisus, quas alii clavolas, alii taleas appellant. *Plin.* 17, 17, 28. Myrtus et taleis seritur, morus talea tantum, quoniam in ulmo eam inseri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo ante omnia, ut taleae ex feracibus fiant arboribus, ne curvae, neve scabrae, aut bifurcae, neve tenuiores, quam ut manum impleant, ne minores pedibus; ut illibato cortice; atque ut sectura inferior ponatur semper, et quod erit ab radice; accumulaturque germinatio terra, donec robor planta capiat. Haec *Plin. Cat. R. R.* 45. Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito. Adde *Colum.* 4, 31. et 33. f. P Inter clavam seu clavolam, et taleam (quas *Varr. l. c.* pro eodem habere videtur) discrimen esse significat *Pall.* cum ait 4, 10. *med.* Citri arbor quatuor modis seritur, semine, ramo, talea, clava; et mox tradit utriusque pangendae rationem. Differentiam autem ponit tum in eo, quod talea brevior et gracilior esse potest, quam clava, quae a talea etiam manubrii crassitudine distinguitur: tum in eo, quod talea ita mergi debet, ut aliqua parte exstet: clava tota obruenda. P De quovis ramo, aut surculo. *Ser. Sam.* 12, 167. Fraxinea in flammis quem fundit talea succum. Hic licenter prima in *talea* producit. P Quas taleas ferreas memorat *Caes. B. G.* 5, 12., iisque pro nummo usos esse Britannos dicit, intelligit breves regulas, aut lamellas quadratas et oblongas ex ferro: eujusmodi hodieque apud Indos alicubi ex aere aut argento pro pecunia in usu esse accepimus. [Sed ibi varia est lectio: etenim pro *taleis* alii leg. *annulis*, alii *lanceis*, alii conjiciunt legend. *talis*, quod vero similis videtur. F.] P *Id. B. G.* 7, 73. f. Taleae pedem longae ferreis hamis infixis in terram infodiebantur, h. e. breves paxilli praefixi ferro, quos stimulus vocabant. V. STIMULUS. P In architectura *taleae* sunt trabeculae, quibus murorum compages intus colligatur. *Vitr.* 1, 5. Tum in crassitudine ejus (*muri oppidorum*) perpetuae taleae oleagineae ustulatae quam creberrime instruantur: uti utraqueq; muri frontes inter se, quemadmodum fibulis, his taleis colligatae aeternam habeant firmitatem. P In versu *Sammonici* allato sunt qui leg. *talia* eod sensu.

TALENTARIUS, a, um, adj. *Talentariae* balistae ap. *Sisenn.* (referente *Non.* 18, 22.) sunt, quae saxa jaciunt pondo talenti, h. e. librarum sexaginta, si talentum Atticum minus: vel octoginta, si majus accipias: sicut centenariae ap. *Lucil. ib.* quae pondo centum.

TALENTUM, i, n. τάλαντον, pondus sexaginta minarum (Graece stateram, libram, lancem, trutinam significat): item summa pecuniae totidem minas efficiens. Mina centum drachmas habet: drachma fere, quatenus moneta, denario Romano respondet. V. ARGENTEUS, DENARIUS et DRACHMA. Itaque talentum valet drachmis sex millibus: [quae sunt circiter quos dicimus *mille ducati Veneti*; F. **Anglice* 193 l.] et Romanorum HS. viginti quatuor millia: nam quatuor HS. denarium faciunt. Hoc est talentum Atticum commune, quod fere scriptores Latini intelligunt, nisi aliud addatur. *Rhem. Fann. de ponderib.* 37. Cecropium superest post haec docuisse talentum, Sexaginta minas, seu vis sex millia drachmas, Quod summum doctis perhibetur pondus Athenis. Nam nihil his obolove minus, majusve talento. *Cic. Tusc.* 5, 32. Cum legati ab Alexandro quinquaginta ei talenta attulissent, quae erat pecunia temporibus illis, Athenis praesertim, maxima. *Id. Rab. Post.* 8. Vociferabare, decem millia talentum Gabinio esse promissa. *Virg. A.* 5, 112. ostro Perfusae vestes, argenti auriue talenta. *Plin.* 35, 10, 36. n. 8. Docuit neminem minoris talento annis decem. *Id.* 33, 3, 15. Argenti quingenta millia talentorum reportavit. P Quae dicimus de pretio talenti, confirmantur a *Sen. Controv.* 5, 34. *med.*, a *Varr.* ap. *Plin.* 35, 11, 40. n. 30. a *Pl. Most.* 3, 1, 115. et 3, 3, 16., ubi duo talenta dicuntur efficere minas CXX., a *Gell.* 3, 37., ubi tria

talenta fieri ait summam septuaginta duo mill. HS., a *Festo* et a *Servio* ad *A.* 5, 112. et ad *ib.* 9, 265., nisi quod ubi *libras* dicit, minae intelligendae sunt: denique a *Prisc.* de ponderib. p. 1348. P De pondere est illud *Virg. A.* 11, 333. oratores Munera portantes aurique eborisque talenta. Quia, inquit *Servius*, et ebur ad pondus venditur. *Plin.* 9, 15, 17. Praecipua magnitudine thynni: invenimus talenta quidem pendisse. *Id.* 12, 17, 40. Herodotus tradit, singula millia talentum turis annua pensitasse Arabas regibus Persarum. P Fuit alterum talenti Attici genus, quod *maius*, vel *magnum* vocant, habens ad illud, quod modo diximus, proportionem sesquialteriam: h. e. LXXX. minas continens, vel LXXXIII. unc. IV. ut ait *Prisc.* De hoc est illud *Liv.* 38, 38. Argenti probi duodecim millia Attica talenta dato. Talentum ne minus pondus octoginta Romanis ponderibus pendat. P Interdum tamen scriptores *talentum magnum* vocant, quod priore loco descripsimus. *Pl. Most.* 3, 1, 114. Quanti aedes destinata? *Tra.* talentis magnis totidem, quot ego et tu sumus. Eodem modo intelligendus est *Id. Cist.* 2, 3, 19. et *Gracch.* ap. *Gell.* 11, 10. f. Magnum enim dixere Latini talentum Atticum prae aliarum nationum talentis, quae minoris aestimationis fuerunt, ut Rhodium, Alexandrinum, sive Aegyptium, Neapolitanum, Syracusanum, Reginum: quae enumerantur a *Festo*, suo cuique pretio attributo. Qui accuratorem de tota talenti ratione disputationem cupit, adeat *Gronov. de pecun. Vet.*, *Salm. de modo usur.*, *Budaeum de Asse*, *Voss. in Etym.*, *Camerar.* et alios, qui ex professo hac de re tractarunt.

TALEOLA, ae, f. *ἐπιλάουρα*, parva talea. *Colum.* 3, 17. Complures taleolas terrae mandaverunt. *Id.* 12, 33. Scillam secato quam tenuissime, sicut raphani radicem, taleolasque suspende in umbra, ut adsiccetur; et *ib.* 46. Inulae taleolas facito.

TALIA, ae, f. folliculus caepae. *Fest.* Alii leg. *talla* ex illo *Lucil.* ap. *Non.* 3, 67. Flebile caepe simul, lacrimosaque ordine tallae; et *Gloss. Philox.* *Talla*, *ῥομφαίου λέανου*. Dicta est *talla* a *θαλλός*, ramus viridis; et *talia* etiam dici potest, ut ab *ἄλλος*, alius, inquit *Dacer.* ad *Fest.* V. TALEA.

TALIATA, Moesiae superioris opp. *Notit. Imp.* P *Talia* est *Ant. Itin. B.* A.

TALIO, onis, f. *ἀποδοθή*, aequalis retributio, par vindicta; sumitur in malam partem, et dicitur a *talīs*, quod nempe aliquis tale quid patitur, quale fecit, ex gr. si quis manum alicui amputavit, illi etiam manus amputatur; si quis alteri oculum eruit, ipsi quoque oculus eruitur. *Fest.* Talionis mentionem fieri in duodecim, ait *Verrius*, hoc modo: Si membrum raperit (alii *ruperit*, *rupsit*, vel *rupit*), ni cum eo pacit, talio esto. Neque id quid significet, indicat. Puto, quia notum est. Permittit enim lex parem vindictam. *Cato* ap. *Prisc.* 6, 710. Si quis membrum rupit, aut os fregit, talione proximus cognatus ulciscitur. *Plin.* 7, 54, 55. Sicut in Cornelia familia nemo ante Sullam dictatorem traditur crematus: idque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii cadavere. *Gell.* 20, 1. *med.* Taliones illae tuae reciprocae, argutiores profecto, quam veriores fuerunt. *Id. ib.* Talionem imponere; et *ib.* parissimam facere; et *ib.* redimere. Adde *Cic. fragm.* ap. *August.* C. D. 21, 11. P *Sine talione*, impune. *Mart.* 12, 64. Corruptis sine talione caelebs: Caecus perdere non potest, quod aufert, h. e. qui caelebs est, alienam uxorem impune corrumpit, quia nemo ei potest similem injuriam facere. P Masculine. *Tert. adv. Marc.* 4, 16. Ad injuriam coerendam, quam prohibuerat talione opposito. Alii tamen leg. *opposita*.

TALIPEDO, as, n. 1. *παρρηγόρημα*, pedibus vacillo, et quasi supra talos insisto. *Fest.* Talipedare antiqui dicebant pro vacillare pedibus lassitudine, quasi trahat pedes, ut talis videatur insistere, aut identidem tollere pedes. *Lucr.* 3, 503. Tum quasi talipedans primum consurgit. Alii leg. *vacillans*. [*Ita *Eichstadt.*]

TALIS, e, adj. *ταῖος*, *τοιούτος*, huiusmodi, ejusmodi, ejus, aut huius generis: cui respondet *qualis*: videtur esse a *ῥηλίκος*, Aeolice *ῥαλίκος*, tantus. *Cic. Off.* 2, 13. Ut facillime, quales simus, tales esse videamur. *Id. Mur.* 14. f. Cum esset talis, qualem te esse video. *Op. Trist.* 5, 12, 67. tale nihil metuens. *Cic. Att.* 16, 8. f. Non equidem hoc divini, sed aliquid tale putavi fore; et *Liv.* 5, 1. Qui, a quo tale quid dictum referretur, pro seditionis eum principe habebat. *Id.* 26, 31. Tantum abest, ut et ipsi tale quidquam facturi fueritis. *Cic. Leg.* 2, 5. Omnem legem esse laudabilem, quibusdam talibus argumentis docent. *Id. Univ.* 7. Idque molitus tali quodam est modo. P Saepae ponitur pro *tantus*, et quandam excellentiam notat, in utramque partem, saepius in bonam. *Caes. B. C.* 1, 53. Ut principes talem nuntium attulisse viderentur; et *B. G.* 6, 33. *extr.* Pro tali facinore; et *Nep. Alc.* 6. Quod talem virum e civitate expulissent; et *Sall. Jug.* 67. f. Tamen is ad id locorum talis vir consulatum appetere non audebat; et *Phaedr.* 3, 9. Quaeso tam angustam, talis vir, ponis domum? Sic *Pl. Capt.* 5, 2, 2. Quid me oportet facere, ubi tu, talis vir, falsum autumas? *Nep. Paus.* 3. Non putabant de

tali tamque claro viro suspicionibus oportere judicari. *Cic. Quint.* 13. In quo ille tot et tales viros defatigat. *Id. Phil.* 2, 29. Quibus rebus tantis, talibus gestis, quid fuit causae, cur, etc.? *Id. Fam.* 15, 4. f. Si hoc quod ego gessi, tale atque tantum videbitur, ut, etc. *Id. Cluent.* 53. Judices tali dignitate praediti. *Virg. A.* 1, 339. haud equidem tali me dignor honore; et *Pl. Merc.* 3, 1, 3. Ne plora: nimis stulte facis: oculos corrumpis tales; et *Virg. Ecl.* 5, 81. Quae tibi, quae tali reddam pro carmine dona? et *A.* 11, 303. non tempore tali Cogere concilium, cum muros assidet hostis, h. e. tam tristi et calamitoso. Eadem ratione *tale tempus* usurparunt *Lucr.*, *Val. Fl.*, *Sil.*, *Balb.* ad *Cic. post ep.* 15. l. 8. ad *Att.* et *Liv.* 22, 35. *extr.* et 30, 37., quorum loca recitat *Drakenborch.* ad *Sil.* 8, 112. P [*Coniunctim ponuntur *talis* et *tantus*, et *tantus* et *talis*, ut *Gr. τοιοῦτος καὶ τοσοῦτος* et *τοσοῦτος καὶ τοιοῦτος*. *V. Heindf.* ad *Plat. Gorg.* 26. *Cic. Fam.* 13, 66. quae tua sponte — faceres in hominem tantum et tale calamitosum. *Id. ib.* 15, 4. si non jejunum hoc — videtur, sed tale atque tantum. *Id. N. D.* 3, 39, 92. conservare urbes tantas atque tales.] P Habet post se particulas *ac*, *atque*, *ut*, *qui*. *Cic. Vat.* 4. Honos talis populi R. voluntate paucis est delatus, ac mihi. *Ter. Phorm.* 5, 8, 39. Faxo tali eum maectum, atque hic est, infortunio. *Cic. Off.* 1, 26. *med.* Tales nos tunc esse putamus, ut iure laudemur. *Liv.* 42, 42. *med.* Haec quae purgata a me sunt, talia esse scio, ut aures, ut animi audientium sint. *Cic. Fam.* 10, 6. *med.* Talem te esse oportet, qui ab impiorum civium societate sejungas. *Prop.* 2, 16, 31. Ultima talis erit, quae mea prima fides. *Stat. Th.* 2, 170. Dii bene, quod tales stirpemque animosque venitis, Ut responsa juvent. Ubi notandus accusativus Graeca ratione. P Ponitur interdum loco pronominis *hic*, *haec*, *hoc*. *Nep. Cim.* 2. Tali modo custodia liberatus Cimon, etc. et *ib.* 1. Cum talem conditionem aspernaretur. *Op. Pont.* 3, 3, 22. Talibus affata est libera lingua sonis. *Virg. A.* 5, 79. Purpureosque jacit flores, ac talia fatur; et *ib.* 1, 563. Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant Dardanidae. [**Brem.* ad *Nep. Them.* 2, 8. docet, v. *talis* in his plerumque cum improbandi, vel improbandi quadam notione poni videri. P Componitur *talis* et *hic*. *Liv.* 5, 2. haec taliaque vociferantes: al. *aliaque*. Utrumque auctoritatibus nititur. *V. Drak.* ad *Liv.* l. l. P Confund. *talis* et *immortalis*. *V. Heindf.* ad *Cic. N. D.* p. 84. et 307.]

TALISCUMQUE, lécumque, adj. idem ac talis. *Auct. Priap.* 16. Quale fuit malum, quod littera pinxit Acontii, etc. Taliacumque puer dominus florentis agelli imposuit mensae, nude Priape, tuae.

TALITER, adv. *ταῖως*, tali modo. *Plin.* 35, 11, 40. Lacunaria primus pingere instituit: nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. *Mart.* 5, 7. Qualiter Assyrios renovant incendia nidos etc. Taliter exuta est veterem nova Roma senectam. *Pall.* 8, 8. Aquam taliter poteris invenire. P Quidam tribuunt et *Varroni R. R.* 1, 18. f., item *Cic. Att.* 10, 17. f., sed omnino *aliter* utrobique legendum.

TALITRUM, i, n. *καρδύλιος*, seu *καρδύλιοσμος*, nodus in digitorum articulis eminens, vel ictus digitorum sic complicatorum: videtur esse a *talus*, quod olim non de pedum modo, sed etiam de manuum ossiculis usurpatum, recte statuit *Voss. in Etym.* Sunt qui putant, hac voce significari ictum digiti alteri digito, scilicet indici, impositi, complicati et vibrati, quem Itali *buffetto* vocant, sed non probant. Percussio huiusmodi ita describitur a *Petr. Sat.* 96. Caput miserantis stricto acutoque articulo percussit. *V. et Capell.* l. c. in CONDYLUS. *Suet. Tib.* 68. Fuit articulis ita firmis, ut caput pueri, vel etiam adolescentis talitro vulneraret.

TALLA. V. in TALIA.

*TALMIS, opp. locusve Aegypti superioris. *Ant. Itin. B.* A.

TALNA. V. THALNA.

*TALORI, orum, Lusitaniae populi. *Inscr.* ap. *Grut.* p. 162. B. A.

[TALOS, i, m. *Τάλως*, gigas aerei corporis, Europae a Jove datus, ut custos esset Cretae insulae, quam singulis diebus totam circumiisse dicitur: a Medea peremptus fuit. Ejus fabulam narrat *Apolodorus Biblioth.* l. 1. c. 9. §. 26., *Orph. Argonaut.* v. 1338. et seqq. et *Apolon. Rhod.* l. 4. *Argonaut.* v. 1638. — 1688. Ejus, suppresso tamen nomine, mentio est ap. *Catull.* 55, 23. Non custos si fingar ille Cretum. *F.*]

TALPĀ, ae, f. et m. *ἀσπίλας*, animal muri simile, nigri coloris, captum oculis, quod arva et hortos suffodit. [*Voss. in Etym.* derivat a Chald. *ܛܠܦܐ* *tal-leph*, scidit, fodit. *F.*] *Virg. G.* 1, 183. et *ib.* 3, 539. Aut oculis capti fodere cubilia talpae. Ubi *Serv.*: mutavit genus: nam haec talpa dicitur. *Cic. Acad.* 4, 25. f. Quid? talpam num desiderare lumen putas? *Plin.* 9, 7, 6. Animalia, quae semper fossa vivunt, ceu talpae. *Id.* 10, 69, 88. Liquidius audiunt talpae obrutae terra. *Id.* 30, 5, 12. Terra a talpis excitata. *Id.* 8, 29, 43. Varro auctor est, a cuniculis suffossam in Hispania oppidum, a talpis in Thessalia. *Hieron.* in *Isai.* 1, 2, 19. Talpa est

animal absque oculis, quod semper terram fodit, et humum egerit, et radices subter comedens frugibus noxium est.

TALPĀNUS, a, um, adj. Talpana vitis, ap. *Plin.* 14, 3, 4. n. 7. fortasse dicta est, quia mustum colore talpae fert.

TALPINUS, a, um, adj. ad talpam pertinens. *Cassiod.* *Var.* 9, 3. de auri fossorib.: Talpinum animal imitantes itinera fodiant.

*TALTHYBIUS, i, m. *Ταλθύβιος*, praeco Agamemnonis in Graecorum exercitu. *Pl. Stich.* 2, 34. *Op. Her.* 3, 9. B. A.

*TALUCTAE, arum, populi Indiae. *Plin.* 6, 19. B. A.

TĀLUS, i, m. *ἀσπίλας*, os quasi cubicae figurae in articulo pedis multorum animalium, quae bifida seu bisulca sunt: nam quae multifida sunt (ut nec homo), item quae solidae unguulae, tale os fere non habent, ut *Arist. Hist. anim.* 2, 1. *med.* et de *partib. animal.* c. 10. f. docet. *Plin.* 11, 46, 106. Talos asinus Indicus, unus solidipedum, habet. Nam sues ex utroque genere existimantur: ideo fodi earum (*tali*). Hominem qui existimantur habere, facile convicit. Lynx tantum digitos habentium, simile quiddam talo habet: leo etiam tortuosius. Talus autem rectus est in articulo pedis ventre eminenti concavo, in vertebra ligatus. Haec *Plin.* P Hujusmodi ossa sex latera habent, sed quatuor tantum, quibus insistere possunt, quia duo reliqua ita incurva sunt, ut vix illis queat talus consistere: consistit tamen aliquando, et *rectus talus* tunc dicitur. Horum lateribus seu figuris, seu puncta figurarum nomen habentia insculpebant, et in ludo utebantur, qui *talarius*, et *talaris* dicitur, qui plerumque quatuor, ad minimum tribus talis peragebatur. Ditiore, spretis ossibus, ex ebore, crystallo, aliave nobiliore materia factos adhibebant. Ex quatuor talorum lateribus prius *unio* seu *canis* (V. h. v.), seu *vulturius* (V. h. v.) dicebatur; huic oppositum, *senio*: reliquorum vero eminent, *ternio*, seu *trinio*, seu *suppurn*; huic oppositum concavum, *quatrio*, seu *quaternio*: porro in talis ipsa laterum figura et facies pro numero erat; in tesseriis uniuicue ex sex lateribus suum erat punctum. Cum itaque tali ita caderent, ut diversa esset omnibus facies, jactus *Venerius*, seu *basilicus*, atque etiam absolute *Venus*, vocabatur, isque optimus et omnium felicissimus habebatur; damnosus, si unum vel plures canes ostenderent; pessimus, cum omnes tali eadem figura caderent: senio plerumque felix erat jactus. Ceterum, ut in nostris ludis usuvenit, non easdem leges videntur omnes servasse, sed de quibus inter ludentes convenerat. Coniciebantur tali in pyrgum, seu turriculam, seu fritillum, ex quo cadebant in alveolum, seu tabulam lusoriam, ne, si manu jacerentur, fraus aliqua in mittendo fieret. *Sen. Apol.* f. Nam quoties missurus erat resonante fritillo, Utraque subducto fugiebat tessera fundo: Cumque recollectos auderet mittere talos, Lusuro semper similis, semperque petenti, Deceperem fidem. *Cic. Dir.* 1, 13. Quatuor tali jacti casu *Venerem* (*jactum*) efficiunt: num etiam centum *Venerem*, si quadringentos talos jeceris, casu futuros putas? (*Adde ib.* 2, 21. et 29.) *Id. Fin.* 3, 16. Ita jacere talum, ut rectus assistat. *Prop.* 4, 8, 45. Me quoque per talos *Venerem* quaerente secundos, Semper damnosus subsilure canes. *August.* ap. *Suet. Aug.* 71. Talis jactatis, ut quisque canem, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat: quos tollebat universos qui *Venerem* jecerat. *Mart.* 14, 14., cujus lemma *Tali eborei*. Cum steterit nullus vultu tibi talus eodem, Munera me dices magna dedisse tibi. *Id. ib.* 16., cujus lemma *Turricula*: Quaeit compositos manus improba mittere talos: Si per me misit, nil nisi rota facit. Alii pro *quaerit* leg. *quae scit*. *Hor. Od.* 1, 4, 18. Nec regna vini sortire talis. *Plin.* 34, 8, 19. n. 2. Talis ludere. *Just.* 38, 11. f. Talis aureis ad exprobrationem puerilis levitatis, donatur. P A similitudine *talos* dicimus etiam in homine: sic enim vocatur os in extrema tibia supra calcem. *Cels.* 8, 1. f. Excipitur crus infra osse ex transverso talorum: idque ipsum super os calcis situm est; et *ib.* 7. f. Os tali, calx, manus, planta; et *ib.* 22. Talus in omnes partes prolabitur. *Op. Met.* 8, 807. Auxerat articulos macies, genuumque rigeat Orbis, et immodico prodibant tubere tali: (hic *Op.* significat duos illos processus ossium cruris, qui utrinque supra pedem exstant.) *Mart.* 8, 75. Expulit offenso vitium pollice talum. *Sen. Ben.* 5, 24. Meministi, talum te torsisse? et *Appul. eod. sensu Flor.* n. 16. Talum invertere; et *Auct. B. Hisp.* 38. intorquere. P Per *synecdochen* dicitur de imo crure, vel pedibus. *Cic. Cluent.* 40. Purpura usque a talos demissa. *Hor. Ep.* 2, 2, 4. Candidus, et talos a vertice pulcher ad imos; et *Juven.* 7, 16. Altera quos nudo traducit Gallia talo; et *Op. Met.* 4, 342. in adludentibus undis Summa pedum, taloque tenus vestigia tingit. Adde *Am.* 3, 6, 6. P Translate. *Hor. Ep.* 2, 1, 176. Securus, cadat, an recto stet fabula talo, h. e. placeat. *V. STO. Pers.* 5, 101. tibi recto vivere talo Ars dedit, h. e. bene agere in omnibus. P Talus

in Sabinorum nominibus praenominis loco videtur fuisse. Festus.

TAM, adv. τῶσδ' ὅσον, adeo, tantum, ita. Jungitur adjectivis et adverbis positivis; eique respondet quam: et saepe ut sequitur. Cic. Att. 8, 4. Nunquam reo cuiquam tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno, tam praecise negavi, quam hic mihi. Id. Or. 30. f. Nemo orator tam multa, ne in Graeco quidem otio scripsit, quam multa sunt nostra. Caes. B. G. 1, 16. f. Tam necessario tempore, tam propinquis hostibus; et ib. 44. med. Non se tam barbarum, neque tam imperitum esse rerum, ut non sciret, etc. Cic. Or. 2, 90. Non essem tam inurbanus, uti eo gravarer, quod vos cupere sentirem. Plin. 11, 2, 2. In corporibus tam parvis, atque tam nullis. Caes. B. G. 1, 14. Tam insolenter, et tam diu. Cic. Div. 2, 39. (et Nep. Eum. 11.) Quasi vero quidquam sit tam valde, quam nihil sapere, vulgare, h. e. tantopere. Id. Or. 1, 55. Jus civile tam vehementer amplexus es. Pl. Trin. 3, 1, 7. Quam dudum istuc, aut ubi actum est? Stas. illico hic ante ostium, tam modo, inquit Praenestinus. Festus: Tam modo antiqui ponebant pro modo, ut Accius. Tam modo, inquit Praenestinus. Accius est M. Accius Plautus. [Cf. Lindem. ad Pl. l. l.] P Item superlativis. [Cf. Ern. cl. Cic. s. h. v. et Voss. de Construct. c. 17. Ruddim. 2, 306.] Cic. Phil. 12, 5. Nondum erat vestris tam gravissimis iudiciis concisus. Sall. Jug. 31. f. Quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est. Varr. R. R. 2, 9. med. Quam paucissimos (canes) reliqueris, tam optimi in alendo fient. Cato R. R. 64. Quam optissime conficies, tam maxime expedit; et ib. 157. med. Quam plurimum ederit, tam citissime sanus fiet. Id. ap. Paul. in Veterinosus, ex Festo: Quam plurimum bibit, tam maxime sitit. Id. ap. Charis. 2, 184. Tam maturime comparavisse. P Et comparativis. Lucr. 1, 536. Et quo quaeque magis cohibet res in tus inane, Tam magis his rebus penitus tentata laescit. Virg. A. 7, 787. Tam magis illa fremens, etc. Quam magis crudescunt pugnae. Cic. Deiot. 3. Per dexteram te istam oro, non tam in bellis et proeliis (firmam), quam in promissis et fide firmorem. P Omissio tam. Up. Dig. 29, 2, 20. Pro herede gerere non esse facti, quam animi. [Liv. 2, 26. Quandoquidem non facile loquor, inquit, Quirites, quam, quod locutus sum, praesto: ubi alii legunt tam facile: sed praeter necessitatem.] P Cum diminutivis. Ter. Ad. 2, 4, 10. Tam ob parvulam rem. Adde Plin. 10, 29, 43. P Cum verbis. Pl. Most. 4, 2, 9. Ferocem facis, quia te herus tam amat. Vell. 2, 88. Nec minoras consequi potuit: sed non tam concupivit. Pl. Cas. 4, 4, 24. Quid tu ergo hanc, quaeso, tam tractas? P Cum substantivis. Pl. Pers. 4, 3, 64. Nunquam ego te tam esse matulam credidi. P Post se habet particulas atque, quasi; item qui pro ut. Pl. Amph. 1, 1, 287. Tam consimile est, atque ego. Id. Curc. 1, 1, 51. Tam a me pudica est, quasi soror mea sit. Cic. Fam. 9, 2. Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat? P Et his tam usurpatur, quum quam sequatur. V. ROSALIS. P [Dicitur etiam cum ellipsi oppositi membri. Cic. Off. 1, 21. et quia, si quid adversi eveniat, tam graviter cadere non possunt: ubi v. Beier. Porro Brut. 53, 197. quae quidem omnia cum perite, et scienter, tum ita breviter, et presse et satis ornate etc. ubi Ellendt coll. Or. 1, 52, 226. quis hoc philosophus tam mollis etc. docet: tamen subinde, quamvis sine correlativo sequente, ad augendam sententiae vim poni paene πλεονασμῶς.] P Veteres pro tamen usi sunt, ut Festus docet: quia et tamen a tam descendit. Novius ib. Qui si taceat, dum videat, tam etiam sciat, quid scriptum sit. Enn. ib. Ille meae tam poti' paci' potiri. Titin. ib. Bene cum facimus, tam male subimus, ut quidam perhibent viri. Id. ib. Quamquam estis nihili, tam ecastor simul vobis consului. Pl. Men. 2, 3, 36. Eamus intro, ut prandeamus. Men. bene vocas: tam gratia est. Adde Ps. 5, 1, 24., ubi alii aliter leg. P Tamen? adeone? Festus: Tamen, eousque, ut Aelius Stilo, et Opilius Aurelius interpretantur: itaque Afranius: Tamne arcula tua plena est aranearum? TAMĀ, ae, f. genus tumoris. Voss. in Etym. dedit a τῶσδ' aor. 2. infin. verbi τῶσδ'ω, seco. Fest. Tama dicitur, cum labore viae sanguis in crura descendit, et tumorem facit. Lucilius: Inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxio. P Fuit et Tama oppidi nomen, Aegypto Aethiopiaeque contermini. Plin. 5, 29. B. A. TAMARICE, es, f. ταρακίχη, frutex idem qui myrice. Plin. 13, 21, 37. et 24, 9, 41. [TAMARICI, orum, m. plur. populi Hispaniae Tarraconensis, ad Tamarin fluv., nunc Tamar. Eorum meminit Plin. 4, 20, 34. et Mela 3, 1. F.] *TAMARICUM, i, n. i. q. tamarice. Scrib. Larg. compos. 128. B. A. *TAMARIS, is, fluvius Hispaniae Tarraconensis, in Oceanum cadens, hodie the Tamar. Mela 3, 1. B. A. TAMARISCUS, i, f. idem quod tamarix. Pall. 12, 8. Apes ex tamarisci floribus mella conficiunt. TAMARIX, icis, f. myrice. Lucan. 9, 916. Hic

ebulum stridet, peregrinaque galbana sudant, Et tamarix non laeta comas. Serv. ad Virg. Ecl. 3, 2. ait, vulgo tamaritium dici: et fortasse ejus temporibus sic loquebantur. Tamaricis meminit etiam Colum. 7, 9. med. P In gen. plur. Id. 8, 15. In silvulis tamaricum, aut sirporum fructibus immorari. TAMASEUS, a, um, adj. Ταμασειος, ad Tamasum Cypri oppidum pertinens, ut Tamaseus ager, Or. Met. 10, 644. TAMDE, tam. Lucil. V. RHONDE. TAMDIU et Tandiu, adv. ὅσον χρόνον, tam diu, tanto tempore, eousque, cui respondet quamdiu. Cic. Att. 9, 4. Tandiu requiesco, quamdiu ad te scribo. P Absolute. Id. Fam. 2, 1. Te abfuisse tandiu a nobis, dolui. Pl. Curc. 1, 3, 15. Haud quidquam est, magis quod cupiam tandiu. Nep. Eum. 11. Quem tandiu, tamque valde tenuissent. Tac. Germ. 37. Ducenti ferme et decem anni colliguntur: tandiu Germania vincitur: ἐπιπόνημα. P Regit particulas quoad, dum, quam, donec. Cic. Off. 1, 1. Disces quamdiu voles: tandiu autem velle debebis, quoad te, quantum proficias, non poenitebit; et ib. 2, 12. f. Tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. Id. Brut. 1. f. Vixit tandiu, quam licuit in civitate bene beateque vivere. Nep. Att. 11. f. Beneficia, quae ipse tribuerat, tandiu meminerat, quoad ille gratus erat, qui acceperat. P Item ut. Pall. 1, 15. Quae inductio ante tandiu subigenda est, ut rutrum, quo calx subigitur, mundum levemus. P In inscriptione Dausquium sequimur, cui per m scribi placet. Sed quia m ante d aliquantum minuitur, placet aliis per n, ut in tandem. Sic eandem in monumento Ancyr. ap. Grut. p. 232. et tantundem, in fragmento Agrar. ib. p. 206. insculptum est. P Scribitur et tam diu disjunctim. TAMĒ, in carmine positum est pro tam. Festus, h. e. in carmine Saliari, inquit Scalig., in quo et cume erat pro cum, ut refertur a Scauro in Orthogr. p. 2261. [TAMEL, vox composita ex tamen, et ille, ut sirenepse ex similis re ipsa, aliaque quamplurima. V. FERICULUS. F.] TAMEN, ὁμῶς, ὁμῶς μὲν τοι, nihilominus: conjunctio adversativa, respondens particulis quamquam, quamvis, licet, etsi, etiamsi, et similibus, vel expressis. Cic. Rosc. Am. 20. Quamquam abest a culpa, suspicione tamen non caret. Nep. Mil. 2. f. Etsi praeter opinionem res ceciderat, tamen, etc. Sall. Cat. 3. f. Quae tametsi animus aspernabatur, tamen, etc. Cic. Att. 3, 12. Licet tibi significarim, ut ad me venires, tamen intelligo, etc. Ter. Andr. 5, 2, 23. Sino: Ego te commotum reddam. Da. tamen etsi hoc verum est? Sino: tamen. Hic pro quamquam vni videtur. Cic. Fam. 13, 71. Sed tamen, etsi omnium causa velle debeo, tamen cum omnibus non eadem mihi causa est. P vel tacitis. Id. ib. 1, 2. f. Cui cum Cato et Caninius intercessissent, tamen est perscripta. Caes. B. G. 1, 14. med. Cum ea ita sint, tamen si obsides sibi dentur, se cum iis pacem facturum. Nep. Paus. 2. extr. Accusatus capitis absolvitur: multatur tamen pecunia. Cic. Har. resp. 21. extr. Pro patria solus exarsit: sic tamen, ut vos, etc. Id. Att. 1, 18. Hi non sunt permolesti: sed tamen insident, et urgent. Pl. Mil. 2, 3, 35. Si indicium facio, interii: si taceo, interii tamen. Phaedr. 3, 10. Nil spernat auris: nec tamen credat statim. Sall. Cat. 8. Atheniensium res gestae satis amplae fuere: verum aliquanto minores tamen. [Exposuit de hoc particulae tamen usu Spald. ad Quint. 1. p. 497. Beier. ad Cic. Fragm. p. 57. a. Cort. ad Lucan. 1, 379. Matth. ad Cic. Cat. 3, 5, 10. a quo negatur, significare particulam tamen, saltem, quod docuerunt Ern. et Goerenz. — Rulnk. ad Rut. Lup. p. 119. a. docet, poni tamen interdum etiam pro quidem: At recte hanc sententiam ut falsam damnat Heindf. ad Hor. Sat. 2, 5, 61.] P Jungitur cum nihilominus. Cic. Fam. 13, 15. f. Et tamen nihilominus ἄλλ' ἀπορρέειν, etc. Id. Cluent. 26. Tamen nihilo minus putabant oportere, etc. P Tamenne interrogantis est, et urgentis. Cic. Agr. 2, 28. med. Si quinque hominum millibus, ad vim, facinus, caedemque delectis, locus quaeritur, tamenne patiemini vestro nomine firmari opes, etc.? Id. Fl. 9. extr. Si testium studium cum accusatore sociatum est, tamenne isti testes habebuntur? Adde Font. 3. et Dom. 19. f. [Cf. Frotzsch. ad Cic. Sull. p. 51.] P Et omissio ne. Id. Div. Verr. 6. Tamen his invitissimis te offeres? tamen in aliena causa loquere? tamen eos defendes, qui, etc.? tamen his operam tuam pollicebere, qui, etc.? P Si tamen, servit correctioni, si modo. Or. Met. 4, 535. aliqua et mihi gratia ponto est: Si tamen in dio quondam concreta profundo Spuma fui. Id. Trist. 3, 14, 23. Nunc incorrectum populi pervenit in ora. In populi quidquam si tamen ore meum. P Simile est nisi tamen. Plin. Pan. 93. Ullanne tibi pro beneficiis referre gratiam parem possumus? nisi tamen illam, ut semper nos meminimus, etc. h. e. nisi solum. Id. ep. 6, 21. f. Circa me tantum benignitate nimia modum excessit: nisi quod tamen poetis mentiri licet. P Tamen in principio respondendi, cum adversamur iis, quae ab alio ante dicta sunt. Cic. Fam. 9, 19. in. Tamen a malitia non discedis: tenuissimo appa-

ratu significas Balbum fuisse contentum. P [*Tamen saepe ultimum sententiae locum occupat, ubi vehementiorem reddit vim oppositionis. Notandum vero est, ubique, quoties hunc locum obtinet tamen, plerumque ita verba ordinata esse, ut verbum illud, ad quod particula tamen vi sua proxime spectat, statim ante hanc ipsam particulam legatur. Pl. Capt. 2, 3, 33. Istuc ne praecipias, facile memoria memini tamen: et paulo post: v. 46. Beneque hero gessisse morem in tantis aerumnis tamen. Amph. 1, 3, 44. Ut quum absim, me ames, me tuam absentem tamen. Cas. prol. 63. Sciens ei mater dat operam absenti tamen. Ib. 1, 17. Praefeci rure recte qui curet tamen. Adde Capt. 2, 1, 84. Ter. Ad. 2, 1, 20. — In aliis locis, ubi ultimum locum sententiae occupat ista particula, hoc propterea factum videtur, quod non ad unum sententiae vocabulum, sed totum enunciatum ejus vis referenda est. Cf. Parei Lex. s. h. v. Ita Lindem. ad Pl. Capt. 2, 3, 33.] P Pro certe videtur esse in illo Cic. Caecin. 3. Si quis mihi hoc iudex dicat: potuisti leviori actione conflagrare, etc. tamen is aut timidior videatur, quam fortem, aut cupidior, quam sapientem iudicem esse aequum est. P Pro quamquam. Ter. Eun. 1, 2, 90. Tamen contemptus abs te, haec habui in memoria. Alii aliter distinguunt et explicant. Adde Andr. 5, 2, 23. et Pl. Amph. 1, 3, 44. et Mil. 4, 8, 31. et Cas. prol. 63., quae tamen aliter accipi possunt. [Cf. Heindf. ad Cic. N. D. p. 108. b.] P Loco v. tandem. Prop. 2, 1, 75. Quippe ubi nec causas, nec apertos cernimus ictus, Unde tamen veniant tot mala, caeca via est. Or. Met. 2, 335. totum percensuit orbem Exanimisque artus primo, mox ossa requirens, Repertit ossa tamen peregrina condita ripa. Ter. Heaut. 4, 2. f. Retraham hercle, opinor, ad me illud fugitivum argentum tamen. Val. Fl. 6, 383. Tunc ruit, ut montis latus, aut ut machina muri, Quae scopulis trabibusque diu, confectaque flammis, Procubuit tamen, atque ingentem propulit urbem. Just. 30, 2. med. Mors ejus diu occultata fuit. Re tamen cognita, etc. Sall. fragm. ap. Non. 4, 454. Qui enare conati fuerant, icti saepe ferramentis navium, aut vulnerati a suis, aut afflicti alveis undarum vi, mulcato foede corpore postremo tamen periere. Adde Pacuv. ib. et Pl. Ps. 4, 7, 86. Quod vero addit Non., sumi etiam pro statim, non probat. [Cf. Rulnk. ad Rut. Lup. p. 119. a. ed. Frotzsch. Brem. ad Suet. Aug. 91. P Ramsh. §. 194. n. 4. p. 886. docet: tamen factum esse ex tam — em, ut item ex ita — em: coll. §. 86. II, 4. P Confund. tamen et tandem. V. Drak. ad Liv. 22, 2, 10. intpp. ad Cic. Sull. p. 139. ed. Fr. Spald. ad Quint. II. p. 103. Porro tamen et tantum. Id. ib. 1. p. 130. crit. — Tamen, tum et quum. V. intpp. ad Cic. Sull. p. 58. ed. Fr.] TAMENETSI, adv. idem quod etiamsi, quamvis, tametsi. Poll. Asin. ad Cic. Fam. 10, 33. Tamenetsi tantam calamitatem reip. quam tardissime audire optandum est. Enn. ap. Cic. Or. 3, 42. At Romanus homo tamenetsi res bene gesta est, Corde suo trepidat. Cic. Att. 5, 17. Tamenetsi hoc te audire ex aliis malo. Catull. 68, 135. Quae tamenetsi uno non est contenta Catullo, Rara verecundae furta feremus herae. Auct. Pan. ad Pis. 26. tamenetsi bella quierunt, Non perit virtus. P Scribi potest etiam divisim. *TAMES, promontorium Indiae, inter Indum et Gangem, quod Taurus mons attollit. Mela 3, 7. B. A. [TAMESA, ae, m. Ταμῆσας, et F.] [TAMESIS, is, m. Τάμεϊος, nunc the Thames, maximus Britanniae fluvius, Londinium urbem interluens, et a mari Britannico contra portum Icium exceptus. Tac. A. 14, 32. Visa species in aestuario Tamesae subversae coloniae. Caes. B. G. 5, 11. Cujus fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter M. passuum LXXX. et 18. Caesar ad flumen Tamesin in fines Cassivellauni exercitum duxit; quod flumen uno omnino loco pedibus, atque hoc aegre, transiri potest. F. et B. A.] TAMETSI, adv. καὶ τοι, εἰ καὶ, quamquam, etsi: per syncop. a tamenetsi: et post se saepe habet tamen: jungiturque in principiis fere indicativo, in medio etiam subjunctivo. Cic. Verr. 2, 3, 25. Non meretule, quae loquor, crederem, tametsi vulgo audieram, nisi, etc. Ter. Eun. 2, 1, 10. Memini, tametsi nullus moneas. Id. Andr. 2, 2, 11. Obtundis, tametsi intelligo. Pl. Aul. 4, 10, 38. Tametsi fur mihi es, molestus non ero. Caes. B. G. 5, 34. Tametsi a duce deserebantur, tamen omnem spem salutis in virtute ponebant. Cic. Rosc. Am. 27. Tametsi vicisse debeo, tamen de meo jure decedam. Id. Fam. 5, 1. Tametsi nihil mihi fuit optatius, quam, etc. tamen afflictor summo dolore, etc. Id. Verr. 2, 4, 9. Quantam putas auctoritatem laudationis eorum futuram? Tametsi quae est ista laudatio, cum laudator interrogatus laedat, necesse est? TAMIACUS, a, um, adj. ταμιακός, in Gloss. Philox. exponitur fiscalis. Dicitur autem de his, quae ad fiscum principis pertinent, quod ταμιακόν, seu ταμιακόν appellatur, h. e. fiscus, aerarium, ut eadem Glossae interpretantur. Est in Cod. Just. 11. tit. 68., qui De praediis tamiacis inscribitur, h. e. de iis, quae in variis provinciis, praesertim in Cappadocia,

fisco principali addicta erant. Ibi Imp. Zeno l. 2. memorat *fundos tamiaci juris*: et l. 1. *tamiacum* vel *tamiacum* vocat servum, vel servam colendis instruendisque tamiacis praediis adscriptos et addictos.

*TAMIANI, orum, populi Africae. *Liv.* 33, 18. *B. A.*

[TAMIATHICUS, a, um, adj. *Tamiathicos*, ad Tamiathin pertinens, Aegypti inferioris urbem, ad Nili ostium Phathmeticum, quae olim diruta, deinde ab Arabibus paulo interiore loco condita, nunc *Damietta*, *Tamiathis* autem a *Steph. Byz.* dicitur. *Sidon. Carm.* 23, 255. Tu, si publica fata non vetarent, Ut Byrsan peteres, vel Africanae Telluris Tamiathicum rebellem. Editiones perperam habent *Tamiathicum*. *F.*]

TAMINIA Uva, genus uvae silvestris, quae *Verrio* ap. *Fest.* dicta videtur, quae tam mira (lege *rubra*) sit, quam minium. *Cels.* 3, 21. *med.* Uva taminia, quam *οραγδα αγγλα* Graeci nominant. *Plin.* tamen 23, 1, 13. falso dicit, eandem putari a nonnullis ac astaphidem agriam, cum haec in apricis nascatur, taminia non nisi in opacis: haec nigros acinos habeat, taminia rubentes.

[TAMINO, as, a. 1. idem ac *contamino*. *V. h. v. Not. Tir.* p. 123. *Taminat*, *attaminat*, *contaminat*. *F.*]

*TAMMACUM, i, n. oppidum Africae. *Plin.* 6, 28. *B. A.*

[TAMNACUS, i, m. herba eadem ac *parthenium*, q. v. v. *Harduinus* pro *tamnacus* legit *amnacus*. *F.*]

TAM NE. V. TAM.

TAMNUS, i, f. genus vitis silvestris, cujus fructus taminia uva. *Plin.* 21, 15, 50. (ut legit *Harduinus* ex MSS.) In Italia paucissimas (herbas sponte nascentes) novimus, fraga, tamnum, ruscum, batin marinam, etc. *Colum.* 10, 373. Lubrica jam lapathos, jam tamni sponte virescunt. Alii leg. *rhamni*: quod improbat *Pontedera* in *Antiqu. Gr. et Lat.* p. 577., et tamnum esse monet *bryoniam* nigram, ejusque caulem hodieque in Italia in rusticis coenas legi, et vulgo *tanno* appellari.

*TAMOS vel *Tamus*, i, promontorium Indiae. *Mela* 3, 7. *bis.* *B. A.*

*TAMPHILANUS, a, um, adj. ad *Tamphilum* aliquem pertinens, ut *Tamphilana domus* ap. *Nep. Att.* 13. *B. A.*

[TAMPHILUS, a, um, adj. *Vaillant*. in *Num. Famil.* p. 173. deducit ab *αμφίλοος*, utraque manu laevus. Est cognomen R., ut Cn. Baebius *Tamphilus* Cos. ann. U. C. DLXXII., ejusque frater M. Baebius *Tamphilus* Cos. ann. insequenti in *Fast. Capitolin.* ap. *Grut.* 293. Eorundem meminuit etiam *Liv.* 39, 56. et 40, 18. *F.*]

*TAMODA, ae, fluvius Mauretaniae Tingitanae. *Plin.* 5, 2. *Mela* 1, 5. *B. A.*

*TAMUGADENSIS, e, adj. ad *Tamugadi* spectans, ut *Tamugadensis episcopus* ap. *August. Retract.* 2, 59. et ep. 161. ad *Emerit.* *B. A.*

*TAMUGADI, opp. Numidia. *Tab. Peut.* ubi, alio in loco, *Thamugadi* appellatur. *B. A.*

*TANAGER vel *Tanagrus*, i, m. Lucaniae fluvius. *Virg. G.* 3, 151. *Paul. Nolan.* Nat. III de *Felice* 62. *Ant. Itin.* P In *Atinate* campo fluvius hic mersus post XX. mill. pass. exibat, teste *Plin.* 2, 103. *B. A.*

TANACAE. V. TANIACAE.

TANAGRAEUS, a, um, adj. *Tαναγραῖος*, ad *Tanagram* pertinens, oppidum Boeotiae in ipsis faucibus Euripi contra Euboeam, teste *Plin.* 4, 7, 12., ubi galli gallinae ad proelia idonei nascuntur, ut *Varr. R. R.* 3, 9., *Colum.* 8, 2. et *Plin.* 10, 21, 24. docent. *Cic. Dom.* 43. *Tanagraea* quaedam meretrix. *Stat. Theb.* 9, 745. *Prima Tanagraeum* turbavit arundo *Choroebum*.

TANAGRICUS, a, um, adj. *Tanagraeus*, ut *Tanagrici galli*, *Varr. R. R.* 3, 9. et *Colum.* 8, 2. *V. v. praec.*

TANAIIS, is, m. *Τανῆϊς*, fluvius Sarmatiae Europaeae, ex *Riphaeis* montibus defluens, novissimus inter Europam, Asiamque finis (unde *extremum* dicit *Hor. Od.* 3, 10, 1.): currit longo tractu orientem versus, deinde flectens se in occidentem, in paludem *Maeotin* influit. *Plin.* 3. *prooem.* et 4, 12, 24. et 6, 7, 7. et *Mela* 1. *f.* P *Tanais* fuit etiam nomen proprium viri ap. *Hor. Sat.* 1, 1, 105., Item ap. *Virg. A.* 12, 513. **V. Silis.* P *Curt.* 6, 6, 7, 4 et 6. *Tanaim* vocat, qui *Laxartes* est *Straboni*, *Dionysio*, *Ptolemaeo*, et ceteris: id quod facit *Arrian.* 4, 15. *Accurate Plin.* 6, 16. *Ultra Sogdiani*, — includente lumine *Laxarte*, quod *Scythae* *Silin* vocant: *Alexander*, militesque ejus, *Tanaim* putavere esse. P *Romani* solent saepe confundere *Tanaim* et *Istrum*. *Testis* ejus rei etiam *Sen. N. Q.* 6, 2. *Hinc* qui *medius* inter *pacata* et *hostilia* fluit, *Danubius* ac *Rhenus*: alter *Sarmaticos* impetus *cohibens*, et *Europam* *Asiamque* *determinans*; alter *Germanos*, *avidam* *gentem* *belli*, *repellens*. *Non* *solicitata* *est* *haec* *lectio*, *quod* *tamen* *quidam* *faciunt*. *Danubium* *etiam* *Tanaim* *vocat* *Tibull.* 4. *ad* *Messalam* *el.* 1. *v.* 147. *cum* *inquit*: *Quaque* *Hebrus* *Tanaisque* *Getas* *rigat* *atque* *Sigynos*. *Sic* *emendandus* *iste* *versus*: *Getae* *enim* *et* *Sigyni* *ad* *Istrum* *sunt*, *non* *Tanaim*. *Haec* *Hofmannus*. P *In* *illo* *Liv.* 1, 38. *Cis* *Taurum* *montem* *usque* *ad* *Tanaim* *annem*, *sunt* *qui* *Ha-*

lyn *corrigit*, *ut* *omnia* *fiant* *plana*. P *Fuit* *et* *nomen* *oppidi*, *Asow* *fortasse* *hodierni*, *in* *Tanais* *ostio* *siti*. *Ptolem.* *collato* *Plin.* 6, 7. P *Tanais*, *nomen* *proprium* *virii* *ap.* *Hor. Sat.* 1, 1, 105. P *Et* *alius*, *a* *Turno* *interfecti*. *Virg. A.* 12, 573. *B. A.*

TANAITAE, arum, m. plur. *Tanais* fluvii *accolae*. *Plin.* 6, 7, 7. et *Ammian.* 31, 3.

TANAITICUS, a, um, adj. ad *Tanaitas* pertinens. *Sidon. Carm.* 5, 479. *Scythicae* *potor* *Tanaiticus* *undae*. *Id. Carm.* 11, 96. *Strinxit* *hyperboreis* *Tanaitica* *erusta* *pruinis*. *V. TAMIATHICUS.*

[TANAITIS, idos et idis, f. adj. ad *Tanaim* pertinens. *Sic* *vocantur* *Amazones*, *quia* *prope* *Tanaim* *habitarunt*. *Sen. Hipp.* 399. *Qualis*, *relictis* *frigidi* *Ponti* *plagis*, *Egit* *catervas* *Atticum* *pulsans* *solum* *Tanaitis*, *aut* *Moeotis*, *et* *nodo* *comas* *Coegit* *emissitque*, *lunata* *latus* *Protecta* *pelta*. *F.*]

TANAIQUIL, ilis, f. nomen uxoris *Tarquinii* *Prisci*, *Romanorum* *regis* *quinti*, *magni* *animi* *feminae*, *et* *maritum* *regentis*: *cujus* *opera* *Servius* *Tullius* *in* *regnum* *successit*. *V. Liv.* 1. a. c. 34. *Hinc* *ponitur* *pro* *quacumque* *uxore* *imperiosa*. *Auson. ep.* 23, 31. *Tanaiquil* *tua* *nesciat* *istud*. *Juven.* 6, 564. *Consult* *ietericae* *lento* *de* *funere* *matris*, *Ante* *tamen* *de* *te*, *Tanaiquil* *tua*. P *Genitivum* *Tanaiquilis* *habemus* *a* *Val. Probo* *in* *Cath.* p. 1444.

[TANARIUS, a, um, adj. ad *Tanarum* pertinens, *Liguriae* *fluvium*, *qui* *etiamnum* *vetus* *nomen* *servat*, *quique* *a* *Plin.* 3, 16, 20. *memoratur*. *Est* *cogn.* *R. Inscr.* ap. *Fabr.* p. 742. n. 510. *Q.* *Mucius* *Tanarius*. *F.*]

[TANARUS, i, m. ita cognominatus est *Juppiter* *apud* *Britannos*, *a* *Celtica* *voce* *tanar*, *quae* *tonitru* *significat*: *idem* *vero* *et* *Bronton* *voce* *Graecanica* *eademque* *significatione*, *et* *apud* *Latinos* *Tonans* *dicitur* *est*. *Inscr.* ap. *Mur.* 331, 6. *I. O. M.* *Tanaro* *T. Elypius* *Galer.* *Praesens* *Guntia* *Pri. Leg.* XX. *V. V. Commodi* *et* *Laterano* *Coss.* *V. S. L. M.* P *Tanarus* *fuit* *etiam* *fluvius* *Italiae* *in* *Liguria*. *V. v. praec.* *F.*]

*TANAS, ae, m. fluvius *Numidiae*. *Sall. B. J.* 90. (al. 95.) *B. A.*

*TANATIS vel *Tanetos*, *Britanniae* *insula*, *prope* *Cantuariam*. *Solin.* 22. (al. 35.) *qui* *priore* *forma* *uitur*, *probante* *Salmasio*: *Beda* 1, 26. *qui* *posteriore*. P *Hodie* *Thanet* *audit*. *B. A.*

TANDEM, adv. *τελευταῖον*, *ὀπίσθε* *post* *longam* *moram*, *ad* *extremum*, *denique*, *denum*, *aliquando*. *Caes. B. G.* 1, 25. *Tandem* *vulneribus* *defessi* *pedem* *referre* *coeperunt*. *Hor. Sat.* 2, 5, 66. *tabulas* *soce-* *ro* *dabit*, *atque*, *Ut* *legat*, *orabit*: *multum* *Nasica* *negatas* *accipiet* *tandem*. *Virg. A.* 6, 61. *Jam* *tandem* *Italiae* *fugientis* *premidis* *oras*. *Cic. Agr.* 6, 61. *Jam* *tandem* *Italiae* *fugientis* *premidis* *oras*. *Cic. Agr.* 2, 37. *Polliceor*, *me* *esse* *perfecturum*, *ut* *jam* *tandem* *illi* *faciantur*, *etc.* *Pl. Rud.* 2, 5, 11. *Tandem* *vero* *serio*. *Hor. Od.* 1, 23, 11. *Tandem* *desine* *matrem* *Tepestiva* *sequi* *viro*; *et* *ib.* 3, 15, 2. *Tandem* *nequitiae* *fige* *modum* *tuae*. P *Jungitur* *cum* *aliquando* *ad* *majorem* *vim* *sententiae*. *Cic. Fam.* 11, 28. *med.* *Tandem* *aliquando* *Romae* *esse* *coepimus*. *Id. Quint.* 30. *f.* *Spes* *est*, *hunc* *miserum* *aliquando* *tandem* *posse* *consistere*. *Adde* *Ter. Hec.* 4, 4, 61. P *Cum* *denique*. *Appul. Met.* 4. *Tandem* *denique* *asinali* *verecundia* *ductus*: *πλεονεξικός*. *Adde* *ib.* 3. et 10. P *Saepe* *effertur* *interrogando*, *et* *urgendo*. *Caes. B. G.* 1, 40. *Quod* *si* *furere* *atque* *amentia* *impulsus* *bellum* *intulisset*, *quid* *tandem* *vererentur*? *Sall. Cat.* 20. *f.* *Quae* *quosque* *tandem* *patiemini*, *fortissimi* *virii*? *Cic. Part.* 4. *Quoniam* *tandem* *modo*? *Id. Leg.* 1, 1. *med.* *Quorsum* *tandem*, *aut* *cur* *ista* *quaeris*? *Id. N. D.* 1, 38. *Hoc*, *per* *ipso* *Deos*, *quale* *tandem* *est*? *Id. Or.* 2, 3. *med.* *Quid* *vos* *tandem*? *Crassus*: *num* *quidam*, *inquit*, *novi*? *Pl. Truc.* 2, 1, 27. *Numqui* *male* *nos* *agimus* *tandem*? *Ter. Andr.* 5, 3, 4. *Ain'* *tandem*? *civis* *Glycerium* *est*? *Id. Phorm.* 2, 1, 1. *Itane* *tandem* *uxorem* *duxit* *Antipho* *injussu* *meo*? *Ubi* *Donatus*: *Tandem* *hic* *expletiva* *conjunctio*, *ut* (*Cic. Cat.* 1, 1.) *Quosque* *tandem* *abutere*, *etc.* *Festus*: *Tandem* *cum* *significet* *aliquando*, *interdum* *tamen* *ex* *supervacuo* *ponitur*, *ut* *apud* *Terentium* *in* *Phormione*, *cum* *ait*: *Itane* *tandem* *uxorem*, *etc.* *At* *Cicero* *etiam* *duplicit* *significationem*, *cum* *ait* (*Cat.* 2, 1.) *tandem* *aliquando*. *Non* *probat* *Donat.* *quod* *ait* *de* *conjunctione* *expletiva*: *neque* *Festus* *quod* *de* *supervacua*: *aut* *Servius*, *qui* *utrumque* *sequitur*, *ad* *Aen.* 1, 335. et 373. *Habet* *enim* *tandem* *his* *et* *similibus* *locis* *elegantem* *vim*, *quae* *et* *in* *denu* *simili* *usu* *apparet*. *Minime* *vero* *probat* *Non.* 4, 453. *ilud* *tandem* *aliquando* *exponens* *vix*. *Addit* *Id. ib.* *poni* *tandem* *etiam* *pro* *tamen*: *afferens* *illud* *Titinii*: *Sin* *forma* *odio* *sum*, *tandem* *ut* *moribus* *placeam* *vi-* *ro*. *At* *exponendum* *videtur* *potius*, *saltem*. P *De* *descriptione* *V. in* *TAMDIU.*

TANDIU. V. TAMDIU.

*TANETANI, orum, incolae *Taneti*. *Plin.* 3, 15. *B. A.*

*TANETUM, i, n. vicus *Italiae* *superioris*, *in* *Gallia* *cispadana*, *medio* *inter* *Parmam* *Mutinamque* *loco*, *hodie* *Tanedo*. *Liv.* 21, 25. et 30, 19. P *Tannetum* *est* *Ant. Itin.* *B. A.*

[TANFANA, ae, f. numinis nomen a *Marsis*, *Ger-*

maniae *populis*, *culti*. *Tac. A.* 1, 51. *Profana* *simul* *et* *sacra*, *et* *celeberrimum* *illis* *gentibus* *templum*, *quod* *Tanfanae* *vocabant*, *solo* *aequantur*. *Hinc* *Ligorius* *suam* *illam* *Inscr.* ap. *Guid.* 55, 8. *Tanfanae* *sacrum* *M. Appulejus* *M. F. Fel. Paetulus*, *etc.* *putide* *commentus* *est*.

TANGIBILIS, e, adj. *ἄπρος*, *qui* *tangi* *potest*, *tactilis*. *Lactant.* 7, 11. *f.* *Ea*, *quae* *visibilia* *sunt* *oculis*, *et* *tangibilia* *manu*. *Adde* *ib.* 12.

TANGO, is, tetigi, tactum, a. 3. *ὄλω*, *ἄχρομαι*, *tactus* *sensu* *deprehendo*, *attingo*, *contingo*: *a* *tango*, *ut* *pango* *a* *pago*. *Lucr.* 1, 304. *Tangere* *enim* *et* *tangi*, *nisi* *corpus*, *nulla* *potest* *res*. *Pl. Rud.* 3, 4, 15. *Tange* *utramvis* *digitulo* *minimo* *modo*. *Cic. Tusc.* 2, 24. *Genu* *terram* *tangere*. *Hor. Sat.* 2, 5, 42. *aliquis* *cubito* *prope* *tangens* *Inquit*. P *Item* *adeo*, *ingredior*, *viso*. *Cic. Verr.* 2, 1, 10. *Verres* *simul* *ac* *tetigit* *provinciam*, *statim*, *etc.* *Sen. Oed.* 666. *Tangere* *gressu* *loca*. *Hor. Od.* 3, 3, 53. *Quicumque* *mundo* *terminus* *obstitit*, *Hunc* *tangat* *armis*. *Id. ib.* 1, 3, 24. *Non* *tangenda* *rates* *transiliunt* *vada*. *Or. Her.* 1, 42. *ausus* *es* *Thracia* *nocturno* *tangere* *castra* *dolo*. *Id. Met.* 4, 778. *Gorgoneas* *domos* *tangere*. *Virg. A.* 4, 612. *tangere* *portus*. *Juven.* 13, 44. *Nil* *dictu* *foedum* *visuque* *haec* *limina* *tangat*, *Intra* *quae* *puer* *est*. [**V. Cort.* *ad* *Lucan.* 8, 464. *Ruhnck.* *ad* *Her.* 1, 42.] P *Et* *tingo*, *liquore* *aspergo*, *illino*. *Or. Fast.* 5, 441. *Rursus* *aqua* *tangit*; *et* *ib.* 4, 790. *sparsa* *tangere* *corpus* *aqua*. *Pers.* 3, 44. *oculos* *tangebam* *parvus* *olivo*. *Tibull.* 1, 9, 52. *luto* *corpora* *tangit* *Amor*, *h. e.* *pallore* *inficit*. *Prop.* 4, 8, 86. *Terque* *meum* *tetigit* *sulfuris* *igne* *caput*. *Plin.* 28, 4, 1. *Si* *superior* *palpebra* *saliva* *tangatur*. *Pall.* 2, 15. *med.* *Fimo* *bubulo* *ima* *planta* *tangenda* *est*; *et* 3, 25. *med.* *Felle* *lacertae* *viridis* *si* *tangantur* *acumina*. [**Cf.* *Lucan.* 3, 238. *ibique* *Cort.*] *Tingere* *in* *plerisque* *allatis* *locis* *reponunt* *alii*: *sed* *sano* *critici* *tangere* *defendunt*. *Hinc* *tangere* *aves* *visco* *ap. Petr.* *Sat.* 109. *Per* *antennam* *pelagiae* *concederant* *volucres*, *quas* *tectis* *arundinibus* *peritus* *artifex* *tetigit*. [**Cf.* *Ruhnck.* *ad* *Or. Her.* 19, 44., *ubi* *laudantur*, *qui* *haec* *formae* *tangere* *significationem* *explicuerunt*, *imprimis* *Gron. observ.* 3, 18. p. 288. sqq. *ed. Fr.*]

P *Tangere* *aliquam* *vel* *aliquem*, *est* *vitiare*. *Pl. Aut.* 4, 10, 25. *Ergo* *quia* *sum* *tangere* *ausus*, *haud* *causificor*, *quin* *eam* *habeam* *potissimum*. *Hor. Sat.* 1, 2, 54. *matronam* *nullam* *ego* *tango*. *Catull.* 21, 7. *insidias* *mibi* *instrumentem* *Tangam* *te* *prior* *irrumatione*. [**Cf.* *Heindf.* *ad* *Hor.* 1. l.] P *Pro* *sumere*, *capere*, *auferrere*, *furari*. *Cic. Fam.* 2, 17. *med.* *De* *praeda* *mea* *teruncium* *neque* *attigit*, *neque* *tactus* *est* *quisquam*. *Id. Agr.* 2, 25. *f.* *Idcirco* *agros* *nominare* *non* *possum*, *quia* *tangam* *nullum* *ab* *invito*. [**Liv.* 29, 20. *Quae* *Locris* *in* *templo* *Proserpinae* *tacta*, *violata*, *elataque* *inde* *essent*.] *Pl. Aut.* 4, 10, 10. *Cur* *id* *ausus* *facere*, *ut* *id*, *quod* *non* *tuum* *esset*, *tangeres*? *et* *Ter. Ad.* 2,

Cum infinito. *Ov. Fast.* 5, 73. Hinc sua majores possuisse vocabula Majo, Tangor, et aetati consu- luisse suae, h. e. inducor ut credam. P Item deci- pere, circumvenire, fraudare: ductum a tangendis visco avibus: vel a tango, qua ferire significat. *Pl. Ps.* 1, 1, 118. Si neminem alium potero, tuum tan- gam patrem. *Id. Epid.* 5, 2, 40. Iste te tetigi tri- ginta minis. *Id. Poen.* 5, 5, 7. Aere militari teti- gero lenunculum. *Id. ib. prol.* 101. Tangere homi- nem vult bolo. *Turpil. ap. Non.* 1, 8. Mihi est iras- tus pater, quia se talento argenti tetigi. V. TA- CTUS. In his quoque *ἐκείνους*, seu *πελοούς*, est, h. e. extenuatio. P Ponitur et pro suscipere, ag- gredi. *Ov. Am.* 3, 12, 17. Aversis utinam tetigis- sem carmina Musis. P [*Item pro examinare: de rationibus. *Cic. Phil.* 8, 9. ne tangantur rationes ad Opes: ad quem l. v. Schütz. in *cl. Cic.* — *Id. ib.* laud. *Att.* 15, 11. quum ingressus essem dicere, quid oportuisset — nec tamen illum locum attinge- rem, quemquam praeterea oportuisse tangi: ita do- cens, si vera sit lectio, significari, quemquam praeterea oportuisse occidi, praeter Caesarem scil. *Man- utio* tamen verbum tangi, quod absit aliquot MSS. VET. delendum videri, ita ut post oportuisse intelli- gatur occidi. Or. nulla lectionis varietate indicata, err. typogr. omissionem hujus vocabuli ap. *Lamb.* tribuit.] P Et pro leviter, et paucis memorare, breviter dicendo tractare. *Lucil. ap. Jul. Rufin. de schemat. lex. in Antiphrasi:* Non tango, quod avarus homo, quodque improbu', mitto. *Cic. Rosc. Am.* 30. Neque omnia dicam, et leviter unumquodque tangam. *Id. Acad.* 4, 44. med. Ubi Aristoteles ista tetigit? *Ter. Phorm.* 4, 4, 10. Quid minus utile fuit, quam hoc ulcus tangere, aut nominare uxorem? P Et dicto pungere, mordere. *Ter. Eun.* 3, 1, 30. Quo pacto Rhodium tetigerim in convivio. P Tangere acu rem. V. ACUS. *Sen. Oed.* 795. Vi- dum relinquit? *Oed.* tangis en ipsos metus. P [*Confund. tangere et tingere. V. Cort. ad *Lucan.* 3, 238.]

TANGOMENAS facere, h. e. perpotare, congraci- cari, Italice *far gozzoviglia*: habetur ap. *Petr. fragm. Trag.* 34. et 73. *Burm.*, ubi alii leg. *tengomenas* a *τέγγω*, macedo: alii *tingomenas* a tingendo ter- ram reliquis meri et poculis dejectis; alii alia ratione interpretantur. V. *Burm. ib.* Porro *tangome- nas facere*, ex sententia *Fr. Ortolii* in *Opusc. letter. Bologn.* T. 1. p. 60., est sermo abruptus, in quo subauditur *noctes*, vel *hiras*, vel *labeas* (scil. macedo- facere): insulsum enim hominem, qualis fuisse hic fingitur Trimalchio, *ἐλλειπτικῶς* loqui decet. [*Emend. hunc locum F.]

TANIACAE, arum, f. plur. partes suillae longio- res, ut costae, et offa penita, *ἀγρίαιδες*, *πλευρίδες*. *Varr. R. R.* 2, 4. med., ubi alii leg. *tanacae* eod. sensu: alii rectius *taeniaca*. V. TOMACINA.

TANTES, ae, m. *Ταντες*, ad Tanin pertinens, Aegypti inferioris urbem, quae nunc *Siani* vocatur. *Plin.* 5, 9, 9. Quae juxta Pelusium est, nomos habet, Pharaetiten, Bubastiten, Sethroniten, Taniten. F.]

TANITICUS, a, um, adj. *Τανιτικός*, ad Tanin pertinens. V. v. praec. *Plin.* 5, 10, 11. Multa op- pida Nili, quae nomina dedere ostiis, sed celeberrimis septem, proximo Alexandriae Canopico, deinde Bolbitico, Sebennytico, Phathmetico, Mendesico, Tanitico, ultimoque Pelusiaco. *Id.* 13, 12, 23. Saitica (*charta*) ab oppido, ubi maxima fertilitas, ex vilioribus ramentis; propiorque etiamnum cortici Tanitica, a vicino loco, pondere jam haec, non bonitate, venalis. F.]

TANOS, i, m. gemmae gens. *Plin.* 37, 5, 19. Inseritur smaragdus et quae vocatur tanos, e Persis veniens gemma, ingrate viridis, atque intus sordida.

TANQUAM et Tanquam, adv. *ὡσπερ*, *ὅμοιος*, veluti, quemadmodum, sicut, ceu. *Cic. Vat.* 2. Repente te, tanquam serpens e latibulis, intulisti. P Sub eodem verbo eundem casum regit. *Ter. Phorm.* 1, 2, 14. Nostin' ejus natum Phaedriam? Da. tan- quam te. *Cic. Att.* 6, 1. med. Quod video tibi etiam novum accidisse, tanquam mihi. *Id. Brut.* 74. Aetatis illius ista fuit laus, tanquam innocentiae. P nisi constructionis ratio alium exigit. *Id. Fam.* 13, 69. Apud eum sic fui, tanquam domi meae. P Ad- mittit particulas *sic*, *item*, *ita*, et hujusmodi, vel ante, vel post. *Cic. Brut.* 18. Nam Odyssea Latina est, sic tanquam opus aliquod Daedali. *Ter. Eun.* 2, 2, 33. Tanquam philosophorum habent discipli- nae ex ipsis vocabula, parasiti item et Gnathonici vocentur. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 1. f. Nec te obrui tan- quam fluctu, sic magnitudine negotii sinas. *Id. ad Quir.* 1. f. Sed tanquam bona valetudo jucundior est eis, qui e gravi morbo recreati sunt; sic ea om- nia desiderata magis, quam assidue percepta, delectant. P Item si cum verbis. *Cic. Fam.* 2, 16. f. De Dolabella quod scripsi, suadeo, videas, tanquam si tua res agatur; et *Rosc. Am.* 32. med. Qui tan- quam si offusa republicae sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris. *Id. Q. Fr.* 3, 2. Omnes, tan- quam si tu esses, ita fuerunt. *Liv.* 40, 9. Ita me audias, tanquam si mihi quiritanti intervenisses. *Pl. Aul.* 2, 4, 21. Tanquam si claudus sim, cum fusti est ambulandum. P Interdum si omittitur.

Cic. Fam. 12, 9. Tanquam enim clausa sit Asia, sic nihil perferitur ad nos. *Id. Brut.* 1. extr. Tanquam illi ipsi acerbitatis aliquid acciderit, angimur. *Liv.* 41, 24. Tanquam regum arcanis interesset, omnia scit. *Plin.* 2, 63, 63. Tanquam nesciamus, hanc esse solam, quae nunquam irascatur homini. P Adjecto *met*, ad addendam emphasisim. *Pl. Curc.* 5, 2, 29. Tanquammet genium meum. Alii rectius leg. *Tanquam me*, et *genium meum*: alii *etiam* et *omit- tunt*. P Pro quasi vero. *Petr. Sat.* 106. O te fe- minam simplicem! tanquam vulnera ferro praeparata litteras biberint. *Liv.* 42, 3. f. Tanquam non iidem ubique Dii immortales sint, sed spoliis aliorum alii colendi exornandique. P Quod ad descriptionem attinet, idem dicitur, quod supra de *tandiu*. V. h. v.

TANTALEUS, a, um, adj. *Τανταλος*, ad Tanta- lum pertinens. *Prop.* 2, 13, 61. Vel tu Tantalea moveare ad flumina sorte; et *ib.* 1, 68. Tantaleae poterit tradere poma manu. *Stat. Th.* 11, 128. Tanta- lea mensa. *Claud. Rept. Pros.* 2, 336. Non aqua Tantaleis subducitur invida labris. Est qui leg. *Tan- talicis*. *Stat. Th.* 1, 279. Tantalea tecta, h. e. Ar- gi, qua in urbe regnavit Tantalus. P Tanteleus, i, *Τανταλεως*, ipse Tantalus: ut *Tyndareus*, *Tyndar- us*. *Prop.* 4, 11, 24. Fallax Tanteleo corripere liquor.

TANTALICUS, a, um, adj. Tanteleus. *Sen. Thyest.* 228. novi Aurata reges scepra Tantalici gerunt. Alii *Tantelei* legunt.

TANTALIDES, ae, m. *Τανταλίδης*, filius aut ne- pos Tantalii. *Ov. Ib.* 436. (et *Trist.* 2, 385.) Tantalides tu sis, Tereidesque puer, h. e. Pelops Tan- tali filius. *Id. Her.* 8, 45. (et *Met.* 12, 626., *Amor.* 2, 8, 13., *Fast.* 5, 307. et *Auct. Priap.* 70.) Tantalides omnes, ipsumque regebat Achillem, h. e. Agamemnon filius Atrai filii Pelopis; et *ib.* 122. Aut ego Tantalidae Tantalus uxor ero, h. e. Orestae filii Agamemnonis. *Id. Pont.* 4, 16, 26. auctor Tanta- lidae reducis, h. e. Menelai, filii Atrai. Alii intelli- gunt Thyestem filium Pelopis. *Id. Fast.* 2, 627. Tantalidae fratres, h. e. Atrous et Thyestes filii Pe- lopis. *Vet. Poeta ap. Cic. N. D.* 3, 38. Quinam Tantalidarum internecioni modus pareretur? h. e. ne- potum Tantalii.

TANTALIS, idis, f. *Τανταλις*, filia, vel neptis Tantalii. *Ov. Met.* 6, 210. (et *Sen. Herc. Oct.* 197. et *Oed.* 613. et *Med.* 954. et *Stat. Th.* 3, 193.) diro convicia facto Tantalus adjecit, h. e. Niobe Tantalii filia. *Sic Sen. Ag.* 374. Tantalidos matris funera. *Ov. Her.* 8, 122. Aut ego Tantalidae Tantalus uxor ero, h. e. Hermione abnepis Tantalii: quia Tanta- lus Pelopem genuit, hic Atroum, Atrous Menelaum patrem Hermiones. *Id. ib.* 66. Tantalides matres apta rapina sumus, h. e. ex genere Tantalii. P *Tantalus* fuit etiam urbs Lydiae, postea Sipylum dicta. *Plin.* 2, 91, 93. Sipylum in Magnesia, et prius in eodem loco clarissima urbs, quae Tantalus vocabatur. *Id.* 5, 29, 31. Interiore intus Daphnus, et Hermesia, et Sipylum, quod ante Tantalus voca- batur, caput Maeoniae, ubi nunc est stagnum Sale.

TANTALUS, i, m. *Τανταλος*, filius Jovis ex Ple- tone Nympha, pater Pelopis et Niobes, avus Atrai et Thyestae, proavus Agamemnonis et Menelai, rex Phrygiae primum, mox Argivorum. Huic pater concredere sua consilia solitus erat, et ad epulum Deorum admittere: quae cum ille hominibus renun- tiasset, ob id dicitur apud Inferos in aqua mento ten- sus stare, semperque sitire: cumque haustum vult sumere, aqua recedente frustrari: item poma supra caput habere pendentia, quae cum vult decerpere, ramis se tollentibus, aufugere: item saxum super caput ejus imminere, ruenti simile, et perpetuum timorem incutiens. Ita *Hyg. fab.* 82. *Ov. Am.* 2, 43. Quae rit aquas in aquis, et poma fugacia cap- tat Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit. *Stat. Th.* 8, 51. cur non expectant Tantalum undae? Ad- de *Sen. Herc. Fur.* 752. et *Thyest.* a. v. 1., *Hor. Sat.* 1, 1, 68. et *Epid.* 17, 65., *Cic. Tusc.* 1, 5., *Ov. A. Am.* 2, 605. et *Am.* 3, 7, 51., *Tibull.* 1, 3, 77. et *Petr. Sat.* 82. Alii fabulantur, cum Deos convi- vio excepisset, filium Pelopem membratim disce- ptum, eis mandandum apposuisse, ut eorum divini- tatem exploraret: illos re cognita, membris ejus in unum reductis, animam per Mercurium revocasse, et humerum, quem Ceres imprudens voraverat, ex ebo re supplevisse. Ita *Serv. ad G.* 3, 7. et *A.* 6, 603., *Stat. Th.* 1, 246. et *ib.* 11, 128., *Hyg. fab.* 83. et *Sen. Thyest.* a. v. 144. Quod vero *Serv.* Corin- thiorum regem facit, vel memoria lapsus est, vel confudit cum alio Tantalio, qui ibi regnavit, et fuisse dicitur justitia et pietate insignis, et ob id Deorum mensis dignatus: orta fortasse fabula ex eo, quod excelsam Corinthi turrim habitabat, quae altitudine videbatur coelum contingere. Noster enim Tantalus et scelestus fuit, et infelicissimus, (unde videtur dictus esse per synecp. pro *ταλάντατος*, mi- serrimus) itidemque filii et nepotes ejus: omnes enim et scelera admiserunt gravia, et misere perie- runt. *Sen. Thyest.* 53. odia, caedes, funera Acrese, imple Tantalio totam domum, h. e. scelere, et aernum; et *ib.* 145. Animo sume Tantalum, et Pelopem aspice, h. e. crudelitatem. P Tantalii no- men habuit et filius Thyestae, ab Atrou patruo oc-

cisus, et patri in coena appositus. *Id. ib.* 718. P Item filius Niobes ex Amphione, ab Apolline una cum fratribus interemptus. *Ov. Met.* 6, 240.

TANTARENE, es, f. oppidum Aegyptio Aethio- piaequae conterminum. *Plin.* 6, 29. B. A.

TANTI, *πρὸς τοσοῦτον*, genit. pretii, et jungitur cum verbis aestimandi. *Cic. Verr.* 2, 3, 84. Fru- mentum tanti fuit, quanti iste aestimavit. *Ter. Ad.* 2, 1, 49. Ubi me dixero dare tanti. *Pl. Merc.* 2, 4, 22. Tanti quanti poscit, vin' tanti illam emi? *Cic. Am.* 16. Ut quanti quisque se ipse facit, tanti fiat ab amicis. *Plin.* 17, 1, 1. Graviter increpuit, tanti habitare censorem. *Id. ib. f.* Qui frugiferas arbores tanti taxaverant. P *Aliquid esse tanti* est tanti aestimari, seu dignum esse, ob quod aliquid fiat. *Caes. B. G.* 1, 20. med. Tanti ejus apud se gratiam esse ostendit, uti, etc. *Coel. ad Cic. Fam.* 8, 14. Tanti non fuit Arsacem capere, Seleuciam expugnare, ut earum rerum, quae hic gestae sunt, spectaculo careres. *Cic. Cat.* 2, 7. Est mihi tanti, Quirites, hujus invidiae tempestatem subire, dum- modo a vobis belli periculum depellatur. *Id. Mil.* 22. Etsi id quidem non est tanti, quam quod propter eosdem, etc. *Id. Att.* 2, 13. f. Juratus tibi pos- sum dicere, nihil esse tanti. *Ov. Met.* 2, 423. Hoc certe conjux furtum mea nescit, inquit: Aut, si rescierit, sunt o, sunt jurgia tanti?

TANTIDEM, tanti etiam, aequae magno pretio. V. TANTUSDEM. *Cic. Verr.* 2, 3, 83. f. Tanti- dem frumentum emerunt, quanti, etc. *Id. ib.* Coegit Segestanenses a Docimo tantidem publice acci- pere. *Enn. ap. Varr. L. L.* 6, 3. Tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat. *Pl. Merc.* 2, 2, 44. Decrepitus senex tantidem est, quasi sit signum pic- tum in pariete. *Id. Pers.* 1, 2, 18. Ubi quadrupla- tor quempiam injexit manum, tantidem ille illi rur- sus injiciat manum. P Corripitur paenultima in illo *Varr. ap. Non.* 7, 105. Hospes quid miras num- mo curare Serapin? Quid? quasi non curet tantidem Aristoteles.

TANTILLUS, a, um, adj. dimin. tantuli, *μικρός*, *ὄσος*. *Ter. Ad.* 4, 2, 24. Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestavi meis; *δαικτικῶς*, adhi- bendo gestum, quo res parva significatur. *Sic Catull.* 99, 5. nec possum flentibus ullis Tantillum vos- trae demere saevitiae. Simili ratione adhibentur *hic*, et *hoc* a *Ter.*, *Plaut.*, *Tibull.* V. HIC. *Pl. Most.* 2, 1, 47. Intus potate haud tantillo hac qui- dem causa minus. *Id. Poen.* 1, 2, 61. Monstrum mulieris! tantilla tanta verba funditat. *Id. Truc.* 2, 6, 56. Hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari? P Sequente alia particula. *Cels.* 2, 8. Opti- mum est, febrem omnino non esse: secundum est, tantillum esse, ut, etc. *Pl. Stich.* 4, 2, 40. Tan- tillum loci, ubi catellus cubet, id mihi sat est loci. *Id. Rud.* 4, 4, 106. Si hercle tantillum peccassis, quod posterius postules te ad verum converti, nugae magnas egeris.

TANTISPER, adv. *μέχρι τοῦ, μέχρις ἄν*, tamdiu: a *tantus*, et *per*, ubi *per* est *parelcon*, ut ab *ὄς*, *ὥστε*. Postulat post se *dum*, et *quoad*. *Cic. Inv.* 2, 50. Deinde est in carcerem deductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus, in quem dejectus in proflu- entem deferretur, compararetur. *Ter. Heaut.* 1, 1, 54. Ego te meum esse dici tantisper volo, dum, quod te dignum est, facies. *Gell.* 6, 4. Viveret tantisper, quoad fieret permutatio. *Ulp. Dig.* 43, 18, 3. f. Qui vult ire, agere tantisper, quoad de servitute constet. P Usurpatur etiam sine praedi- ctis particulis, pro aliquanto tempore. *Pl. Aul.* 4, 5, 6. Tantisper hic ego ad januam concessero. *Cic. Att.* 12, 14. Totos dies scribo, non quo proficiam quid, sed tantisper impediatur. P Interdum notat interea. *Cic. Tusc.* 5, 7. f. Sed videro, quid effi- ciat: tantisper hoc ipsum magni aestimo, quod pol- licetur. *Liv.* 1, 3. Tantisper tutela muliebri res Latina, et regnum avitum, paternumque puero stetit. Adde *ib.* 22. med.

TANTO, *τοσοῦτον*, ablativus adverbii more usur- patus: et jungitur comparativis. *Cic. Verr.* 2, 3, 97. Reperietis quinque tanto amplius istum, quam quantum licitum sit, civitatibus imperasse. *Caes. B. G.* 5, 44. Quanto erat gravior oppugnatio, tanto crebriores nuntii mittebantur. *Id. B. C.* 1, 81. Quantum opere processerant, tanto aberant ab aqua longius. *Plin.* 9, 38, 62. Tanto major vis, quanto recentior. *Ov. Fast.* 6, 539. Vix illam subito pos- ses cognoscere, tanto Sanctior, et tanto, quam mo- do, major erat: *quam non refertur ad tanto*, sed ad *sanctior* et *major*. *Sic Liv.* 2, 20. med. Tanto vi majore, quam paulo ante magister equitum, proelium inicit; et *Cic. Verr.* 2, 3, 45. Tantone minoris decumae venierunt, quam fuerunt? *Just.* 14, 4. f. Tanto pulcrior haec Antigono, quam Alexan- dro tot victoriae fuerunt: ut cum ille Orientem vi- derit, hic etiam eos, a quibus Oriens victus fuerat, superaverit. *Nep. Paus.* 4. f. Huic ille, quid ex lit- teris comperisset, aperit. Tanto magis Pausanias perturbatus orare coepit, ne, etc. *Suet. Tib.* 40. Transiit in continentem, potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis quod ab Urbe egre- diens, ne quis se interpellaret, edixerat. P *Tanto melior*, laudantis, probantis, acclamantis, plauden-

tis. *Pl. Pers.* 2, 5, 24. Omnes sycophantias instruxi et comparavi, quo pacto ab lenone auferam hoc argentum. *Sag.* tanto melior! *Id. Truc.* 2, 5, 60. Hem tibi talentum argenti. Philippicum est: tene tibi. *Phro.* tanto melior! noster esto. *Sen. ep.* 31. Ad honesta nitentes, quanto magis incubuerint, admirabor, et clamabo: tanto melior! surge et respira, etc. *Phaedr.* 3, 5. Aesopo quidam petulans lapidem impegerat. Tanto, inquit, melior! assem deinde illi dedit. *Ter. Heaut.* 3, 2, 37. Quo pacto id fieri soleat, calleo. *Chre.* tanto hercle melior! Contra. *Id. Ad.* 4, 1, 12. *Sy.* Nihilne in mentem? *Ctes.* nunquam quidquam. *Sy.* tanto nequior! Adde *Pl. Men.* 2, 3, 79. Similia sunt illa *Sen. Tranq.* 15. *med.* Laudemus toties dignum laudibus, et dicamus: tanto fortior! tanto felicior! *Plin. Pan.* 71. Quod factum a cuncto senatu quam vera acclamatione celebratum est! tanto major! tanto augustior! *P.* Jungitur tanto etiam cum verbis comparationem significantibus. *Nep. Ann.* 1. Tanto praestitit ceteros imperatores, quanto populus R. antecedit fortitudine cunctas nationes. *Id. Epam.* 2. Doctrinis tanto antecessit condiscipulos, ut, etc. *P.* Et cum ante, et post. *Cic. Verr.* 2, 5, 34. Si Cleomenes non tanto ante fugisset. *Curt.* 6, 7. *med.* Existimans, haud incorrupta fide tanto post deferre, quae audierat. *Virg. G.* 3, 476. Nunc quoque post tanto videat, etc. *P.* Cum aliis adverbis. *Pl. Amph.* 3, 2, 62. Bis tanto amici sunt inter se, quam prius: *dis τόσων.* *Id. Pers.* 1, 3, 73. Ter tanto peior ipsa est, quam tu illam esse vis. *Id. Rud.* 2, 6, 37. Ego multo tanto miserior, quam tu. *P.* Cum superlat. *Catull.* 49, 6. Tanto pessimus omnium poeta, Quanto tu optimus omnium patronus. In quibusd. libr. prior hic versus deest.

TANTOPERE et Tanto opere, adv. *τηλικούτων, τοσούτων*, tantum, tam vehementer, usque adeo. *Pl. Most.* 2, 2, 92. Cur tantopere extimueras? *Id. Cas.* 3, 2, 2. Hoc erat ecastor, quod me vir tanto opere orabat meus. *Cic. Mur.* 10. Istud nescio quid, quod tantopere didicisti. *Id. Or.* 1, 35. *f.* Neque enim tantopere hanc a Crasso disputationem desiderabam, quantopere ejus in causis oratione delector. *Quint.* in *ep. ad Tryphon.* Si tantopere efflagitantur, quam tu affirmas. *Nep. Att.* 7. Attici quies tantopere Caesari fuit grata, ut, etc. *Ter. Heaut.* 4, 5, 38. Hoc, quia dudum tantopere jusseras, eo coepi. *Id. Ad.* 5, 8, 22. Si vos tantopere istuc vultis, fiat. *Caes. B. G.* 7, 52. Quantopere eorum animi magnitudinem admiraretur, tantopere licentiam arrogantiam reprehendere. *Pl. invertit Bacch.* 2, 2, 1. Mirum est, me, ut redeam, te opere tanto quaesere.

TANTULUM, adv. tam parum: diminut. a *tantum*. *Cic. Verr.* 2, 5, 68. *f.* De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit. *Id. ib.* 71. Si tantulum oculos deiecerimus, praesto esse insidias.

TANTULUS, a, um, adj. dimin. tanti, *τοσούτοι*, tam parvus. *Cic. Sen.* 15. Quae ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex ceterarum frugum ac stirpium minutissimis seminibus tantos truncos ramosque procreat. *Id. Att.* 4, 8. *f.* Dices, tantulane causa? *Id. Rosc. Am.* 45. Deinde cur tantulo venierint. Subintelligitur *pretio*. *Id. Tusc.* 2, 35. Dolorem tantulum malum esse, ut a virtute obruatur. Alii leg. *tantillum*. *Caes. B. G.* 2, 30. Homines tantulae staturae tanti oneris turrin, etc. et *ib.* 4, 22. Neque has tantularum rerum occupationes sibi Britanniae antependendas judicabat. *P.* Usurpator etiam substantive, ut cetera adjectiva. *Cic. Verr.* 2, 2, 38. Et vendidisset, si tantulum morae fuisset, quominus ei pecunia illa numeraretur. *Id. Rosc. Am.* 39. *med.* Si ex eo negotio tantulum in rem suam convertisset. *Id. Att.* 15, 27. *f.* Nec quidquam posthac non modo tantum, sed ne tantulum quidem praeterieris. *Hor. Sat.* 1, 1, 59. qui tantuli eget, quantum est opus.

TANTUM, adv. *τοσούτων*, tam vehementer, tantopere: cui respondet *quantum*. Jungitur fere cum verbis. *Pl. Most.* 2, 2, 94. Tu, ut ocepisti, tantum quantum quis, fuge. *Cic. Att.* 12, 18. De tanto tantum, quantum me amas, velim cogites. *Id. Off.* 1, 14. Id autem tantum abest ab officio, ut, etc. **V. ABSUM.** *P.* Cum adjectivis pro *tam*. *Virg. G.* 4, 101. Nec tantum dulcia, quantum et liquida. *Hor. Sat.* 2, 5, 80. juvenis Non tantum Veneris, quantum studiosa culinae; et *ib.* 3, 313. tantum dissimilis. Ita leg. *Bentl.* Alii *tanto*. *Vell.* 2, 11. C. Marius quantum bello optimus, tantum pace pessimus. *P.* Pro *adeo*, sequente *ut*. *Nep. Con.* 4. Rex tantum auctoritate ejus motus est, ut Tisaphernem hostem judicaverit. **Vet. Schol.* in *Juven. Sat.* 3, 6. Quia nec tantum pauper es, ut te etc. *h. e.* tam pauper. *B. A.* *P.* Absolute. *Cic. Verr.* 2, 2, 54. Ne miremini, qua ratione hic tantum apud istum libertus potuerit. *Pl. Men. prol.* 16. Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas. *P.* Significat etiam solum, tantummodo, *μόνον*. *Cic. Fl.* 15. Dixit publice data: dixit tantum: nihil ostendit. *Id. Par.* 2. Nomen tantum virtutis usurpas: quid ipsa valeat, ignoras. *Id. Verr.* 2, 2, 54. Verrem tantum avaritia semper hiantem fuisse, ingenio et cogitatione nulla. *Hor. Sat.* 1, 4, 6. Lucilius

hosce secutus, Mutatis tantum pedibus numerisque; et *ib.* 9, 3. notus mihi nomine tantum. *Or. Trist.* 1, 1, 101. Tantum ne noceas, dum vis prodesse, videto. *Sall. Jug.* 17. Tantum illud vereor, ne, etc. *Πλεονασμός* est in illo *Cic. Att.* 2, 9. *f.* Cogitamus tantum dumtaxat nos defendere. Alii tamen leg. *tum dumtaxat*: alii aliter. [*V. Orell.* qui *tum dumtaxat* exhibet.] *P.* *Tantum non*, solum non, paene, propemodum, *μόνον, ὅσον ὄν* de re non quidem peracta, sed cui parum omnino deest. *Lic.* 5, 7. Cum agger promotus ad urbem, vineaeque tantum non jam junctae moenibus essent, *h. e.* solum deerat, ut junctae essent: ceterum erant proximae. *Id.* 34, 40. Tantum non jam captam Lacedaemone esse. *Id.* 37, 29. *f.* Romanos tantum non jam circumveniri a dextro cornu. *Id.* 4, 2. *f.* Cum hostes tantum non accesserint. *Suet. Tib.* 11. Tantum non adversis tempestatibus Rhodum enavigavit. *P.* *Tantum quod*, vix dum, commodum. *Cic. Fam.* 7, 23. Tantum quod ex Arpinati veneram, cum mihi a te litterae reddita sunt; et *Vell.* 2, 117. Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico bello Caesar manum, cum, etc. *Cic. Att.* 15, 13. *f.* Haec cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam. *Suet. Ner.* 6. Natus est XVII. cal. Januarius tantum quod oriente sole; et *Aug.* 98. Alexandrina navis, quae tantum quod appulerat. Similia sunt illa *Cic. Verr.* 2, 3, 53. *f.* Tantum quod aratoribus Metellus obsides non dedit, se nulla in re Viri similem futurum. Alii leg. *tantum non*: [*Orell.* habet *tantum quod*.] et *ib.* 3, 45. Componit edictum iis verbis, ut quis intelligere possit, unius hominis causa conscriptum esse, tantum quod hominem non nominat: causam quidem totam perscribit. *P.* Alia est ratio in illo *Livii* 22, 2. *med.* Jumentorum itinere toto prostratorum passim acervi, tantum quod exstaret aqua, quaerentibus ad quietem parvi temporis necessarium cubile dabant; et 33, 4. *extr.* Cum iis copiis rex hostem opperiebatur. Romanis ferme par numerus erat: equitum copiis tantum, quod Aetoli accesserant, superabant, *h. e.* solum iis superabant, quae ab Aetolis accesserant.

TANTUMMODO, adv. *μόνον, μότως*, solum. *Cic. Or.* 3, 14. Neque eum oratorem tantummodo, sed hominem non putant. *Id. Sull.* 10. Quae omnia suppressa voce dixit, tantummodo ut vos, qui ea probabatis, possetis exaudire. *P.* Pro dummodo. *Sall. Jug.* 81. *f.* Cum Poeni aliam conditionem, tantummodo aequam, peterent; et *Att.* ap. *Cic. Att.* 9, 10. *med.* Tantummodo Cnaeus noster ne, ut urbem *ἀπολόγητος* reliquit, sic Italiam relinquat. *Πλεονασμός* est in illo *Suet. Tib.* 11. *med.* Unum hoc tantummodo, neque praeterea quidquam, etc. *P.* Disjungitur etiam aliquando. *Quint. decl.* 340. Hoc insigne non tantum libertatis modo, sed etiam dignitatis esset.

TANTUNDEM. V. TANTUSDEM.

TANTUS, a, um, adj. *τόσος, τηλικούτος*, tam magnus: cui respondet *quantus* vel *expresse*, vel *tacite*. *Cic. Phil.* 6, 7. Multas magnasque habui consul conciones: nullam unquam vidi tantam, quanta nunc vestra est. *Caes. B. G.* 2, 11. *f.* Tantam eorum multitudinem interfecerunt, quantum fuit diei spatium. *Pl. Poen.* 5, 4, 105. Cum me hac laetitia tanta, et tantis affecistis gaudiis. *Cic. N. D.* 2, 5. *f.* Tam multarum rerum atque tantarum ordines. *Id. Or.* 1, 10. *f.* Ista tanta tamque multa profidentia non censeo. *Id. Or.* 2, 20. Non idem sentio tanta hac in re, tamque immensa posse fieri. *Id. Verr.* 1, 16. Tot tantae vitia. *Id. Rosc. Com.* 8. *f.* Qui tantas, et tam infinitas pecunias repudiavit. *Id. N. D.* 3, 38. *extr.* Conservare urbes tantas atque tales. *Id. Fam.* 13, 66. Quae tua sponte faceres in hominem tantum et talem. *Pl. Bacch.* 1, 2, 15. Stultior es barbaro Potitio, qui tantus natu Deorum nescis nomina. *P.* Sequente *ut*, aut *qui*. *Cic. Rosc. Am.* 43. Non fuit tantus homo Sex. Roscius in civitate, ut de eo potissimum conqueramur. *Nep. Ag.* 4. Tanta modestia dicto audiens fuit jussis, ut si privatus in comitio esset Spartae. *Cic. Marcell.* 3. Nulla est tanta vis, quae non ferro ac viribus frangi possit. *Id. Sull.* 2. *extr.* Statuerunt, tantum illud esse maleficium, quod non modo non occultari per se, sed etiam aperiri illustrarique deberet. *Sen. Ira* 3, 4. Irascentem varie aggredieris blandeque: nisi forte tanta persona eris, ut possis iram comminere. *P.* Cum gen. *Plin.* 2, 47, 46. Jugi modici occursum tantus ille ventorum coercetur. *P.* Tam parvus: vel certe non augens, sed simpliciter qualitatem rei exponens. *Cic. Manil.* 6. Ceterarum provinciarum vectigalia tanta sunt, ut iis ad ipsas provincias tutandas vix contenti esse possimus; et *Fam.* 1, 7. *med.* Senatus auctoritas, cui scis intercessum esse, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 10. *med.* Si bellum tantum erit, ut vos, aut successores sustinere possint. *P.* *Tantum* substantivi more. *Caes. B. G.* 6, 34. *f.* Praesidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit; et *Liv.* 4, 57. Cum tantum belli in manibus esset; et *Pl. Bacch.* 2, 3, 37. Vi coactus reddidit ducentos et mille Philippum. *Nicob.* tantum debuit; et *Liv.* 37, 12. Tantum moratus, dum Eumenes

cum classe assequeretur, Samum petere intendit; et *ib.* 39. Tantum progressus a castris, ut dimicaturum appareret. *P.* *In tantum*, adeo, tantopere, usque eo. *Virg. A.* 6, 876. Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe tollet avos. *Liv.* 22, 27. In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse: *ἐπιφώνημα*. *Sen. Q. N.* 3, 24. Quaedam aquae fervent in tantum, ut non possint esse usui. *Id. Ben.* 2, 23. Danti in tantum producenda notitia est muneris sui, in quantum delectatura est eum, cui datur. *Colum.* 12, 24. Cum aqua in tantum refrigerit, quantum ne contacta corpus urat. *Id.* 3, 13. *med.* Humum in tantum deprimere, donec mensuram datam ceperit. *P.* *Tantum est*, hoc, et nihil amplius. *Ter. Eun.* 5, 6, 24. Numquid est aliud mali, quod non dixeris reliquum? *Par.* tantum est. *Id. Hec.* 5, 3, 15. Tantumne est? *Bacch.* tantum. *Pl. Merc.* 2, 2, 11. Numquid amplius? *Lys.* tantum est. *Id. Cas. prol.* 85. Argentum si quis dederit, ultro ibit nuptum: non manebit haruspices, tantum est. Adde *Trin. prol.* 22. *P. Tanti*, tot. *Pl. Ps.* 2, 2, 37. Quasi mihi non sexcenta tanta soli soleant credier. *Id. Amph.* 5, 1, 5. et *Cas.* 3, 5, 4. Ita tanta mira in aedibus sunt facta. *Lucan.* 7, 834. nunquam se tanto vulture coelum induit. *Val. Fl.* 5, 636. quid tantae coeunt in proelia gentes? *Stat. Th.* 11, 160. ut lamentabile tantis Urbibus induerem capiti decus. *Claud. Laud. Stil.* 1, 171. Arebant tantis epoti millibus amnes. *Cajus Dig.* 30, 1, 64. Legatum valet in tantos, quanti inveniuntur: *ἐς τοσούτους, ὅσοι*. *Imp. Constant. Cod.* 11, 47, 7. Tanti quoque servi et originarii transeant, quanti apud superiores dominos et possessores vel in soliditate, vel in parte manserunt. *P.* Huc trahi videntur et haec. *Cic. Verr.* 2, 3, 43. Intelligit sexies tantum, quam quantum satum sit, ablatum esse ab aratoribus; et *Hirt. B. Afr.* 19. *f.* Cum equitibus MC. peditum ac levis armaturae quater tantis. *Liv.* 3, 17. Tantum hostium intra muros est. [*Front. ad M. Caes.* (ed. A. Maio) 5, 52. Decem tanta te amo F.]

TANTUSDEM, tantandem, tantundem, adj. *τοσούτους*, aequo tantus, aequo multus: unde genitivus *tantidem*. *Pl. Poen.* 3, 3, 20. Malo bene facere tantidem est periculum, quantum bono male facere. *Labeo Dig.* 32, 1, 29. Cum ita legatum esset, ut Titia uxor mea tantandem partem habeat, quantum unus heres. Ita *Torrent.*, at *Haloand.* tantulam. *Ulp. ib.* 15, 3, 10. *f.* Si decem in rem domini verterit, et postea tantandem summam a domino mutuatus sit. *Cajus ib.* 2, 14, 30. Quia forte tantandem pecuniam Titio debuit. *Pomp. ib.* 19, 5, 26. Si tibi scyphos dedi, ut eosdem mihi redderes, commodati actio est: si ut pondus argenti redderes, quantum in illis esset; tantidem ponderis petitio est. *P.* Fere usurpator de pecunia, absolute, more substantivi. *Pl. Ps.* 4, 7, 64. et 109. Tantundem argenti, quantum miles debuit, dedit huic. *Cic. Verr.* 2, 3, 87. Magistratibus tantundem detur in cellam, quantum semper datum est; et *Pl. Pers.* 4, 4, 36. Si tibi subiti nihil est, tantundem est mihi. *P.* De aliis rebus. *Caes. B. C.* 3, 63. Erat vallus in altitudinem pedum decem: tantundem ejus valli agger in latitudinem patebat. *Cic. Tusc.* 1, 43. *f.* Undique enim ad inferos tantundem viae est. *Pl. Poen.* 4, 3, 48. Ego tantundem scio, quantum tu. *Plin. praef.* Nec quicquam in te mutavit fortunae amplitudo, nisi ut prodesse tantundem posses, ut velles. *Sen. ep.* 47. Servi sunt? imo conservi, si cogitaveris, tantundem in utrosque licere fortunae. *Quint.* 1, 5. Inter duo verba, quae idem significant, ac tantundem valent. *Id.* 6, 2. *med.* Virium atque impetus non tantundem exigunt. *Tac. H.* 2, 50. Tantundem apud posteros meruit bonae famae, quantum malae. *Ulp. Dig.* 26, 7, 3. Tantundem praetor facit et de his, qui, etc. *P.* Pro *tantum* simpliciter. *Pl. Truc.* 2, 5, 7. Quae ausa sum tantundem dolum aggredi. Alii leg. *tantum clam dolum*.

TANUSIUS GEMINUS, historiographus, cujus meminit *Suet. Caes.* 9. *P.* Appellatur et *Tamusius*. *Sen. ep.* 93. *f.* Annales Tamusii. *Cl. Voss. de Hist. Lat.* 1, 12. *B. A.*

TĀOS, i, m. gemmae genus: a *ταῖος*, pavo, quia pavoni similis est. *Plin.* 37, 11, 72. Taus pavoni est similis, item aspidi, quam vocari chelidonium invenio.

TĀPANTĀ, *τὰ παντα*, vox Graeca Latinis litteris scripta. De uxore divitis, quae viri animum sibi obnoxium reddidit, et sola domi imperat, usurpat *Petr. fragm. Trag.* 37. *Burm.* In coelum abiit, et Trimalchionis tapanta est.

TĀPANTIŌ, onis, m. dimin. a *tapanta* derivatum, quodque omne reliquum, interpreteris. *Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 705. n. 263. D. M. Sandalius dicit, ambula, sequaere (*h. e.* sequere) me cum oenophoro (*h. e.* oenophoro) et calice, et tapantione, *h. e.* cum reliquis omnibus, quae ad sacrificium Diis Manibus peragendum necessaria sunt. *F.*

TĀPES, etis, m. et Tapete, is, n. et Tapetum, i, n. *τάπητος, ἤτος, et τάπις, ἰδος*, vestis stragula, fere villosa, et variis coloribus et figuris picta, quae parietes, mensae, lecti, pavimenta, equi sternuntur.

tur. Plin. 8, 48, 73. Est et hirtae lanae pilo crasso in tapetis antiquissima gratia: jam certe priscos iis usos, Homerus auctor est. Aliter haec Galli pingunt, aliter Parthorum gentes. Pl. Ps. 1, 2, 14. Alexandrina belluata conchyliata tapetia. Id. Stich. 2, 2, 54. Babylonica peristromata, consuataque tapetia. Mart. 14, 147. Stragula purpureis lucent villosa tapetis. Virg. A. 9, 358. craterasque simul, pulcrosque tapetas; et ib. 325. Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis Exstructus toto proflabat pectore somnum. Varr. ap. Non. 14, 34. Cubo in Sardinianis tapetibus. Ov. Met. 13, 638. positique tapetibus altis Munera cum liquido capiunt Cerealia Baccho. Virg. A. 7, 277. Instratos ostro alipedes, pictisque tapetis. Sil. 17, 64. nullo decorare tapete Cornipedem Nomias assumet; et 4, 270. Sidonio fulgentem ardore tapeta. Turpil. et Caecil. ap. Non. 3, 251. et 14, 34. Glabrum tapete. P. Ap. Fest. legitur tappete. Rectus casus tapes caret exemplo: quod et Charis. 1, 45. adnotavit.

*TAPHIASSUS, i, mons Aetoliae. Plin. 4, 2. B. A.

*TAPHIS, oppidum Aegypti superioris, in Thebaide. Anton. Itin. B. A.

TAPHIUSIUS, a, um, adj. Ταφιοσύσιος, ad Taphium montem pertinens. Plin. 36, 21, 39. Quarti generis aetites lapis Taphiusius appellatur, nascens juxta Leucadem, ubi est mons Taphius.

*TAPHRAE, arum, dictus est isthmus Chersonesi Tauricae. Mela 2, 1. Plin. 4, 12. P. Item oppidum, in isthmo situm. Plin. ib. B. A.

*TAPHROS, i, τάφρος, i. e. fossa, dictum est fretum, quod inter Sardiniam Corsicamque intercedit. Plin. 3, 6. P. Hodie est le bocche di Bonifacio. B. A.

*TAPHRURE, oppidum Africae propriae, in Byzacena. Mela 2, 7. P. Taphra audit Plin. 5, 4. ed. Elzev., ubi ed. Hard. habet Gaphara. B. A.

TAPINOMĀ, atis, n. dictio humilis, κατενώμα: a κατενός, humilis. Sidon. ep. 4, 3. O eloquium non exilis, sed subtilis ingenii, quod nec per scaturigines hyperbolicas intumescit, nec per tapinomata depressa tenuatur. V. TAPINOSIS.

TAPINOPHRONESIS, is, f. κατενωφρόνησις, vox Graeca, quae animi demissionem, seu abjectionem significat: a κατενός, humilis, et φρονέω, sapio, sentio. Usurpatur a Tert. adv. Psych. 12. Graece.

TAPINOSIS, eos, f. κατενώσις, humilitas: a κατενός. Hoc nomine appellatur vitium grammaticale, cum rei magnitudo, vel dignitas verbi humilitate deprimitur, seu minuitur, ut siquis parvicam vocet hominem nequam. Virg. A. 1, 126. Apparent rari nantes in gurgite vasto. Ubi Serv.: In gurgite vasto, Tapinosus est, id est rei magnae humilis expositio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem sermonis epitheto plerumque subleat, ut hoc loco Vasto addidit. Adde Charis. 4, 242. qui tapinosin agnoscit et in illo Hor. Od. 1, 6, 6. gravem Pelidae stomachum cedere nescii. Humiliter enim stomachum pro ira dixisse putat. Item Diomed. 2, 445. V. TAPINOMA.

*TAPORI, orum, populi Lusitaniae, Turdulorum pars. Plin. 4, 22. Turduli, qui Barduli et Tapori. B. A.

*TAPOSIRIS, Ταπόσιρις et Ταπόσιρις, Aegypti oppidum, in Mareotide. Plin. 27, 7. et 32, 9. Jul. Valer. rer. gest. Alex. M. 1, 20. ed. A. Maio. B. A.

[TAPPO, onis, m. magnus tappus, et F.]

[TAPPULUS, i, m. dimin. tappi, et F.]

[TAPPUS, i, m. epistomium, seu truncus ligneus, quo dolii foramen, unde liquor effunditur, obturatur, quemque Tusci zoffo, Itali vero vetusto nomine tappo etiamnum dicunt. Translate est vir brevis staturae, qui plus latitudinis, quam longitudinis habet, qua quidem significatione nunc quoque vulgo apud nostrates accipitur. Hinc factum cognomen R. Inscr. Aquilejensis ap. Mur. 675, 6. C. Appulejus M. F. Tappo. Liv. 31, 49. et Fast. Capitol. ap. Grut. 293. P. Villius Ti. F. Ti. N. Tappulus Cos. ann. U. C. DLV. Liv. 35, 10. L. Valerius Tappus praetor. P. Inde originem habuit Tapponia gens. Inscr. Brixiensis mendosa ap. Grut. 890, 10., emendata ap. Rosc. Mem. Bresc. p. 271. C. Tappo Tapponis F. sibi, et Tapponiae Speculae uxori T. F. I. F.]

TAPROBĀNE, es, f. Ceilon, Ταπροβάνη, insula magna in Oceano Eoo, Indiae praeterea, in sinu Gangetico, de qua multa Plin. 6, 22, 24. et Mela 3, 7. f. Aeiem. Perieg. 777. Insula Taprobane gignit tetros elephantos, Et super aestiferi torretur sidere Cancri. Haec immensa patet, vastisque extenditur oris, etc. Ov. Pont. 1, 5, 80. Quo tibi, si calida positus laudare Syene, Aut ubi Taprobanen Indica cingit aqua? P. Taprobana Latina positione scribitur ap. Appul. de mundo.

*TAPSA, ae, f. i. q. thapsia. Scrib. Larg. comp. 230. B. A.

TAPSITANI. V. THAPSITANI.

TAPULLAM legem convivalem ficto nomine conscripsit jocosum carmine Valerius Valentinus, ejus meminit Lucilius hoc modo: Tapullam ridet legem congerrae opimi. Haec Festus. V. CONGERRO.

*TAPYRI, orum, populi Mediae, ad mare Caspium. Plin. 6, 16. B. A.

*TARACHĪA, ae, vel Tarachie, es, f. insula in mari Ionio. Plin. 4, 12. B. A.

*TARANĒI, orum, populi Arabiae, de quibus Plin. 6, 28. B. A.

TARANDUS, i, m. animal ap. Scythas. [Hesych. Ταράδος, ζῷον ἐλάφω παραλήσιον, καὶ τὰς δοῦναι εἰς χειρῶν χροῖναι Σκίθων. G. Cuvier ad Plin. loc. mox citand. putat, hoc animal esse, quod nunc Germani das Renthier vocant, et ab iisdem vocibus junctim enuntiatis ortum fuisse tarandi vocabulum. V. RHE-NO. F.] Plin. 8, 34, 52. Mutat colores Scytharum tarandus, nec aliud ex iis, quae pilo vestiuntur, nisi in Indiis lycan, cui jobata traditur cervix: et mox: Tarando magnitudo, quae bovi, caput majus cervino, nec absimile, cornua ramosa, unguulae bifidae, villus magnitudine ursorum. Sed cum libuit sui coloris esse, asini similis est. Tergori tanta duritia, ut thoraces ex eo faciant. Colorem omnium arborum, fructum, florum, locorum reddidit, in quibus latet metuens, ideoque raro capitur. Mirum esset, habitum tam multiplicem dari, mirabilis et villo. Eadem habet Solin. 30. med.

TARĀNIS, is, m. ita cognominatus est a Gallis Juppiter, cui humano sanguine litabant: est a voce Celtica taran, vel tanar, quae tonitru significat. Lucan. 1, 446. Et Taranis Scythicae non mitior ara Dianae. V. TANARUS.

[TARĀNUNCUS et Taranucus, i, m. cogn. Jovis, quod idem significat ac Taranis. Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 2055. Deo Taranuco Veratus Primus ex jussu. Alia ap. eund. ib. n. 2056. Jovi O. M. Taranuco Arria Successa V. S. F.]

TARĀS, antis, m. Ταγῆς, filius Neptuni, qui primus Tarentum condidisse creditur, et a nomine suo appellasse. Graece enim Tarentum Ταγῆς dicitur. Stat. Sil. 1, 1, 103. et tua mitis Ora Taras, h. e. Tarentis colossus Tarenti, LX. cubitorum altitudine. Adde Lucan. 5, 376., qui sic ipsam Tarentum appellat.

TARĀTALLĀ, Mart. 1, 51. Si tibi Mistyllus cocus, Aemiliane, vocatur; Dicetur quare non Taratalla mihi? Horum versuum haec est sententia. Aemilianus quidam cocum suum Mistyllum vocabat, ducto fortasse nomine ab illo Homeri versu Iliad. 1, 465. μόνιλλον ἴ ἀματ' ἄλλα, h. e. secatum autem et alias res, cur non liceat, inquit Martialis, quem admodum tibi a primo verbo illius carminis, ita mihi a sequentibus nomen coco imponere, et Taratalla appellare?

TARĀTANTĀRĀ, vox tubae, ab Ennio ficta. Serv. ad A. 9, 503. in eum versum: At tuba terribilem sonitum procul aere sonoro. Hemistichium, inquit, Ennii. Nam sequentia iste mutavit. Ille enim ad exprimentum tubae sonum ait taratantara dixit. Et multa hujusmodi Virgilius, cum aspera inveniret, mutat.

[TARAX, ācis. V. TETRAX. F.]

TARBELLICUS, a, um, adj. ad Tarbellos pertinens, Aquitaniae populos, ut Tarbellicum aequor, Lucan. 1, 421. et Aturus (fluvius) Tarbellicus, Tarbellorum meminit Plin. 4, 19, 33. et 31, 2, 2. Adde Caes. B. G. 3, 27. P. Tarbellorum caput Aquae Tarbellicae dictum ab Anton. in Itin. item Tarbella civitas a Vibid. Seg. in Atur, vel Aquisiens civitas in Notit. civitat. Galliae. Hodie est Aeqs vel Dax ad Aturum flumen. B. A. Hinc adjective Tarbella Pyrene ap. Tibull. 1, 8, 9., nam Tarbelli Pyrenaeis montibus vicini sunt.

*TARCHO vel Tarchon, onis vel ontis, m. Ταρχων, dux Hetruscorum, qui Aeneae adversus Turnum et Rutulos suppetias venit. Virg. A. 8, 506. et 603. ubi in priore loco Tarchon vulgo legitur, in posteriore Tarcho. Sed Tarcho utrobique Heynius. Accusativum Tarchonem habes ap. eund. 11, 727. Sil. 8, 474. Lectos Cortona superbi Tarchontis domus et veteres misere Graviscae: ubi Tarcontis est in MS. Atque ita legitur in antiquis edd. Colum. 10, 346. Ceterum de ratione scribendi V. Drakenb. ad locum Silii, et Heynium ad Virg. A. 8, 506. B. A.

*TARCO vel Tarcon. V. v. praec. B. A.

TARDĀBILIS, e, adj. tardus, torpescens, ut Tardabilis rigor, Tert. Anim. 43.

TARDĀTUS, a, um, part. a tardo: βραδύτης, retardatus. Cic. in carn. de suo consul. Dic. 2, 12. f. Haec tardata diu species, multumque morata. Id. ad Brut. 2, 1. Si haec non essent tardata et procrastinata, bellum jam nullum haberemus. Caes. B. C. 3, 70. extr. Eadem res, celeritate insequentium tardata, nostris salutem attulit. Virg. A. 5, 453. At non tardatus casu, neque territus heros; et ib. 12, 746. genua tardata sagitta. Plin. 8, 8, 8. Praeacuta bipenni crure tardato, h. e. debilitato.

TARDE, adv. βραδέως, lente, pigre, cunctanter. Pl. Pers. 5, 1, 19. Move manus, propra: tarde cyathos mihi das. Virg. G. 2, 3. proles tarde crescentis olivae. Cic. N. D. 2, 20. Stellae tum celerius moventur, tum tardius. Id. Tusc. 1, 31. Qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam cum soluti sunt, tardius ingrediuntur. Id. Fam. 14, 5. Cum adversis ventis usi essemus, tardeque et incommode navigassemus. Sall. Jug. 11. extr. Haec tardius procedunt, neque lenitur animus ferox; et Cic. Caccin. 2. f. Ut quaeque res est turpissima, sic ma-

turissime judicanda est: at in ea, in qua existimationis periculum est, tardissime judicatur. Ov. Her. 2, 9. tarde, quae credita laedunt, Credimus. P. Item sero, ὄψέ: quia quae tarda sunt, sero veniunt. Cic. Mil. 20. f. Cur vesperi? quid necesse est tarde? Id. Acad. 4, 1. f. Triennio tardius, quam debuerat, triumphavit. Id. Fam. 2, 9. In his sum locis, quo et propter longinquitatem, et propter atrocitiam tardissime omnia perferuntur. P. Differant tamen tarde et sero. Nam qui tarde facit, adhuc in tempore facere potest: qui sero, non amplius in tempore. Petr. Sat. 7. Tarde, imo jam sero intellexi, me in fornecem esse deductum.

TARDESCO, is, n. 3. βραδύνομαι, tardus fio. Lucr. 3, 418. tardescit lingua, madet mens.

[TARDICORS, ordis, adj. omn. gen., qui tardo et stupido est corde. August. Enchirid. 103. Sed ut intelligamus per quascunque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos. F.]

TARDIGEMULUS, a, um, adj. dimin. tarde et lente gemens. Naevius ap. Gell. 19, 7. Tardigenulo senio oppressus. Alii rectius leg. tardigenulo, ut sit a tardus, et genu, et idem significet, quod tardigradus. Hinc Virg. A. 5, 431. tarda trementis Genva labant.

TARDIGRĀDUS, a, um, adj. βραδύπους, qui tarde graditur. Cic. Div. 2, 64. ex Pacuvio: Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera, Capite brevi, cervice anguina, adspetu truci, Eviscerata, inanima, cum animali sono, h. e. testudo.

TARDILOQUUS, a, um, adj. βραδύγλωσσος, qui tarde loquitur. Sen. ep. 40. extr. Summa summarum haec erit, tardiloquum te esse jubeo.

TARDĪPES, edis, adj. omn. gen. βραδύπους, qui tarde incedit, aut claudicat, epithetum Vulcani, qui claudis esse dicitur. Catull. 36, 6. Electissima pessimi poetae Scripta tardipedi Deo daturum, h. e. igni. P. Tardipes, absolute, est ipse Vulcanus. Colum. 10, 419. Quin et Tardipedi sacris jam rite solutis.

*TARDISILA vel Tardisili, orum, Indiae regionis, vel fortasse gentis, nomen. Plin. 23, 17. Achaemenida colore electri sine folio nasci in Tardisili Indiae, cujus radice etc., ubi Pintianus legi vult Taxilis. B. A.

TARDĪTAS, atis, f. βραδύτης, lentitudo, cunctatio, mora: cui celeritas opponitur. Cic. Rab. perd. 7. Cum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat. Id. Univ. 9. med. Ut esset mensura, quae in istis octo cursibus celeritates tarditatesque declararet. Id. Off. 1, 36. Cavendum, ne tarditibus utamur in gressu mollioribus, ut pomparum ferculis similes esse videamur. Id. Fam. 10, 22. Propter tarditatem sententiarum, moramque rerum, cum ea quae consulebantur, ad exitum non perveniunt. Id. Phil. 5, 9. f. Ista legatio moram et tarditatem afferet bello; et ib. 6, 3. med. Plerisque in rebus gerendis tarditas et procrastinatio odiosa est. Id. Sext. 47. Nonnunquam cunctatione et tarditate dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, utrumque amittunt. Id. Cat. 3, 8. Tanta fuit operis tarditas, ut neque a superioribus consulibus, neque a nobis ante hodiernum diem (simulacrum) collocaretur. Plin. 8, 44, 69. Gignitur mula ex equo et asina, sed effrenis, et tarditatis indomita. Tac. A. 2, 39. Tarditas onerariae navis. Id. ib. 16, 14. extr. veneni. Plin. 20, 9, 33. et ib. 13, 51. et 23, 2, 28. Tarditas aurium. P. Translate. Cic. Or. 68. Qui aut magistrorum inopia, aut ingenii tarditate, aut laboris fuga non sunt assecuti, i. e. hebentudine. Id. N. D. 1, 5. med. Quod non Academicum vitio, sed tarditate hominum arbitror contigisse. Adde Pis. 1. et Quint. 1, 1. P. Significat etiam stultitiam, aut quippiam stultitiae proximum. Cic. Or. 1, 27. extr. Cujus in dicendo aliquid reprehensum est, aut aeterna in eo, aut certe diuturna valet opinio tarditatis. Dixerat paulo sup.: Oratoris peccatum, siquod est animadversum, stultitiae peccatum videtur. Id. Leg. 1, 19. Quid adjectus tarditate et stultitia dici potest? Gell. 16, 12. Tarditas quaedam animi et stupor, qui alucinantibus plerumque usu venit.

TARDĪTIES, ei, f. idem ac tarditas. Accius ap. Non. 2, 866. Multa amittuntur tarditie et socordia.

TARDĪTUDO, inis, f. idem ac tarditas. Pl. Poen. 3, 1, 29. Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine. Accius ap. Non. 2, 866. Atque eccos segnes somno et tarditudine.

[TARDIUSCULE, adv. dimin. aliquantisper tarde. M. Aur. ap. Front. ad M. Caes. 5. (ed. A. Maio) ep. 7. Metuo, ne Lorium tardiuscule venias. F.]

TARDIUSCULUS, a, um, adj. dimin. tardi, ἐπιβραδύς, aliquantum tardus. Ter. Heaut. 3, 2, 4. Ille Cliniae servus tardiusculus est; et Plaut. fr. ap. Non. 3, 54. Ad cursuram sum tardiuscula.

TARDO, as, avi, atum, a. 1. ἐπίχθω, tardum facio, tarditatem et moram affero, moror, retardo. [*Discrimen inter tardare et morari Doederl. 3, 298. hoc statuit, ut prius finem spectet alicui propositum, actionis quae interrumpatur ratione habita; 69 *]

*morari non nisi locum, in quo quis, ne procedat, teneatur, respiciat; detinere v., quod ejusdem ferre generis sit cum tardare, ab hoc eo distare, quod non ad actionem, sed actorem pertineat. V. DETINERE.] Cic. Fam. 7, 5. Mea dubitatio aut impedire profectorem videbatur, aut certe tardare. Id. Att. 6, 8. Nos Etesiae vehementissime tardarunt. Oe. Her. 10, 19. Nunc huc, nunc illuc, et utroque sine ordine curro: Alta puellares tardat arena pedes. Caes. B. G. 7, 52. Eorum animi magnitudinem admirari, quos non castrorum munitiones, non altitudo montis, non murus oppidi tardare potuisset. Hirt. B. G. 8, 14. med. Transeundi difficultas celeritatem insequendi tardare posset. Caes. B. G. 7, 46. et B. C. 1, 27. Tardare impetum hostium. Hor. Od. 2, 17, 24. volucrisque fati Tardavit alas tutela Jovis. Caes. B. G. 7, 26. Palus, quae perpetua intercedebat, Ramanos ad insequendum tardabat. Cic. Caecin. 27. Me ratio pudoris a praesentis laude tardaret. Id. Phil. 11, 10. Vereor, ne exercitus nostri tardentur animis. P. Cum infinito. Caes. B. C. 2, 43. extr. Ut reliqui ob timorem propius adire tardarentur. P. Absolute neutrorum more, cessare, procrastinare, differre, moram trahere, *παράδρο*. Cic. ad Brut. 1, 18. Quaesivit, arcesseremusne te, an tardare et commorari te, melius esset. Id. Att. 6, 7. Numquid putes reipublicae nomine tardandum esse nobis. Plin. 11, 11, 11. Apes fucis imperant, primosque in opera expellunt: tardantes sine clementia ponunt.*

TARDOR, oris, m. tarditas, tarditudo. Varr. ap. Non. 3, 255. Versuum tardor.

TARDUS, a, um, adj. *βραδύς*, lentus, cunctabundus, piger, remissus: cui opponitur celer, velox, festinus. Cic. Inv. 1, 24. f. Valens, an imbecillus; longus, an brevior; velox, an tardus. Id. Or. 2, 68. Qualem existimas, qui in adulterio deprehenditur? tardum. Id. Fin. 2, 13. Tarda et languida pecus. Id. Att. 10, 18. Omnia adhuc tarda et spissa. [*Liv. 44, 8. frumentum, cuius tarda subvectio erat.] Tibull. 4, 1, 89. Quis tardamve sudem melius, celeremve sagittam Jecerit? Cic. Or. 1, 60. Tardiores tibicinis modos, et cantus remissiores facere. Id. Att. 9, 13. med. Eo tardior ad discedendum fui, quoad, etc. et ib. 7, 3. med. Bibulus in decedendo erit, ut audio, tardior. Sen. Oed. 293. Quod tarda fatu est lingua, haud te mirari addebet. Plin. 23, 1, 19. Cum sit tardum dictu, quoribus (*vinum*) prosit, an noceat, h. e. difficile dictu. Virg. G. 1, 273. tardus asellus; et ib. 2, 206. tardi juveni; et ib. 3, 14. tardis flexibus errat Mincius. Id. A. 5, 682. Stuppa vomens tardum fumum. Tibull. 1, 3, 16. Quae remans tardas anxius usque moras. Ov. Met. 10, 49. inaccessit passu de vulnere tarso. Virg. A. 2, 436. Pelias vulnere tardus Ulyssi. Pl. Poen. 3, 1, 1. Tardo amico nihil est quidquam iniquius; et mox: Sicut ego hos duco homines plissigradissimos, tardiores quam corbitae sunt in tranquillo mari; et ib. 7. Nequidquam hos procos mi elegi loripedes, tardissimos. Virg. G. 1, 32. novum tardis sidus te mensibus addas, h. e. aestivis, qui longiores esse videntur, et revera horae aestivae sunt hibernis longiores: vel quia optat, ut diu vivat: vel quia in his Virgo et Libra tarde oriuntur. Ita Servius. Sic ib. 2, 481. Quid tantum Oceano properent se condere soles hiberni, vel quae tardis mora noctibus obstet, h. e. tarde venientibus, inquit Servius: et aestivis dixisse videtur, ne bis idem tempus significaret. Ov. tamen *tardam noctem* longam dixit, Pont. 2, 4, 26. P. Cum gen. Val. Fl. 3, 547. tardusque fugae, longumque resistens, h. e. tardus ad fugiendum. P. Cum infinito. Sil. 3, 233. docilis fallendi, et neceter tectos Nunquam tarda dolos. Coripp. Johann. 4, 1136. Omnia jam pereunt Maurorum tarda moveri. P. Metonymia est in his. Hor. Sat. 1, 9, 32. tarda podagra. Id. ib. 2, 2, 88. et Tibull. 2, 2, 19. senectus. Sen. Phoen. 568. Stridente tardum machina ducens onus. Juven. 4, 107. Montani quoque venter adest abdomine tardus. P. Transfertur ad animum et ingenium, hebetemque et obtusum significat, atque aegre aut vix percipientem ea, quae ab aliis percipi solent: quare et stultus est, aut stulto similis. Ter. Heaut. 4, 5, 27. Prorsum nihil intelligo. Syr. vah! tardus es. Cic. Acad. 1, 8. Sensus omnes hebetes et tardos esse, nec percipere ullo modo res eas, quae subjectae sensibus videntur. Id. N. D. 1, 5. f. Nimis indociles quidam, tardique sunt. Ad. Tusc. 5, 24. Primum ingenio eximio sit, necesse est: tardis enim mentibus virtus non facile comitatur. Id. Agr. 3, 2. med. Quem vestrum tam tarso ingenio fore putavit, cui, Sullam dictatorem fuisse, in mentem venire non posset? P. Tardus sapor ap. Virg. G. 2, 126. Servio est, qui vix intelligitur: Nonio 4, 457. diuturnus et perseverans: Philargyrio gravis, et diu palato immorans. P. Refertur et ad orationem. [*Cf. Ern. Lex. techn. lat. rhet. p. 393.] Cic. Or. 2, 53. In utroque genere dicendi et principia tarda sunt, et exitus tamen spicci et producti esse debent. Id. Brut. 59. extr. Curio cum tardus in cogitando, tum in instruendo dissipatus fuit; et ib. 70. f. Lentulus non tardus sententiis, non inops verbis. Id. Or. 64. Spondeus quod est. e. longis duabus, hebetior videtur et tardior. Plin. ep. 4, 7.

med. Os confusum, haesitans lingua, tardissima inventio, memoria nulla. Quint. 10, 3. Sit vel tardus, dum diligens, stilus. Id. ib. 7. med. Tum et tardior pronuntiatio moras habet, et suspensa ac velut dubitans oratio.

TARENTINUS, a, um, adj. *Ταραντινός*, ad Tarentum pertinens. Varr. R. R. 1, 14. extr. Tarentinus ager. Plin. 3, 11, 16. sinus: *golfo di Taranto*; et Flor. 1, 18. Tarentinum bellum, h. e. quod cum Tarentinis et Pyrrho gesserunt Romani: de quo et in Epit. Liv. 12, 13, 14. et 15. etc. Laudat Plin. 15, 23, 25. Tarentinas castaneas, ut faciles, nec operosas cibo, planas figura; ib. 22, 24. f. nuces juglandes, dum generum, fragili putamine (quarum meminit et Macr. Sat. 2, 14. f., item Pall. 2, 15. f.) et duro, quae sunt amplissimae, et minime rotundae; ib. 18, 19. ficus, ut praedulces: 29, 2, 9. item Varr. R. R. 2, 18. lanax; et Colum. 7, 2. et 4. oves, ut mollissimi velleris: quas et Graecae appellant. Id. 5, 10. med. et Plin. 15, 15, 16. et Macr. Sat. 2, 15. pira, ut serissima quidem, sed generosissima. P. Favorin. ap. Macr. Sat. 2, 14. oves et nuces Tarentinas dici ait, quasi *Terentinas*, a *tereno*, quod est lingua Sabinorum, molle: unde Terentios quoque dictos putat Varro. Hinc et Horatium fortasse dixisse (Stat. 2, 4, 34.) molle Tarentum. P. Cato R. R. 151. Tarentinam cupressum memorat, quam in Creta nasci, scribit Plin. 16, 33, 60. et in Italia advenam esse, quaestuosissimam omnium, et dotem filiarum olim dictam. P. Praeterea Tarentina myrtus, sativa, folio minuto, topiariis idonea, laudatur a Plin. 15, 29, 37. Tarentinum porrum a Colum. 8, 11. med. Unde Mart. 13, 18., cuius lemma *Porri sectivi*: Fila Tarentini graviter redolentia porri Edisti quoties, oscula clausa dato. P. Tarentinus sal, omnium suavissimus atque candidissimus ab eod. Plin. 31, 7, 41. P. Tarentina purpura, ab eod. 9, 39, 63., ubi recitat haec verba Nepot. Me juvene violacea purpura vigeat, cujus libra denarii centum venibat: nec multo post rubra Tarentina: huic successit dibapha Tyria, etc. Hor. hanc violaceam fuisse significat, Ep. 2, 1, 207. Lana Tarentino violas imitata veneno. P. Rursus Plin. 14, 3, 4. n. 7. uvam Tarentinam praedulcem commendat; et ib. 6, 8. n. 6. Tarentina vina: quae memorantur etiam a Mart. 13, 125. in *lemmate*. P. Tarentinas delicias dicit Flor. 1, 18. f. pompas, aurum, purpuram, signa, tabulas, quorum magnam vim, ut ex urbe tunc opulentissima, in triumpho Romani asportantur. P. Tarentini equites genus fuit equitatus, levi armatura instructi, et committendis proliis apti, quo Tarentini primum usi sunt; hujus meminit Liv. 35, 28. et 29. et 27, 40. f. Idem equitatus genus describit Aelian. de instruend. acieb. et Lips. l. 3. de milit. Rom. f.

TARENTUM, i, n. et Tarentus, i, f. *Taranto*, *Τάρας*, urbs ampla Magnae Graeciae ad sinum, qui Tarentinus dicitur, in confinio Salentinorum, olim valde potens, ut quae vel cum Romanis bellum gesserit: cujus conditor fuit Taras Neptuni filius. Auxit vero et amplificavit Phalantus Lacedaemonius cum Parthenis illuc appulsus, ut est ap. Flor. 1, 18. et Just. 3, 4. et 20, 1. f. unde Lacedaemonium dicitur ab Hor. Od. 3, 5, 56. et ab Ov. Met. 15, 50. molle, et imbelles ab Hor. Sat. 2, 4, 34. et Ep. 1, 7, 45., quia ejus cives ab affluentia rerum omnium deliciis et luxu dediti fuerunt. Sil. 12, 433. superba Tarentus. Sidon. Carm. 5, 430. Ipsaque, quae petiit, trepidaverat uncta Tarentus. P. Alia ad Tarentum pertinentia V. in v. praec.

*TARGINES, fluvius Italiae inferioris, in Bruttis, in sinum Scyllaceum cadens. Plin. 3, 10. B. A.

*TARICHEA, ae, lacus in Galilaea. Plin. 5, 15. P. Idem est, qui in N. T. audit *θάλασσα τῆς Γαλιλαίας*, itemque *θάλασσα* vel *λίμνη τῆς Τιβεριάδος*, et utroque nomine conjuncto *θάλασσα τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος*. P. Fuit et *Tarichea* (Tarichaea), ae, vel *Taricheae* (Tarichaeae), arum, urbis nomen, ad lacum ejusdem nominis sitae. Plin. l. c. Suet. Tib. 4. ubi pro vulgato *Taricheam* ed. Graev. habet *Tarichaeam*, edd. vero Ernest. et Oudend. *Taricheas*. Cass. ep. ad Cic. in Cic. Fam. 12, 11. Data Nonis Martis ex castris Taricheis: ubi vel adjectivum potest esse v. Taricheis, cum castris congruens. Straboni est *Ταρχεῖα*, Josepho *Ταρχεῖαι*, Steph. Byz. *Ταρχεῖαι*. P. Taricheae etiam dictae sunt insulae quaedam Carthaginiae objectae. Mela 2, 7. med. B. A.

*TARINATES, ium, populi Italiae inferioris, a Tarino quodam oppido fortasse nomen trahentes. Plin. 3, 12. P. Vestigia nominis servare videtur oppidum hodiernum *Tarano*, ibi, ut videtur, situm. B. A.

*TARIOTAE, arum, populi Dalmatiae. Plin. 3, 22. P. Ibi castellum *Tarona* dictum. Plin. ib. B. A.

TARMES, itis, m. *θάρμις*, teredo, vermiculus carnem exedens, ut docet Paul. ex Festo: item lignum. Est a *τάρμα* praet. perf. pass. verbi *τάρμω*, tero. Pl. Most. 3, 2, 138. Postes ambo ab infimo tarmes secat. Vir. 2, 9. med. Abies procreat, et alit tarmitem, ab eoque vitiatur. Alii leg. *termitem* eod. sensu. Adde Serv. ad Virg. G. 1, 256.

*TARNANTO, Norici opp. Tab. Peut. B. A.

*TARNE, es, f. fons Lydiae. Plin. 5, 29. Ac fonte Tarne. P. Potest autem rectus esse *Tarnis*. B. A.

*TARNIS, is, flumen Galliae, in Garunnam influens. Auson. in Mosell. 495. Plin. 4, 19. Hodie vocatur *the Tarn*. P. Tarnis, fons. V. TARNE. B. A.

[TARPA, ae, f. *τάρπη*, cophinus, qualus. V. *Hysschii Lex.*, *Etymol. M.* et *Polluc. Onomast. l. 7. §. 174.* Est cogn. R., nempe Sp. Maetii ap. Hor. A. P. 386. si quid tamen olim Scripseris, in Maetl descendat iudicis aures. Id. Sat. 1, 10, 37. haec ego ludo, Quae nec in aede (*Apollinis Palatini*) sonent certantia, iudice Tarpa, scilicet is erat unus ex criticis, et emendatoribus, qui in ea aede scriptas fabulas poetarum, populo mox recitandas, iudicabant, ut constat ex *Vet. Schol. Cruq.* ad Hor. l. c. et *Cic. Fam. 7, 1.* Nobis autem erant ea perpetianda, quae sc. Sp. Maetius probavisset. F.]

TARPEJANUS, a, um, adj. ad Tarpejum montem pertinens, ut Tarpejanus haedus, Apic. 8, 6. et 8. med.

TARPEJUS, a, um, adj. ad Tarpejam pertinens, quae fuit virgo Romana, filia Sp. Tarpeji, sub Romulo. Cum arcem Sabinis prodidisset, ab his pro armillis et auro, quae pretium proditiōnis pacta erat, scutis injectis obruta est. Ov. Met. 14, 776. arcisque via Tarpeja reclusa Digna animam poena congestis exsult armis. V. Liv. 1, 11., Prop. 4. et 4., *Aurel. Vict. Vir. illustr. 2.*, Flor. 1, 1., Val. Max. 9, 6. n. 1. Ejus effigiem in aede Jovis Metellina positam fuisse, docet Fest. in *Tarpejae*. P. Ab hac Tarpeja, ut scribit Varr. L. L. 4, 7., dicitur est *Tarpejus mons*, *Tarpeja rupes*, *Tarpejum saxum*, quod *Capitolium*, et *Capitolinus mons*, et *Saturnius* olim nomen habuit, in quo arx, et templum Jovis. Fest. in *Saxum*: Saxum Tarpejum appellatum ajunt partem montis, qui ob sepultam Tarpejam ibi virginem, quae eum montem Sabinis prodere pacta erat, ita nominatus est: vel ab eo, quod quidam nomine L. Tarpejus, Romulo regi cum propter raptas virginem adversaretur, in ea parte qua saxum est, de noxio poena sumpta, Tarpejum dictum: noluerunt funestum locum cum altera parte Capitolii congiungi. Prop. 4, 4. extr. videtur docere a Tarpejo patre, non a Tarpeja filia Tarpejae rupi nomen esse factum. Sed *Passerat.* pro *duce Tarpejo* legi vult *duce Tarpeja*: alii aliter. Tac. H. 4, 7. Quae Tarpeja rupes centum gradibus aditur. Id. A. 6, 19. Sex. Marius saxo Tarpejo dejecit. Prop. 4, 4, 27. Tarpeja arx; et ib. 1. Tarpejum nemus; et ib. 8, 31. Tarpeji luci. Liv. 1, 55. Tarpejus mons. Virg. A. 8, 347. Hinc ad Tarpejam sedem, et Capitolia ducit, Aurea nunc, olim silvestribus horrida dumis. Prop. 4, 1, 7. Tarpejus pater, h. e. Juppiter Capitolinus. Juven. 13, 78. Per solis radios, Tarpejaque fulmina jurat. Lucan. 8, 863. Tarpeji Dei, h. e. qui una cum Jove in Capitolio colebantur, Juno, Minerva, Apollo, Mars. Mart. 7, 60. Tarpeja aula, h. e. Capitolinum templum. Id. A. 6, 19. Sex. Marius honos, h. e. corona, quae dabatur victori in ludis Capitolinis. Sic ib. 41. Tarpejae coronae; et 4, 54. quereus. V. CAPITOLINUS. P. De Tarpeja lege V. ATERNIA. P. In illo Sen. Ira 1, 16. med. Cum Tarpejo proditore hostemve publicum imponam, etc. intelligitur Tarpejum saxum, ex quo praecipites dabantur: cujus supplicii exempla habentur ap. Liv. 6, 20., Vell. 2, 24., Tac. A. 6, 19. etc. V. SAXUM. P. *Tarpeja pudicitia* ap. Prop. 1, 16, 2. est Tarpeja pudica: sed de alia Tarpeja sermonem esse, et aliis temporibus nata, longe scilicet post Sp. Tarpeji filiam, putant eruditi: *Vulpio* est *Pudicitia Patricia*: de qua V. Liv. 10, 23. [Alii tamen arbitrantur, de eadem loqui *Propertium*, cum ille Vestalem Tarpejam Sp. Tarpeji filiam l. c. in §. 2. non tam impudicitiae, quam proditiōnis incuset. F.]

*TARPHA, ae, f. *τάρπη* Homero, opp. Locridis. Mela 2, 3. med. B. A.

TARQUINIENSIS, e, adj. ad Tarquinos pertinens, oppidum Etruriae, coloniam Romanorum, nunc *la Turchina*, ad Martham fluv., qui ex lacu Tarquiniensi, seu Vulsinensi ortus in mare Tyrrhenicum influit. Plin. 2, 95, 96. Tarquiniensis lacus. Cic. Div. 2, 23. ager. Id. de rep. (ed. A. Maio) 3, 21. serva. Val. Max. 5, 3. n. 3. fundus. Hinc *Tarquiniensis ium*, absolute, ap. Liv. 2, 6. extr., Epit. 7. et Plin. 3, 5, 8. sunt illius oppidi cives. [*Totum hunc locum ampliavit atque emendavit F.]

*TARQUINIUS, nomen et familia, cui originem dedit *Tarquinius Priscus*, *Ταρκύνιος Πρίσκος*, quintus Romanorum rex. *Tarquinius Collatinus*, Lucretiae maritus, et post injuriam illi illatam vindicantem consul: abdicare tamen se nominis causa coactus. *Tarquinius Superbus*, cognomen a moribus meruit, ultimus Romanorum regum: occasione facinoris a Sexto filio in Lucretiam patrati, cum tota domo Roma expulsus. Cic. Rab. 13. Nam haec tua quae te hominem clementem popularemque delectant, etc. sed ne Romuli quidem, aut Numae Pompilii, sed Tarquinius superbiissimi atque crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina. Ov. Fast. 2, 687. Ultima Tarquinius Romanae gentis habebat Regna,

vir injustus, fortis ad arma tamen. *Virg. A. 8, 646.* Ejectus Tarquinius. *Id. A. 6, 817.* Reges Tarquini. *Hor. Od. 1, 12, 35.* Fasces superbi Tarquini. *Id. Sat. 1, 6, 13.* Superbus Tarquinius regno pulsus. *P Tarquinius pro tyranno Liv. 3, 39.* Adde **6, 40.** *P V. et TARQUINIUS, a, um. B. A.*

TARQUINIUS, a, um, adj. ad Tarquinius pertinens, familiam Tarquiniis oppido oriundam, ex qua duo Romae regnarunt, Priscus, et Superbus. *Liv. 1, 47.* Tarquinius nomen. *Id. 2, 18.* Tarquinia factio. Alii leg. *Tarquiniana.*

[**TARQUITIANUS, a, um, adj.** ad Tarquitium pertinens, haruspicinae scriptorem Etruscum, cujus ap. *Maer. Sat. 3, 7.* et *Lactant. 1, 10. med.* mentio est. *Amian. 25, 2.* Etrusci haruspices ex Tarquitianis libris, in titulo *De rebus divinis*, id relatum esse monstrantes, quod, face in coelo visa, committi proelium, vel simile quiddam non oportebit. *F.]*

TARQUITIUS, pro Tarquinius per contemptum. *Festus:* Tarquitias scalas, quas rex Tarquinius Superbus fecerit, abominandi ejus nominis gratia ita appellatas esse, ait vulgo existimari Verrius. *P De Tarquitio haruspicinae scriptore. V. v. praec. et OSTENTARIUS. P Fuit et Tarquitius historiographus, qui inter alia etiam de rebus divinis, h. e. de Etrusca disciplina (quod et fecit Caecina), scripsit. Maer. Sat. 3, 7. in. Lactant. 1, 10. Adde Plin. Ind. Auct. 2. V. TARQUITIANUS. P Is est fortasse, quem Tarquitium Priscum appellat idem Maer. Sat. 2, 16. med. Tarquinius autem Priscus in ostentario arborario etc. ubi pro Tarquinius legendum videtur Tarquitius. V. Voss. de Hist. Lat. 1, 31. P Alum Tarquitium Priscum meminit Tac. A. 12, 59. et 14, 46. B. A.*

TARRACINENSIS, e, adj. ad Tarracinam pertinens, oppidum Latii in Volscis, prius Anxur dictum, et Trachas ab *Op. Met. 15, 717.* Hinc Ceparus Tarracinensis, ap. *Sall. Cat. 47.* *P Tarracineses, ium, absolute,* sunt ejus oppidi cives, ap. *Tac. H. 4, 3. P Scribitur etiam Terracina, et Terracinesis. Inscr. ap. Gud. 101, 2. Municip. Terracin. P In alia ap. Grut. 152, 8. est Terracena: sed parum auctoritatis habet, quia sub Theodorico inscripta est.*

TARRACONENSIS, e, adj. ad Tarraconem pertinens, [urbem Hispaniae ad Subin fluvium, coloniam Romanorum, in confinio regionis, quae nunc *Catalogna* dicitur, in ora maris mediterranei, cujus meminit *Plin. 3, 3, 4. Mart. 13, 118. Sil. 15, 177. et Inscr. ap. Gud. 100, 9. ubi Taraco* scribitur. *Tac. A. 1, 78. Tarraconensis colonia. Plin. 3, 1, 2. Hispania, h. e. citerior; et ib. 3, provincia. Id. 14, 6, 8. n. e. Tarraconense vinum: quod etiam a Mart. l. c. et Sil. 3, 370. laudatur, ut solis Campaniae vinis secundum. *F.]**

TARRAGENSES, ium, populi Hispaniae Tarraconensis, quorum civitas Tarraga appellata. Plin. 3, 3. P Civitatis meminit Ptolemaeus. B. A.

TARRUPIA, vitis genus vel uvae. Plin. 14, 3. Capniae, et Bucconiatis, et Tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetur, quam glaverit. B. A.

TARSATICA, opp. Ilyridis, in Liburnia. Plin. 3, 21. Ant. Itin. et Tab. Pent. B. A.

TARSENSIS, e, adj. a Tarso oppido, quod est Ciliciae metropolis, apud ostia Cydni fluvii: ut Tarsense pelagus, *Colum. 8, 16. f. P Tarsenses, ium, absolute,* ejus urbis incolae. *Cic. Att. 5, 21.*

TARSURAS, ae, Ταρσούρας, fluvius Colchidis. Plin. 6, 4. ed. Hard. ubi antea Tersos edebatur: sed Tarsuras relegendum ex Arriano censet Hardinius. B. A.

TARTANIUS, i, m. Asiae fluvius. Sall. fragm. ap. Arusian. p. 922. ed. Sall. Cort. Tum vero Bithyni propinquas jam annem Tartanium. B. A.

[**TARTARALIS, e, adj.** qui tartaro imbutus est. **V. TARTARUS. Pelag. Vet. 16. med.** Loca, quae ozaenosa sunt, lino diligenter tartarali constringes: con pannolino imbevuto di tartano. *F.]*

TARTAREUS, a, um, adj. Ταρταρός, ad Tartarum et Inferos pertinens. *Cic. vertens Sophoclis versus Tusc. 2, 9. Tartarea tenebrica plaga. Virg. A. 6, 395. Tartareus custos, h. e. Cerberus. Claud. Rapt. Pros. 1, 215. rex, h. e. Pluto. Virg. A. 7, 328. (et Stat. Theb. 5, 66.) Tartareae sorores, h. e. Furiae. Id. ib. 12, 846. Tartarea Megaera. *Lucan. 6, 712. Tartareum antrum, h. e. Inferi; et ib. 6, 651. Tartarei reges. Op. Met. 6, 676. Tartareae umbrae. Virg. A. 6, 295. Tartareus Acheron; et ib. 551. Phlegethon. Sen. Hipp. 1179. Tartarei lacus. Id. Herc. Fur. 436. Tartareae tenebrae. Stat. Theb. 1, 85. Tartarei regina barathri, h. e. Tisiphone. Val. Fl. 4, 579. Tartareae volucres, h. e. Harpyiae. P Translate. *Virg. A. 7, 513.* de Alecto: cornuque recurvo Tartaream intendit vocem. Ubi *Serv.:* Aut terribilem, aut fortem secundum usum dixit. *Phaedr. 4, 1. Quos (mures) immolatos victor Tartareo specu: iis dentibus Capaciis alvi mersit Tartareo specu: iis dentibus. Claud. B. Gild. 180. Splendet Tartareo forialis mensa paratu, h. e. ferali, terribili, crudeli. Val. Fl. 6, 435. Tauri Tartaream proflantes pectore noctem.***

TARTARINUS, a, um, adj. Festus: Tartarino Tom. IV.

cum dixit Ennius, horrendo et terribili Verrius vult accipi: a Tartaro, qui locus apud Inferos. *Ennii versum V. in PALUDUS.*

TARTARUS et Tartaros, i, m. et in plur. Tartara, orum, n. plur. Ταρταρος, in fabulis est filius Aetheris et Terrae, pater Gigantum, ut est ap. *Hyg. praef. et fab. 152.* Sumitur etiam pro loco profundissimo Inferorum, ex quo manat Acheron fluvius, ut *Serv. ad A. 6, 135. et 295. docet.* Est enim carcer Inferorum triplici muro circumdatus, et Phlegethonte cinctus, ubi puniuntur sones: itaque detrahuntur, ut ne numinum quidem favore inde extrahi possint. Est ἀπὸ τῆς ταρταρῆς, quod cuncta illic turbata: vel ἀπὸ τοῦ ταρταρῆς, a tremore frigidus. *Virg. A. 6, 578.* Tartarus ipse Bis patet in praecipit tantum, tenditque sub umbras, Quantus ad aetherium coeli suspectus Olympum; et *ib. 542.* at laeva malorum Exeret poenas, et ad impia Tartara mittit. *Lucr. 3, 1025.* lucis egenus Tartarus horribitos eructans faucibus aestus. *Stat. Silv. 2, 7, 116.* de Lucano mortuo: Tu magna sacer et superbus umbra Nescis Tartaron, et procul nocentum Audis verbera. *Virg. A. 6, 135. et Ov. Trist. 1, 2, 22.* Tartara nigra. *Op. Met. 10, 20. opaca. Id. ib. 1, 113. tenebrata; et ib. 11, 670. et ib. 12, 523. et 619. inania: scil. quia nulla ibi corpora. Id. ib. 575. et Sen. Oed. 869. ima. Virg. A. 4, 243. tristitia. Sen. Hipp. 951. profunda. Claud. in Ruf. 1, 122. pigra. P Pater Tartarus est Pluto. Val. Fl. 4, 258. Et pater orantes caesorum Tartarus umbras etc. ad spectacula pugnae Emitit. *Manil. 2, 46.* tenebris immersum Tartaron atra In lucem de nocte vocant. Ita leg. *Scal. alii aliter. P Est hoc nomine etiam fluvius in agro Veronensi oriens, cujus meminit Tac. H. 3, 9., I qui fossas Philistinas permeans Adriam alluit, et in mare Adriaticum sese exonerat; etiam nunc Tartaro dicitur, et Castagnaro seu Canal-bianco. V. Plin. 3, 16, 20. P Tartarum, ταρταρος, infimae Latinitatis et Graecitatis tempore, est faex vini indurata, et doliis adhaerens, quae etiamnum Italibus tartaro dicitur. V. TARTARALIS. *F.]***

TARTESSIACUS et Tartesiacus, a, um, adj. idem ac Tartessus. *Sil. 6, 1.* Jam Tartessiaco quos solverat aequore Titan, In noctem diffusus, equos jungebat Eois Litoribus. *Colum. 10, 370.* Et Tartesiacos, Paphiosque revellere thyrsos, h. e. lactucam. *V. v. s. q. P De re impossibili. Claud. ep. ad Olybr. 13.* lucem jam condet Hydaspes, Et Tartessiaco, Sol, oriens vado. P Pro Hispano, ut et Tartessus. *Claud. in Ruf. 1, 101.* Non Tartessiaco illum satiaris arenis Tempestas pretiosa Tagi. *Sidon. carm. 5, 286.* Ad Tartessiaco venit Indus aquator Iberum.

TARTESSIS, idis, f. Tartessus lactuca, crispissima vertice, et thyrso candida, quam generant Tartessi litore Gades, laudatur a *Colum. 10, 185. 192. et 370. et 11, 3. med. P Scribitur et Tartesis.*

TARTESSIUS et Tartesius, a, um, adj. ad Tartessum pertinens, extremae Hispaniae Baeticae urbem, in ora freti Herculei, contra Mauritaniam Tingitanam, alio nomine Cartejam: nunc *Tariffa. Plin. 3, 1, 3. et Mela 2, 6. f.* Quare poetice eo condi dicitur sol, cum occidit. *Sil. 3, 399.* Tartessos stabulanti conscia Phoebus. *Op. Met. 14, 416.* Presserat occiduus Tartessia litore Phoebus. *Sil. 10, 538.* anhelantes stagna in Tartessia Phoebus Mersit equos. P Muraenam Tartessiam, *Varro ap. Gell. 7, 16.* docet magni pretii in coenis fuisse. P Sumitur et pro Hispano. *Sil. 13, 673.* meoque subibat Germano devexa jugum Tartessia tellus. Adde *15, 5. et V. TARTESSIACUS. P Tartessii, orum, absolute,* sunt incolae illius urbis. *Avien. Or. marit. 178.* Et rursus inde si petat quisquam pede Tartessorum litus, etc.

TARTESSUS et Tartesus, et Tartessos, i, f. urbs Hispaniae. *Sil. 5, 399.* Audit Tartessos latis distermina terris. *V. v. praec. P Est etiam hoc nomine Gadum insula, ap. Plin. 4, 22, 36.*

TARVENNA, opp. Galliae Belgicae, in Morinorum agro. Ant. Itin. P Ταρβέννα est Ptolemaeo. V. Ternanna. B. A.

TARUESEDE vel Taruessedum, i, opp. Rhaetiae. Ant. Itin. et Tab. Pent. B. A.

TARVISANUS, et TARVISIANUS, et

TARVISINUS, a, um, adj. ad Tarvisium, seu Tarvisum pertinens, urbem Venetiae, ad Silim fluvium, quae nunc *Trivigi* et *Treviso* appellatur. Ejus antiquior mentio exstat in *Inscr. ap. Marin. Frat. Arc. p. 328.* ad ann. a Chr. n. CXLIII., ibique *Tarvisium*, et in alia ap. *eund. ib. ad ann. eundem, ubi Tarvisum, tum ap. Venant. Vit. S. Mart. 4, 665.* post ann. DXCVIII., ubi *Tarvisus* gen. fem. dicitur. Ex probabili sententia *Jac. Filiasi Mem. stor. de Venet. T. 1. c. 12.* haec urbs originem habuit ex Tarvisanis, populis Alpibus: olim degentibus ad fontem Silis seu Plavis fluv., ubi nunc pagus *Tarvis* seu *Tarvesa* exstat, qui ab Augusto, Drusi ductu, devicti, et in inferiorem Venetae regionis partem descendere coacti cognomine oppidum ibidem condiderunt, quod deinde ex Altini praecipue, Opitergii, Aceli, aliarumque proximarum urbium ruinis auctum haud ignobilis Venetae urbs evasit. *Venant. l. c.* Qua mea Tarvisus residet, si molliter intras, Illu-

strem socium Felicem (*episcopum*), quaeso, requirere. *Plin. 3, 18, 22.* Venetia regio: fluvius Silis ex montibus Tarvisanis. *Inscr. ap. Mur. 829, 3.* Laurentius miles de numero Tarvisiano. Alia ap. *eund. 1085, 1. T. Firmius Q. F. Tarvisanus.* Alia ap. *Grut. 83, 13.* Isid. Reg. L. Publicius Eutyches Mun-Tar. Lib. h. e. municipii Tarvisiani libertus. Alia ap. *Jo. Labus. Monum. Epigraf. Cristian. p. 16.* Hic requiescit in pace Ursicinus cives (*h. e. civis*) Tarvisianus (*h. e. Tarvisianus*) Castino V. Cl. Consul. scil. ann. a Chr. n. CCCCXXIV. *Cassiod. Var. 10, 27.* Venetis autem ex Tarvisino atque Tridentino horreis ad definitam superius quantitatem item dari facite tertiam portionem. *Paul. Diac. Hist. Langob. 2, 12.* Ecclesia Tarvisiana. [*Multis hunc locum emendavit *F.]*

TARUM, i, n. lignum aloes. *Plin. 12, 20, 44.* [TARUS, i, m. Taro, fluv. Italiae superioris, in Gallia Cispadana, per agrum Parmensem in Padum se exonerans. *Plin. 3, 16, 20.* P Est etiam cogn. *R. Inscr. ap. Grut. 1013, 1. C. Sejus Tarus. F.]*

TARUSATES, ium, populi Galliae Aquitanicae. Caes. B. G. 3, 23 et 27. Plin. 4, 19. B. A.

TARUSCONIENSES, ium, Tarusconis incolae. Fuit autem Taruscon vel Tarusco, oppidum Galliae Narbonensis, Ταροσκων Ptolemaeo. *Plin. 3, 4. Tasconi, Tarusconenses.* Sic ed. *Hard.* ubi in ed. *Elzev.* legitur *Tascodunitari. B. A.*

TARUTIUS, i, m. nomen proprium Romanum, v. g. C. Tarutius Firmanus, insignis astrologus, cujus meminit *Cic. Div. 2, 47. B. A.*

TASCONI, orum, populi Galliae Narbonensis. Plin. 3, 4. Locum V. in Tarusconenses. B. A.

TASCONIUM, ii, n. terra alba, similis argillae, ex qua catini fiunt, in quibus coquitur aurum. *Plin. 33, 4, 21.* Catini fiunt ex tasconio. Haec est terra alba similis argillae. Neque enim alia adflatum, ignemque, et ardentem materiam tolerat.

TASGETIUS, i, m. princeps Gallicus, in Carnutibus regnans, temporis Julii Caesaris. *Caes. 5, 25. B. A.*

TASIS, is, f. τάσις, intensio, intentio, vehementia. Vox Graeca a *τελεω*, intendo. *Capell. 9, 318.* Est autem intensio, quam dicimus tasin, qua vox persistit ac perseverat.

TAT. V. TATAE.

TATA, ae, m. pater, vox puerilis, qua puelli, utuntur, cum patrem vocant, ut mammam appellat matrem. *Varr. ap. Non. 2, 97.* Cum cibum ac portionem buas ac papas vocent, et matrem mammam, patrem tatam. P Proprie est nutritor, educator. *Mart. 1, 101.* Mammam atque tatas habet Afra, sed ipsa tatarum Dici, et mammam maxima mamma potest. *Inscr. ap. Fabr. p. 142. n. 151. L. Flavio L. F. Anien. Saturnino Fl. Euhodus pater, et Phoebus tata fecerunt; et ib. n. 152. Marinus pater piissimo filio fecit, et Anthus tata. Alia ap. Grut. 662, 6. M. Elpidius Pamphilus Platoni tatae suo bene merenti fecit. Alia ap. Mur. 1492, 6. Primitivo Herennius Fortunatus tata, et Herennia Rhodine mamma B. M. fecerunt. Adde alias ap. *eund. 983, 3. et 1513, 6.* P In alia *Muratorius p. 1157, 5.* et in aliis duabus *Odericus Syllog. vet. inser. p. 229.* dubitant, nutritoremne, an avum vox tata significet: verum ex alia ap. *Grut. 662, 5.,* in qua L. Apisius C. F. Capitolinus ex testamento fieri jussit monumentum sibi et suis, cum prius patrem nominet, mox matrem, sororem, fratrem, tandem tatam; videtur hac voce nutritorem potius, quam avum significasse, qui ante sororem fratremque nominandus erat.*

TATAE! interjectio exsultantis, et joculariter exclamantis. *Pl. Stich. 5, 7, 3. Sag. Fac tu hoc modo. Stich. at tute hoc modo. Sag. habae! Stich. tatae! Sag. papae! Stich. pax. V. AT AT. P Item admirantis. Pl. Truc. 3, 1, 18. Tatae! equis est? nulla est? equis aperit hoc ostium? Alii leg. tat. V. ATTATE.*

TATIANSUS, a, um, adj. ad T. Tatium pertinens, Tatiensis. Ap. *Festum* in *Tatium*, Tatiiani latrones vocantur propinqui regis Tatii, qui legatos Laurentium pulsarunt, ideoque is a Laviniis interficitur, ut narrat *Liv. 1, 14.*

TATIENSES, ium, m. plur. una ex tribus centuriis equitum populi Romani, regnante Romulo, id est Sabini illi, qui T. Tatii regis ductu bellum Romanis propter virginum raptum intulerunt, deinde foedere percusso domicilium Romam transtulerunt. *Varro L. L. 4, 9., Ascen. in Ferr. 2, 1, 5., Liv. 1, 13. extr., Aurel. Vict. Vir. illustr. 2.* Hinc *Op. Fast. 3, 131.* Quin etiam partes totidem Tatiensibus ille, Quosque vocant Ramnes, Luceribus dedit. Alii ubique leg. *Titienses* a praenomine, non a nomine regis Sabini. P Quod autem *Ascen., Varr. et alii tribus, non centurias* appellant, ideo est, quia excerptae sunt ex primis illis tribubus, in quas Romulus universum populum diviserat: quas tribus credi non potest ex solis equitibus constitisse. *V. TRIBUS.*

TATIES pro Tatienses quidam leg. ap. *Varr. L. L. 4, 9.,* ut *Ramnes* pro *Ramnenses.*

TATIUS, a, um, adj. ad T. Tatium Sabinorum regem pertinens, de quo ita *Enn. ap. Auct. ad Her. 4, 12. O Tite, tute, Tati, tibi tanta, tyranne, tu-*

listi. Prop. 4, 4, 29. Ignes castrorum, et Tatiae praetoria turmae.

*TATIUS, i, m. *Tatios*, Sabinorum dux, qui per prodicionem Tarpeiae virginis Capitolio primum capto, urbem postea invasit, ac regnum Romae quinqueannio una cum Romulo tenuit: quem postremo tandem ab amicis eorum legatorum, quos Tatiani latrones interfecerant, occisum esse ait Lanuvius, et in Aventiniensi laureto sepultum. V. Liv. et Plut. in Romulo. Prop. 4, 2, 52. Ferus Tattius. V. in Tattianis. B. A.

[TATO, onis, m. incrementum tatae, magnus tata. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 265. n. 97. M. Aurelius Tato. F.]

*TATRAE, arum, populi circa Maetion paludem degentes. Mela 1, 19. f. B. A.

TATTAEUS, a, um, adj. *Tattaios*, pertinens ad Tattam, ingentem lacum Phrygiae magnae, in confinio Pisidia et Lycaoniae: unde Tattaeus sal, oculis utilis, laudatur a Plin. 31, 7, 41.

TATULA, ae, m. dimin. tatae, et est vox blandientis. V. TATA. Inscr. ap. Don. cl. 4. n. 63. Aurelio Heraclidae agitatori factionis Venetae, etc. fecit M. Ulpus Apolustianus tatulae B. M. Alia ap. Passionei cl. 10. n. 6. Felicissima fecit Claudiae . . . patronae suae, . . . marito ejus tatulae suo. Alia ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 4943. Silvi . . . Telesphoro . . . Domitius Apollonius pater, Domitia Fortunata mater, Silvanus enater (h. e. vir sororis, ab *στεινή* ὄ et ἦ, V. JANITRIX.) Julius Telesphorus tata, Cornelia Sees mamma, Threptus tatula dulcissimae et pientissimae animae innocentissimae fecerunt. [*Egrege hujus loci curam gessit F.]

[TATULUS, i, m. idem ac tatula. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 143. n. 162. P. Julius P. L. Tatulus. F.]

TAU, ap. Aulon. quid sit? V. in AL. Hoc nomine etiam vocatur ultima alphabeti Graeci littera, quam ita describit Paul. Nol. carm. 26, 624. Tau stilus ipse brevi retrorsus acumine ductus Efficit.

*TAVENI, orum, populi Arabiae. Plin. 6, 28. B. A.

*TAVIA. V. v. sq. B. A.

*TAVIUM, i, n. opp. Galatae, in Trocorum regione. Plin. 5, 32. P. Tavia est Ant. Itin. Tabia in Notit. eccles. *Tavla Hierocl.* B. A.

TAULANTIUS, a, um, adj. ad Taulantios pertinens, populos Illyricos, quorum urbes Dyrrhachium et Apollonia. Lucan. 6, 16. Quemque vocat collem Taulantius incola Petram. Sil. 15, 294. Taulantius incola. Adde Plin. 3, 22, 26. *Melam 2, 3. B. A.

*TAUM, i, n. aestuarium in Britannia, cujus meminit Tac. Agric. 22. Tertius expeditionum annus novas gentes aperuit, vastatis usque ad Taum (aestuario nomen est) nationibus. P. In eo Tai vel Tavi fluminis (nunc *the Tweed*, Scotiam ab Anglia separantis) est ostium. Haec Cellarius. Sed *Mannertio*, Geogr. der Griechen und Römer, Th. II, in Britannia, p. 60. hodie est de Firth of Tay. B. A.

[TAUNENSIS, e, adj. ad Taunum pertinens, Germaniae castellum in monte Tauno, cujus mentio ap. Tac. A. 1, 56. Inscr. ap. Donat. 470, 5. T. Fl. Sanctinus, et Perpetuus, et Felix fratres C. R. (h. e. civis Romani) et Taunenses ex origine patris, etc. F.]

*TAUNUS, i, m. mons Germaniae. Mela 3, 2. Tac. A. 1, 56. et 12, 28. P. Cluverius censet esse montem illum, qui ex adverso Moguntiaci vulgo *der Heyrich* et *die Höhe* appellatur. *Ortelius* quoque trans Rhenum ap. Catos locavit. V. *Mannert*. Geogr. der Griechen und Römer, in Germania, p. 528. B. A.

TAURA, ae, f. *ταύρα*, vacca sterilis, [quae nempe sexuales partes internas masculas, externas feminas habet, quales habere solent hermaphroditi. V. *Schneideri* not. ad Colum. locum mox citandum. F.] *Varr. R. R. 2, 5*. Quae sterilis est vacca, taura appellatur. *Festus*. Taurus vaccae sterilis appellabatur, ait *Verrius*, quae non magis pariant, quam tauri: sed vero similis sit ex Graeco dictas, quia Graeci vaccae *ταύρας* appellant. Colum. 6, 22. Et utique taurae, quae locum occupant fecundarum, ablegandae. P. Ap. *Serv.* ad A. 2, 140. dicitur *taurea*.

*TAURANIA, ae, f. opp. Campaniae, quod Plinii temporibus nullum erat. Plin. 3, 5. Intercidit ibi et Taurania. P. Hinc

*TAURANINI, orum, ejus incolae, ut volunt quidam, qui pro *Taurasinorum* legunt *Tauraninorum* ap. Liv. 40, 38. B. A.

*TAURANNITIUM. V. v. sq. B. A.

*TAURANTIUM, Taurantium vel Taurantium, i, n. regio Armeniae majoris. Tac. A. 14, 24. ubi posteriores exhibent formas edd. *Gronov.* et *Ernest.*, priorem quae praecedunt edd. B. A.

[TAURARIS, e, adj. num haec vox taurarium significet, illum, qui taureas conficit et vendat, minime liquet. Inscr. ap. Mur. 947, 1. M. Clodius M. L. Cadmus tauraris. F.]

[TAURARIUS, ii, m. idem ac taurocenta, q. v. v. s. l. F.]

[TAURASINUS, a, um, adj. ad Taurasiam pertinens, Samnii urbem in Hirpinis, ubi nunc *Taurasi*. Ejus mentio est in Inscr. ap. *Visc. Mon. degli Scip.* p. 28. tab. 3. ed. *Mediol.*, quam una cum Cisauna cepit L. Cornelius Cn. F. Scipio Barbatus ann. U. C. DLXI, cum esset legatus L. Papirii Cursoris eodem

anno consulis. *Front. Strat.* 4, 1. n. 14. Romani, victo Pyrrho Epirotarum rege, in campis Taurasinis circa urbem Beneventum, castris ejus potiti. Adde *Flor.* 1, 18. et *Oros.* 4, 1. : ubique perperam *Aruasinis* pro *Taurasinis* alii legunt. Hinc *Taurasini, orum*, incolae illius urbis, ap. Liv. 40, 38. Ager publicus populi Romani erat in Samnitibus, qui Taurasinorum fuerat. In eum cum traducere Ligures Apuanos vellent Cornelius et Baebius consules, edixerunt, Ligures ab Anido montibus descendere cum liberis, conjugibusque: sua omnia secum portarent. V. CORNELIANUS. F.]

*TAURENTUS, portus Galliae Narbonensis, idem fortasse qui et Tauris dictus. Ant. Itin. B. A.

TAUREUS, a, um, adj. *ταυρεός*, taurinus, bubulus. *Or. Fast.* 4, 342. Et feriunt molles taurea terga manus, h. e. tympanum ex corio bubulo. *Virg. A. 9, 706*. taurea terga, h. e. scutum ex eod. corio. P. *Taurea, ae*, absolute est flagrum bubulum, lorum. *Juven.* 6, 491. taurea punit Continuo flexi crimen facinusque capilli. *Tert. ad Mart.* 5. Alii inter venatorum taureas scapulis patientissimis inambulaverunt. P. Item vacca sterilis, taura. *Serv.* ad A. 2, 140. P. De Taureis ludis, V. TAURII. P. Taurea est etiam alterum cognomen Jubellii Cerrini, hominis Campani, ap. Liv. 23, 47.

TAURI, orum, m. plur. *ταῦροι*, populi Scythiae. V. TAURICUS.

*TAURIANUM, i, n. oppidum Italiae inferioris, in Bruttis. Mela 2, 4. P. Dicitur et Tauroentum. V. B. A.

TAURICORNIS, e, adj. *Προδ. περί στέφ.* 10, 222. Saltat Tonantem tauricornem ludius, h. e. Jovem in tauro versum ad rapiendam Europen.

TAURICUS, a, um, adj. *ταυρεός*, ad Tauros pertinens, populos Stythiae Europaeae, a quibus dicta est Chersonesus Taurica, nunc *die Krim*, ubi habitant, et Dianae hospites omnes solebant immolare. *Or. Pont.* 1, 2, 80. Cultaque Oresteae Taurica terra Deae. *Id. Trist.* 4, 4, 63. ubi Taurica dira Caede pharetratae pascitur ara Deae. *Id. Ib.* 386. Thonaeae Taurica sacra Deae. V. IPHIGENIA. P. De Taurica Chersoneso Plin. 4, 12, 26. P. De Tauricis ludis, V. TAURII.

TAURIFER, ra, rum, adj. *ταυροφόρος*, tauros ferens. *Lucan.* 1, 473. tauriferis ubi se Mevania campis Explicat, h. e. in quibus multa pascua sunt alendo bubulo generi. V. MEVANIA.

TAURIFORMIS, e, adj. tauri formam habens, ut Aufidus tauriformis, *Hor. Od.* 4, 14, 25. V. AUFIDUS et CORNUM.

TAURIGENUS, a, um, adj. tauro genitus. *Accius ap. Macr. Sat.* 6, 5. f. Taurigeno semine ortum, an humano?

TAURII, orum, m. plur. *ταυροί, Βουκόρια*, ludi apud Romanos in Circo Flaminio, in honorem Deorum inferorum. *Fest.* Taurii ludi instituti Diis inferis ex hac causa videntur. Tarquinio (*Superbo*) regnante cum magna incidisset pestilentia in mulieres gravidas, earum fetus infecti sunt ex carne divendita populo taurorum immolatorum. Ob hoc ludi Taurii appellati sunt, et fiunt in Circo Flaminio, ne intra muros evocentur Diis inferi. Sed Taurios ludos Varro ait vocari, quod eis ludis discipulus pendens a doctore in crudo corio tauri solitus sit impelli, atque usque eo inibi cogi doceri, quoad consisteret, et sola virtute talorum constaret pedum firmitas. Haec *Festus*. Eadem fere habet *Serv.* ad A. 2, 140. excepto quod pro *taurii leg. taurei*. Meminit etiam *Varro L. L.* 4, 32. Ibi quoque (h. e. in Circo Flaminio) ludis Tauriis circum metas currunt. Alii leg. *Taureis*, alii *Tauricis*. P. *Festus*: Taurium aes, quod in Ludos Tauricos consumitur.

TAURILIA, um, n. plur. ludi Romani, iidem qui Taurii. Liv. 39, 22. Per eos dies ludi Taurilia per biduum facti religionis causa. Plerique alii leg. TAURII.

TAURINAS, atis, adj. ad Taurinum pertinens. *Auct. Pan. ad Constant.* Aug. 6. Taurinates campi, et muri, h. e. Taurini. V. TAURINUS.

[TAURINICIUM, ii, n. taurorum venatio in arena: est a *taurus* et *nex*. Inscr. ap. Mur. praef. p. 12. Cujus memoriae omne genus spectaculorum atque taurinicia Dianae ediderunt. V. TAUROCENTA. F.]

[TAURINIENSIS, e, adj. ad Taurinum urbem pertinens. V. v. sq. *Taurinienses, ium*, absolute, sunt Taurini incolae. Inscr. ap. Mur. 1085, 4. Aug. sacrum restituerunt Taurinienses pecunia sua cultores D. D. F.]

[TAURINUS, a, um, adj. *ταυρεός*, ad tauros seu boves pertinens, bubulus. *Virg. G.* 4, 371. taurino vultu Eridanus. *Op. Fast.* 6, 197. taurinae cornua frontis. *Virg. A.* 1, 372. Taurinum tergum, h. e. corium bubulum. *Id. G.* 4, 171. taurinis follibus auras Accipiunt reddantque. *Claud. Cons. Stil.* 2, 365. Taurina tympana. *Stat. Theb.* 2, 78. Aeraque taurinos sonitu vincentia pulsus, h. e. quibus pulsantur tympana ex corio bubulo facta. *Claud. Idyll.* 2, 38. intendunt taurino viscere nervos. *Plin.* 28, 9, 41. Taurinum fel; et *ib.* 17, 68. finum. *Lucr.* 6, 1067. gluten. *Plin.* 28, 16, 62. sevim. *Id. Ib.* 9, 41. Taurinus sanguis recens inter venena est. P. *Taurinae,*

absolute, dictae sunt caligae ex corio taurino. *Edict. Diocl.* p. 24. De caligis . . . taurinae muliebres bisoles par X. quinquaginta, taurinae muliebres monsoles par X. triginta . . . taurinae lanatae . . . taurinae lanatae. P. Item ad Taurinos populos pertinens, qui sunt ad radices Alpium Cottiarum, ubi nunc *il Piemonte*, et *il Marchesato di Saluzzo*: quorum urbs Taurinum, seu Augusta Taurinorum, *Torino*: prope eum locum, ubi Duria in Padum influit. *Plin.* 18, 16, 40 et 3, 17, 21. Hinc *Sil.* 3, 646. Taurinis ductor statuit tentoria campis. *Taurinorum meminerunt Liv. 21, 38 et 39. *Id.* 3, 17. *Tac. H.* 2, 66. P. Alii Taurini in Hetruria, quorum caput Aquae Tauri (*Tab. Pent.*), *Taurini Aquenses* inde dicti a Plin. 3, 5. B. A.

[TAURIO, onis, m. dimin. tauri, taurulus. Est nomen propr. serv. Inscr. ap. Mur. 916, 10. Dis Manibus Taurionis opsonatoris Poppaeae Aug. F.]

*TAURIS, idis, f. insula Illyriae objecta. *Hirt. B. Alex.* 5. B. A.

*TAURISCUS, a, um, adj. ad Tauriscos spectans, ut *Taurisca gens* ap. Plin. 3, 20. P. *Taurisci, orum*, populi Paenoniae. *Id. Ib.* 25. P. Diversi, ut videtur, ab his sunt Taurisci, quorum meminit *Id. Plin. Ib.* 19. Carnis, Segeste et Oera (*interiere*): Tauriscis Noreia. Hi enim Noricum incolebant, ipsi Noricum pars. *Strabo* 3, 19. *Τῶν δὲ Νορικόςων εἰσι καὶ οἱ Ταυροσκοί*. Fortasse etiam Norici ipsi. V. *Taurisci.* B. A.

[TAURISCUS, i, m. *ταυροσκοῦς*, dimin. tauri, taurulus. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 750. n. 577. P. Mumius P. L. Tauriscus. F.] P. *Actoris nomen ap. *Cic. Or.* 3, 59. P. et pictoris. *Plin.* 35, 11. P. et statuarii, *Tralliani. Id.* 36, 5. P. et caelatoris, *Cyziceni. Id.* 33, 12. B. A.

TAUROBOLIATUS, a, um, part. ab inus. *taurobolio*, qui taurobolium accipit. *Lampr. Elag.* 7. Matris Deum sacra accepit, et tauroboliatus est, ut typum eriperet, et alia sacra, quae penitus habentur condita. *Inscr. ap. Grut.* 309, 2. et 3. Fabiae Aconiae Paulinae taurobolitae (h. e. taurobolitae) Isiacae, etc.

[TAUROBOLICUS, a, um, adj. ad taurobolium pertinens. *Inscr. ap. Mur.* 1980, 7. Ara taurobolica. *Alia ap. Reines. cl. 1. n. 42*. Petra taurobolica. F.]

[TAUROBOLINUS, a, um, adj. idem ac tauroboliatus. *Inscr. ap. Mur.* 387, 2. Ruf. Cejonius pater sacror. invicti Mithrae, taurobolinus M. D. M. Id. et Attidis Menotyranii. F.]

TAUROBOLIUM, ii, n. *ταυροβόλιον*, sacrificium tauri, qui in sacris Matris Deum Cybeles immolabatur, quemadmodum criobolium sacrificium arietis: a *ταῦρος*, taurus, et *βόλιον*, ferio, interficio. Hinc *taurobolium* (vel *tauropolium*, ut legitur in *Inscr.* ap. *Grut.* 30, 1. et ap. *Mur.* 130, 3.) *facere* in *Inscr.* ap. *Grut.* 30, et 31. et *taurobolium accipere* et *percipere* in *Inscr.* ap. *Donat.* 181, 1. et *Grut.* 27, 4., et *taurobolium movere* in alia ap. *Don. cl. 4. n. 10*. et ap. *Mur.* 130, 6. P. Qui taurobolium accipiebat, et consecrandus erat, terra egesta in profundam foveam demittebatur, quae tabulis passim perforatis consternebatur: dein taurus auratis cornibus super has tabulas immolabatur, cujus sanguis per foramina defluens, oculis, naribus, capite, toto denique corpore a subjecto homine excipiebatur, qui expiari hac ratione dicebatur, lustrarique adeo, ut viginti annos purus mundusque esse diceretur. V. *Prud. περί στέφ.* 10, 1011. et sqq., *Salmas.* in *Lampr. Elag.* 7., *Reines. ad Inscr. cl. 1. n. 40*. et *Zwegam Bassir. ant. T. I. p. 45*. et 81. et sqq. P. *Taurobolii* mentio vetustior habetur in hac *Inscr.* ap. *Mur.* 333, 1. Taurobolium Matris D. M. Id., quod factum est ex imperio Matris M. Deum pro salute Imperatoris Caesaris T. Aelii Hadriani Antonini Aug. Pii P. P., liberorumque ejus, et status coloniae Lugdunum etc. App. Annio Atilio Bradua, T. Clodio Vibio Varo Cos. h. e. ann. a Chr. n. CLX. Recentior vero exstat in alia *Inscr.* ap. *Grut.* 28, 5. DD. NN. Fl. Valentiniano et Gratiano imperatoribus Cejonius Rufus Volusianus etc. iterato viginti annis (*post*) ex perceptis tauroboliis VI. aram constituit et consecravit X. Kal. Jun. D. N. Valentiniano Aug. et Neoterio Cos. h. e. ann. CCCXC. P. *Taurobolium* vero non modo in honorem Deae Cybeles, sed etiam aliorum Deorum fuisse aliquando institutum, patet ex *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 358. in qua: Egitum (h. e. Aegyptium) taurobolium in hon. M. D. M. I. et Veneris Coelestae etc. (V. PANTELIIUM) et in alia ap. *Fabrett.* p. 666. n. 522., in qua: M. D. M. I. summae parenti, Hermae, et Attidi Menotyranno invicto Clodius Hermogenianus Caesarius, taurobolio, criobolique perfecto, aram dicavit, etc. et in alia ap. *Donat.* 179, 2. Attini sacrum et Minervae Berecynthiae Concordia collib. Januarii cymbal. loco secundo ob criobolium factum M. D. M. I., etc. et in alia supra allata in TAUROBOLIATUS, ubi Fabia Aconia dicitur taurobolita Isiacae: et ex alia ap. *Maff. Mus. Ver.* 82, 3., in qua: Matris Deum et Isidi G. Menatius G. F. Fab. Severus fanum refecit et pronam de suo fecit ex voto: apparet, templum Cybele et Isidi commune fuisse.

[TAUROBOLUS, i, m. qui taurobolio consecratus est. *Vet. Poet. epigr.* in *Anth. Lat. T. I. p. 33.*

Burm. Quis tibi taurobolus vestem mutare suavit? F.]

[TAUROCENTA, ae, m. idem ac taurarius, qui in venatione cum tauris pugnat: a ταύρος, taurus, et κεντέω, pugno, pugno. Inscr. ap. Gud. 106, 1. Primo duoviratu in foro pompam tauros, taurocentas, succursores, et pycetas (dedit); et mox: Secundo duoviratu in foro pompam, tauros, taurarios, succursores (dedit), postero die venatione tauros, taurocentas, apros, ursos, cetera venatione varia (dedit). Sic Graeca Inscr. ap. Mur. 643, 1. Πόμπην, ὁμοίως δὲ ταυρομάχων, πύκτας, καὶ μορομάχων ἔδωκεν, h. e. pompam, similiter autem taurorum pugnam, pycetas, et gladiatores dedit. Hujusmodi porro pugnas ita describit Plin. 8, 45, 70. med. Thessalorum gentis inventum est, equo juxta quadrupedante, cornu intorta cervice tauros necare; primus id spectaculum dedit Romae Caesar dictator. Adde Suet. Claud. 21. Eandem taurorum pugnam videre est in anaglypto ap. Selden. Marm. Arundell. n. 37. p. 485. edit. 2. ae, sub quo sculptum: Ταυρομάχων ἡμέρα B. h. e. taurorum pugnae dies altera: fusc autem eandem describit Heliodor. Aethiop. 10, 28, et 30. Hinc in Gloss. Philox. Pilae, ταυρομάχων, ταυρομάχων. V. PILA. Porro taurocentas ita describit Hesych. Κερατοσσίς, οἱ τοὺς ταύρους ἔλαυνον ἀπὸ τῶν κερῶν καλοῦνται δὲ καὶ κερατῆες. F.]

*TAUROENTUM, i, n. opp. Italiae inferioris, in Bruttis. Plin. 3, 5. P Dicitur et Taurianum, quod V. B. A.

*TAUROIS, entis, Ταυροίς, portus cum castello, in Gallia Narbonensi, Massyliae pertinens. Caes. B. C. 2, 4. Mela 2, 5. P V. Tauricus. B. A.

TAUROMENITANUS, a, um, adj. ad Tauromenium, Ταυρομένιον, pertinens, nunc Taormina, quod est oppidum Siciliae in ora orientali, cum portu: unde Charybdis prospicitur. Sil. 14, 256. Tauromenitana cernunt de sede Charybdis. Lucan. 4, 460. contorti vorticis undae Tauromenitanam vincunt fervore Charybdis. Plin. 2, 97, 100. Tauromenitanus euripus saepius die ac nocte reciprocans. Id. 14, 2, 4. n. 3. Tauromenitani colles eugeniam (uvam) misere; et ib. 6, 8. n. 5. Tauromenitana vina. P Sidon. licenter secundam producit, et Tauromenitana pro Tauromenitana scribit in carm. 9, 163. Vel Tauromenitana quos Charybdis Ructato scopulos cavat profundo.

[TAUROPHthalmos, i, n. ita vocatur quoddam roris marini genus, ab Appul. Herb. 79.: a ταύρος, taurus, et ὀφθαλμός, oculus. F.]

*TAUROPOLOS, i, Ταυροπόλος, sic dicta est Diana, quae et templum habebat sub hoc nomine, juxta Amphipolim. Liv. 4, 44. Amphipolim quum jam fama pugnae pervenisset, concursusque matronarum in templum Dianae, quam Tauroponon vocant, cet. V. Apollod. fragm. p. 1070. ed. Heyn. ipsumque Heynium ad l. Cf. etiam Taurobolium. B. A.

[TAURUBULAE, arum, m. plur. ita appellantur voce diminutiva duo parvi colles in insula Capreensi, litori Campaniae opposita, quibus nunc nomen est Toro grande, et Toro piccolo. V. Romanell. Topogr. Napol. T. 3. p. 558. Hinc Stat. Silv. 3, 1, 128. dices Capreae, viridesque resultant Taurubulae, et terris ingens redit aequoris echo, h. e. dum Surrentini templi Herculi dedicandi moles exstruitur, hi colles in insula Surrento opposita ex fabricantium strepitu resonant. F.]

TAURULUS, i, m. parvus taurus. Petr. fragm. Trag. 39. Burm. Totus coelus Taurulus fit.

*TAURUNUM, i, n. opp. Pannoniae inferioris, situm ubi Danubio miscetur Saus, hodie Belgrad incolis appellatum, Germanis autem Griechisch Weyssenburg. Plin. 3, 25. Ant. Itin. et Tab. Peut. P Arriano est Ταυροῦνος. B. A.

TAURUS, i, m. ταύρος, primo significat marem adultum non castratum in genere bubulo, et vaccarum admixtarum. Quas notas habere debeat, Colum. 6, 20. docet. Varro quoque de eodem R. R. 2, 1. et 5., item Plin. 8, 45, 70. multa disserunt. Virg. G. 3, 212. tauros procul et in sola relegant Pasca. Plin. l. c. Tauris minora, quam bubus cornua. P Item quemcumque bovem. Hor. Od. 3, 13, 11. Fessi vomere tauri. Virg. G. 1, 64. terrae Pingue solum etc. Fortes invertant tauri. P De tauro Perilli, ubi usus Phalarides torquendis reis, Ov. A. Am. 1, 653. et Trist. 3, 11. a. v. 41., Cic. Verr. 2, 4, 33. f. et Plin. 34, 8, 19. n. 32. P Item aviculae genus. Plin. 10, 42, 57. Est quae boum mugitus imitetur, in Arelatensi agro taurus appellata, alioqui parva. P Item radicem arboris. Quint. 8, 2. med. Taurus animal sit, an mons, an signum in coelo, an nomen hominis, an radix arboris, nisi distinctum, non intelligitur. Voces radix arboris, sunt qui putant vitiosas esse; hactenus enim quaenam radix ita appellatur, est incompertum: hunc autem locum respexisse videtur Diomedes, qui l. c. infra in §. 7. pro eadem habet obscenam corporis partem. P Item genus scarabaei terrestris. Plin. 30, 5, 12. Tauri vocantur scarabaei terrestres, ricino similes: nomen cornicula dedere; alii pediculus terrae vocant. P Item partem eam in corpore animalis, quae est inter podicem et scrotum, Graece ὀφθῶρ, Latine orrhopygium, et

ap. Veg. Vet. 1, 46. hypotauroium. V. LASTAURUS Festus in Solitaurilia. Harum hostiarum omnium in violati sunt tauri: quae pars scilicet caeditur in castratione. V. SOLITAUROLIA. Diomed. 2, 444. Fit ἀμφιβολοῦσα per homonymiam, ut cum dicimus taurum, nec scias, utrum de armento, an obscenam corporis partem, an montem, qui est in Cilicia, an qui est in sideribus, taurum dicamus. P Item translate virum in rebus Veneris fortem, quemadmodum Graeci ἀναύροτον vocabant puellam, quae virgo adhuc esset. Hor. Od. 2, 5, 3. de puella: nec tauri ruentis In Venerem tolerare pondus (valet). Id. Epod. 12, 17. Lesbica quaerenti taurum, monstravit inertem. P Huc spectat illud Petr. Sat. 25. Hinc puto proverbum natum illud, ut dicitur, posse taurum tollere, quae vitulum tulerit. Proprio tamen sensu Quint. 1, 9. Milo, quem vitulum assueverat ferre, taurum tulit. P Item significat montem Asiae maximum, quia Lycia usque ad extremos Seres perducitur, pater multorum montium in Boream et Austrum vergentium, quos veluti ramos emittit. Describitur a Plin. 5, 27, 27. et a Solin. 38. med. P Item coeleste Signum inter Arietem et Geminos. In fabulis est ille, sub cuius specie Juppiter Europam rapuit, et ex Phoenice in Cretam transvegit: vel ille, in cuius formam Io fuit conversa. In ejus cauda sunt septem stellae, quas appellat Vergilius, et Pleiadas, ut Plin. 2, 41, 41. docet: in fronte totidem, quas Succulas Latine, Hyades Graece. Hyg. Astron. 2, 21. et ib. 3, 20. Virg. G. 1, 217. Candidus auratis aperit cum cornibus annum Taurus, et averso cedens Canis occidit astro. V. quae in hunc loc. scripsit Macr. Somn. Scip. 1, 18. med. P Taurus draconem genuit, et taurum draco, Tarentinus notusque senarius, Graece refertur a Firmic. de err. prof. relig. 27. et Clement. Alex. in Protreptik. p. m. 11. Ταύρος κατὰ τὸν δράκοντα, καὶ τὰυρον δράκοντα. V. SABAZIUS. P [Taurus fuit etiam cogn. R., seu nomen hominis, ut vocat Quint. l. c. in §. 5. Hinc in Fast. triumph. ap. Grut. 297. col. 3. T. Statilius T. F. Taurus Procos. ex Africa (triumphavit) pridie K. Jul. ann. (U. C.) DCCCXIX. F.] P *Taurus, mons Siciliae. V. in Tauromenium. P Tauri promontorium in Lycia fuit. Mela 1, 15. Lycia Sidae portu et Tauri promontorio grandem sinum claudit. Cf. Plin. 5, 27. Junctum ei (Pamphyliae) mare Lycium est, gensque Lycia: unda vastum sinum Taurus mons, ab Eois veniens litoribus, Chelidonio promontorio disternitur. Ptolemaeus est ἰσθμὸς ἄκρα. Igitur idem (ait Cellarius) est Tauri promontorium et Chelidonium et Sacrum, quia ab nonnullis ex eo putabatur Taurus initium habere. V. Salmas. ad Solin. p. 551. Hodie est capo Cameroso. P Tauri Pygae dictae sunt angustiae, per quas iter patet ex Cappadocia in Ciliciam. Cic. Att. 5, 20. Cf. Curt. 3, 4. in. ubi Pygae audiunt nude. P Fuit et Taurus Asiae fluvius, in finibus Pamphyliae vel Pisidiae. Liv. 38, 15. med. Ad flumen Taurum. P Quin et Taurus appellatus est unus ex Nili alveis. Plin. 5, 31. Namque fallacibus vadis Alexandria, tribus omnino aditur alveis mari, Stegano, Posideo, Tauri. P Aquae Tauri, oppidum Etruriae. Tab. Peut. Thermae Tauri audit Rutil. 1, 249. V. Aqueenses et Taurinus in f. P Fuit et Taurus cognomen Romanum, v. gr. Sex. Pacuvius Taurus, aedilis plebis, de quo Plin. 34, 5. item L. Statilius Taurus, augur, cujus meminit Cic. Att. 12, 13 et 14. B. A.

*TAURUSCI, orum, nomen recentius Noricorum. De his sic Plin. 3, 20. Juxtaque Carnos quondam Taurisci adpellati, nunc Norici: his contermini Rhaeti et Vindelici. Sic ed. Hard. ubi ed. Elzev. exhibet Taurisci, quod eodem redit, ut censet Schellerus. V. Taurisci. B. A.

TAUTOLOGIA, ae, f. ταυτολογία, Graece est ejusdem rei eloquium, ejusdem sententiae per alia atque alia verba repetitio: figura apud poetas frequens, qua res eadem multis verbis idem significantibus explicatur. Hujusmodi est illa ap. Virg. A. 1, 550. Quem si fata virum servant, si vescitur aura Aethera, neque adhuc crudelibus occubat umbris; et Sil. 6, 208. Utque erat in pugnas, et Martem, et proelia, et hostem Igneus, et magna audendi flagrabat amore; et 7, 249. jam vos aciem, et proelia, et hostem Poscitis. Adde 14, 613. Vult Charis. 4, 242. ταυτολογία esse, si quis dicat egometipse, cum suffecerit ego. Adde Diomed. 2, 445. P Vox Graeca est a ταύρον, idem, et λίγω, dico; et Graece adhibenda, ut ap. Quint. 8, 3. med. Latinis tamen litteris scribitur ap. Capell. 5, 175. et Aquil. de fig. sent. et eloc. p. 26. Capper.

TAX, τὰξ, vox ficticia, strepitum verberum exprimit. Pl. Pers. 2, 3, 12. Tax, tax tergo meo erit: non euro. V. LATEX.

TAXA, ae, f. lauri quaedam species, topiario operi idonea, exerescente in medio folio parvulo veluti lacinia folii. Plin. 15, 30, 39. P Pro taxatione quidam afferunt duo loca Digest. 31, 1, 42. extr. et ib. 36, 3, 6., sed ibi legitur taxatio.

TAXATIO, onis, f. τὰξιμα, actus taxandi, aestimatio, pretium. [Cic. or. pro Tull. (ed. A. Maio) 4. Ejus rei taxationem nos fecimus: aestimatio vestra est: judicium datum est in quadruplum: scil. dicebatur taxatio pecuniae summa, quae a patrono rei pro-

ponebatur ob damnum illatum; aestimatio vero, quae a iudicibus post damnatum reum decernebatur. Sen. Ben. 3, 10. Intra pecuniam versabitur taxatio. Plin. 13, 15, 29. Mensa citrea HS. XIV. permutata, latifundii taxatione, si quis praedia tanti mercari malit. Id. 9, 35, 58. Illa, corollarium id esse, et consumpturam eam coenam taxationem confirmans. Id. 37, 3, 12. Taxatio (succini) in deliciis tanta, ut hominis quamvis parva effliges, vivorum hominum vigentiumque pretia superet. Id. 7, 12, 10. Hoc super omnem taxationem est. Adde Quint. decl. 5, 4. P In contractibus, testamentis, aliisque negotiis est clausula restringens et contrahens rem, de qua agitur: et perscribens ac determinans, quatenus vim habere debeat. Modest. Dig. 31, 1, 42. f. Hic enim taxationis loco habendum est, quidquid ad te pervenit. Julian. ib. 33, 6, 5. Quasi taxationis vicem obtinent haec verba: quod natum erit.

TAXATOR, oris, m. qui aliquem maledictis tangit. Fest. in Taxat: Scenici, taxatores dicuntur, quod alter alterum maledictis tangit.

TAXATUS, a, um, part. a taxo, aestimatus. Suet. Cal. 38. Cognoscebat de talibus causis, taxato prius modo summae. Plin. 10, 51, 72. Aesopi tragici histrionis patina HS. centum taxata, in qua posuit aves cantu aliquo, aut humano sermone vocales. Id. 6, 22, 24. Ad nostrarum navium cursus septem dierum intervallum taxatum. Flor. 1, 12. med. Tum primum hiematum sub pellibus: taxata stipendio hiberna.

TAXEA, ae, f. lardum est Gallice dictum, ut Isid. Or. 20, 2. med. ait. V. TAXONINUS. Unde Afran. ap. eund. ib. Gallum sagatum, pingui pastum taxea, h. e. gallum gallinaceum gausape coopertum. V. GAUSAPATUS, seu potius Gallum sago indutum. V. SAGUM. Arnob. 7, 229. Quid taxae? quid naeniae? quid offae? Alii perperam leg. taedae.

TAXEOTA, ae, m. τὰξέτης, in ordine aliquo constitutus. Imp. Justin. Cod. 1, 3, 53. Sancimus, neminem omnino neque curialem, neque taxeam, episcopum aut presbyterum de cetero fieri. Quidam intelligunt apparitorem esse praesidis, quem aliter sajone dicebant. Ceterum allata modo verba sunt recentioris interpretis, qui ex Graeca in Latinam linguam eam legem vertit.

TAXEUS, a, um, adj. qui est e taxo arbore, ut Taxea silva, Stat. Silv. 5, 5, 29.

TAXICUS, a, um, adj. ad taxum arborem pertinens, ut Taxica venena, quidam eadem fuisse putarunt, quae nunc toxica, teste Plin. 16, 10, 20.

*TAXILAE, arum, populi Indiae, quorum metropolis Taxila, urbs Indiae grandis, medio inter Indum et Hydaspem loco. Plin. 6, 20. ed. Elzev. ubi ed. Hard. habet Taxillae. P Ipsius urbis mentio facta est ap. Arrian. exped. Alex. 5, 8. B. A.

*TAXILES, Indicus rex, de quo Curt. 8, 12. B. A.

*TAXILLAE, arum. V. Taxillae. B. A.

TAXILLUS, i, m. idem ac talus, apud veteres, unde nomen talus per syncopen factum est. Cic. Or. 45. Axilla, ala factus est fuga litterae vastioris. Quam litteram etiam e maxillis, et taxillis, et vexillo, et paxillo consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Pompon. ap. Prisc. 3, 615. Interim, dum contempler oream, taxillos perdidit. P Est etiam parvus cuneus, qui in aliquod foramen injicitur, Italice tassello dicitur. Gargil. de re hortens. (ed. A. A. Scottio) 2, 6. Si ferax (amygdalus) non erit, terebrari in radicibus debet, et taxillus e taeda in foramen aptari; vel in locum taedae cuneus, qui esset ex robore. Rem eandem ita describit Pall. 2, 15. med. Si ferax non erit, taedae cuneum terebrata radice mergamus. Huc spectat locus Vitr. 10, 13. P Est item cogn. R., ut Caelius Taxillus Au. II. Vir. in nummo Uticensi ap. Eckhel. D. N. V. T. 4. p. 148.

TAXIM, adv. sensim, leviter, leniter, pedetentim: a tago: quasi sensim tangendo. Varr. ap. Non. 1, 234. Novus maritus taciturnus taxim uxoris solvebat cingulum. Pomp. ib. 2, 840. Clandestino tacitus taxim prospectavi periculum. Lucil. ib. 771. Simavit taxim ad nares, delphinus ut olim. Varr. ib. 17, 3. Hanc eandem voluptatem tacitus taxim consequi lapathio et ptisana possum. P Taxim verbum V. in TAGO.

*TAXIMAGULUS, i, m. rex in ea parte Britanniae, quae est ad Cantium, et tota maritima est. Caes. B. G. 5, 22. B. A.

TAXO, as, avi, atum, a. 1. frequentat. a tago pro tango, ut vexo a veho. Gell. 2, 6. et Macr. Sat. 6, 7. Taxare pressius crebriusque est, quam tangere, unde proculdubio id inclinatum est. Festus: Taxat, et taxatio a verbo tango dicuntur. Appul. fragm. Met. 10, 717. Oud. Ipsoque (priapo) pando et repando ventrem saepiuscule taxabam. P Translate est notare, reprehendere: quasi verbis crebro ferire, dictis pungere. Suet. Aug. 4. Cassius Parmensis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum: Materna tibi farina, etc. Plin. 15, 15, 16. In piris taxatur superbia cognomine, h. e. quaedam pira superba appellantur, ut est ap. Colum. 5, 10. med., quia parva sunt, sed ocissima omnium, inquit Plin. l. c. P Item pretium alicui rei constituere, aestimare: vel quia ad aestimandum ponderandumque

crebro tactu ac tractatu opus est: vel quia Graeci quoque dicunt *τάξιον* *τάξιον*. *Plin.* 33, 5, 27. Chrysocolla aspera taxatur in libris denariis septem; media denariis quinque; attrita denariis tribus. *Id.* 35, 11, 40. n. 30. Talentum Atticum denariis sex millibus taxat Varro. *Suet. Aug.* 41. Senatorum census ampliat, ac pro octingentorum millium summa duodecies HS. taxavit. P Dicitur et de aliis rebus. *Plin.* 6, 33, 38. Agrippa hoc intervallum XL. passuum mill. taxat; et *ib.* 28, 33. Timosthenes totum sinum quadridui navigatione in longitudinem taxavit, bidui in latitudinem. P Translate. *Sen. ep.* 24. Quodcumque illud est malum, tecum ipse metire, ac timorem tuum taxa. *Id. Consol. ad Marc.* 19. Tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus. *Id. ep.* 81. *med.* Uni sapienti notum est, quanti res quaeque taxanda sit.

[TAXONINUS, a, um, adj. ad taxum, seu taxonem pertinens, qui idem est ac meles, Italis nunc *tasso*, Germanis *Dachs*, Gallis *taisson* dictus: ab Hebr. *דשן* *dasen*, pinguis, quia hoc animal solet maxime pinguescere. Ceterum videtur esse vox veterum Gallorum, seu Celtarum, quia taxa Gallice, teste *Isid. Or.* 20, 2, laridum significat. *Marcell. Empir.* 36. in Adipis leoninae unciae quatuor, adipis leopardinae unciae quatuor, adipis taxoninae unciae tres. *F. 1*

TAXUS, i, f. *ταξος*, arbor abieti similis, baccasque ferens, quibus letale venenum inest, praecipue in Hispania, Corsica, et Arcadia. *Virg. Ecl.* 9, 30. Sic tua Cyneas fugiant examina taxos. *Plin.* 16, 10, 20. Similis his (*abieti et piceae*) etiamnum aspectu est, ne quid praetereatur, taxus, minus virens, gracilisque, et tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus sola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis, in Hispania praecipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sextius smilacem a Graecis vocari dixit, et esse in Arcadia tam praesentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt, qui et taxica hinc appellata dicant venena, quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tingantur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus aereus adigatur. *Caes. B. G.* 6, 30. *extr.* Taxo, ejus magna in Gallia Germanique copia est, se exanimavit. Adde *Nemes. Ecl.* 4, 52. P Ob noxiam vim inter ferales habetur, ideoque Inferis tribuitur. *Sil.* 13, 595. vasta comas, nemorosaque brachia fundit Taxus, Cocyti rigua frondosior umbra. *Lucan.* 6, 645. de Dite: Phoebus non pervia taxus opacat. Adde 3, 419. et *Claud. Rapt. Pros.* 3, 386. P Per synecdochen ponitur pro hasta. *Sil.* 13, 210. Letum triste ferens auras secat Itala taxus.

TAYGĒTA, ae, et Taygete, es, f. *Ταυγέτη*, filia Atlantidis et Pleiones, una ex Pleiadibus. *Virg. G.* 4, 252. Taygete simul os terris ostendit honestum Plias, et Oceani spretos pede reppulit amnes. Adde *Or. Met.* 3, 595. et *Fast.* 4, 174.

TAYGĒTUS, i, m. et Taygeta, orum, n. plur. mons Laconicae, apud Eurotam fl. et Spartam urbem, Amyclis imminens, unde Amyclaeus dicitur: non ille quidem admodum magnus, sed tamen excelsus et erectus, sacer Libero Patri, ut tradit *Serv.* ad *G.* 2, 487. item Castori et Polluci, qui in ejus radicibus nati dicuntur, quod et *Homerus* asserit in *Hymnis*. *Virg. l. c.* ubi campi, Sperchiusque, et virginibus bacchata Lacaenis Taygeta. *Claud. B. G.* 193. Culmina Taygeti trepidae vidisti Amyclae. *Lucan.* 5, 51. gelidique inculca juvenis Taygeti. P Hujus montis bona pars cum terrae motu corruisset, Spartam oppressit. *Cic. Dir.* 1, 50. et *Plin.* 2, 79, 81. P *Taygeti metalla*, h. e. marmor. V. LACEDAEMONIUS.

*TAYATA, ae, insula in mari Caspio. *Plin.* 6, 17. P V. *Talea*. B. A.

TE

TĒ, o, quartus et sextus casus pronominis Tu. P E item adjectio syllabica per se nihil significans, apposita vocibus tu et te, vim addens, ut *tute fecisti*, tu ipse per te, et non alius. *Enn. ap. Auct. ad Her.* 4, 12. O Tite, tute, Tati, tibi tanta, tyrannae, tulisti. *Id. ap. Non.* 7, 9. Bene mones: tute ipse cunctato. *Cic. Fam.* 1, 8. Ut tute mihi praecipisti. *Id. Att.* 12, 18. f. Tute scis. *Pl. Epid.* 1, 1, 76. Nisi quid tibi in tute auxilii est, absumptus es. *Lucr.* 1, 102. et 4, 913. addit *met.*

TEANENSES, ium, m. plur. incolae oppidi Teani, quod hoc nomine duplex fuit, unum in Campania, cognomento Sidicinum, nunc *Tiano*, ejusque meminit *Plin.* 3, 5, 9. *Inscr. ap. Romanell. Topogr. Napol.* T. 3. p. 457. Imp. Caes. Trajano Hadriano Aug. Teanenses D. D. P Alterum in Apulia, prope fluv. Frentonem, cognomento Apulum, nunc *Civita*, cujus mentio est ap. *Plin.* 3, 11, 16. *Inscr. ap. ennd. ib. T.* 2. p. 433. L. Pacidejo L. F. Ter. Carpio patrono Teanensium Apulum, etc.

*TEARI, orum, populi Hispaniae Tarraconensis, Julienses cognominati. *Plin.* 3, 3. P Eorum caput Tiariulla, *Ταριουλλία* *Ptolemaeo*. B. A.

*TEARUS, i, m. *Τεαρος*, Thraciae fluvius, in Astica regione. *Plin.* 4, 11. B. A.

[TEATES, ium, m. plur. incolae oppidi in Apulia, cui Teate nomen, nunc *Chieti di Capitanata*, quinque millibus passuum a fluv. Frentone. *Liv.* 9, 20. Teates quoque Apuli ad novos consules foedus petitum venerunt. *F.*

TEATINUS, a, um, adj. ad Teate pertinens, oppidum Marrucinorum, nunc *Chieti di Apruzzo*, prope Aternum fluv. *Sil.* 17, 458. cui nobile nomen Marrucina domus, clarumque Teate ferebat. Hinc *Teatini, orum*, absolute, incolae illius oppidi, ap. *Plin.* 3, 12, 17. Teatini Marrucinorum. P Sunt qui scribunt *Theatinus*.

TEBA, ae, f. collis. *Varr. R. R.* 3, 1. *med.* Lingua prisca et in Graecia Aeoles Boeotii sine afflatu vocant colles, tebas: et in Sabinis, quo e Graecia venerunt Pelasgi, etiam nunc ita dicunt, cujus vestigium in agro Sabino, via Salaria, non longe a Reate, milliarius clivus appellatur Thebae. Haec *Varro*, cui se hac in re minime credere proficitur *Jos. Scal.*

TECHNĀ, ae, f. *τέχνη*, Graeca vox est, quam Latine artem, seu artificium interpretari possumus. Utuntur hac voce et Latini, sed fere in deteriorem partem, pro dolo, astutia, impostura, fraude, sive fallacia. *Ter. Heaut.* 3, 1, 62. Falli te sinas technis per servulum. *Pl. Most.* 2, 1, 23. Metuo, ne technae meae perpetuo perierint. *Id. Bacch.* 3, 2, 8. Technam de auro adversum meum fecit patrem.

TECHNICUS, a, um, adj. *τεχνικός*, artificiosus. *Quint.* 2, 13. f. Et se velut decretis technicorum tutos putent, h. e. eorum, qui regulas artis tradiderunt.

TECHNOPAEGNĪON, ii, n. *τεχνοπαγνιον*, ludus artificiosus: a *τέχνη*, ars, et *παγνιον*, ludus. *Ausonius* hoc nomine inscripsit carmen suum, quod est *Idyll.* 12, in cujus praefatione ad Pacatum procons. Technopaegnon, inquit, nomen dedi, ne aut ludum laboranti, aut artem crederes defuisse ludenti. Continet autem illud carmen versus monosyllaba finitos, et interdum etiam inceptos, omnesque multa arte compositos.

TECLARIUS, V. TEGULARIUS.

[TECMESSĀ, ae, f. Teuthrantis regis filia, ab Ajace Telamonia dilecta. *Or. A. Am.* 3, 517. et *Hor. Od.* 2, 4, 6. *F.*

*TECMON, onis, *Τέμων*, *ωνος*, Epiri oppidum. *Liv.* 45, 26. B. A.

TECOLITHOS, i, m. *τεκόλιθος*, lapis, qui et spongia dicitur, et invenitur in spongiis, vim habens medendi vesicae, et rumpendi calculos, si in vino bibatur: unde ei nomen a *λίθος*, lapis, et *τέχω*, liquefacio, consumo. *Plin.* 36, 19, 35. P Est alius hoc nomine nuclei olivae similis, eandem contra calculos vim habens. *Id.* 37, 10, 68. et *Solin.* 37. *med.*

TECTE, adv. *κρυφώς*, occulte, latenter: cui aperte contrarium est. *Cic. Att.* 1, 14. *med.* Et tamen ab illo aperte, tecte quidquid est datum, libenter accepi. *Planc. ad Coss. Fam.* 8, 8. Furno plura verbo, quam scriptura mandata dedimus, ut et tectius ad vos perferrentur, et nos essemus tutiores. *Cic. Fam.* 9, 22. *med.* Quod tu appellas suo nomine, ille tectius penem. *Tibull.* 4, 5, 17. Optat idem juvenis, quod nos, sed tectius optat. *Or. A. Am.* 1, 276. Vir male dissimulat: tectius illa (*puella*) cupit. P Item caute, tute. *Cic. Or.* 68. f. Oratio nec plagam gravem facit, nisi petitio fuit apta; nec satis tecte declinat impetum, nisi etiam in cedendo, quid deceat, intelligit.

TECTONICUS, a, um, adj. *τεκτονικός*, ad aedificia, vel ad aedificandum pertinens: a *τέκτων*, fabricans. *Auson. Idyll.* 10, 298. Quis potis innumeros cultus, habitusque locorum Pandere, tectonicas per singula praedia formas?

TECTOR, oris, m. qui tegit: et praecipue qui parietes opere tectorio perficit, *κονιανός*. *Varr. R. R.* 3, 2. *med.* Villa tua, quam neque pictor, neque tector vidit unquam. *Vitr.* 7, 3. f. Graecorum vero tectores, mortario collocato, arena et calce ibi confusa, etc. *Front. Aquaed.* 117. recenset varios opifices aquaeductibus inservientes, villicos, castellarior, circitores, silicarios, tectores, aliosque opifices. *Tert. Idol.* 8. Scit albarius tector et tecta sarcire, et tectoria inducere, et cisternam liare, et cymatia distendere, et multa alia ornamenta praeter simulacra parietibus incrustare. Adde *Inscr.* ap. *Grut.* 642, 10. P Tres alias Inscriptiones habet *Gudius*, ex quarum duabus apparet, *tectorum* corpus fuisse, et in castris quoque locum habuisse. Prima est p. 17. n. 2. M. Claudius M. L. Organius sacerdos Bonae Deae, et sacerdos corp. Lutor. et Tector. Altera p. 149. n. 5. A. Anicius Q. F. Felix V. C. tector praetorianorum. Tertia p. 163. n. 4. C. Domitius C. F. Bassus Coh. III. Leg. III. Italicae Praefect. Mil. et Fabror. Tector. (in impressis est *Rector* errore operarum.) *Graevius* in *not. ad Cic. Planc.* 25. sibi ait non liquere, quem usum in castris tectores habuerint: fortasse in machinis bellicis operam posuisse.

TECTORIOLUM, i, n. parvum tectorium. *Cic.*

Fam. 9, 22. Bella tectoriola: dic ergo etiam pavimenta isto modo: non potes.

TECTORIUM, ii, n. *κονίανα*, quidquid parietis exstructo, vel pavimento inducitur, tum firmitatis, tum ornatus causa, sive pura calce, aut gypso; sive arena calce mixta; sive marmore tuso et calce; haec enim omnia *tectorii* nomine significantur. Primum vocatur *albarium opus*, secundum *arenatum*, tertium *marmoratum*, de quibus agit *Vitr.* 7, 2. et 3, et quartum *testaceum*, de quo *Varr. R. R.* 3, 11. Vestibulum exaequatum tectorio opere testaceo, h. e. e fictili cocto contuso et calce. *Cic. Verr.* 2, 1, 55. f. Columna, ex qua tantum tectorium vetus delitum sit, et novum inductum. (*Prisc.* 18, 1151. legit *dejectum sit*: alii *deletum*.) *Id. Q. Fr.* 3, 1, 1. Totum in eo est (quod mihi erit curae) tectorium ut concinnum sit. *Varr. R. R.* 3, 8. Parietes ac camerae munitae tectorio. *Sen. ep.* 86. *med.* Balnea obscura, et gregali tectorio inducta. *Colum.* 8, 15. *med.* Cubilia lapide fabricata, et exposita tectoriis. *Vitr.* 5, 10. *med.* Inferior pars, quae ad pavimentum spectat, primum testa cum calce trulissetur, deinde opere albario, sive tectorio poliatur. *Id.* 7, 3. *med.* Quo fundatior erit ex arenato directura, eo firmiter erit ad vetustatem soliditas tectorii. *Plin.* 35, 16, 56. Chia terra lacte diluta tectoriorum albaria interpolantur; et 36, 23, 55. Tectorium nisi ter arenato, et his marmorato inductum est, non satis splendoris habet: et paulo sup. Tectoria rimae foedant. *Ulp. Dig.* 15, 3, 3. *med.* Domum exornata tectoriis, et *Nerat. ib.* 7, 1, 44. Novum tectorium parietibus, qui rudes fuissent, imponere non potest. *Juven. lepide tectorium* appellat fucum, quo mulieres faciem illinunt, 6, 466. Tandem aperit vultum, et tectoria prima reponit. P Ipsa quoque materia, ex qua tectorium fit, *tectorium* dicitur. *Plin.* 30, 6, 17. Pecudis lienem tectorio includere in pariete, h. e. calce, vel gypso, vel denique luto, inquit *Hard.* et 36, 23, 55. Tectorium inducere lacte et croco subactum. P Translate. *Pers.* 5, 24. dignoscere cautus, Quid solidum crepet, et pictae tectoria linguae, h. e. sermonem auditu blandum, et verba simulata, tegentia fraudem et animum subdolum. *August. ep.* 1. (al. 132) *ad Volusian.* Sanctarum litterarum studium solida res est, nec ullo linguae tectorio inane aliquid ac pendulum crepat, h. e. eloquentia inani et fucatis verbis sine rerum aut sententiarum pondere. P Ap. *Cat.* est operimentum, puta stragulum, cento, quo quippiam tegitur: *R. R.* 11. Opercula doliorum et tectoria priva. *Pontedera* ex tribus *Codd.* corrigit *tectoria*, h. e. tegumenta, et *Schniederus* idem recepit.

TECTORIUS, a, um, adj. ad tegendum pertinens. *Tectorium opus*, quo teguntur parietes, *κονίανα*. V. v. praec. *Cic. Leg.* 2, 26. Sepulcrum tectorio opere exornare. *Varr. R. R.* 1, 57. Granarii parietes, et solum, opere tectorio marmorato loricandi. *Pl. Mil.* 1, 1, 18. Periculus tectorius: quem *Plin.* quoque appellat 28, 17, 71. penicillum tectorium. *Id.* 35, 6, 25. Atramentum tectorium, glutino admixto, sole perficitur. P Ap. *Plaut.* alii leg. *panicula tectoria*, h. e. comam lanosam arundinum, quibus ruri casae integri solent.

*TECTOSĀGAE, arum. V. v. sq.

*TECTOSĀGES, um, *Τεκτοσάγεις*, populi Galliae Narbonensis, Volcarum pars, unde *Volcae Tectosages* dicti a *Plin.* 3, 4. *Mela* 2, 5. in. *Caes. B. G.* 6, 24. P Fortissimi aliquando Gallorum fuere, Pyrenaeis proximis et Cimminis; ita vocati, aiunt, quod sagis vestirentur: adeo olim potentes opibus et virium praestantia, ut per Graeciam, tunc victicem gentium, magna hominum manu profecti, in Asia supra Phrygiam Cappadociamque in Galatia sc. ac Gallograecia, sedes posuerint, incolentes ab omni finitimorum incurso. P *Tectosagi* audiunt *Liv.* 38, 16. et 24. *Teutosagae* autem *Auson.* de *clar. urb. in Narbone* 9. ubi tamen in aliis edd. *Tectosagos* legitur. B. A.

*TECTOSĀGI, orum. V. v. praec. B. A.

TECTULUM, i, n. parvum tectum, parva domus. *Hieron. ep.* 117. n. 9. Ne maledici homines sub uno tectulo vos manentes, lectulum quoque criminantur habere communem.

TECTUM, i, n. *δομος*, pars domus superior, qua ceterae teguntur. *Cic. Q. Fr.* 3, 1, 4. f. Absolutum offendi in aedibus tuis tectum. *Lucr.* 2, 191. cum subsiliunt ignes ad tecta domorum. *Pl. Rud. prol.* 78. Deturbavit ventus villae tectum ac tegulas. P Per synecdochen est ipsa domus. *Cic. Att.* 5, 16. *med.* Multis locis ne tectum quidem accipio, et in tabernaculo maneo plerumque. *Id. Rosc. Com.* 12. Tum erat ager incultus sine tecto: nunc est cultissimus cum optima villa. *Id. Verr.* 2, 5, 10. *med.* Ita vivebat iste bonus imperator hibernis mensibus, ut eum non facile, non modo extra tectum, sed ne extra lectum quidem quisquam videret. *Id. Cat.* 3, 12. Vos, Quirites, in vestra tecta discedite. *Id. Agr.* 2, 33. *med.* Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. *Liv.* 1, 15. De tectis moenibusque dimicare; et *ib.* 9. Cum frequentem tectis urbem vidissent. *Virg. Ae.* 4, 402. ingentem formicae farris acervum etc. populant, tectoque reponunt. *Id. ib.* 1, 631. tectis juvenes succedite nostris. *Id. G.* 4,

61. Frondes
tecta Pyren
ib. 14, 250.
et ib. 9, 14
pellere. *Id.*
eis solidis
idem sub t
TECTUR
moris con
los super
sic fiet
toto pavim
TECTUS
operatus, c
hostiae alla
et ib. 60. U
et. 2, 1.
quello cap
prima tectu
rium arbor
male tectu
ple tecta
congestis t
carum tect
nae tecta
pellig. con
sibus perit
(*Val. Fl.* 6
arundo.)
stra muro
ticulo sup
linae (qua
lanam ferro
rellera aut
cerent. *J*
Plin. 8, 47
in-RECTU
apertae ope
ginta tectu
profecti.
tetas ins
late est o
9, 22. To
rior; et i
apertissim
lo oculenti
et. *Or.*
17. Qui c
ut se ind
73. Unum
proprium
quam ess
ceres. *Al*
rator illo
aliter leg
postomus
est. *P. 1*
1, 59. f.
tate leges
24. Pericu
Pl. 5, 1
tetur. P
terramus
apud om
*TECU
montibus
dens. *H*
3, 4. *Fl*
appellato
TECTUM
*TECTU
particip.
cogn. *R.*
Tecos. A
TEDA
*TEDA
fluvius,
rectus est
TEDIG
Peri. 4, 1
*TEGA
Plin. 4, 1
P. Mila 2
mutoril.
aspiration
TEGEA
Arcadiae
ad A. 5.
P Pontus
me Teget
thasis u
pocit a
mater At
*TEGE
callia. C
TEGE
1, 2, 18.
h. e. Mer
Nuntiat
TEGE
Pane De
ide capr
Ton

61. Frondea tecta. Ov. Met. 5, 287. claudit sua tecta Pyreneus; et ib. 12, 417. Tecta intrare; et ib. 14, 250. subire; et ib. 8, 549. succedere tectis; et ib. 9, 148. excedere. Id. Her. 1, 109. inimicos pellere. Id. Met. 3, 697. Claudere aliquem in tectis solidis, h. e. in carcere. Id. A. Am. 2, 362. Isdem sub tectis hospes et uxor erant.

TECTURA, ae, f. tectorium, crusta calcis, marmoris contusi, aut alterius materiae, quae parietibus superinducitur. Pall. 1, 15. Parietum tectura sic fiet fortis, et nitida. Id. ib. 17. In quocumque loco pavimenti, vel parietis tectura succumbat.

TECTUS, a, um, part. a tecto: τεκταίνω, opertus, contextus, intectus. Cic. N. D. 2, 47. Bestiae aliae coriis tectae sunt, aliae villis vestitae; et ib. 60. Ut tecti, ut vestiti esse possimus. Hor. Sat. 2, 1, 40. tectus vagina ensis. Mart. 5, 14. cucullo caput tectus Nannejus. On. Met. 12, 291. prima tectus lanugine malas; et ib. 212. Antrum tectum arboribus. Id. Trist. 4, 2, 41. Rhenus viridi male tectus ab ulva. Id. Pont. 2, 10, 28. Nymphae tecta sub aqua aequorea. Id. Fast. 2, 665. congestis tectus in armis. Lucan. 3, 6. Montis cacumen tectum nubibus. Id. 7, 393. Urbium ruinae tectae pulvere. Petr. Sat. 109. Per antennam pelagiae considerant volucres, quas tectis arundinibus peritus artifex tetigit, h. e. occulte immissis. (Val. Fl. 6, 262. manu tacita cui plurima crevit arundo.) Caes. B. C. 2, 15. Miles dextera ac sinistra muro tectus, quaecumque usui sunt, sine periculo supportat. P. Tectae dicuntur oves Tarentinae (quae et Graecae), quia, cum mollissimam lanam ferrent, pellicibus contextae pascebantur, ne vellera aut conspurcarentur, aut dumis adhaerescerent. Varr. R. R. 2, 11. med., Colum. 7, 2, et Plin. 8, 47, 72. P. Tecta via quae natus fuerit, V. in RECTUS. P. Tectae naves, constratae: quibus apertae opponuntur. Liv. 36, 43. Centum quinquaginta tectis navibus, apertis ferme quinquaginta profecti. Adde 31, 46. Etiam Caes. B. C. 3, 100. tectas instratasque scaphas memorat. P. Translate est occultus, obscurus, secretus. Cic. Fam. 9, 22. Totus est sermo verbis tectus, re impudentior; et ib. f. Tectis verbis ea ad te scripsi, quae apertissimis agunt Stoici. Id. Rosc. Am. 36. f. Paulo occultior atque tectior vestra ista cupiditas esset. Ov. Rem. Am. 619. tectus amor. Cic. Fin. 2, 17. Qui occultus et tectus dicitur, tantum abest ut se indicet, etc. P. Item cautus. Cic. Or. 2, 73. Unum te in dicendo mihi videri tectissimum: propriumque hoc esse laudis tuae, nihil a te unquam esse dictum, quod obsesset ei, pro quo diceret. Alii aliter leg. Id. Deiot. 6. Quis considerat illo? quis tectior? quis prudentior? Alii aliter leg. Id. Rosc. Am. 40. Tecti ad alienos esse possumus: intimi multa apertiora videant, necesse est. P. Item protectus, defensus, tutus. Id. Or. 1, 59. f. Nostri clarissimum hominum auctoritate leges et jura tecta esse voluerunt. Id. Manil. 24. Pericula facile innocentia tecti pellemus. Nep. Pl. 5. Legationis jure satis tectum se arbitratur. P. Item celatus. Ter. Hec. 3, 3, 27. Te obscramus, uti adversa ejus per te tecta tacitaque apud omnes sint.

*TECUM, i, n. Galliae Narbonensis flumen, ex montibus Pyrenaeis decurrens, inque Oceanum cadens. Hodie est the Tech vel Tec. Mewinit Plin. 3, 4. Flumina Tecum, Vernodubrum. P. Tichis appellatur a Mela 2, 5. B. A.

TECTUM. V. TU.

[TECUSA, ae, f. τεκῶσα, pariens, genitrix: particip. aor. 2. verbi τεκω seu τεκω, pario. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 351. n. 41. Hortesia Tecusa. F.]

TEDA, V. TAEDA.

*TEDANIUS, i, m. Τηδάνιος Ptolemaeo. Illyriae fluvius, in Liburnia, qui flumen Tedanium (casus rectus est) audit Plin. 3, 21. B. A.

TEDIGNILOQUIDES, vox ficta joculariter a Pl. Pers. 4, 6, 22. h. e. te digna loquens.

*TEGANOSA, ae, f. insula Laconiae adiacens. Plin. 4, 12. qui in sinu Laconico sitam eam refert. P. Mila 2, 7. med. e regione ait esse Acritae promontorii. P. Scribitur et Theganusa: et profecto aspirationem exhibent Pausanias et Ptolemaeus. B. A.

TEGEA, ae, f. Τέγη, oppidum Arcadiae in Peloponneso. Plin. 4, 6, 10. Ap. Serv. ad A. 5, 299. est Tegeum, a Tegeo Arcadiae filio. P. Ponitur et pro ipsa Arcadia. Stat. Th. 11, 177. me Tegee regem indefessa reposcit: Orbaque Parthasiis ululat mihi mater in antris, h. e. Arcadia poscit a me Parthenopaeum filium regis sui: cujus mater Atalanta. Adde Claud. B. G. 576.

*TEGEATAE, arum, incolae urbis Tegeae in Arcadia. Cic. de Div. 1, 18. B. A.

TEGEATICUS, a, um, adj. Tegeus. Stat. Sil. 1, 2, 18. Et de Maenalia volucer Tegeaticus umbra, h. e. Mercurius in Arcadia natus. Sic ib. 5, 1, 102. Nuntiat et celsis ales Tegeaticus astris.

TEGEATIS, idis, f. Tegeatica. Sil. 13, 329. de Pane Deo Arcadiae: Dextera lascivit caesa Tegeatide capra. Stat. Th. 9, 571. Torva sagittiferi ma-

Tom. IV.

ter Tegeatis ephebi, h. e. Atalanta mater Parthenopaei.

TEGEEUS, a, um, adj. Τεγέτιος, ad Tegean, vel Tegeum Arcadiae oppidum pertinens: et ponitur pro Arcadico. Virg. G. 1, 17. (et Prop. 3, 2, 30.) Pan ovium custos, tua si tibi Maenala curae, Adsis, o Tegeee, favens. Id. A. 5, 299. Alter ab Arcadia Tegeae sanguine gentis. Alii leg. Tegeae de sanguine. Id. ib. 8, 459. de Euandro: Tum lateri atque humeris Tegeum subligat ense. Ov. A. Am. 2, 55. et Fast. 2, 167. Tegea virgo, h. e. Callisto filia Lycaonis Arcadiae regis, in ursam versa, et facta sidus, quod Ursam majorem, et Plaustrum vocant. Id. Met. 8, 317. et 380. nemorisque decus Tegea Lycei, h. e. Atalanta in Seyro urbe Arcadiae nata. Id. Her. 9, 87. Tegeus aper, h. e. qui fuit in Erymantho Arcadiae monte. Id. Fast. 1, 627. Tegea parens, h. e. Carmentis Euandri Arcadii mater: quae dicitur Fast. 6, 531. Tegea sacerdos. Id. ib. 1, 545. domus, h. e. Euandri. Stat. Sil. 1, 5, 4. volucer Tegeus, h. e. Mercurius Arcas. Sic Claud. Rapt. Pros. 1, 89. Atlantis Tegeee nepos. Val. Fl. 1, 375. Tegeum limen, h. e. Arcadia. P. Sunt qui scrib. Tegeaeus, sed minus recte; ex Graeca enim diphthongo et Latina vocalis e, non diphthongo ae, derivat.

TEGES, eis, f. τεγές, straguli genus, quam et stoream appellant, ex ulva, sive scirpo, aut sparto in lodicis similitudinem, quo viliores utuntur: a tecto. Varr. R. R. 1, 22. Quae fiunt de cannabi, lino, junco, palma, scirpo, ut funes, restes, tegetes. Mart. 11, 32. Nec toga, nec focus est, nec tritus cimice lectus, Nec tibi de bibula sarta palude teges; et ib. 56. Et teges, et cimex, et nudi sponda grabati. Plin. 21, 18, 69. Similia praecipit et de junco, quem mariscum appellant, ad tendas tegetes. Colum. 5, 5. med. Sub ortum Caniculae palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Id. 12, 50. Canneae tegetes, quibus oliva excipitur. Juven. 6, 117. Ausa Palatino tegetem praeferre cubili, h. e. vilem lodicem meretriciam. Id. 7, 221. Institor hibernae tegetis. Mart. 6, 39. Filii in grabatis tegetibusque concepti.

*TEGETARIUS, i, m. qui concinnat vel plicat tegetes. Gloss. Gr. Lat. ψαδοποιός, ψαδοπλόκος, Tegetarius. B. A.

TEGETICULA, ae, f. τεγετικῶν, parva teges. Varr. R. R. 3, 8. Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, supra quos tegeticae cannabinae sint impositae. Id. ib. 2, 11. med. Diligentiores tegeticulis subjectis oves tondere solent, ne flocci intereant. Mart. 9, 93. Dat tibi securus vilis tegetica somnos. Alii rectius leg. lecticula: nam anteaepant in tegeticula brevis est.

TEGEUS. V. TEGEEUS.

[TEGIANENSIS, e, adj. ad Tegianum pertinens, nunc Diano, oppidum Lucaniae prope fluv. Tanagrum. Hinc Tegianenses, ium, absolute, sunt incolae illius oppidi. Inscr. ap. Grut. 484, 6. A. Veratio A. F. Pal. Severiano equiti Rom. Cur. reip. Tegianensium. Alia ap. Romanell. Topogr. Napol. T. 1. p. 415. Senatus, populosque Tegianensis. P. Hinc factum nomen gentilicium. Inscr. ap. Mur. 1407, 14. Tegeanensi Primaee, quae vixit Ann. XXXIII. M. VII. D. XII. M. Teg. Crescens conj. dulcissima, etc. F.]

[TEGICULUM, i, n. idem ac tegimen. Donat. ad Ter. Phorm. prol. 27. Τεγετικῶν tegiculum dicunt Graeci, quod insternitur pavimentum. F.]

TEGILE, is, n. tegmen, velamen. Appul. Met. 9. Exiguo tegili tantummodo pubem injecti. Alii leg. tegillo.

TEGILLUM, i, n. τεγίλλιον, parvum tegmen, et speciatim cucullus, vel petasus e scirpis factus, vestis vilis, et plebeja, ut e Festo ac Nonio constat: dimin. a tegulum, quod a tectum qua vestem signat, ut a recta, quod itidem vestis genus, regilla. Fest. Tegillum, cucullunculum ex scirpo factum. Pl. Rud. 2, 7, 18. Tegillum ecillud mihi unum areciscit: id, si vis, dabo. Varro ap. Non. 2, 846. In aere volitans milvius, aquam e nubibus tortam indicat fore, ut tegillum pastor sibi sumat. V. v. praec.

TEGIMEN et Tegumen, inis, n. tegumentum, tegmen. In MSS. multorum auctorum, passim promiscue inveniuntur, ut ap. Liv. 4, 39., Virg. A. 3, 594., Ov. A. Am. 3, 112. et Met. 1, 672., Sen. Herc. Fur. 1151., Sil. 1, 402. etc. Utrumque enim probe dicitur. Videtur tamen tegimen usitatus esse, et criticis magis placere: tegumen magis antiquitatem sapere: quod adnotavit Pier. ad Virg. l. c. Neque soli poetae his usi, sed et prosae scriptores. Sen. Q. N. 6, 25. Parietes, quibus fertur omne tegimen caeli. Colum. 7, 4. med. Campis omni surculo ruboque vacantibus ovem Graecam pascere meminerimus, ne et lana carparur, et tegumen. Alii leg. tegumenta. Id. 1, 8. med. Vestem, manicas, tegumina recognoscat. Alii leg. tegmina. Tac. A. 2, 21. Germanicus, quo magis agnosceretur, detraxerat tegimen capiti.

*TEGIUM, i, n. oppidum Mysiae vel Troadis, vel fortasse in Teuthrania Mysiae parte. Plin. 5, 30. B. A.

*TEGLICUM, i, n. oppidum Moesiae inferioris. Anton. Itin. B. A.

TEGMEN, inis, n. τέννημα, στέγνωμα, operimentum, tegumentum: per syncop. a tegimen, vel tegumen, significat omne id, quod quocumque modo tegit et operit. Cic. Tusc. 5, 32. Mihi amictui est Scythicum tegmen; calceamentum, solorum callum. Ov. Met. 12, 91. removebitur omne Tegminis officium: tamen indistrictus abibo, h. e. loricae, galeae, clypei. Lucan. 7, 499. tutoque latet sub tegmine pectus, h. e. lorica. Virg. A. 7, 742. tegmina caput, h. e. galeae. Eod. sensu Sil. 1, 402. Perque ipsum tegimen crepitantia dissipat ossa. Val. Fl. 6, 349. septeno validam circumfert tegmine molem, h. e. scutum. Sic ib. 53. tegmina caelata. (Adde Lucr. 3, 651.) Liv. 5, 38. f. Multos imperitos nandi, graves lorice aliisque tegminibus hausere gurgites. Virg. A. 7, 666. tegmen torquens immane leonis, h. e. pellem, tergus leoni detractum. Lucr. 3, 604. tegmine dempto, h. e. corpore, quod est tegumentum animae. Val. Fl. 5, 361. tegmina flammae murice, h. e. vestes; et 6, 702. tegmina plantae, h. e. calcei. Catull. 64, 129. surae, h. e. tibialia. Lucan. 9, 771. sine ullo tegmine poples erat, h. e. sine pelle, aut carne. Virg. Ecl. 1, 1. patulae recubans sub tegmine fagi, Ov. Med. fac. 54. Hordea exsuere de palea et tegminibus suis, h. e. cortice et folliculis. Colum. 10, 243. arbor Punica, quae rutilo mitescit tegmine grani. Id. 3, 10. med. Tegmina et umbracula vitium. Stat. Th. 1, 406. subit uno tegmine, h. e. tecto, domo. Claud. III. cons. Honor. praef. 3. excusso salit cum tegmine proles, h. e. ovi putamine. Ov. Met. 11, 514. spoliataque tegmine cereae Rima patet, praebetque viam letalibus undis, h. e. obturamento. Lucr. 1, 986. Nec res ulla geri coeli sub tegmine posset. Sic Cic. vertens Arati carmina, N. D. 2, 44. lato sub tegmine coeli. Laetius ap. Gell. 19, 7. f. nimis poetice flumina gelu concreta tegmine esse onychino dixit.

TEGMENTUM, i, n. tegumentum, tegmen. Afr. ap. Non. 2, 333. Accipe hoc tegmentum, et sustine. Cic. N. D. 2, 57. Palpebrae quae sunt tegmina oculorum. Alii leg. tegumenta. Caes. B. G. 2, 21. f. Scutis tegmenta detrahere, h. e. vela, et sacculos, quibus contexta erant. Id. B. C. 3, 44. f. Ex centonibus aut coriis tunicas aut tegmenta facere; et ib. 62. Tegmenta galeis ex viminibus facere. Adde ib. 63. f.

TEGO, is, xi, etum, a. 3. κάλυπτο, στέγω, στέπω, operio, contego, obduco, velo, vestio, a στέγω, dempto σ. Cic. Div. 2, 69. f. Cum projectus esset inhumatus, amica corpus ejus texit suo pallio. Caes. B. C. 2, 10. Tigna musculi tegendi causa ponere. Plin. 6, 24, 28. Chelonophagi testudinum superficie casas tegentes. Tibull. 1, 9, 68. Horrida villosa corpora veste tegam. Sen. contr. 13. med. Numquid vestem nihil in matrona tecturam concupivit? Prop. 4, 3, 44. Hyppolyte texit galea molle caput. Mart. 14, 138. Nobilius villosa tegant tibi lintea citrum. Virg. G. 4, 414. Tegere lumina somno. Inscr. ap. Grut. 172, 11. M. Avianus M. F. Coniunctus II. Vir iter texit, et tectum S. P. h. e. iter stravit. P. Saepae refertur ad sepulchrum. Prop. 2, 20, 44. Me licet unda ferat, te modo terra tegat. Ov. Met. 15, 55. Nec procul hinc tumulum, sub quo sacra Crotonis Ossa tegebat humus. Id. Am. 2, 6, 59. Ossa tegit tumulus. Lucan. 2, 548. Sicario tegitur qui Carbo sepulero. Adde Prop. 3, 6, 38. et Mart. 9, 30. et 5, 34. P. Latus tegere quid sit, V. LATUS, eris. P. Translate est celare, occultare, abscondere. Cels. B. C. 3, 32. Ut honesta praescriptione rem turpissimam tegerent. Nep. Dion. 1. extr. Crudelissimum nomen tyranni sua humanitate tegebat. Cic. Pis. 24. Triumphii nomine tegere atque velare cupiditatem suam. Id. Quint. 26. Mendacio tegere aliquid. Sall. Jug. 89. Turpia facta oratione tegere. Phaedr. 4, 23. Superba jactas, tegere quod debet pudor. Sen. Hipp. 153. Astu doloque tegere nefas. Ov. Trist. 3, 6, 10. Pectoribusque dabas multa tegenda meis. Hor. Ep. 1, 18, 38. et A. P. 200. Tegere commissa. Lucan. 9, 1106. abscondunt gemitus, et pectora laeta fronte tegunt. Id. 2, 360. flammae nuptae tectura pudorem. Liv. 41, 2. Nebula matutina texit inceptum. Lucan. 8, 202. Ostendit terras Titan. et sidera texit. Cic. Rab. Post. 15. f. Ferae latibulis se tegunt. P. Item tueri, protegere, defendere. Caes. B. C. 3, 26. f. Qui portus ab Africo tegebatur, ab Austro non erat tutus; et ib. 1, 85. Quos in sua potestate habuit, conservavit et texit. Cic. Fam. 13, 66. extr. Tegere ac tueri aliquem in aliqua re. Id. Planc. 1. Is meam salutem atque vitam sua benivolentia, praesidio, custodiaque texit. Sall. Cat. 6. Libertatem, patriam, parentesque armis tegere. Liv. 8, 6. Legatos ab ira impetuque hominum tegere. P. Tegere aliquem, cingere, circumstare, adesse solaminis aut auxilii causa. Stat. Sil. 5, 1, 25. licet omnis pariter matertera vatem, Omnis Apollineus tegeret Bacchique sacerdos.

*TEGRAE, arum, Moesiae inferioris oppidum. Tab. Peut. P. Tegra est in Notit. Imper. B. A.

TEGULA, ae, f. *τέγουλα*, *τέγουλα*, testae genus, quo domus teguntur: a *tego*, quamvis prima syllaba producatur, ut in *regula* a *rego*. In quo differat *tegula* ab *imbrice*, V. in **IMBREX**. *Ter. Eun.* 3, 5, 40. Deum sese in hominem convertisse, atque per alienas tegulas Venisse clanculum per impluvium. *Pl. Mil.* 2, 6, 23. Quod meas confregisti imbrices et tegulas. *Cic. Phil.* 2, 18. Cum tamen tu nocte socia, hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere. *Jabolen. Dig.* 19, 1, 18. Tegulas aedificiis imponere. *Pomp. ib.* 41, 3, 30. in aedificiis conijcere. *Ulp. ib.* 43, 23, 7. extr. si quis de aedificio sustulerit. *Id. ib.* 39, 2, 24. med. Tegulae vento dejectae. *Or. Fast.* 6, 316. Strataque erat tepido tegula quassa solo. *Id. Ib.* 304. Opprimat hostili tegula facta manu. *Suet. Gr.* 9. Pauperem se, et habitare sub tegulis quodam scripto fatetur. Adde *Or. A. Am.* 2, 622., *Mart.* 7, 36. et *Juven.* 3, 201. P *Extrema tegula stare*, proverb. lapsui vicinum esse. *Sen. ep.* 12. med. ubi *Lips.* mallet *regula*. P *Tegula* fuit cognomen R., ut P. Licinius Tegula, ap. *Liv.* 31, 12. f. P *Etiam tegla et tecla* legitur in *Inscriptionib.* ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 241.

[**TEGULARIUM**, ii, n. V. **TUGURIUM**. F.]
TEGULARIUS, ii, m. qui tegulas facit. *Vet. Tab. marm.* ap. *Mur.* 305. Myro Aug. L. pictor, Felix Aug. L. juscus, Anteros tegul. *Inscr.* ap. *Pratill. Via App.* p. 180. P. Anicius P. L. Eros tegularius, P *Etiam teclarius* legitur pro *tegularius*, ut *tecla* pro *tegula*. V. h. v. *Inscr.* ap. *Reines.* cl. 11. n. 92. Hermia teclarius ollam dedit.

TEGULICIUS, a, um, adj. tegulis contactus. *Inscr.* ap. *Grut.* 54, 11. Deo Mercurio attegiam teguliciam ex voto posuit.

TEGULUM, i, n. idem quod tegumen tecti. *Plin.* 16, 36, 64. Tegulo enim aquaticarum arundinum domos suas Septentrionales populi operiunt; et *ib.* 37. Scirpi fragiles ad tegulum, tegetesque. P *Est et tegulum* i. q. tegula. *Pompon. in Pandect.* 41, 3, 30. Ad tegulorum vel columnarum usucapionem. Sic ed. *Torrent.* ubi ed. *Holoand.* habet *tegarum*. B. A.

TEGUMEN, inis, n. idem ac tegmen. *Liv.* 1, 20. Et super tunicam aeneum pectori tegumen, coelestiaque arma, quae ancilia appellantur, ferre. *Id.* 36, 32. Testudo collecta in suum tegumen. Alii hic leg. *tegimen*, alii *tegmen*: sed *tegumen* in MSS. est frequentius. *Tac. G.* 17. Tegumen omnibus sagulum fibula aut spina consertum. V. et **TEGIMEN**.

TEGUMENTUM, i, n. tegumen, tegmen, integumentum. *Cic. N. D.* 2, 60. Tegumenta corporum vel texta, vel suta. *Accius ap. eund. Fin.* 5, 11. med. Pinnarumque contextu corpori tegumenta faciebat. *Caes. B. C.* 2, 9. med. Quod genus tegumenti erant experti nullo telo transjici posse. *Liv.* 9, 19. (et 1, 43.) Scutum Romano, majus corpori tegumentum. *Sen. ep.* 90. med. Humus tegumentum repellendis caloribus. *Id. Consol. ad Helv.* 8. Tegumenta capitum. *Suet. Cal.* 55. f. Equo purpurea tegumenta dedit. P *Translate. Pl. Trin.* 2, 2, 32. Istaec ego mihi semper habui aetati tegumentum meae, h. e. tutelam. *Cic. Coel.* 20. Quererere tegumenta vitiorum. Alii leg. *integumenta*.

[**TEGURIUM**, ii, n. 2. V. **TUGURIUM**. F.]
TEIUS, a, um, adj. *Τήϊος*, ad Teum pertinens, oppidum Ioniae in paeninsula, cum portu, inter Erythras et Colophonem: ubi Anacreon natus esse dicitur: ejus meminit *Liv.* 37, 27. Naves Teum postero die accessere. *Hor. Epod.* 14, 9. Non aliter Samio dicunt arsisse Bathyllo Anacreonata Teium. *Id. Od.* 1, 17, 18. Vitabis aestus, et fide Teia Dices, etc. *Or. Trist.* 2, 364. Praecepit lyrici Teia Musa senis. Adde *A. Am.* 3, 330. et *R. A.* 762. P *Teia* ap. *Prop.* 4, 8, 31. et 58. est nomen proprium meretricis.

TELA, ae, f. *τέλος*, (ab *τέλει*, sto) quidquid ex lana, lino, sericove texendo conficitur. A *texo* fit *texela* (ut a *tutor tutela*, a *medeor medela*, etc.) et per syncope. *tela*, ut a *maxilla mala*, ab *axilla ala*, etc. Porro duplex fuit telae texendae modus: antiquissimus, quo tela pendula, seu recta, texebatur a stante, cum nempe ejusdem stamina a ligno transverso suspensa, ponderibus lapideis infra appensis extendebatur: deinde licia inferius decussatim implicabant gemina tramae strata, quae ope liciatorii antrorsum retrorsumque trahebantur: denique subtemen inter tramae stamina immisum sursum versus radio, seu spatha, quam tatrix manu tenebat, impulsu percussumque in telam densabatur. V. **STAMEN**. Hanc texendi rationem exhibet pictura, quam ex perantiquo *Virgilii* Cod. Vaticano primus protulit *Jo. Ciampin. De Musiq. sacr. profanarumque aed. structuris* P. 1. c. 13. tab. 35., emendatam parumper dedit etiam *Braun. De vest. sacerdot.* *Hebr.* l. 1. c. 16. Hujusmodi telae usum ad quartum usque a Chr. n. saeculum durasse, apparet ex *Servii* l. c. in V. **RECTA**, ae. Aliquod tamen discrimen inductum est ab Aegyptiis, qui, testibus *Herodot.* l. 2. c. 35. et *Etymol. M.* in V. *Ἐποικισμένην*, sedentes subtemen deorsum detrudere coeperunt, cum

aliae quidem gentes, ut dictum est, stantes sursum impellerent. Alter vero texendi modus est, quo, ut hodiernum apud nos, tela ad libellam directa, quae plana seu jugalis dicitur, (V. **JUGALIS**.) jugo jungitur, et tatrix sedens ope scamillorum, quae Itali nunc *calcole* vocant, stamina decussata versat, et subtemen inter tramae fila ope panucii, quod Itali *navicella* nunc dicunt, inserens, idem pectine densat, deorsumque telae textum impellit: qua quidem textura postea longiores panni lanei, linei, sericique contexti coeperunt, ex quorum partibus desectis plures vestes fierent; cum e contrario antiquitus tantum telae texebatur, quantum ad unam tunicam, aut una feminalia, aut tibialia, et id genus alia conficienda satis esset. V. **INCONSUTUS**. Utriusque telae conficiendae formam docet *Sen. ep.* 90. med. Posidonius dum vult describere primum, quemadmodum subtemen insertum, quod duritiem utrinque comprimentis tramae remolliat, spatha coire cogatur, et jungi; tatrix quoque artem dixit a sapientibus inventam, oblitus postea reperit telas Erudit, et rarum pectine densat opus, h. e. docet antiquiore telae stantis seu pendulae modum, quae radio; et recentiore jugalis, quae pectine perficitur. P *Ad priorem tantum telae rationem pertinent haec loca ejusd. Her.* 1, 9. Nec mihi etc. Lassaret viduas pendula tela manus; et *Met.* 4, 275. Quae radiostantis percurrens stamina telae; et *ib.* 6, 576. Stamina barbarica suspendit callida tela. P *Ad posteriorem vero spectant sequentia. Cic. Verr.* 2, 4, 26. med. Mulier, Lamia nomine, per triennium isti, plena domo telarum, stragulam vestem confecit: nihil nisi conchylio tinctum. *Virg. G.* 1, 294. et *A.* 7, 14. Arguto tenues percurrens pectine telas. *Id. ib.* 4, 264. et *ib.* 11, 75. tenui telas discreverat auro. *Or. Met.* 6, 68. Illic et lentum filis immittitur aurum, Et venter in tela deducitur argumentum. *Id. Fast.* 4, 609. assiduis exercet brachia telis. *Val. Fl.* 4, 369. Lyda nurus sparso telas maculaverit ostro. *Ter. Heaut.* 2, 3, 44. Telam texere. *Cic. Acad.* 4, 29. f. retexere. *Pl. Ps.* 1, 4, 7. detexere. *Appul. Met.* 6. strueret. *Ter. Andr.* 1, 1, 48. Lana ac tela victum quaeritare. *Ulp. Dig.* 32, 1, 70. §. 11. Lino autem legato, tam factum, quam infectum continebitur, quodque netum, quodque in tela est, quod est nondum detextum. *Id. ib.* 34, 2, 22. Quod in tela est, nondum pertextum, vel detextum, contextum appellatur. P *Dicitur etiam de filo, seu stamine ipso ad texendum idoneo. Virg. G.* 3, 561. Nec tondere quidem morbo illuvieque peresa Vellera, nec telas possunt attingere putres. *Id. G.* 1, 285. licia telae addere. *Tibull.* 1, 7, 84. Ducit inops tremula stamina torta manu, Firmaque conductis adnectit licia telis. P *Item de jugo textorio, atque adeo de toto instrumento texendae telae apto. Cato R. R.* 10. et 14. Tela jugalis. P *De opere araneae. Catull.* 68, 49. tenuem texens sublimis aranea telam. *Pl. Stich.* 2, 2, 24. Ut operam omnem aranearum perdam, de jiciamque earum omnes telas. Adde *Or. Met.* 6, 145., *Mart.* 8, 33. et *Juven.* 14, 61. P *Translate est quodcumque opus subtili artificio elaboratum. Cic. Or.* 3, 60. f. Quamquam ea tela textitur, et ea incitatur in civitate ratio vivendi, ut, etc. *Pl. Bacch.* 2, 3, 116. Exorsa haec tela non male omnino mihi est. *Id. Ps.* 1, 4, 6. Neque exordiri primum, unde occipias, habes, neque ad detexendam telam certos terminos. *Cic. Acad.* 4, 29. f. Penelopes telam retexere. V. **PENELOPE**.

TELAMONES, um, m. plur. *τέλαντες*, hominum simulacra, sub pondere nitentium, quae in aedificiis mutulos, vel coronas sustinent, Atlantis instar, quem suis humeris coelum fulcire propter astrologiae scientiam poetae fabulati sunt. Dicti sunt *παρα τὸ τέλει*, quod est sufferre, sustentare, et a Graecis *τέλαντες* etiam dicuntur eadem origine; hinc *πλάτων* Dorice pro *τέλειων*, ferens, sustinens: a *τέλειω*, fero, unde ob euphonia *telamones* pro *tlamones* Latini dixerunt. *Hesych. Τελαμών, ὁ ἀναφορῶν. Vitr.* 6, 10. f. Item siqua virili figura signa mutulos, aut coronas sustinent, nostri telamones appellant, cujus rationes, quid ita, aut quare, ex historiis non inveniuntur: Graeci vero eos *τέλαντες* vocitant. P *Servius ad A.* 1, 745. et *ib.* 4, 246. docet ex *Ennio*, Atlantem, Latine *Telamonem* dici, sicut Nilus Latine est *Melo*. P *Hinc Telamo* est etiam nomen proprium servile. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 270, 9. Telamo C. Caesaris servus.

TELAMONIADES, ae, m. Ajax Telamonis filius. *Or. Met.* 13, 221. Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam Ausit.

TELAMONIUS, a, um, adj. ad Telamonem pertinens, qui fuit filius Aeaci, et Endeidis, seu Deidis Chironis filiae, frater Pelei, pater Ajacis et Teuceri, ex Periboea, seu Eriboea, et Hesionea, unus ex Argonautis, ut *Just.* 44, 3. et *Val. Fl.* 1, 353., *Stat. Th.* 5, 379. et *Hgg. fab.* 14. 89. et 97. docent. Hinc

Telamonius dicitur Ajax. *Or. A. Am.* 2, 737. Quantum erat Calchas extis, Telamonius armis. Adde *Met.* 13, 194. et *Trist.* 2, 515.

TELANAE Ficus, atrae, pediculo longo, memorantur a *Plin.* 15, 18, 29., *Cat. R. R.* 8. et *Macr. Sat.* 2, 16.; unde autem dictae sint, non comperior. Sunt qui leg. *Tellianae*.

TELANDRIA, ae, f. insula maris Mediterranei, Lyciae adjacens, e regione Telandri. *Plin.* 5, 31. B. A.

TELANDRUS, i, *Τηλανδρος*, Lyciae opp., in finibus Cariae. *Plin.* 5, 27. ed. *Hard.* ubi antea mendose legebatur *Telanurus*. B. A.

TELANURUS. V. v. praec. B. A.
[**TELARIUM**, i, n. instrumentum texendae telae. *Isid. Or.* 19, 29. in. Tela pro longitudine staminum dicta, cujus derivativum est telaria. V. *Ducang. Gloss. med. et inf. Latinit.* in V. *Telarium*. F.]

TELCHINES, um, m. plur. *Τελχίνες*, filii Solis et Minervae, vel Saturni et Aliopes, ut alii volunt, assessores Matris Idaeae, seu Cybeles in Creta, qui etiam Idaei, Curetes, Corybantes, Dactyli dicti sunt. Hi profecti in Rhodom insulam, Ialysum urbem incoluerunt. Tandem cum omnia aspectu suo in pejus commutarent, a Jove sunt submersi. *Or. Met.* 7, 365. Phoebeamque Rhodon, et Ialysos Telchinas, Quorum oculos, ipso mutantes omnia visu Juppiter exosus fraternis subdidit undis. P *Sunt qui memoret, Telchines in Rhodo novem fuisse Rheae comites in Cretam, qui quoniam Jovis alendi curam gesserunt, Curetes nominati sunt. P *Cum Cyclopius conjungit Stat. Th.* 2, 274. B. A.

TELCHIVS, i, m. Telchius et Amphitus, *Τελχίος καὶ Ἀμφίτος*, Castoris ac Pollucis aurigae, a quibus vera gens Heniochorum orta est. *Plin.* 6, 5. B. A.

TELEBŌAE, arum, m. plur. *Τηλεβόαι*, populi Aetoliae seu Acarnaniae, latrocinio famosi, incolae insularum inter Leucadiam, et Achaia, quae inde Teleboides dictae sunt. *Plin.* 4, 12, 19., *Pl. Amph.* 1, 1, 56. 95. etc. P *Horum pars migravit aliquando in mare inferum, et Capreae, insulam in sinu Neapolitano, incoluit. Virg. A.* 7, 735., *Tac. A.* 4, 67. et *Sil.* 7, 418. P *Caprearum rex primus fuit Telo: ipsaque insula eodem nomine dicta est. Sil.* 14, 443. Et Neptunicolae transverberat ora Telonis. *Id.* 8, 543. antiqui saxosa Telonis Insula. P *Sunt qui scrib. Theleboae.*

TELEGENOS, i, m. *Τηλέγονος*, filius Ulyssis ex Circe. Hic patrem, cum grandis jam natu esset, videre cupiens, eum incognitum in Ithaca interfecit, cum et ipse incognitus a patre hospicio prohiberetur. Inde in Italiam rediens Tusculum condidit. *Hor. Od.* 3, 29, 8., *Or. Fast.* 3, 92. et *ib.* 4, 71., *Stat. Sil.* 1, 3, 83., *Sil.* 7, 692. et 12, 535., *Prop.* 2, 23, 42. et *Hgg. fab.* 127. P *Telegonos* vult *Or. Trist.* 1, 1, 114. vocari libros suos amatorios, quia sibi exitum, ut Telegonos Ulyssi, attulerunt.

[**TELEMACHUS**, i, m. *Τηλέμαχος*, Ulyssis filius ex Penelope, quem, Trojam proficiscens cum uxore parvulum reliquit. *Or. Her.* 1, 98. et 107., *Hor. Ep.* 1, 7, 40., *Catull.* 61, 228. et *Hgg. fab.* 127. F.]

TELEMUS, i, m. *Τηλέμος*, Protei filius, augur. *Hgg. fab.* 128. P *Alius, Euryri filius, inter Cyclopes vates egregius, qui Polyphemum praedixit quacunque ab Ulyssse passus est. Or. Met.* 13, 770. Telemus Eurymidas. Adde *Hgg. l. c. B. A.*

TELENDOS vel *Telendus*, i, insula Cypro Ciliacaeque vicina. *Plin.* 5, 31. B. A.

TELEPHARES, is, statuarius quidam, Phocensis. *Plin.* 5, 31. B. A.

TELEPHION, ii, n. *τηλέφιον*, herba portulacae similis caule et foliis, cui rami a radice septeni octonive fruticant, foliis crassis, carnosus nascitur in cultis, et maxime inter vites. Illinitur lentigini, et vitiligini. *Plin.* 27, 13, 110.

TELEPHUS, i, m. *Τηλέφος*, Herculis filius ex Auge Nympha, al. ex Augaia filia Aeacae Arcadiae regis. Hic avi jussu expositus in silvis a cervia nutritus est, deinde dono datus regi Mysiae pro filio educatus ei successit in regno Mysiae, seu Lyciae. Cum Graecos ad expeditionem Trojanam proficiscentes prohibere vellet, ne per Mysiam transirent, ab Achille vulneratus est. Haec plagae remedium nullum inveniebatur. Tandem Apollinis oraculum consuluit, qui respondit, eum sanari non posse, nisi ab eadem hasta, qua percussus fuerat. Igitur supplex medicinam ab Achille petiit. Achille assentiente Ulysses ex hastae illius rubigine malagma effecit, et vulneri imposuit, quod sanatum est. *Or. Met.* 12, 112. opusque meae bis sensit Telephus hastae. *Id. Trist.* 5, 2, 15. Telephus aeterna consumptus tabe perisset, Si non, quae nocuit, dextra tulisset opem. Adde *Rem. Am.* 47. et *Pont.* 2, 2, 26. P **Telephus*, nomen tragoediae ab Accio conscriptae. *Prisc.* 10, 887. et *De metris Comicis*, p. 1325. Aliam hoc nomine tragoediam meminit *Juven.* l. 5. V. *Heynium* ad *Apollod.* p. 460. 673. P *Telephus*, poeta Graecus, sodalis Horatii. *Hor. Od.* 1, 13, 1. et 2. et 3, 19, 26. P *Telephus*, Grammaticus Pergamenus, scripsit fere omnia, quae ad Grammaticam pertinent; inter alia *Collationes epithetorum*

eidem rei congruentium, ad copiam parandam elocutionis: item Historiam Pergami, Vitas Poetarum etc. Floruit sub Adriano Imperatore et Verum Graecam linguam docuit. Capitol. in Vero. V. Voss. de Hist. Gr. 4, 16. P Telephum servum meminit Suet. Aug. 19. B. A.

*TELEPTE, opp. Africae propriae, in Byzacena. Notit. Imper. et Ant. Itin. B. A.

*TELESIA, ae, Italiae oppidum, in Samnio. Liv. 22, 13, et 24, 20. P Hodie Telese vocatur. B. A.

[TELESINUS, a, um, adj. ad Telesiam pertinens, Samnii urbem, nunc Telese. Inscr. ap. Don. cl. 2. n. 175. Huic ordo splendidissimus, et honestissimus populus Telesinus statuam ponendam decrevit. P Est etiam inde ortum cognomen R. Hinc Pontius Telesinus dux Samnitium ap. Vell. 2, 27. et C. Lucius Telesinus Cos. ann. a Chr. n. LXVI. in Inscr. ap. Grut. 1102, 4. F.]

[TELESPHORIO, onis, m. dimin. telesphori. Est cogn. R. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 691. D. M. C. Brutii Telesphorionis, etc. F.]

[TELESPHORIS, idis, f. a telesphorus. Est nomen serv. R. Inscr. ap. Grut. 579, 4. Telesphoridi Domitiae Domitiani ornatrix, etc. h. e. ornatrix Domitiae uxoris Domitiani. E.]

[TELESPHORUS, i, m. τελεσφορος, finem destinatum afferens: a τελος, finis, et φερω, fero. Hoc nomine apud Pergamenum praecipue cultus fuit Deus Aesculapii filius, hujus, et Hygiae comes, qui putabatur morbis finem, seu perfectam sanitatem afferre: stans semper, et puerili statura, et cuculo involutus effingitur: ejus meminit Paus. 2, 11., nemo vero Latinorum. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1017, 5. M. Ulpus Telesphorus. Faenii Telesphori meminit etiam Mart. 1, 115. Hos tibi vicinos, Faustine, Telesphorus hortos Faenius, et breve rus, udaeque prata tenet. E.]

*TELESTES, is vel ae, m. Cretensis, pater Ianthes. Ov. Met. 9, 716. Virgo, Dictaenata Teleste. P Item poeta Graecus. V. v. sq. B. A.

[TELESTINUS, a, um, adj. initiatus mysteriis: a τελεστης, initiator. Inscr. ap. Mur. 197, 7. et 1991, 2. Fullonia L. F. Tertulla sacrorum Isidis locum dedit C. Telegenio Sperato sacerdoti, VI. Vir. Aug., telestinus ejus, posterisque suis. F.]

*TELESTUS, i, m. vetus poeta Graecus. Plin. 35, 10. P Sunt qui scribunt Telestes. B. A.

*TELETHRIUS, i, m. Τηλεθριον ορος Straboni, mons Euboeae. Plin. 25, 8. P Revera adjectivum est, subauditio mons. B. A.

TELETA et Telete, ae, f. τελετη, initiatio, consecratio, expiatio: item sacrificium, et impensa, quae initiatio fit: nam τελετη mysteria quoque, et sacra significant. Appul. Met. 11. Indidem mihi praedicat, quae forent ad usum teletae necessario praeparanda. Ea protinus naviter, et aliquando liberalius, partim ipse, partim per meos socios coemenda proco; et mox: Jentaculum religiosum, et teletae legitima consummatio; et infra: Rursus interpellor, et cogor tertiam quoque teletam suscipere. August. C. D. 10, 9. Per quasdam consecrationes theurgicas, quas teletas vocant. Adde ib. 23. et ib. 4, 31. Inscr. poetica ap. Donat. 73. tu pius moves te sacris Teletis; et mox: Tu Dindymenes Atteosque antistitem Teletis honoras taureis consors, pius. P Telete est etiam cogn. R. Inscr. ap. Grut. 686, 4. Hateria Telete.

[TELETHUSA, ae, f. Τηλεθουσα, uxor Ligdi, mater Iphidis puellae, quae in mare mutata est. Ov. Met. 9, 695. et 765. F.]

TELETUS, i, m. τελετος, perfectus. Ap. Tert. adv. Valent. 8. unus est ex aeonibus Valentinianis. Alii leg. Theletus, a θελητος, cupitus.

TELECARDIOS, i, m. gemma colore cordis, a τελεος, perfectus, et καρδια, cor. Plin. 37, 10, 68. Telcardios colore cordis Persas, apud quos gignitur, magno opere delectat, muchulam appellatur.

TELIGER, ra, rum, adj. qui tela fert. βελτορορος. Sen. Herc. Oct. 543. Timende matri teliger saepe puer, h. e. Cupido.

TELINUM, i, n. τηλινον, genus unguenti pretiosissimi: ita dictum, quia praecipuum eorum, ex quibus componitur, est foenum Graecum, quod Graecis τηλιν, Unde similiter τηλινον αλευρον dicunt Graeci farinam ex foeno Graeco confectam. Plin. 13, 1, 3. Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, foeno Graeco, melle, melino, maro, amaraco. Tert. Pall. 4. med. Quod apud Omphalen balsamo, aut telino spero factum. P Aliam hujus nominis originem affert Isid. Or. 4, 12. Unguenta quaedam dicuntur a locis, ut telinum, cujus Julius Caesar (h. e. C. Jul. Caes. Strabo poeta tragicus) meminit, dicens: Corpusque suavi telino unguimus. Sed a Plin. standum videtur.

TELIRRHIZOS, i, f. gemma cinerei coloris, aut rufi, candidis radicibus: a τελειος, perfectus, et ριζα, radix. Plin. 37, 10, 68.

TELIS, is, f. τηλις, Graeca foeni Graeci appellatio: unde telinum. Plin. 23, 19, 120.

[TELIUS, a, um, adj. τελειος, perfectus. Auson. epist. 18, 19. Quot telios primus numerus solusque probatur, h. e. numerus senarius, qui perfectus dicitur, quia suis partibus aequalis est: etenim unum,

duo et tria faciunt sex: dicitur autem primus numerus telius, quia is est primus ex numeris perfectus, secundus enim est octo et viginti, tertius centum et octoginta sex. Hic porro Auson. more suo secundam syllabam in telios corripit, quae natura longa est. F.]

TELLENAE Tricae. Arnob. 5, 176. Jamdudum me fateor haesitare, circumhiscere, tergiversari, tricas, quemadmodum dicitur, conduplicare Tellenas. Herald. in not. p. 220. Haustum fortasse proverbium e Graecorum fontibus, apud quos τα του Τελληρος αειδεν dicuntur, qui ineptam cantilenam identidem inculcant. Aliter, et fortasse rectius ita interpretatur Aus. Popyna ad Varr. l. mox cit. Tricae Tellenae παραμυθωδως dicuntur res impeditae et intricatae, a Tellenae urbe antiqua Latii, quam Ancus Marcius rex vi cepit, ut Liv. 1, 33, et Plin. 3, 5, 9. narrat. Varr. ap. Non. 1, 26. Putas, eos non citius tricas Tellenas, quam id extricatoros? Al. leg. Atellanas.

TELLIANAE Ficus. V. TELANAE.

TELLUMO, onis, m. Deus terrae. August. C. D. 7, 23. f. ex Varrone: Unam eandemque terram habere geminam vim; et masculinam, quod semina producat; et femininam, quod recipiat atque enutriat. Inde a vi feminina dictam esse Tellurem, a masculina Tellumonem.

TELLORUS, i, m. Deus terrae, Tellumo. Capell. 1, 16.

TELLUS, uris, f. Dea terrae. De notatione V. Voss. in Etym. Cic. N. D. 3, 20. med. Si est Ceres a gerendo, terra ipsa Dea est: quae enim est alia Tellus? Id. Har. resp. 10. Postulationes esse Jovi, Saturno, Neptuno, Telluri. Id. Q. Fr. 3, 1, 4. Epistola, in qua de aede Telluris, et de portico Catoli me admones. Fit utrumque diligenter: ad Telluris quidem etiam tuam statuam locavi. Hor. Ep. 2, 1, 143. Tellurem porco, Silvanum lacte piabant. Varr. R. R. 1, 1. Primum invocabo, qui omnes fructus agriculturae coelo et terra continent, Jovem et Tellurem: itaque quod ii parentes magni dicuntur, Jupiter pater appellatur, Tellus terra mater. P De inferis et Manibus. Prop. 1, 19, 16. et Tellus hoc ita justa sinat. Virg. A. 6, 140. Telluris opera subire. P Ut Ceres pro frugibus, Bacchus pro vino, Vulcanus pro igne, sic Tellus pro ipsa terra ponitur. Cic. Somn. Scip. 4. extr. Nam ea, quae est media et nona, tellus, neque movetur et infima est, et in eam feruntur omnia suo nutu pondera. Lucr. 6, 577. Ventus ubi atque animae subito vix maxima quaedam, Aut extrinsecus, aut ab ipsa tellure coorta, In loca se cava terrae conjecit, etc. Hor. Epod. 16, 43. Reddit ubi Cererem tellus inarata quotannis. Tibull. 4, 1, 161. presso tellus consurgit aratro. Virg. G. 1, 99. Exercetque frequens tellurem, atque imperat arvis. Id. A. 1, 175. ac magno telluris amore Egressi optata potiuntur Troes arena. Ov. Met. 1, 434. diluvio tellus lutulenta recenti. Id. Am. 2, 16, 3. Sol licet admoto tellurem sidere findat. Id. Fast. 4, 299. Sica diu fuerat tellus: sitis usserat herbas. Id. Ib. 237. nuda tellure jacere. Id. Trist. 4, 9, 23. Trans ego tellurem, trans latas audiar undas. P Item pro solo, pavimento. Id. Met. 8, 561. Pumice multicaavo, nec levibus atria tophis Structa subit: molli tellus erat humida musco: Summa lacu nabant alterno murice conchae. Id. Fast. 6, 403. Nunc solida est tellus: sed lacus ante fuit. P Item pro peculiari regione. Hor. Od. 1, 7, 28. promisit Apollo, Ambiguum tellure nova Salamina futuram. Virg. A. 6, 23. Contra elata mari respondet Gnoesia tellus. Tibull. 1, 8, 57. Tuscula tellus; et 3, 4, 91. barbara Scythiae; et 4, 1, 78. Phaeacia. Ov. Pont. 1, 4, 33. Achiva; et ib. 3, 82. Exsulibus tellus ultima Tibur erat. Prop. 2, 8, 21. Et si qua extremis tellus se subtrahit oris. P Ultimam syllabam in telus licenter corripit Capell. 6, 213., cujus locum habes in V. INTERRUPTUS.

TELLUSTRIS, e, adj. tellurem incolens, terrestris. Capell. 7, 237. Tellustres, silvicolaeque Divi. Alii leg. telluristres.

[TELMESSENSIS, e, adj. idem ac Telmessius. Hinc Telmessenses, ium, absolute, incolae Telmessi urbis. Tert. Anim. 46. Telmessenses nulla somnia evacuant, imbecillitatem conjectationis incusant. F.]

TELMESSICUS et Telmessicus et Telmessius, a, um, adj. ad Telmessum, vel Telmissum pertinens, urbem maritimam in confinio Cariae, et Lyciae, unde Telmessicus sinus. Liv. 37, 16. f. qui latere uno Cariam, altero Lyciam contingit. Et Ptolemaeus Telmessius, Id. ib. 56. Telmessicum vinum laudat Plin. 14, 7, 9. Nomen oppidi Graece Τηλμησοος est, et Τηλμησοος. In eo excellit haruspicum disciplina, inquit Cic. Div. 1, 41., quare urbem religiosissimam vocat Plin. 30, 1, 2.

TELMESSIS, idos, f. Τηλμησοος, Telmessica. Lucan. 8, 248. magnosque sinus Telmessidos undae.

TELMESSIUS. V. TELMESSICUS.

*TELOBI, opp. Hispaniae Tarraconensis, cis Iberum flumen, in ripa Rubricati ulteriore. Mela 2, 6. med. P Τηλοβις est Ptol. B. A.

*TELOBIS, is, Τηλοβις, fluvius Hispaniae Tarraconensis, alio nomine Rubricatus. Mela 2, 6. med.

Inter Subin et Telobin amnes Tarraco urbs est, cet. Sic legit Is. Voss. Ed. Gronov. habet I. S. e. T. majus; Tarraco cet. quanquam ipse mavult I Subus e. T. (sc. urbem) majus (sc. flumen); Tarraco cet. B. A.

TELONARIUS, ii, m. vectigalibus exigendis praepositus: a τελωνιον, telonium, quod significat locum, ubi publicani sedent, et vectigal exigunt. Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod. 11, 28, 3. f. Publicani, et telonarii. Adde Non. 1, 65., ubi in quibusdam codicib. legitur telonearius: quod magis ad analogiam telonii accedit.

TELONIUM, ii, n. publicanorum mensa; τελωνιον. Tert. Idol. 12. et Baptism. 12., ubi alii leg. teloneum.

*TELOS vel Telus, i, f. Τηλος, insula maris Aegaei, Cariae objecta, una ex Sporadibus, in qua (dicta sunt Gesneri) conficiebatur unguentum praestantissimum, quod ab ea Telinum dicebatur. Plin. 4, 12. Telos unguento nobilis, a Callimacho Agathusa appellata. P V. Telinum. B. A.

TELUM, i, n. βελος, τοξενον, proprie de iis dicitur, quae missilia sunt, et ad feriendum eminus comparata, sive manu, sive tormento emittantur: a τηλε, procul, longe, ut Fest. et Sero. ad A. 8, 249. et ad ib. 9, 509. docent. Cujus Dig. 50, 16, 233. Telum vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: sed nunc omne significat, quod mittitur manu: ita sequitur, ut et lapis et lignum et ferrum hoc nomine contineatur. Sall. Cat. 43. et 52. et Jug. 47. Arma, tela, equos, et cetera instrumenta militiae parare. Lucan. 4, 776. nimbus telorum. Liv. 38, 26. f. nubes. Virg. A. 12, 285. tempestas; et ib. 3, 46. seges. Liv. 44, 35. f. Romani omni genere missilium telorum, ac saxis maxime vulnerabantur. Sisenn. ap. Non. 6, 5. Manuales lapides dispartit, propterea quod is ager omnis ejusmodi telis indigebat. Ov. A. Am. 1, 169. volatile telum. Val. Fl. 2, 524. volucere. Virg. A. 12, 294. trabale. Ov. Met. 5, 67. penetrabile. Virg. A. 2, 544. imbelles sine ictu. Stat. Th. 9, 802. immane. Ov. Met. 6, 257. exitiabile. Virg. A. 5, 582. infesta tela; et ib. 9, 555. densissima. Cic. Har. resp. 1. extr. hebetiora atque leviora. Stat. Th. 11, 630. noxia. Ov. Met. 14, 402. saeva. Lucr. 2, 48. fera. Lucan. 8, 304. stridula. Id. 3, 580. irrita. Id. 8, 382. illita dolis, h. e. venenata. Id. 7, 562. languida, aut contenta. Sen. Thyest. 382. inertia. Cic. Or. 3, 39. Si telum manu fugit. Virg. A. 4, 71. Feram telis agere. Ov. Fast. 3, 700. aliquem petere. Cic. Quint. 16. Tela conjicere in aliquem. Id. Prov. cons. 9. f. intendere in aliquem. Virg. A. 5, 497. torquere in aliquem. Lucan. 4, 40. vibrare. Quint. 4, 5. et Lucan. 3, 327. spargere. Caes. B. G. 3, 4. mittere. Hirt. B. G. 8, 9. med. longius permittere. Caes. B. G. 2, 21. adjicere; et ib. 25. vitare; et ib. 1, 8. extr. Hostem telis repellere. Virg. A. 2, 410. obrui telis; et ib. 7, 520. raptis concurrere telis. Cic. Or. 1, 46. Inter hostium tela versari. Ov. Fast. 3, 316. arbitrium est in sua tela Jovi, h. e. fulmina. Id. Am. 2, 52. Excutere irato tela trisulca Jovi. P Dicitur etiam de ense, gladio, sica, et hujusmodi, quibus feritur coninus, βίφος, μαχαίρα, γυμνασιον. Cujus Dig. 47, 2, 56. Teli appellatione et fustis, et ferrum, et lapis, et denique omne, quod nocendi causa habetur, significatur. Cic. Cat. 3, 3. extr. Misit, qui ex aedibus Cethegi, si quid telorum esset, efferret: ex quibus ille maximum sicarum numerum et gladiatorum extulit. Auct. ad Her. 1, 11. et Liv. 2, 46. Ajax gladio incubuit: Ulysses intervenit: e corpore cruentum telum educit. Liv. 1, 40. extr. Elatam securim in caput dejecit: relictoque in vulnere telo, etc. Sall. Cat. 28. Catilina consuli insidias tendere, parare incendia: ipse esse cum telo, item alios jubere hortari, uti, etc. et Cic. Cat. 1, 6. med. Omnes sciunt, te stetit in comitio cum telo. Hirt. B. Afr. 84. Infesto telo venire ad aliquem. Cic. Rosc. Am. 12. Totum telum corpore recipere. Ov. Met. 8, 883. frontis nunc pars caret altera telo, h. e. cornu. Id. ib. 1, 330. positoque tricuspede telo Mulcet aquas rector pelagi, h. e. tridente Neptunus coeret undas maris. P De caestibus, et eorum ictu. Virg. A. 5, 438. Corpore tela modo, atque animis vigilantibus exit. Stat. Th. 6, 772. manibus nunc obvia tela Discutiens. P Translate. Pl. Amph. 1, 1, 112. Itaque me malum esse oportet: atque hunc telo suo sibi, malitia a foribus pellere. Sall. in or. Macri Licini ad pleb. med. Vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum. Cic. Pis. 11. f. Pompejo de corpore reipubl. tuorum scelerum tela revellente. Ov. Pont. 4, 6, 36. Tela linguae subire. Lucr. 3, 306. Nec gelidis torpet telis perfixa pavoris; et 4, 1045. Veneris qui telis accipit ictum. Liv. 3, 55. Qua lege tribunicis rogationibus telum acerum datum est. Cic. Fam. 7, 16. ex vet. Poeta. Usquequaque sapere oportet: id erit telum acerum. Liv. 6, 35. Quandoquidem tantum intercessionem pollere placet, isto ipso telo tutabimur plebem. Cic. Fam. 5, 16. Omnibus telis fortunae proposita est vita nostra. Suet. Cal. 53. Perforaturus, stricturum se lucubrationis suae telum minabatur. Rut. Itin. 1, 451. saevi post tela doloris, Dicitur humanum (Bellerephonti) displicuisse genus. P De

pleuritide: quia dolore corpus, quasi gladius, transverberat, ut *Isid. Or.* 4, 6. ait. *Seren. Sam.* 22, 402. Est et vis morbi, quod telum commemoratur, cum subito dolor insanus furit incitus ictu. P De radiis lucis. *Lucr.* 1, 147. Non radii solis, non lucida tela diei. Adde 2, 59. et 3, 92. P De mentula. *Just.* 38, 1., *Mart.* 11, 78. et *Auct. Priap.* 9. P Commode ponitur pro stimulo, incitamento. *Varr.* ap. *Non.* 4, 349. Remotissimum ad discendum formido: contra delectatio pro telo ad discendum. *Cic. Am.* 17. Non mediocre telum ad res gerendas existimare oportet benevolentiam civium. *Liv.* 4, 28. *med.* Virtute pares, necessitate, quae ultimum ac maximum telum est, superiores estis.

*TEMBROGIUS, i, m. fluvius Bithyniae. *Plin.* 6, 1. Adcipit vastos amnes, inter quos Tembrogium et Gallum. P *Thymbres* appellatur a *Liv.* 38, 18. ed. *Drakenb.* ubi dativum *Thymbretis* habes, pro quo *Thymbri* legit *Gronovius*, a recto *Thymbriis*. *B. A.*

TEMENITES, ae, m. *Τεμενίτης*, epithetum Apollinis, cujus signum pulcherrimum et maximum in Sicilia fuit prope Syracusas, in loco, qui Temenos dicebatur: a luco fortasse, qui ibidem erat, nam *τέμενος* lucum significat. *Suet. Tib.* 74. et *Cic. Verr.* 2, 4, 53.

[TEMENITIS, idis, f. *Τεμενίτις*, nomen unius ex Tarenti portis, quia fortasse prope eandem lucus, Graece *τέμενος*, erat. *Liv.* 25, 9. Parte alia portam Temenitida adiret Annibal. P Hoc nomine fuit etiam fons prope Syracusas, in loco qui Temenos dicebatur. *Plin.* 3, 8, 14. Et Temenitis, et Archidemia, et Magaea fontes in Syracusano potantur agro. V. v. praec. F.]

[TEMENUS, i, m. *τέμενος*, lucus, vel delubrum quodcumque Diis sacrum. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 1781, 4. M. Livius Temeni et Ambrosi L. Demetrius. F.]

TEMERARIÉ, adv. temere. *Tert. Virg. vel.* 3. Virgines nuda plane fronte temerarie audaciam excitatae. *Sciopp. leg. in temerariam.* *Imp. Diocl. et Maxim. Cod.* 9, 1, 18. Quo temerarie commissa congrua ultione plectantur.

TEMERARIUS, a, um, adj. *ἄβουλος*, *ἄλογος*, qui temere agit, inconsultus, praecipuus, nimis audax, sine consilio et ratione. *Caes. B. G.* 6, 19. Homines temerarios atque imperitos falsis rumoribus terri. *Mart.* 4, 43. Non sum tam temerarius, nec audax. *Caes. B. G.* 1, 31. f. Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse ejus imperia diutius sustineri. *Ter. Andr.* 1, 4, 2. Sane pol illa temulenta est mulier, et temeraria. *Quint. decl.* 17, 18. Exclama: temerarie, quid facis? *Ov. Met.* 10, 545. Parce meo, juvenis, temerarius esse periculo. *Nep. Timoth.* 3. *med.* At ille temeraria usus ratione, non cessit majorum natu auctoritati. *Cic. Caecin.* 12. Feci, quae dicis, omnia: ea sunt et turbulenta, et temeraria, et periculosa. *Ov. Met.* 8, 407. licet eminus esse Fortibus: Ancaeo nocuit temeraria virtus. *Liv.* 25, 37. f. Ad consilium prima specie temerarium magis, quam audax, animum adiecit. *Ov. Her.* 18, 189. temerarius Amor. *Id. Met.* 12, 59. Illic Credulitas, illic temerarius Error, Vanaque Laetitia est. *Id. Fast.* 5, 467. Quem lupa servavit, manus hunc temeraria civis Perdidit: o quanto mitior illa fuit! *Id. Met.* 2, 50. temeraria. *Id. Trist.* 5, 13, 17. querela; et *Pont.* 6, 6, 27. Juppiter in multos temeraria fulmina torquet. *Mart.* 12, 14. frena temeraria, h. e. equus intractabilis et praecipuus. *Plin.* 17, 22, 35. n. 11. Temerarium est, ante crassitudinem pollicarem viti imperare. *Plin. alter ep.* 4, 9. *med.* Temerarium est, secundis non esse contentum. P *Haud temerarium est*, non casu fit, non de nihilo est, non est sine ratione: aliquid portendit. *Pl. As.* 2, 1, 14. Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? *haud temerarium est.* *Id. Aul.* 2, 2, 7. Non temerarium est, ubi dives blandie appellat pauperem. P *Temerarius*, incertus, non stabilis, fortuitus. *Festus in Navalibus scriba:* Columbariorum questus temerarius incertusque. P De tributo temerario, V. in TRIBUTUS.

TEMERATOR, oris, m. *βεβηλωτής*, qui temeratur, corruptor. *Stat. Th.* 11, 12. Quantus Apollinae temerator matris Averno Tenditur, h. e. Titus, qui Latonam temerare tentavit. *Id. Achill.* 1, 600. stat sine dato metuenda sacerdos, Exploratque aditus, ne quis temeratur oberret Agmine femineo. *Imp. Valent. et Valens Cod.* 12, 53, 2. Si quis praesentis legis temeratur existat. P De falsario. *Modest. Dig.* 48, 10, 29. Poenam temeratoris iuit: perinde enim punitur, atque si falsum fecerit.

TEMERATUS, a, um, part. a *temero*: *βεβηλωθείς*, contaminatus, violatus. *Liv.* 26, 13. *med.* Arae, foci, Deum delubra, sepulcra majorum temerata ac violata. *Virg. A.* 6, 841. Ultus avos Trojae, templa et temerata Minervae. *Ov. Her.* 17, 3. Sacra hospitii temerata; et *ib.* 5, 101. temerati foedera lecti; et *ib.* 9, 49. temerata puella; et *ib.* 14, 17. nox temerata sanguine. *Id. Met.* 9, 626. Et scripsi, et petii: temerata est nostra voluntas. *Lucan.* 1, 225. et *Sen. Med.* 614. temerata jura. *Tac. A.* 1, 30. linquere castra infausta temerataque, h. e. seditiosum scelere infecta. *Mart.* 5, 71. Rura Cleonaeo nunquam temerata leone. *Stat. Achill.* 1, 302. Trux

puer, et nullo temeratus pectora motu, h. e. nullo amoris affectu tactus. *Tab. aenea ap. Grut.* 502. col. 1. l. 11. Priscus Tarquinius propter temeratum sanguinem, quod patre Demarato Corinthio natus erat, et Tarquiniensi matre generosa, sed inopi, cum domi repelleretur a gerendis honoribus, postquam Romam migravit, regnum adeptus est. *Temeratus sanguis* de eo dicitur, qui ex parentibus impari conditionis ortus est. *Litus temeratum*, V. in TEMERO f.

TEMERE, adv. *εὐσέ, ἀβούλιος*, sine ratione, sine consilio, casu, inconsulte, imprudenter, stulte. *Cic. Inv.* 1, 34. Domus ea, quae ratione regitur, omnibus instructor est rebus, quam ea, quae temere et nullo consilio administratur. *Id. Off.* 1, 29. Ne quid temere ac fortuito, inconsiderate, negligenterque agamus. *Id. N. D.* 1, 16. *med.* Inconsulte ac temere dicere aliquid. *Caes. ad Cic. post. ep.* 8. l. 10. ad *Att.* Te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram. *Cic. N. D.* 2, 2. Id evenit non temere, nec casu. *Id. Font.* 1. Audacter hoc dico, non temere confirmo. *Ter. Ph.* 5, 3, 19. Sic erit: non temere dico. *Cic. Fam.* 4, 13. *med.* Non scribo hoc temere. *Id. Phil.* 8, 5. *med.* Omnino irasci amicis non temere soleo, ne si merentur quidem. *Id. Dio.* 2, 55. Oracula partim ficta aperte, partim effutita temere. *Liv.* 10, 40. f. Priusquam occurreretur, emisso temere pilo ictus pullarius, ante signa cecidit. *Sall. Cat.* 32. *med.* Catilina voce supplicii postulare a patribus, ne quid de se temere crederent. *Ov. Fast.* 6, 327. Hi temere errabant in opacae vallibus Idae. *Pl. Trin.* 4, 2, 162. Nunquam edepol temere tinnit tintinnabulum: nisi qui illud tractat aut movet, mutum est, tacet, h. e. sponte, ex se solum. P *Non temere est*, non de nihilo est, non est sine ratione, aliquid portendit, significat, *οὐκ ἄλλως.* *Ter. Heaut.* 4, 1, 7. Nescio quid tristis est: non temere est: metuo quid siet; et *Ph.* 5, 8, 9, et *Pl. Aul.* 4, 3, 1. Non pol temere est, quod tu tam times. *Virg. A.* 9, 375. Haud temere est visum, conclamat ab agmine Volscens. P *Temere* pro facile. *Pl. Bacch.* 1, 1, 52. Rapidus fluvius est hic non hac temere transire potest. *Ter. Ph.* 4, 5, 2. Hoc temere nunquam amittam ego a me, quin, etc. *Nep. Att.* 20. Nullus dies temere intercessit, quo non ad eum scriberet. *Hor. Ep.* 2, 2, 13. non temere a me Quivis ferret idem. *Id. Sat.* 2, 2, 116. non temere diu luce profesta Quicquam, praeter olus fumosae cum pede pernae. *Liv.* 30, 30. Non temere incerta casuum reputat, quem fortuna nunquam deceptit. *Quint.* 1, 3. Illud ingeniorum velut praecox genus non temere unquam pervenit ad frugem. *Suet. Tit.* 6. *extr.* Non temere quis tam adverso rumore, magisque invitis omnibus transiit ad principatum; et *ib.* 8. *med.* Quaedam sub eo tristitia acciderunt: ut conflagratio Vesevi, incendium Romae, item pestilentia, quanta non temere alias. *Julian. Dig.* 50, 17, 64. Ea, quae raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur. Adde *Cat. ap. Charis.* 2, 196. P Item in compositis, sine ordine, passim, hic illic. *Hor. Od.* 1, 12, 7. vocalem temere insecutae Orphea silvae. Alii interpretantur sponte, nullo impellente. *Liv.* 22, 42. Argentum quibusdam locis temere per vias, velut objectum praedae, vidisse. *Appul. Met.* 4. Parva casula cannulis temere connecta. P *Temere jacere*, toto corpore stratum porrectumque esse, sine cura aut decoro. *Hor. Od.* 2, 11, 13. sub alta vel platano, vel pinu jacentes sic temere. *Ov. Am.* 1, 14, 21. Tum quoque erat neglecta decens, ut Thracia Bacche Cum temere in viridi gramine lassa jacet. *Virg. A.* 9, 329. Tres juxta famulos temere inter tela jacentes. P *Comp. Temerius est Accii* ap. *Non.* 2, 841.

TEMERITAS, atis, f. *ἀβουλία*, inconsiderantia, praecipuus deliberatio, incogitantia. *Caes. B. G.* 7, 42. Temeritas, quae maxime illi hominum generi est innata, ut levem auditionem habeat pro re comperta; et *ib.* 52. Temeritatem cupiditatemque militum reprehendit, quod sibi ipsi iudicavissent, quo procedendum, aut quid agendum videretur. *Cic. Marcell.* 2. *extr.* Nunquam temeritas cum sapientia commiscetur, nec ad consilium casus admittitur. *Id. Sen.* 6. *extr.* Temeritas est florentis aetatis, prudentia senescentis. *Hirt. B. Alex.* 85. Caesar incredibili ejus vel temeritate, vel fiducia motus, etc. *Cic. Off.* 1, 29. Omnis actio vacare debet temeritate, et negligentia. *Liv.* 6, 30. et 22, 25. Temeritas atque inscitia. *Id.* 42, 49. Insцитia et temeritas. *Cic. Div.* 2, 41. Quibus in rebus temeritas et casus, non ratio nec consilium valet. *Id. N. D.* 3, 24. Fortunam nemo ab inconstantia et temeritate sejungit. *Id. Div.* 1, 34. Exercitus qui stultitia et temeritate alicujus administratur. *Id. Planc.* 4. Populus non delectu alicujus aut sapientia ducitur ad iudicandum, sed impetu nonnunquam, et quadam etiam temeritate. *Id. Div.* 1, 4. Omnibus in rebus temeritas in assentiendo, errorque turpis est. *Id. Har. resp.* 26. Plenus inconsideratissimae ac dementissimae temeritatis. *Id. Cat.* 3, 7. Furiosa temeritas. *Sen. Ag.* 145. caeca. *Id. Octav.* 838. Temeritate in praecipuus ferri. *Sall. Jug.* 7. f. Et proelio strenuus erat, et bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem afferre ple-

rumque solet. *Id. fr. ap. Non.* 4, 403. Ad haec rumoribus adversa in pravitate, secunda in casum, fortunam in temeritatem declinando corrumpentur. P *Cic. N. D.* 2, 32. *extr.* Cum dicimus natura constare administratque mundum, non ita dicimus, ut glebam, aut fragmentum lapidis, nulla cohaerendi natura; sed ut arborem, ut animal, in quibus nulla temeritas, sed ordo apparet, et artis quaedam similitudo, h. e. confusio, et qualitas contraria dispositioni atque ordini. P In plur. num. *Quint. decl.* 7, 1. Si temeritates quoque nostras conscientia reorum non potest pati.

TEMERITER, adv. idem ac temere. *Accius ap. Non.* 11, 54. Hoc in re est, quod tu tam temeriter meam benevolentiam interiisse es ratus. *Ennius* quoque usus est: teste *Prisc.* 15, 1010.

TEMERITUDO, inis, f. idem ac temeritas. *Pacuv. ap. Non.* 2, 867. Egon' tyrannum novi temeritudinem?

TEMERO, as, avi, atum, a. i. *βεβηλώω*, corrumpo, contamino, polluo. *Festus:* Temerare, violare sacra et contaminare; dictum videlicet a temeritate. *Tibull.* 3, 5, 7. Non ego tentavi nulli temeranda virorum Auda laudanda sacra docere Deae. *Ov. Met.* 15, 75. Parcite mortales dapibus temerare nefandis Corpora. *Id. ib.* 7, 535. Temerare fluvios venenis. *Tac. A.* 1, 53. Eandem Juliam in matrimonio M. Agrippae temeraverat. *Ov. Am.* 1, 8, 19. thalamos temerare pudicos. *Id. Pont.* 4, 10, 82. puram non temerare fidem. *Id. Met.* 8, 741. Cereale nemus violasse securi dicitur, et lucos ferro temerasse vetustos. *Id. Trist.* 2, 503. incestis temerare vocibus aures. *Stat. Th.* 3, 463. Nubila suspensio celerem temerasse volatu Persea, h. e. primum penetrasse, et quodammodo violasse, quia volare per aera non hominibus, sed avibus datum est. Sic *Val. Fl. de Argo*, quae prima dicitur navigasse, 1, 627. illicitas temerare rudentibus undas; et *ib.* 801. et *Lucan.* 3, 193. temeratum litus; et *Sil.* 15, 532. temeratae Alpes, h. e. ab Annibale primum transitae, cum humanis gressibus negatae viderentur, ut *Id.* 17, 502. loquitur. *Lucan.* 1, 147. temerare ferrum, h. e. caedibus et sanguine inficere. *Sil.* 2, 472. Nil temerare piget, rabidi jejunia ventris Insolitis adigunt vesci, h. e. morsu violare etiam ea, quae esui hominibus non sunt. *Claud. B. G.* 102. delubra oculis temerare profanis, h. e. aspicere quae non licet.

TEMESAEUS, a, um, adj. *Τεμεσάιος*, ad Temesen, *Τεμεσσαίη*, Brutiorum urbem pertinens: quae et Temsa, vel Tempsa, *Τέμψη*, dicitur: hinc *Tempsanus*, a, um, q. v. v. s. l. Meminere *Plin.* 3, 5, 10., *Ov. Met.* 15, 52. et 707. et *Mela* 2, 4. *med.* Celebris fuit aere flando et perficiendo. *Stat. Silv.* 1, 1, 42. Et quis se toties Temese dedit hausta metallis. *Ov. Fast.* 5, 441. Temesaeaque concrepat aera. (Adde *Stat. Silv.* 1, 5, 47.) *Id. Met.* 7, 207. Te quoque, Luna, traho, quamvis Temesaea labores Aera tuos minuunt. P In illo *ejusd. Med. fac.* 41. Et quamvis aliquis Temesaea removerit aera: est qui leg. *Temesaea moverit.* P *Stat. in illo Achill.* 1, 413. Aera domant Temesae: Temesae ponit inter urbes Graeciae.

TEMETUM, i, n. vox prisca vinum significans, ut *Fest.*, *Gell.* 10, 23. et *Plin.* 14, 13, 14. docent: unde *abstemius* et *temulentus*. De notatione alii alia. V. tamen in BRIA. *Hor. Ep.* 2, 2, 162. accipis uvam, Pullos, ova, cadum temeti: nempe modo isto, etc. *Juven.* 15, 25. De Corcyraea temetum duxerat urna. *Pomp. ap. Fest.* Non multi temeti, sed plurimi. *Varr.* ap. *Non.* 1, 14. Temetum olfacere. *Plin. l. c.* olere. *Cic. fr. ap. Non. ib.* Carent temeto omnes mulieres. *Pl. Aul.* 2, 6, 5. Cereri ne has facturi nuptias? quia temeti nihil allatum intelligo. P *Temeti timor* facete dicitur parasitus et heluo: quia hujusmodi homines edaces bibacesque esse solent. *Novius ap. Fest.* Sequimini: i praec, mi nate, sequere temeti timor. Ita *Dacier. leg.*, *Both.* sic: Sequimini, praemiati, sequere, etc. P *Ricciolius* in *Prosod. Bonon.*, qui primam, aut secundam syllabam corripit posse putat, incerta omnia assert.

TEMNITES, ae, m. *Τημνίτης*, et [TEMNIUS, a, um, adj. qui ex Temno est, urbe Aeolidis, nunc *Melemèn*, cum monte cognomine. *Cic. Fl.* 18. Heraclides ille Temnites homo ineptus et loquax. Hinc *Temnitae, arum*, absolute, incolae illius urbis ap. *eund. ib.* 19. Cn. Lentulus Temnitarum patronus. Item *Temnii, orum*, absolute, ap. *Tac. A.* 2, 47. Temnios, Philadelphenos, Aegeatas levavi tributis placuit. F.]

TEMNO, is, a. 3. *καταγορεύω*, parvi facio, sperno, contemno. Ducunt a *τέμνω*, seco, quod interdum similem habet significationem. [*Doederl.* hujus verbi originem ab adverbio *temere*, repetit.] Verbum est fere poeticum. *Lucr.* 3, 971. semper aves quod abest: praesentia temnis. *Hor. Sat.* 1, 1, 115. Instat equis auriga suos vincentibus, illum Praeteritum temnens extremos inter euntem; et *ib.* 2, 2, 38. Jejunus raro stomachus vulgaria temnit. *Virg. A.* 6, 620. Discite justitiam moniti, et non temnere Divos; et *ib.* 7, 236. ne temne, quod ultro Praefertur manibus vittas ac verba precantia. *Ov. A. Am.* 3, 299. Est et in incessu pars non temnenda decoris. *Tac. H.* 3, 47. Haud temnenda manus ductor. P Praeteritum est *tempsi*, ut videre est in *contemno*.

Sed et temni dictum esse putat Scal. ita legens illud Lucil. ap. Non. 2, 855. Quodque adeo fuerint, qui te temnere superbum. Alii leg. tempere superbi. P Sunt qui putant, etiam a Cic. verbum ipsum usurpari Att. 13, 20. med. Id ago scilicet, ut iudicia videar temnere. Sed plerique omn. leg. tenere.

TEMO, onis, m. ἄνθος, lignum longum et extensum in curru, vel aratro, cui jugum in anteriori parte adnectitur. Is. Vossio videtur esse a ἄνθος, stans, ab ἄνθος, sto. Varr. L. L. 6, 4. Temo dictus a tenendo: is enim continet jugum. Colum. 6, 2. med. Iuveni jugum quarto die accipiunt, cui ramus illigatur, et temonis vice trahitur. Virg. G. 3, 173. junctus temo trahat aereus orbes. Ov. Met. 2, 107. Aureus axis erat, temo aureus, aurea summae Curvatura rotae. Juven. 4, 126. Regem aliquem capies, aut de temone Britanno Excidet Arviragus, h. e. ex essedo, in quo pugnat: synecdoche. P Poetae non raro usurpant de plastro Bootae, seu Septentrionibus. Stat. Th. 1, 370. hiberno deprensus navita ponto, Cui neque Temo piger, neque amico sidere monstrat Luna vias. Cic. vertens Arati carmina, N. D. 2, 42. f. Arctophylax, vulgo qui dicitur esse Bootes, Quod quasi temone adjunctam prae se quatit Arcton. P Ex eo cognoscebant, quantum nox processisset. Eum. ap. Varr. l. c. et Fest. in Septentrion. Quid noctis videtur? in altissimo coeli clypeo temo superat stellas, h. e. multa nox est, ut Varr. ib. dicit. Sen. Herc. Fur. 130. Septemstellis Arcades ursae lucem verso temone vocant. Ov. Met. 10, 447. interque Triones Flexerat obliquum plaustrum temone Bootes. Lucan. 4, 523. flexoque Ursae temone paverent, h. e. die adventante. Stat. Th. 1, 692. sed jam temone supino Languet hyperboreae glacialis portitor Ursae. P Temones a similitudine vocat Colum. 6, 19. longas peticas, quasi vacerras in machina, qua boves et equi colligantur curandi causa. P Temo in Cod. Theod. 6, 26, 14. 15. et 18. nomen est praestationis, seu functionis, quae solvebatur ab his, qui tirones praebere debebant supplendo exercitui, et pro iis pecuniam solvebant, aestimatione facta, quanti tiro quisque valeret. Videtur autem dici a τῆμος, aestimo, et temo corrupte esse pro timo.

TEMONARIUS, a, um, adj. ad temonem pertinet, genus praestationis, de quo in v. praec. Imp. Grat., Valent. et Theod. Cod. Theod. 11, 16, 14. Omnium vilium munerum, ac totius capitulariae, sive (ut rem, quam volumus intelligi, communi denuntiatione signemus) temonariae functionis fieri jubemus exsortes. Imp. Constant. et Constans. Cod. Just. 12, 24, 1. Temonaria onera. P Temonarius, ii, absolute, qui hujusmodi praestationem seu tributum exigit. Imp. Constant. ib. 29, 2.

TEMPE, n. plur. indecl. τὰ Τέμπεα, ἢ, regiuncula Thessaliae amoenissima, in valle, per quam Peneus amnis decurrit, cincta Olympo, Ossa, et Pelio montibus, inter Larissam et oram maritimam. In fabulis est ab Hercule aperta fuisse, diductisque vi montibus, viam Peneo factam, ut est ap. Sen. Herc. Fur. a. v. 283. Describuntur his verbis a Plin. 4, 8, 15. Peneus inter Ossam et Olympum numerosa convallae defluit quingentis stadiis, dimidio ejus spatii navigabilis. In eo cursu Tempe vocatur quinquemill. passuum longitudine, et ferme sesquijugeri latitudine, ultra visum hominis attollentibus se dextra laevaque leniter convexis jugis. Intus sua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amoenus circa ripas gramine, canorus avium concentu. Id. 16, 44, 92. Thessalica Tempe. Hor. Od. 1, 7, 4. Thessalia. Virg. G. 4, 317. Peneia. Hor. Od. 3, 1, 23. agitata Zephyris. Lucan. 8, 1. nemorosa. Mela 2, 3. sacro nemore nobilia. Sen. Troad. 815. opaca. Stat. Th. 6, 88. umbrosa; et ib. 10, 119. tenebrosa. Catull. 64, 285. viridantia. P Nihil amoenitati loci officit difficilis aditus et angustiae, quas ita describit Liv. 44, 6. Sunt Tempe saltus transitu difficilis: nam praeter angustias per quinque millia, qua exiguum jumento onusto iter est, rupes utrinque ita abscaesae sunt, ut despici vix sine vertigine quadam simul oculorum animique possit: terret et sonitus et altitudo per mediam vallem fluentis Penei amnis. P Etiam alibi loca amoenae Tempe dicuntur. Virg. G. 2, 469. Speluncae, vivique lacus, et frigida Tempe, Mugitusque boum, mollesque sub arbore somni Non desunt. Ov. Fast. 4, 477. Eloria Tempe. Id. Am. 1, 15. Heliconia. Stat. Th. 1, 485. Theumesia. Catull. 64, 35. Phthiotica; nisi forte eadem sunt ac Thessalica. P Tempea Graeca positione, τὰ Τέμπεα. In fragm. Solini in Anthol. Lat. T. 2. p. 386. Burm. Vos quoque qui resonat colitis cava Tempea coetu.

TEMPERACULUM, i, n. temperatura. Appul. Flor. n. 6. Et cinnami merces, et ferri temperacula, et argenti metalla.

TEMPERAMENTUM, i, n. temperatura, mixtio rerum cum proportione, proportio diversarum qualitatum in corpore mixto, μίξις, ἁρμοσία. Plin. 9, 36, 61. Concharum ad purpuras et conchyliis (eadem enim est materia, sed distat temperamento) duo sunt genera, etc. Id. 19, 8, 44. Eruca praecipue frigorum contemprix, diversae est, quam lactuca, naturae: ideo jungitur illi fere in cibis, ut nimio frigori par fervor immixtus temperamentum aequet.

Tom. IV.

Scrib. Comp. 230. Teruntur ex cinere lixiva, qua culinarii utuntur, donec habeat mellis liquidi temperamentum, h. e. spissitudinem. Hac eadem ratione saepius usurpatum legas apud eundem Scrib. P Ponitur et pro modo, mediocritate, moderatione. Plin. 17, 24, 37. n. 6. Omnia modo constant, certoque temperamento. Id. 12, 25, 54. Incidentis manus libratur artificii temperamento, ne quid ultra corticem violet. Cic. Leg. 3, 10. med. Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarunt. Liv. 28, 44. f. Et si nulla alia re, modestia certe et temperamento linguae adolescens senem vicerit. Alii leg. temperando linguae. Plin. Pan. 3. Servare, et tenere temperamentum in aliqua re. Just. 2, 7. Tanto temperamento inter plebem senatumque egit, ut ab utrisque parem gratiam traheret. P Temperamentum coeli ap. eund. 2, 1. est constitutio aeris quaecumque. P in corpore etiam animalis est certa qualitatum constitutio et modus, ex quo valetudo bona, vel mala existit. Colum. 3, 12. med. Opus est inter has tam diversas inaequalitates magno temperamento, quod in corporibus quoque nostris desideratur, quorum bona valetudo calidi et frigidi, humidi et aridi, densi et rari certo et quasi examinato modo continetur. Nec tamen hoc temperamentum in terra, quae vineis destinatur, pari momento libratum esse debere, etc.

TEMPERANS, antis, a tempero: σώφρων, moderatus, continens, temperatus. Cic. Font. 14. Frugi hominem, iudices, et in omnibus vitae partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officii, plenum religionis, videtis positum in vestra fide ac potestate. Id. Par. 3, 1. f. An temperantem eum diceas, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua effuderit? Id. Att. 15, 1. Cum hominem temperantem, summum medicum, tantum improviso morbus oppresserit. Liv. 26, 22. Cives graviores temperantioresque a cupidine imperii. Alii leg. temperatior. Cic. Font. 13. Homo sanctissimus ac temperantissimus. P Cum gen. Ter. Ph. 2, 1, 40. Si est, ut culpam in se admisit, ex qua re minus rei foret aut famae temperans, h. e. minus parceret rei familiari, aut famae suae. Tac. A. 13, 46. extr. Integre sancteque egit procax otii, et potestatis temperantior, h. e. moderatior in potestate. Plin. Pan. 52. med. Temperans gaudii seraeque laetitiae.

TEMPERANTER, adv. μετρώως, σώφρονως, modice, moderate. Cic. Att. 9, 2. med. Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius consilium te daturum; qui hic potest se gerere non perdit? Tac. A. 15, 29. Ille de nobilitate generis multum praefatus, cetera temperanter adjungit; et ib. 4, 33. Noscenda vulgi natura, et quibus modis temperanter habeatur.

TEMPERANTIA, ae, f. σωφροσύνη, moderatio, modestia. Cic. Tusc. 3, 8. Temperans, quem Graeci σώφρονα appellant, eamque virtutem σωφροσύνην vocant, quam soleo eadem tum temperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modestiam: sed haud scio, an recte ea virtus frugalitas appellari possit. Id. Part. 22. Quae vero moderandis cupiditatibus, regendisque animi motibus laudatur, ejus est munus in agendo: cui temperantiae nomen est; et Fin. 1, 14. Temperantia est, quae in rebus aut expetendis, aut fugiendis rationem ut sequimur, monet; et ib. 5, 23. med. et N. D. 3, 15. Temperantia constat ex praetermittendis voluptatibus. Id. Inv. 2, 54. Temperantia est rationis in libidinem, atque in alios non rectos animi impetus firma et moderata dominatio. Ejus partes sunt continentia, clementia, modestia. Id. Or. 2, 60. med. Dicitur moderatio et temperantia distinguit oratorem a scurra. Id. Fam. 1, 9. med. Novi enim temperantiam et moderationem naturae tuae. Id. Off. 3, 25. extr. Conformatio et moderatio continentiae et temperantiae; et ib. 33. Restat quarta pars, quae decore, moderatione, modestia, continentia, temperantia continetur. Id. Tusc. 5, 20. Summa fuit ejus in victu temperantia. Tac. G. 23. Sine apparatu expellunt famem: adversus sitim non eadem temperantia. Plin. ep. 1, 12. med. Increverat valetudo, quam temperantia mitigare tentavit; et Tac. A. 1, 14. Moderandos seminarum honores dicitans, eademque se temperantia usum in his, quae sibi tribuerentur. [*Discrimen inter temperantiam et temperatio item temperatus Doederl. 2, 209. hoc fere constitui posse videtur, ut haec virtutum significant, qua nonnisi homines gaudeant, illud etiam rebus tribui queat.] P Item temperamentum. Sall. Jug. 49. Metellum magnum et sapientem virum fuisse comperior, tanta temperantia inter ambitionem saevitiamque moderatum.

TEMPERATE, adv. μετρώως, moderate, temperanter, modice. Cato R. R. 69. Lenibus lignis facito calescat: ubi temperate tepabit, cummin indito. Virg. 2, 9. med. Arbores humoris temperate, parum terreni habentes. Cic. Att. 12, 32. Ages, ut scribis, temperate; et ib. 13, 1. Ita scripsisti, ut neque severius, neque temperatius scribi poterit. Alii leg. temperantius. August. Mus. 6, 15. Temperatissime et castissime vivere.

TEMPERATIO, onis, f. ἐντροπή, μίξις, mixtio, temperatura. Cic. Verr. 2, 4, 44. f. Tu solus vasis

Corinthiis delictaris? tu illius aeris temperationem solertissime perspicias? Vitr. 7, 11. Caerulei temperationes Alexandriae primum sunt inventae. Cic. N. D. 2, 5. Magnitudo commodorum, quae percipiuntur coeli temperatione, fecunditate terrarum, etc. et ib. 10. Omnia, quae terra concipiat, semina temperatione caloris et oriri et augescere. Id. Tusc. 3, 13. med. Est enim corporis temperatio, cum ea congruunt inter se, e quibus constamus, sanitas: sic animi dicitur, cum ejus iudicia opinionisque concordant: eaque animi est virtus, quam alii ipsam temperantiam dicunt esse, alii obtemperantem temperantiam praecipit. P Translate est moderatio, gubernatio. [*Differentiae inter temperatio et moderatio, notationis, quam in tempore posuimus, ratione habita, Doederl. 2, 209. hanc fere summam dedit, ut moderatio mentem, temperatio universam hominis naturam spectet: hoc, ut nostr. Seelenruhe, statum significet, ubi ratio primum locum occupatum tenet; illud, ut nostr. Selbstbeherrschung, in certamine rationis cum animi affectibus positum sit. Quid temperantia distet, v. in h. v.] Cic. Sonn. Scip. 4. f. Sol dux et princeps, et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio. Id. Tusc. 4, 1. De moribus institutisque majorum, et disciplina ac temperatione civitatis loqui. Id. Leg. 3, 5. Haec est, quam maxime probat temperationem reipublicae: quae effici non potuisset, nisi tali descriptione magistratum. P Item temperamentum. Id. ib. 12. Sed praesto est hujus vitii temperatio, quod senatus lege nostra confirmatur auctoritas; et paulo post: Potest ex temperatione juris, cum potestas in populo, auctoritas in senatu sit, teneri ille moderatus et concors civitatis status.

TEMPERATIVUS, a, um, adj. qui temperat, ut Temperativa medicamina, ap. Coel. Aurel. Tard. 4, 1. Itali medicamenti mitiganti dicunt.

TEMPERATOR, oris, m. ἀρμοστής, moderator, gubernator. Cic. Or. 21. Magni igitur iudicii, summae etiam facultatis esse debet moderatior ille, et quasi temperator hujus tripartitae varietatis. Mart. 4, 55. Quam fluctu tenui, sed inquieto Armorum Salo temperator ambit. Ubi Salonem fluvium vocat armorum temperatorem, quia ejus aquis temperantur enses. Sen. V. B. 14. Temperator voluptatis, h. e. qui voluptate temperate utitur.

TEMPERATORA, ae, f. ἁρμοσία, μίξις, mixtio, temperamentum, temperatio. Vitr. 7, 9. Temperatura minii. Plin. 31, 9, 20. Sequens temperatura statuaria est, eademque tabularis, hoc modo; et mox: Appellatur etiamnum et formalis temperatura aeris tenerrimi; et paulo post: Novissima est, quae vocatur ollaria, vase nomen hoc dante, etc. et ib. 2, 5. Insula aes non gignens, sed officinarum temperatura nobilitata; et ib. 15, 43. Ferrum a rubigine vindicatur cerussa, et gypso, et liquida pice: haec est temperatura, a Graecis antipathia dicta. P Translate. Sen. ep. 1. med. Quaecumque attribuit conditio nascendi, et corporis temperatura; et Varr. ap. Non. 2, 848. Quaero ex te, utrum hoc adduxerit coeli temperatura, an terrae bonitas, i. e. temperies.

TEMPERATUS, a, um, part. a tempero: σωφρονισμένος, ἐντροπημένος, mixtus. Cic. Tusc. 1, 25. med. Auribus oblectatio magna parta est, inventa et temperata varietate et natura sonorum. Plin. 20, 9, 40. Vinum temperatum ex aqua coelesti. Id. 19, 5, 28. Amaritudo temperata multo. Id. 11, 42, 97. Zoaroastrem caseo vixisse annis viginti ita temperato, ut vetustatem non sentiret. P Translate est administratus. Vell. 2, 60. f. Omnia pretio temperata, vendente rempublicam consule. P Saepe est moderatus, modicus, temperans, modestus, μέτριος. Cic. Fam. 12, 27. Est autem ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate jungatur. Id. Att. 4, 6. Homo in summa magnitudine animi multa humanitate temperatus. Id. N. D. 3, 36. Vir justus, temperatus, sapiens. Hor. Od. 2, 3, 1. rebus in arduis Servare mentem, non secus in bonis Ab insolenti temperatam Laetitia. Id. ib. 3, 4, 66. Vim temperatam Dii quoque provehunt In majus: Idem odere vires Omne nefas animo moventis. Coel. ad Cic. Fam. 8, 15. Equem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem audisti? Sen. ep. 18. Hoc multo fortius est, ebrio ac vomitante populo sicum ac sobrium esse: illud temperatius, non excerpere se, nec insigniri, nec misceri omnibus. P Commode transfertur ad orationem. Cic. Or. 2, 53. Neque est ulla temperatio oratio, quam illa, in qua asperitas contentionis oratoris ipsius humanitate conditur. Id. Or. 57. extr. Sit oratio permixta et temperata numeris, nec dissoluta, nec tota numerosa; et ib. 27. med. Oratio modica ac temperata. P Temperata regio, temperatum tempus, in quo calor et frigus ita temperata sunt, ut neutrum saeviat. Plin. 14, 2, 4. n. 3. Eugenia (vitis) ferventibus locis, Rhaetica temperatis, Allobrogica frigidis copiam praestant. Vitr. 1, 4. Regiones coeli neque aestuosae, neque frigidae, sed temperatae. Caes. B. G. 5, 12. Loca sunt temperatiora, quam in Gallia, remissioribus frigoribus. Varr. R. R. 2, 5. med. Temperatissimum anni tempus. Colum. 3, 20. Mitis ac temperatus annus. Ad-

et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, in eo maximae moles molestiarum, et turbulentissimae tempestates existerunt. *Id. Dom. 53. med.* Tu, procella patriae, turbo ac tempestas pacis atque otii. *Id. Cluent. 35.* Vis illa fuit, et ruina quaedam atque tempestas, et quidvis potius, quam iudicium. *Id. Verr. 2, 2, 37. extr.* Hiemi sese fluctibusque committere maluit, quam non istam communem Siculorum tempestatem calamitatemque vitare. *Hor. Ep. 2, 2, 85.* Fluctibus in mediis et tempestatibus urbis. *Sen. Ag. 62.* Alia ex alia cura fatigat, Vexatque animos nova tempestas. *Val. Max. 1, 8. n. 2. extr.* vocat tempestatem pestilentiam, quae per triennium Romanos afflixit. P Illa poetica sunt: *Stat. Th. 3, 228.* Martem ait tota perfusum pectora belli Tempestate, h. e. turbis, caedibus, calamitatibus, quae bello comitantur. *Virg. quoque A. 7, 223. et Liv. 31, 10. et 43, 18., item Claud. in Eutrop. 2, 579. et Laud. Stil. 1, 246. et B. Get. 112. et 611. et alibi tempestatem de bello et proelia dixere. Id. Cons. Mall. Theod. 220.* Nullaque mutati tempestas proditor oris, h. e. turbatio. *Hor. Ep. 1, 15, 31.* Pernicies et tempestas, barathrumque macelli. Simile est illud *Pl. Capt. 4, 3, 3.* Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido! P De magna vi et copia alicujus rei. *Cic. Pis. 36. f.* Qui cum concursum plorantium ac tempestatem querelarum ferre non posses, in oppidum devium profugisti. *Virg. A. 12, 283.* it toto turbida coelo Tempestas telorum, ac ferreus ingruit imber. *Claud. in Ruf. 1, 101.* Non Tartesiaci illum satiarit arenis Tempestas pretiosa Tagi. *Id. Idyll. 1, 98.* Indus odor penetrat nares, completque salubri Tempestate viros. P In genit. plur. est tempestatum: sed et tempestatium, ut civitatum, reperitur. *Inscr. ap. Spon. Miscell. p. 76.* Jovi O. M. tempestatum divinarum potenti, etc.

TEMPESTIVE, adv. *ὄρατος, ἐκκαλῶς*, suo tempore, opportune, in tempore: neque maturius, neque serius. *Cic. N. D. 2, 62. f.* Serere, colere, tempestive demetere, et percipere fructus. *Plin. 16, 36, 66.* Caedi solebant arundines tempestive sub Arcturo, etc. (h. e. mense Septembris) postquam varietas accessit, caedi ante solstitia coepit. *Cato R. R. 61.* Bene et tempestive arare. *Colum. 2, 8. med.* Nec ignoro, quosdam praecipisse, ne seminarentur agri, nisi cum terra pluvius permadisset: quod ego, si tempestive competat, conducere non dubito: sed si seri sunt imbres, etc. *Id. 3, 21. med.* Uvae, quae maturiores incipiunt, tempestive leguntur. *Plin. 26, 3, 8.* Vinum aegris dare tempestive. *Suet. Vesp. 23.* Utebatur et versibus Graecis tempestive satis; et *Or. Trist. 4, 10, 31.* Felices ambo, tempestive sepultos! Ante diem poenae quod perire meae. *Pl. Truc. 1, 1, 41.* Qui nostrae aetati tempestive temperint. Alii leg. *tempestivo. Just. 34, 1.* Quarentibus causas belli tempestive fortuna querelas Spartanorum obtulit. *Hor. Od. 4, 1, 9.* Tempestivus in domo Pauli comissabere Maximi.

TEMPESTIVITAS, atis, f. *ὄρατοσύνη, ἐκκαλοσύνη*, tempus quippiam agendi opportunum. *Plin. 10, 34, 52.* Columbae pullis primo salsiorem terram collectam gutture in ora inspuunt, praeparantes tempestitatem cibo. *Id. 18, 30, 73.* Tempestitas condendi frumenta. *Id. 11, 14, 14.* Alterum genus est mellis aestivi, quod ideo vocatur *ὄρατος* a tempestitate praecipua. *Cic. Sen. 10. med.* Sua cuique parti aetatis tempestitas est data, ut et infirmitas puerorum, et ferocitas juvenum, et gravitas iam constantis aetatis, et senectutis maturitas naturalis quiddam habeat, quod suo tempore percipi debeat. P Pro temperie et temperamento. *Plin. 29, 6, 39.* Claritatem oculorum consequi, et stomachi totiusque corporis tempestitates.

TEMPESTIVO, adv. V. *Plauti l. c.* in TEMPESTIVE.

TEMPESTIVUS, a, um, adj. tempori aptus et conveniens, opportunus, idoneus, *καλῶς, εὐκαλῶς*. *Cic. N. D. 2, 53.* Etesiae tempestivi et salutare omnibus, quae oriuntur e terra. *Just. 44, 1.* Hispania felicibus et tempestivis imbribus in omnia frugum genera fecunda est. *Plin. 16, 43, 84.* Tempestita caesura arborum. *Cic. Manil. 12.* Nondum tempestito ad navigandum mari, Siciliam adiit. *Hor. Ep. 2, 2, 142.* Et tempestitum pueris concedere ludum. *Liv. 5, 12. f.* Orationem tempestitivam de concordia ordinum, patribus plebique gratam habuit. *Id. 45, 19.* Aggredi aliquem tempestitivis temporibus. Sunt qui malint sermonibus. *Ov. Met. 5, 499.* venit narratibus hora Tempestita meis. *Auct. dial. de Or. 14.* Num parum, inquit, tempestitivus interveni secretum consilium tractantibus? *Stat. Th. 2, 354.* oscula moestis Tempestita genis posuit. *Plin. 11, 17, 17.* Apparatus indice tempestitivum diem eligentium. *Cic. Tusc. 1, 45.* Multa mihi ad mortem tempestitiva fuere, h. e. multae causae ac tempora idonea, quibus mortem obirem. P Tempestitivum est, opportunum, idoneum tempus est. *Plin. 16, 39, 74.* Caedi tempestitivum quae decorticebantur, cum germinant, alias cortice inextricabili. *Colum. 1, 8. f.* Si tempestitivum erit, confestim; si minus, postero die fines oculis perlustrare. P Tempestitivus surgere dicitur, qui tempore opportuno ad

agendum surgit, quod est hominis operosi et recte valentis. *Plin. 7, 53, 54.* Nullis evidentibus causis obiere, dum calciantur matutino, duo Caesares, Q. Fabius Max., C. Vulcatius Gurgus: omnes adeo sani atque tempestivi, ut de progrediendo cogitarent. *Id. 29, 4, 25.* Refrigeratum sub dio dari tempestivis, antecedente vomitione. P Tempestita convivia, quae nulla dilatione interposita, legitima coenae hora ineuntur: aut etiam aliquanto maturius, quod solent, qui negotiis carent, et orexi laborant, et gulae inserviunt. Eaque saepe in reprehensione ponuntur. Olim Romani, duri homines, et operi rustico dediti, sub occasum solis ex Sabinorum disciplina, cibum sumebant: deinde hora diei decima coenae dari coepta, et crescentibus opibus ac luxu, etiam nona, aut octava, ut ex *Hor. Ep. 1, 7, 71., Mart. 4, 8., Juven. 1, 49.* et aliis constat. Itaque tempestitivae accumbere dicebantur, qui temporibus mensae assidebant, largius et diutius cibo, et poculis, laetisque sermonibus operam daturi. *Cic. Sen. 14.* Ego vero propter sermonis delectationem tempestitivis quoque conviviis delector, nec cum aequalibus solum, sed cum vestra etiam aetate. (Cato senex delectari se dicit tempestitivis conviviis, non propter apiculas, sed, ut *ib. 13.* dicitur, propter coetum amicorum, et remissionem animi ex jucundis sermonibus.) *Id. Att. 9, 1.* Multa in me, et severe in tempestitivis conviviis disputantur; et *ib. 13. med.* Quas eos coenas obire, scripsit ad me Sextus! quam lautas! quam tempestitivas! *Id. Arch. 6.* Quis me reprehendat, si quantum alii tribuunt tempestitivis conviviis, quantum aleae, quantum pilae, tantum mihi egomet ad haec studia recolenda sumpero! *Id. Mur. 6.* Nemo fere saltat sobrius, neque in convivio moderato atque honesto: tempestitivis conviviis, amoeni loci, multarum deliciarum comes est extrema, saltatio. *Suet. Cal. 45. extr.* Senatum objuravit edicto, quod Caesare proeliantis, et tantis discrimibus objecto, tempestitiva convivia, circum, et theatra, et amoenos secessus celebrarent. *Tac. A. 11, 37.* Tempestitivis epulis delinitus, ubi vino incaluit, iri jubet, etc. *Ad H. 2, 68., Cic. Verr. 2, 3, 25., Sen. Ira 2, 28. med. Quint. decl. 9, 10. et decl. 331. med., Impp. Valent. Valent. et Gratian. Cod. Theod. 14, 9, 1., Appul. Apolog. et Curt. 6, 2, et 8, 1.* P Aliquot in locis, quae partim recitata, partim indicata sunt, praesertim *Cic. Mur., Suet. et Curt.,* alii leg. *intempestitivus*, ut est ap. *Manut. de quaes. per epist. par. 1, 5.* Sunt autem qui ita distinguunt, ut *tempestitiva convivia* sint, quae consueto coenandi tempore inchoantur et finiuntur, *intempestitiva*, quae multo ante praeveniuntur (ut *Vopisc. Flor. f.* loquitur), et in multam noctem producantur: illa saepe honesta sint, haec semper turpia. Verum haec discrimina, et ipsam variantem lectionem, tum ex optim. lib., tum ratione rejiciunt alii, *Graec., Gronov., Cellar.* et praecipue *Salmas. ad l. modo c. Vopisci*, ubi disputat contra *Lips. in excursu A ad Annal. Taciti. 14.* P Cum de frugibus, aliisque fructibus sermo est, *tempestitivum* dicimus maturum, percipiendum et utendo aptum, *ὄρατος*. *Cic. Sen. 2.* In percipiendis frugibus maturitas tempestitiva. *Id. Off. 2, 4. med.* Tempestitivos fructus ex bestiis capere. *Cato R. R. 54.* Ubi ocyum tempestitivum erit, dato primum. *Colum. 3, 21. med.* Nec pariter vetus, atque tempestitivus fructus praecipit vindemiam. *Cato R. R. 31.* Materies tum erit tempestitiva (*caesurae*), cum semen suum maturum erit. *Virg. G. 1, 256.* Aut tempestitivam silvis evertere pinum. *Gell. 2, 29.* Cassita in sementes forte concesserat tempestitiviores, h. e. citius solito maturescentes. *Colum. 7, 3.* Tempestitivum gregem iniri, h. e. cum est ad pariendum idoneus. *Hor. Od. 1, 23, 12. et ib. 3, 19, 27.* puella tempestitiva viro; et *Fest. in Romam.* Impulsas captivas auctoritate virginis cujusdam tempestitivae nomine Romae, incendisse classem.

TEMPESTUOSUS, a, um, adj. *θυσίλλος*, procellosus. *Sidon. ep. 4, 6.* Ad tempestituosos hostium incursums trepidare.

TEMPESTITUS, a, um, adj. idem quod tempestitivus. *Paulus ex Festo.*

[TEMPLARIS, e, adj. ad templum pertinens. *Auct. de limit. p. 295. Goes.* Fines templares sic quaeri debent: ut si in quadrifinio est positum (templum), et quatuor possessionibus finem faciet, quatuor aras quaeris, et aedis quatuor ingressus habet, ideo ut ad sacrificium quisque per agrum suum intraret. F.]

TEMPLATIM, adv. per templa, ut vicatim, per vicos. *Tert. Apol. 42. f.* Plus nostra misericordia insumit vicatim, quam vestra religio templatim.

TEMPLUM, i, n. locus, qui ab omni parte aspicitur, vel ex quo omnis pars videri potest. *Fest.* Templari dictum est a templo, id est loco, qui ab omni parte aspicitur, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant. *Varro etiam L. L. 6, 2.* a tuendo sic dici ait, id est ab aspiciendo, quia qua tuemur, templum est. Templum trifarium dicitur, a natura in coelo, ab auspicio in terris, a similitudine sub terra. Igitur primum templum de coelo dicitur: cujus quatuor partes erant

secundum augures, qui spectabant conversi a Septentrione in Austrum, sinistra ab Oriente, dextra ab Occasu, antica ad Meridiem, postica ad Septentrionem. [Cf. *Cort. ad Lucan. 1, 155.*] *Ennius:* Contremuit templum magnum Jovis altitonantis. *Ter. Eun. 3, 5, 42.* Qui templa coeli summa sonitu concutit. *Cic. Somn. Scip. 3.* Deus, cujus hoc templum est omne quod conspicis. *Enn. ap. Varr. l. c.* coeli caerulea templa. P Praecipue vere templum, *legior*, accipi solet pro regione in terris, aut agro, qui certo carmine ab augure lituo finitus, et notatus consecratusque esset, unde in omnes coeli partes liber erat aspectus. Sane augures interdum ea, quorum altitudo impediret, quo minus liber quoque versus aspectus foret, demoliri jubebant: ac C. Marius Honoris aedem eo summissiorem fecit, ne, si forte publicis obesset auspiciis, augures eam demoliri juberent. *Liv. 1, 6. extr.* Palatinum Romulus, Aventinum Remus ad inaugurandum templa capiunt. *Id. 8, 14. extr. et Cic. Vat. 10.* templum vocat Rostra: quod is locus inauguratus erat. Hinc *templum facere*, et *conspicere* ap. *Varr. l. c.* dicebantur augures, locum auspiciis captandis designantes: et *effari templa*, *ib. 5, 7.* Sic *Cic. Leg. 2, 8. f.* Urbemque, agros et templa liberata et effata habent. P Nec vero solum haec vox de regionibus apertis, et sub dio usurpata est, sed etiam de locis septis, et tectis, cujusmodi erant loca, in quibus senatus habebatur. Nam in loco per augures consecrato senatum haberi necesse erat, alioquin senatusconsulta non erant justa. Porro senatus habebatur vel in templo simpliciter per augures consecrato, ut in Curia Hostilia, vel Pompeja, vel Julia, vel in aede alicui Deo sacra, ut in aede Jovis. Apollinis, Martis, Bellonae, Castoris, Concordiae, Virtutis, Fidei, etc. *Cic. Dom. 51.* Curia sedes ac templum publici consilii. Adde *Liv. 1, 30. et 26, 31. f. et ib. 33.*, quibus locis templum de curia dicitur: et 2, 1. de asylo. P Item *templi* vox de aedibus, quae Diis consecratae fuerunt, usurpatur, *vaos. Cic. Verr. 2, 4, 43.* Herculis templum est apud Agrigentinos non longe a foro, sane sanctum apud illos et religiosum. P Poni videtur etiam pro sepulcro, seu sacello, in quo monumentum sepulchrale alicujus viri aut mulieris praestantioris, cui cultus fere divinus habetur, ut *Non. 6, 92.* observat. *Virg. A. 4, 457.* Praeterea fuit in tectis de marmore templum Conjugis antiqui, h. e. Sichaei. *Sil. 1, 81.* Urbe fuit media sacrum generitricis Elissae Manibus, et patria Tyriis formidine cultum (templum). P Sub terra dicitur de Inferis. *Enn. ap. Varr. l. c.* Archerusia templa alta Orci salvete infera. P De mari. *Pl. Mil. 2, 3, 3.* Quae me in locis Neptuniis, templisque turbulenti servavit. Adde *Rud. 4, 2, 4.* P Transferunt quoque ad multas res, ut *Templum mentis*, pro interioris animi secretis, *Templum linguae*, id est pars, seu locus. *Lucr. 4, 628.* Linguae sudantia templa. *Id. 5, 104.* Mentis templa. P In architectura templa vocantur tigna minora transversim collocata super cantherios, quae tectum domus sustinent: super hujusmodi templa asseres deinde compinguntur, qui tegulas superpositas habent. *Vitr. 4, 2.* Supra cantherios templa, deinde insuper sub tegulas asseres. *Id. ib. 7.* Supra id fastigium column, cantherii, templa ita sunt collocanda, etc. *Festus* etiam hujus notiois meminit, cum scripsit, templum dici etiam tignum, quod in aedificiis transversum ponitur.

TEMPORALIS, e, adj. *ἐλαττος, ἕρροτος*, qui ad tempus durat, temporarius. *Sen. Q. N. 7, 23.* Omne, quod causa temporalis accendit, cito intercedit. *Quint. 6, 2.* Adiciunt quidam peritorum, *παροδος* temporale esse. *Tac. Agr. 46.* Temporales laudes. *Ulp. Dig. 29, 1, 1.* Militibus liberam testamenti factionem Julius Caesar concessit: sed ea concessio temporalis fuit. *Hermogen. ib. 47, 10, 45.* Temporalis exsilio coerceri. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. n. 43. lin. 16.* Arae temporales refectae, h. e. caespiticiae, in quibus non perpetua et stata peragebantur sacrificia, sed quae extraordinarii tantum sacri causa constituebantur. P *Verbum temporale* ap. *Varr. L. L. 7, 4. et ib. 8, 62.* est, quod tempus significat, et per tempora declinatur; et *ib. 9, 1. f.* *declinatio temporalis.* Sic *temporale nomen* ap. *Prisc. 2, 581.* est, quod tempus significat, ut *mensis, annus: et temporalia adverbium* ap. *eund. 15, 117.* ut *pridem, nunc, modo.* P Ad tempora capitis pertinent. *Veg. Vet. 2, 11. et 16.* Temporales venae.

TEMPORALITAS, atis, f. ratio temporis. *Tert. Pall. 1. med.* Et si quid praeterea conditio, vel dignitas, vel temporalitas vestit. *Id. Resurr. carn. 60.* Donec vita ipsa transferatur a temporalitate in aeternitatem.

TEMPORALITER, adv. ad tempus. *Tert. ado. Jud. 2. med.* Lex temporaliter observata.

[TEMPORANEUS, a, um, adj. tempestitivus. *August. Conf. 13, 18. med.* Erumpat temporanea lux nostra. Usurpat etiam *Vulg. interpres ep. Jac. 5, 7.* Ecce agricola expectat pretiosum fructum terrae, patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum: sc. imbrem autumnalem et vernum. F.]

TEMPORARIE, adv. idem ac temporaliter. *Salv. Gubern. D. 5, 8. med.* Hoc enim pacto aliquid pa-

ventibus temporarie attribuitur, ut in futuro totum illis auferatur. Adde *ib.* 7, 22. *F.*]

TEMPORARIUS, a, um, adj. *ἄρρητος*, idem quod temporalis, temporibus serviens, ad tempus durans: cui opponitur *perpetuus*. *Nep. Att.* 11. Illius liberalitatem neque temporariam, neque callidam fuisse. *Sen. ep.* 90. *med.* Hae sunt amicitiae, quas temporarias populus appellat, *h. e.* temporibus accommodatas, eisque mutatis desinentes. *Plin.* 36, 15, 24. *n.* 7. Fecit in aedilitate sua opus maximum non temporaria mora, verum etiam aeternitatis destinatione. *Id.* 34, 7, 17. Temporarium theatrum. *Id.* 18, 26, 66. *n.* 2. Cuculus ales temporarius: scilicet quia aestate tantum apparet. *Id.* 11, 38, 90. Sanguis solus in corpore temporarium sentit incrementum. *Plin. alter ep.* 6, 13. *f.* Nonnulli, quorum temporaria gravitas, vel potius gravitatis imitatio ridebatur. *Quint.* 5, 10. *med.* Ira temporarius animi motus. *Curt.* 4, 5. *med.* Ut sunt Graecorum temporaria ingenia, *h. e.* pro temporum ratione mutabilia. *Plin. Pan.* 91. *f.* Non ergo temporarium et subitum est, quod, etc.

TEMPORATIM, adv. pro temporum ratione, per tempora. *Tert. Pall.* 2. Terra temporatim vestiri amans. *Id. Anim.* 28. Moses decursus generis humani ab exordio mundi quosque per singulas natiuitates nominatim, temporatimque digessit.

TEMPORI et Tempēri, adv. *ἐν καιρῷ, κατὰ καιρὸν*, suo tempore, idoneo tempore, mature. *Tempori* est ab antiquo declinatu *tempus, eris*, ut *pignus, eris*. *Titin.* ap. *Non.* 4, 362. Date pensam lanam: qui non reddet tempori Putatam recte, facite ut mulctetur malo. *Cato R. R.* 2. Rogat, satisne temperi opera sicut; et *ib.* 3. Ex quavis olea, oleum bonum fieri potest, si tempori facies. *Pl. Men.* 3, 1, 17. Edepol venio adversum temperi. *Id. Rud.* 4, 2, 16. Vigilare oportet hominem, qui vult sua tempore conficere officia. *Id. Ps.* 1, 3, 153. Cedo mihi, quid es facturus? *Ps.* tempore ego faxo scies. *Colum.* 8, 4. Ut propter cibi spem temporius ad officinam redeant. *Op. Met.* 4, 197. de sole: modo surgis Eo Temperius coelo, modo serius incidis undis. Alii leg. *temporius*. *Cic. Fam.* 9, 16. *f.* Memini, te mihi Phameae coenam narrare: temperius fiat: cetera eodem modo. Faceta ironia est in illo *Pl. Aut.* 3, 3, 5. Coquite, facite, festinate nunc jam, quantum lubet. *Congr. Temperi*: postquam implevisti fustibus istorum caput. Adde *Cas.* 2, 6, 59. et *Men.* 5, 4, 30.

TEMPORO, as, a. 1. *Tert. Resurr. carn.* 61. Accepisti dentes ad pulsus linguae temporandos. Alii leg. *temperandos*: nam hoc idem significare videtur.

TEMPSANUS et Temsanus, a, um, adj. ad Tempusam seu Tamsam pertinens: quod est oppidum Brutiorum, quod et Temese appellatum fuit, ut in TEMESAIEUS dictum est. *Cic. Verr.* 2, 5, 15. Illud Tamsanum incommodum proferes. *Liv.* 34, 45. Tamsanus ager de Brutiis captus erat. P Est etiam cogn. R., ut L. Postumius Tamsanus praetor, ap. *Liv.* 39, 23.

[TEMPSIS, is, f. *Τέψις*, cacumen Tmoli montis, in quo supra Cl. annos vivunt incolae, ut ex Mutiano refert *Plin.* 7, 48, 49. Videtur esse a *Tempe* appellatum. *F.*]

TEMPTOR vel Temtor, oris, m. qui temnit. *Sen. Ag.* 605. perrumpet omne Servitium temptor levium Deorum. Alii plerique leg. *contemptor*, nempe ex illo *Virg. A.* 7, 648. *contemptor Divum*.

TEMPUS, oris, n. *ἄρρητος, καιρὸς, ὄρα*, intervallum, quo aliquid corpus movetur, vel aliquid fit. *Cic. Inv.* 1, 26. Tempus autem est, id quo nunc utimur (nam ipsum quidem generaliter definire difficile est) pars quaedam aeternitatis cum alicujus annui, mensuram, diurni, nocturnive spatii certa significatione. *Id. Univ.* 9. *f.* Hos siderum errores id ipsum esse, quod rite dicitur tempus, multitudine infinita, varietate admirabili praeditis. *Varr. L. L.* 5, 2. Tempus esse dicunt intervallum mundi, et motus: id divisum in partes aliquot, maxime ab solis et lunae cursu: itaque ab eorum tenore temperato tempus dictum. *Cic. Mur.* 34, *f.* Quod enim fuit tempus aut nostra, aut patrum memoria, quo haec ambitio non fuerit? *Id. Mil.* 26. Erit illud profecto tempus, et illucescet aliquando ille dies, cum, etc. *Op. Ib.* 136. Leniat aut odium tempus et hora meum. *Cic. ad Quir.* 9. *f.* Neque aequum est tempore et die memoriam beneficii definire. *Id. Quint.* 1. Diligentia quanta sit, nisi tempus et spatium datum sit, intelligi non potest. *Ter. Hec.* 3, 3, 14. Neque ut celari posset, tempus spatium ullum dabat. *Cic. Fam.* 3, 10. *med.* Suspicio, de qua alienam tempus est mihi tecum expostulandi; purgandi autem mei necessarium. *Id. Dic.* 2, 45. *f.* Tempus nascendi. *Caes. B. G.* 2, 19. *med.* committendi proclii. *Id. Ib.* 1, 3. Qui eo tempore principatum in civitate sua obtinebat. *Cic. Fam.* 5, 7. Si id egissemus, omne tempus una fuisset; et *Off.* 1, 2. Cum statuisset aliquid hoc tempore ad te scribere. *Id. Fam.* 3, 4. *med.* Te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie pluris feci; et *ib.* 5, 17. Superioribus temporibus ad te nullas litteras misi. *Id. Brut.* 83. Duo fuerunt per idem tempus dissimiles inter se.

Id. Cat. 1, 4. *extr.* Quos ad me id temporis venturos esse praedixeram. P Cum abl. et praepos. *in. Or. Met.* 12, 512. parvoque in tempore nudus Arboris Othrys erat. *Plin.* 8, 22, 37. Cum ceteris congregari per annos novem: quo in tempore si, etc. *Caull.* 66, 35. is aut in tempore longo Captam Asiam Aegypti finibus addiderat. P Cum infinito. *Cic. Or.* 2, 42. *f.* (et *Top.* 1. *extr.*) Tempus esset jam de ordine argumentorum aliquid dicere. *Nep. Ann.* 13. Tempus est horum libri facere finem. *Liv.* 6, 18. *med.* Tempus est etiam majora conari. *Virg. A.* 5, 638. jam tempus agi res. *Hor. Ep.* 2, 2, 215. Tempus abire tibi est. [**Cf. Brem.* ad *Nep. Ag.* 3, 4.] P Dicimus cum *Cic.* tempus ponere, consumere, insumere in aliqua re. Cum *cod.* terere, conterere. Et traducere. Et cum *Plin. jun.* studiis impendere. Et cum *Caes.* tempus constituere alicui rei. Et cum *Quint.* in *ep.* ad *Tryph.* dare, *h. e.* impendere, insumere. Sic *Op. Pont.* 2, 9, 50, dare tempora studiis. Et cum *Cic.* conferre tempus ad aliquid. P De parte diei, aut anni. De hora. *Ter. Heaut.* 1, 2. *f.* Tu, ut tempus est diei, vide sis, ne quo hinc abeas longius, *h. e.* ut hora est diei. *Nep. Pel.* 2. *extr.* Domum Charonis devenerunt; a quo et tempus, et dies erat datus; et *Cic. Fam.* 7, 1. Matutina tempora lectiunculis consumere. *Id. Or.* 1, 7. Extremum tempus diei. *Id. Leg.* 1, 3. Subsiciva quaedam tempora incurrunt, quae ego perire non patior. De tempore. *Caes. B. G.* 1, 54. Maturius, quam tempus anni postulabat, exercitum in hiberna deduxit. *Hirt. B. Alex.* 43. Hiberno anni tempore. *Cic. Verr.* 2, 4, 48. Circa Ennam sunt lectissimi flores omni anni tempore. [Hinc in nummo Anni Veri Caesaris M. Aurelii Antonini Aug. filii, de quo agit *Eckhel.* D. N. V. T. 7. p. 83., videre est quatuor pueros, quorum prior canistrum floribus oppletum capite ferens, ver denotat; alter cum falce et spicis aestatem; tertius cum fructibus ac lepore autumnum; quartus ramum querneum dextra, sinistra vero avem aquaticam tenens, hiemem exprimit: tres priores nudi sunt, ultimus veste tectus: sub his legitur *Temporum felicitas*. Similes figurae visuntur insculptae in pluribus monumentis sepulcralibus. V. *Zoeg. Bassiril.* T. 2. p. 222. *F.*] P Per metonymiam ponitur pro plaga coeli. *Varr. R. R.* 2, 2. *med.* Stabula spectent magis ad orientem, quam ad meridianum tempus. P Item pro opportunitate. *Nep. Alc.* 8. *extr.* Tempus rei gerendae non dimisit; et *ib.* 5. Tempus ejus interficiendi quaerere instituerunt. *Cic. Phil.* 7, 9. *f.* Tempus habes tale, quale nemo habuit unquam. *Vell.* 2, 21. Insidiari temporibus. *Sil.* 11, 194. nunc hora, viri, nunc tempus: adeste. [**Cf. Brem.* ad *Nep. Alc.* 5, 2. ubi similis usus Gr. v. *ἄρρητος* comparatur.] P Res quoque ipsae, et causae, et negotia, calamitates, discrimina, eventus, temporis appellatione significantur. *Cic. Verr.* 2, 5, 1. Provinciam Siciliam dubiis formidolosisque temporibus a belli periculis tutam esse servatam. *Id. Fam.* 2, 18. *med.* Tempora reipubl. qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore. *Id. Manil.* 1. Omne meum tempus amicorum temporibus transmitendum putavi; et *Planc.* 32. Non solum quid cuique debeam, sed etiam quid cuique intersit, et quid a me cuiusque tempus poscat. *Id. Quint.* 1. Quae res in civitate duo plurimum possunt, haec contra nos ambae faciunt in hoc tempore; et *Cluent.* 50. Quasi ego potuerim illud, quod tam populare esset, in illo tempore praeterire; et *Nep. Milt.* 5. Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit. [**V. Brem.* ad *h. l.*] *Liv.* 30, 37. Indignatus, dici ea in tali tempore, audirique. *Lucr.* 1, 93. Nec miserae prodesse in tali tempore quibat. *Cic. Cluent.* 50. Omnes illae orationes causarum et temporum sunt, non hominum ipsorum et patronorum. *Id. Fam.* 4, 9. Tempori cedere, id est necessitati parere, semper sapientis est habitum; et *ib.* 1, 5. Ejusmodi tempora post tuam projectionem consecuta sunt, ut meam erga te fidem absens experiri. *Id. Off.* 1, 10. Incidunt saepe tempora, cum ea, quae videntur digna justo homine, commutantur, fiuntque contraria. Adde *Op. Ib.* 84. [**Cf. Ern. cl. Cic.* s. h. v.] P Ad tempus, est commode, opportune, in tempore, ad constitutum tempus. *Cic. Coel.* 7. *med.* Dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacium vestrum accommodavistis. *Id. Att.* 13, 45. Ut Puteolos excurrere possem, et ad tempus redire. *Liv.* 38, 25. Quo cum consul ad tempus cum praesidio venisset, etc. P Item e re nata. *Plaut.* ad *Cic. Fam.* 10, 9. *f.* Si itineri meo se opposuerit, ad tempus consilium capiam. *Cic. Off.* 1, 8. *f.* Permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque brevis est, et ad tempus; an consulto et cogitata fiat injuria. P Item ad aliquod tempus. *Liv.* 28, 42. Dux tumultuarius L. Marcius, et militari suffragio ad tempus lectus. *Cic. Am.* 20. Coluntur simulatione (quos *metuimus*) dumtaxat ad tempus. P Ad hoc tempus, usque adhuc. *Caes. B. G.* 2, 17. Nervii cum equitatu nihil possent: neque enim ad hoc tempus ei rei student, etc. P In tempus, ad aliquod tempus. *Tac. A.* 14, 20. Pompejum incusatum a senioribus, quod mansuram theatri sedem possidet: nam antea subitariis gradibus, et scena in tempus structa ludos edi solitos. P In

omne tempus, in perpetuum. *Cic. Fam.* 5, 15. Amortuus gratus et optatus: dicerem jucundus, nisi id verbum in omne tempus perdidissem. *Op. Am.* 3, 2, 62. Te dominam nobis tempus in omne peti. P Per tempus, in tempore. *Pl. Men.* 1, 2, 30. Non potuisti magis per tempus mihi advenire, quam advenis. *Id. Truc.* 1, 2, 84. Per tempus subvenistis mihi. Contrarium est *post tempus*. *Id. Capt.* 4, 2, 90. Abi stultus: post tempus venis. P Tempore et in tempore, temperi, ad tempus, tempestive, opportune. *Phaedr. epil.* 3. Qui sint, requires: apparebunt tempore. *Cic. Fam.* 7, 18. Multa, mihi crede, assequere: ego enim renovabo commendationem, sed tempore. *Op. Her.* 4, 109. Tempore abest, aberitque diu Neptunius heros. *Id. Rem. Am.* 131. Temporis ars medicina fere est: data tempore prosunt, Et data non apto tempore vana nocent. *Plin.* 18, 6, 8. *n.* 3. Suo quaque tempore facienda. *Ter. Heaut.* 2, 3, 123. In tempore ad eam veni. *Id. Andr.* 3, 2. *f.* Atque adeo in ipso tempore eorum ipsum obviam. *Liv.* 33, 5. Nisi pedites equitesque in tempore subvenissent. *Tac. A.* 1, 58. Puer quo ludibrio conflictatus sit, in tempore memorabo. P Tempore significat etiam longo aliquo tempore. *Op. Trist.* 4, 6, 1. Tempore ruricolae patiens sit taurus aratri; etc. Tempore paret equus lentis animosus iras habens; etc. Tempore Poenorum compescitur ira leonum. P Pro tempore, ut tempus fert, aut permittit. *Sall. Jug.* 53. *f.* Pauca pro tempore milites hortatus, aciem in planum deducit. *Caes. B. G.* 5, 8. Ut quae in Gallia gererentur, cognosceret, et consilium pro tempore, et pro re caperet. Adde *Op. Trist.* 4, 2, 23. P De tempore, mature, tempori. *Auct. B. Hisp.* 33. *f.* Ipse de tempore coenavit, resinam et nardum identidem sibi infudit. P *Omni tempore*, semper. *Caes. B. G.* 1, 11. Ita se omni tempore de populo R. meritis esse, ut, etc. *Cic. Phil.* 14, 7. *f.* Qui omni tempore verae pacis auctor fuisset. *Prop.* 2, 17, 19. Nos quocumque loco, nos omni tempore tecum, Sive aegra pariter, sive valente sumus. *Lucr.* addit praepos. 1, 26. quom tu, Dea, tempore in omni Omnibus ornatum voluisti excellere rebus. P Ex tempore, extemplo, statim, illico. *Cic. Or.* 3, 50. Versus hexametros, aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore. Adde *Arch.* 8. P Item pro re nata, ut tempus exigit. *Id. Fam.* 12, 19. *f.* Sed melius ex re, et ex tempore constitues. *Id. Off.* 2, 9. *med.* Expedire rem, et consilium ex tempore capere. P In re grammatica tempus est inflexio verborum, quae praeteritum, praesens, et futurum significatur. *Varr. L. L.* 7, 8. In verborum genere quae tempora adsignificant, quod ea erant tria, praeteritum, praesens, futurum, declinatio faciendi fuit triplex, ut saluto, salutabam, salutabo. P Item quantitas syllabae longae vel brevis. *Cic. Or.* 57. Trochaeus temporibus et intervallis est par iambo. Adde *Hor. Sat.* 1, 4, 58. P Item numerus, rhythmus, minima mora ac particula temporis, quae fit inter loquendum, vel legendum. *Quint.* 9, 4. *med.* Neque enim hiare semper vocalibus, aut destitui temporibus volunt, sermo et epistola. *Id.* 11, 3. *f.* Nec in loquendo distinctionibus, temporibus, affectionibus moleste utemur. P Pertinet et ad rem musicam. *Id.* 1, 12. *in.* An vero citharoedi non simul et memoriae, et sono vocis, et pluribus flexibus serviunt, cum inter alios nervos dextra percipiunt, alios laeva trahunt, continent, probant; ne pes quidem otiosus certam legem temporum servat?

TEMPUS, oris, n. *ἄρρητος*, pars capitis utrinque inter oculos et aures. *Auct. ad Her.* 4, 55. *f.* Contorquet brachium, et Graccho percussit tempus. *Vitr.* 9, 6. *med.* Pes ingeniculati ad id fulcitur capitis tempus Serpentis, qui est inter Arctos implicatus; et paulo post: Contra rostrum, et capitis tempus dexterum. *Flor.* 4, 12. *med.* Recreatus ex vulnere in tempus. *Virg. A.* 9, 418. ita hasta Tago per tempus utrumque. *Sil.* 12, 414. per geminum transcurrit tempus arundo. *Stat. Th.* 10, 110. fusos a tempore laevo sustentat crines. P Per synecdochen ipsum caput. *Catull.* 61, 161. tremulum movens Cana tempus anilitas Omnia omnibus annuit. P Saepius adhibetur in plurali. *Cels.* 8, 1. Duae suturae super aures tempora a superiore capitis parte discernunt. *Plin.* 20, 6, 23. Alium medetur temporum doloribus illitum elixum. *Virg. A.* 5, 416. Temporibus geminis canebar sparsa senectus. *Lucan.* 3, 711. solido fregit cava tempora plumbo. *Mart.* 10, 83. Et latum nitidae, Marine, calvae Campum temporibus tegis comatis. *Hor. Od.* 1, 7, 23. Tempora populea fertur vixisse corona. *Tibull.* 2, 2, 7. puro destillent tempora nardo. *Virg. A.* 10, 890. et inter Bellatoris equi cava tempora conjicit hastam. P Synecdoche est in illo *Prop.* 4, 9, 15. jacuit pulsus tria tempora ramo Cacus, *h. e.* tria capita: triiceps enim fuit. *Sic Id. Ib.* 10. Per tria partitos qui dabat ora focos. P De vultu et facie. *Id.* 12, 14, 27. si caeruleo quaedam sua tempora fuce Tinxerit; et *ib.* 18, 83. Cui non his verbis aspergat tempora surdo Aut pudor ingenuus, aut reticendus amor? P In veterib. *Gloss.* legitur: *Tempus, ἄρρητος*, teste *Dausqu.* in *Orthogr.* Sic *tempora* ap. *Virg.* in quodam MS. vidisse se testatur *Ciofanus*, et ap. *Coripp. Johann.* 4, 754. et alibi scriptum fuisse fatetur P.

Mazzucchellius, qui hoc poema Corripi primus edidit. [*Quaedam adjecit F.]

TEMPYRA, orum, opp. Thraciae, non longe a Rhodope monte, medio loco inter Nestum Hebrumque flumina. Liv. 38, 41. Ov. Trist. 1, 9. (al. 10.) 21. B. A.

TEMULENTER, adv. μεθυσμένως, ebrie. Colum. 8, 8. f. Jam nunc Gangeticas, et Aegyptias aves temulenter eructant.

TEMULENTIA, ae, f. μεθυσμα, ebrietas: a temetum. Plin. 14, 13, 14. Cato scribit, ideo propinquos feminis osculum dare, ut scirent, an temetum olerent. Hoc tum nomen vino erat, unde et temulentia appellata. Id. ib. 2. med. Siquidem temulentiam sola non facit; et ib. 22. Quasi per se parum doceat libidines temulentia. Novius ap. Fest. in Temetum: Agite, exite, temulentiamque tollite.

TEMULENTUS, a, um, adj. μεθυστος, vinolentus, ebrius. Novius ap. Fest. in Temetum. Filias habeo temulentas: sed eccas video. M. Coel. ap. Quint. 4, 2. Ipsum offendunt temulento sopore profligatum, totis praecordiiis stertentem. Ter. Eun. 4, 3, 13. Temulenta es. Cic. Sext. 9. Qui non modo tempestatem tueri impendunt temulentum, sed ne lucem quidem insolitam possent. Id. in Sen. 6. Vini, somni, stupri plenus, gravibus oculis, fluentibus buccis, pressa voce et temulenta. Sidon. ep. 3, 13. med. Putidior, temulentior. Tac. H. 2, 68. Apud Vitellium omnia indisposita, temulenta, pervigiliis ac Bacchanalibus, quam disciplinae et castris propiora. Prud. adv. Sym. 1, 135. de Baccho: Hoc circumsaltante choro, temulentum adulter, etc. Alii leg. merulentus. P Translate. Appul. Met. 5. Videt capitis aurei genialem caesariem ambrosia temulentam, i. e. saturam et madentem.

TEMUNCULUS, i, m. dimin. temonis. Not. Tir. p. 181. Temo, temunculus. F.]

TEN', pro tene? Pl. As. 3, 3, 79. Ten' osculetur, verbero? Id. ib. 107. Ten' complectatur, caruifex? Adde Pers. 1, 29.

TENACIA, ae, f. perseverantia, aut duritia. Enn. ap. Non. 1, 5. de equo: Cujus tenacia infrenari minis nequit.

TENACITAS, atis, f. γλωσσοῦχος, firmitas, et perseverantia aliquid retinendi. Cic. N. D. 2, 47. f. Cibumque partim oris hiatu et dentibus ipsis capesunt, partim unguum tenacitate arripiunt, partim aduncitate rostrorum. P Saepae ponitur pro parsimonia, avaritia, sordibus. Liv. 34, 7. Sed in purpura, quae teritur absunturque, injustam quidem, sed aliquam tamen causam tenacitatis video.

TENACITER, adv. σπουδῶς, cum tenacitate, arcte, firmiter. Ov. Her. 9, 21. de Hercule: Tene ferunt geminos pressisse tenaciter angues? Val. Max. 7, 5, n. 2. Cum manum ejusdem tenacius apprehendisset. Maer. Sat. 7, 3. Hami angulosi, quam directi mucrones, tenacius infinguntur. Id. Somn. Seip. 1, 6. med. Quae extima sunt, non tenaciter tantum, sed etiam insolubiliter vincuntur. August. ep. 6. extr. Tenacius habitabit, et fixius. P Translate. Ov. Her. 3, 43. miseris tristis fortuna tenaciter urget, h. e. pertinaciter et obstinate. Appul. Met. 5. Tenacissime dissimulare. Solin. 52. med. Citius disceit, et retinet tenacius.

TENACULUM, i, n. retinaculum, vinculum, quo aliquid tenetur. Terent. praef. 29, 2383. Angustoque tenaculo Certat vincere ponderis In praecipis facilem fugam.

TENAX, acis, adj. γλωσσοῦχος, qui arcte tenet, firmiter haeret, facile et constanter retinet. Catull. 61, 34. Tenax hedera huc et huc Arborem implicat errans. Virg. A. 12, 404. prensatque tenaci forcipe ferrum. Id. ib. 3, 3. dente tenaci Ancora fundabat naves. Id. G. 4, 412. et Ov. Met. 11, 252. vincla tenacia; et ib. 4, 377. Complexus tenax. Id. Pont. 2, 1, 14. Mixta tenax segeti crescere lappa solet. Hor. Epod. 2, 24. tenaci in gramine jacere. Tac. A. 1, 63. med. Loca limosa, tenacia gravi coeno. Plin. ep. 5, 6. med. Glebis tenacissimum solum. Virg. G. 4, 161. Tenaces cerae. Plin. 16, 36, 64. Planicula arundinum contusa, et interjecta navium commissuris, ferruminat textus, glutino tenacior. Id. 27, 5, 15. Herba asperitatis etiam vestium tenaci, h. e. folio hirsuto, et vestibus adhaerente, ut Id. 24, 19, 116. tradit. Id. 22, 22, 39. Cutis tenacior capilli, h. e. magis retinens, ne defluat. Id. 36, 24, 58. Maltha cum adipe suillo et ficu, res omnium tenacissima. Ov. Am. 3, 4, 13, Pl. Cas. 4, 3, 13. et Liv. 39, 25. f. Equus tenax, i. e. dentibus frenum tenens, et sessori non parens. Sen. Herc. Oct. 1639. Alta pinus, et robur tenax, h. e. solida, dura. [*De nave: Liv. 28, 30. pondere tenacior navis, i. e. fluctibus magis quam ceterae resistens cursumque tenens.] P Tenaces, et Tenacia absolute, res tenaces, ut gluten, vinculum, et fructum pediculi. Pall. 3, 18. Capita olearum ulmeis vinculis, vel tenacibus quibuscumque constricta; et ib. 25. Pira lecta cum tenacibus suis, h. e. ramulis et pediculis. Id. 4, 10. Si dum pendunt poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris; et paulo post: mala cum tenacibus lecta. (Colum. hac eadem de re pediculis utitur 12. 44.) Id. 10, 17. Incisos botryonum tenaces calida pice amburere. P Translate. Plin. ep. 10,

7. Memoria tenacissima benefaciendi. Inscr. ap. Grut. 546, 5. Socerae tenacissimae memoriae posuit L. Julius Maximus. Quint. 1, 1. in. Tenacissimi sumus eorum, quae rudibus annis percipimus. Hor. Od. 3, 3, 1, Ov. Met. 10, 405. et Quint. 11, 1. f. Vir tenax propositi. Juven. 8, 25. justitiae. Pers. 5, 48. Parca tenax veri. Colum. 1, 7. Nec dominus in unaquaque re, cui colonum obligaverit, tenax esse juris sui debet. Plin. ep. 10, 17. Probus, et industrius, et disciplinae tenacissimus. Manil. 4, 165. Tenax animi. P Constans, firmus, stabilis, in bonam partem. Ov. Pont. 2, 6, 21. Turpe referre pedem, nec passu stare tenaci. Id. Am. 2, 6, 14. Et stetit ad finem longa tenaxque fides. Vell. 2, 29. med. Tenax amicitiarum. [*Id. 2, 84, 3. Delliis, exempli sui tenax: ubi v. Rulnk.] Virg. A. 4, 188. de Fama: Tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri. P in malam partem. Ov. Pont. 1, 2, 63. Cum video, quam sint mea fata tenacia, frangor; et ib. 2, 9, 28. rogabit, Ne sit ad extremum Caesaris ira tenax. Suet. Claud. 2. Tenaces morbi. P Parcus, avarus, sordidus. Cic. Coel. 15. Filiius familias patre parco ac tenaci. Pl. Capt. 2, 2, 39. Tenaxne pater ejus est? Phi. immo edepol pertinax. Ter. Ad. 5, 4, 12. Saevus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Ov. Met. 7, 656. parcumque genus, patiensque laborum, Quaesitque tenax. Suet. Caes. 67. Milites habebat tam cultos, ut argento et auro politis armis ornaret. quo tenaciores eorum in proelio essent metu damni. P De Inferis, quia quos semel accepit, nunquam reddunt. Sen. Hipp. 625. R. Tenacis dominus, et tacitae Stygis. Id. Herc. Fur. 678. Gradumque retro flectere haud unquam sinunt Umbrae tenaces. P In quacumque re parcus. Cic. Planc. 22. med. Eisdem, cum jam essent experti, quid valerent, restrictos et tenaces fuisse.

TENCHTERI vel Tencteri, orum, Τένκτηροι, populi Germaniae, ad Rhenum. Caes. B. G. 4, 1. 4. et 15. Tac. A. 13, 15. et H. 4, 21. et 64. et Germ. 32. B. A.

TENDEBA, orum, Τένδηβα, Cariae opp. Liv. 33, 18. bis. B. A.

TENDICULA, ae, f. πνεύμων, tenuis, laequeus, quem avibus, sive feris tendimus. Hinc translate Tendiculae litterarum sunt captiones ex litteris et syllabis, cum non rei aequitas, sed summo juri insistentibus, ipsique voculis adversarium irretire conamur. Cic. Caecin. 23. Tum aucupia verborum, et litterarum tendiculis in invidiam vocant. P Sunt etiam tendiculae longae perticae, quibus fullones vestimenta distendunt. Sen. Q. N. 1, 3. Idem videbis accidere, si quando volueris observare fullonem, cum os aqua implevit, et vestimenta tendiculis ducta leviter aspergit. Alii tamen leg. ridiculis a ridicula, ae.

TENDO, is, tetendi, tensum et tentum, a. 3. τέλλω, dilato, explico, extendo, porrigo, distendo. Volunt esse ab τέλλω, Aeol. pro τέλλω. Colum. 6, 14. med. Intumesce collum, nervique tenduntur. Virg. A. 3, 268. Tendunt vela Noti. Ov. Am. 3, 2, 72. Tende, precor, valida lora sinistra manu! Virg. A. 7, 164., Ov. Met. 12, 564. et Sen. Herc. Oct. 1722. Tendere arcum. Hor. Od. 1, 29, 9. sagittas arcu. Virg. A. 5, 508. oculos pariter, telumque. Hor. Od. 1, 1, 34. barbiton; et Caes. B. G. 2, 13. manus ad aliquem; et ib. 7, 48. alicui de muro manus. Id. B. C. 2, 5. manus ad coelum. Ov. Pont. 2, 9, 65. brachia orantia ad aliquem. Id. Fast. 1, 505. brachia in ripam. Id. Met. 11, 379. manus in litora. Id. Her. 10, 145. Has tibi plangendo lugubria pectora lassas, Infelix tendo trans freta longa manus. Id. Met. 8, 849. tendens super aequora palmas. P Tendere retia, plagas, extendere capiendis feris, avibus, piscibus. Cic. Off. 3, 17., Hor., Virg., Ov., Tibull., Prop. etc. Hinc translate Pacuv. ap. Eest. in Nequitum: Sed cum contendi nequitum vi, clam tendenda est plaga. Ter. Ph. 2, 2, 16. Non recte accipitri tenditur, neque miluo, qui male faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur. Prop. 2, 23, 68. insidias in me componis inanes: Tendis iners docto retia nota mihi. Sall. Cat. 28. Tendere insidias consuli. [*Cf. Cic. Legg. 1, 17, 47. Suet. Caes. 35.] P Translate. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 65. non anxia mentem Spes agit, et longo tendit praecordia voto. P [Tendi dicuntur nervi iis, qui noctu cubantes in lecto afficiuntur in pedibus cruribusve ea nervorum contractione, quam Itali nunc granchio vocant. Plin. 28, 6, 17. Pedes in humo deponi (prodest), si nervi in his, cruribusve tendantur in lectulo. V. NERVUS. f. P Tendere nervum in obscenis est, et significat tentigine laborare. Ludit in ambiguo Auct. Priap. 70. Nemo meo melius nervum tendebat Ulixae. Hinc Mart. 11, 60. sed Phlogis ulcus habet, Ulcus habet, Priami quod tendere possit alutam. V. TENTUM. F.] P Tendere noctem, extendere, ducere. Hor. Ep. 1, 5, 10. impune licebit Aestivum sermone benigno tendere noctem. Alii leg. extendere. Addit Benil. illud Hieronymi ep. 130. n. 15. Nunquam dies tibi longi erunt, sed, quamvis aestivis tendantur solibus, breves videbuntur. P Tendere tabernaculum, explicare et ponere; et fere ad rem militarem pertinet. Prop. 3, 9, 45. Tarpejo conopea tendere saxo. Caes. B. C.

3, 82. Alterum ei jubet praetorium tendi. Hinc tendere absolute, tentoria, seu castra habere. Virg. A. 2, 29. Hic Dolopum manus, hic saevus tendebat Achilles. Id. ib. 8, 605. legio latis tendebat in arvis. Caes. B. G. 6, 36. Ut qui sub vallo tenderent mercatores, recipiendi sui non haberent facultatem. Curt. 7, 2. f. Hanc seorsum cohortem a ceteris tendere ignominiae causa jubet. Id. 3, 8. mid. Cum incondita multitudo, maxime propter jumenta, laxius tenderet. [*Tac. H. 1, 31. ad electos — in porticu tendentes: cp. 55. iisdem hibernis tendentes; et 59. Lugduni tendentibus Liv. 44, 13. ut in iisdem castris tenderet. Plura v. in Gloss. Liv. s. h. v. Cf. B. Crus. cl. Suet. p. 766.] Hyg. Gromat. p. 11. col. 2. Ut sciamus, quot alae in praetentura tensurae sint. Inscr. ap. Grut. 1096, 6. Cn. Marcio Cn. F. Gal. Plactorio Celeri, praeposito numerorum tendentium in Ponto. P Etiam in acie positus miles tendere dicitur. Hirt. B. Afr. 17. Ut una cohors post alteram ante signa tenderet. [*Diligenter rem exsecutus est Guischardus Mem. mil. Vol. 2. p. 198 — 207. vel T. 2. p. 279 — 288. Dicendi ratio eadem est, quae in exemplis infra laudatis, ubi absolute eundi, porrigendi notione positum est, ita ut de sub intell. v. se frustra quidam monuisse videantur.] P Hinc ponitur pro resistere in pugna. Sall. Cat. 63. [*60, 5.] Ubi videt Catilinam, contra ac ratur erat, magna vi tendere. Virg. A. 5, 21. Nec nos obniti contra, nec tendere tantum Sufficimus. [*Frequens est hic dicendi usus, quam multis exemplis adstruxerunt Curt. ad Sall. l. l. ubi v. quae addidit Kritz., porro Gronov. et Drak. ad Liv. 32, 32, 7.: quem locum Noster cum aliis ejusdem generis ex Livio congestis huc transferre ex inferiore loco debebat. Accurate hoc loquendi genus tractavit etiam Boettich. in Lex. Tac. p. 458. sq.] P Metonymice est porrigere, offerre, exhibere: quia porrigendo manus tendimus. Id. ib. 2, 674. complexa pedes in limine conjux Haerebat, parvumque patri tendebat Iulum. Id. G. 4, 534. tu munera supplex Tende petens pacem. Cic. Or. 1, 40. f. Vagari magna cum caterva toto foro, praesidium clientibus, opem amicis, et prope cunctis civibus lucem ingenii et consilii sui porrigentem atque tendentem. Id. Font. 12. Populo R. non metum belli, sed spem triumphi tendere. Pleriq. alii leg. ostendere. [*Ita Orell.] P Saepae est ire, pergere, iter dirigere, contendere: quod fit pedes gressusque extendendo. Cic. Att. 16, 5. f. Dubito, an Venusiam tendam, et ibi expectem. Plin. 31, 2, 3. Villa ab Averno lacu Puteolos tendentibus imposita litori. Nep. Mil. 1. extr. Cursum direxit (navibus) quo tendebat, pervenitque Chersonesum. Plin. ep. 1, 5. med. Coimus in porticum Liviae, cum alter ad alterum tenderemus. Hirt. B. Afr. 95. Iter in Hispaniam tendebat. Virg. A. 1, 660. iter ad naves tendebat Achates. Ov. Met. 2, 547. Ad dominum tendebat iter. Liv. 23, 34. Cum quaereret, qui, et unde, et quo (navigando) tenderent cursum. Lucr. 5, 628. de Luna: Tanto posse minus cum Signis tendere cursum. Sil. 9, 216. ex acie tende in Capitolia cursum; et 10, 73. Ac retro cursum tendentem ab crebra suorum Agmina. Virg. A. 2, 321. enrsuque amens ad litora tendit. Est qui leg. cursumque: ut hic Servius, et Burm. ad Ov. Met. 2, 547. moment. Plin. 2, 5, 4. Levita tendunt in sublime. [*Colum. 5, 6. Sursum tendit palmes. Bail.] P Cum accus. sine praepos. Lucan. 7, 477. Tunc ausae dare signa tubae: tunc aethera tendit, Extremique fragor convexa irrupit Olympi. Id. 9, 729. de draconib. alatis: tenditis altum Aera cum pennis. Alii plerique leg. ducitis. Illud autem aethera tendit alii interpretantur, intendit, impellit. P Pro vergere, inclinatum esse. Plin. 11, 37, 66. Gula tendit ad stomachum, is ad ventrem. Id. 5, 27, 27. Taurus mons ad occasum tendens; et 6, 13, 15. Portae Caspiae, quae per Iberiam in Sarmatas tendunt. Prop. 1, 6, 31. At tu, seu mollis qua tendit Ionia, etc. P Translate tendere ad aliquem, studio in eum ferri, favere, partis alicujus esse. Liv. 4, 9. Tutores in ea quoque re partium memores, ad suum tendere; et 24, 5. Tendendo duo ad Carthaginienses, Thraso ad societatem Romanam, etc. et ib. 28. In concionem vocari placuit: ubi cum alii alio tenderent, nec procul res seditione esset, etc. P Pro spectare, respicere, aliquid tanquam scopum sibi praefigere. Brut. ad Att. inter ep. Cic. ad Brut. 1, 17. med. Atqui eo tendit, id agit, ad eum exitum properat, ut sit illi Octavius propitius. Liv. 4, 13. Ipse, ut est humanus animus insatiabilis eo, quod fortuna spondet, ad altiora et non concessa tendere. Ov. Trist. 4, 10, 17. Frater ad eloquium viridi tendebat ab aevo. Cic. Div. 2, 2. Ad reliqua alacri tendebamus animo, sic parati, etc. P Tendere animum, intendere. Stat. Achill. 1, 543. Tende animum vigilem, secundumque erige pectus. P Tendere, contendere, niti, instare, urgere; et assiduitatem, aut pertinaciam significat. Liv. 32, 32. Necdum sciebat, an, quod summa vi ut tenderent, amicus et propinquis mandaverat, imperium prorogaretur. Id. 4, 8. f. Et tribuni magis necessariam, quam speciosi ministerii procuracionem intuentes, ne in parvis quoque rebus incommode adversarentur, haud sane tetendere; et ib. 7. Comitium tribunorum militum

ut habeantur, tendunt. Id. 3, 15. Eo acrius contra tribuni tendebant, ut plebi suspectos eos criminando facerent. Id. 37, 53. Ne videar nimis pertinaciter in obtinendo eo tetendisse. [V. supra.] P Cum inf. Hor. Ep. 1, 10, 20. aqua tendit rumpere plumbum; et ib. 2, 2, 57. Tendunt extorquere poemata. Liv. 6, 38. Si civitati leges imponere tendent. Virg. A. 2, 220. manibus tendit divellere nodos. Pers. 5, 139. si vivere cum Jove tendis. Juven. 10, 151. Jam tenet Italiam: tamen ultra pergere tendit. P Tendi pro tendi dictum quidam putant a Prop. 3, 6, 37. qui nostro tendisti retia lecto. Broukus, testatur ita esse in omnib. MSS., sed standum esse a veterib. grammaticis, qui leg. nexisti. V. NECTO.

TENDOR, oris, m. *tēns*, tensio. Appul. Met. 4. Animi dolore, et faucium tendore, et corporis lassitudine fatigata.

*TENE. V. v. sq. B. A. *TENEAE, ae, f. vicus maritimus Achaiae, inter Corinthum et Mycenae. Cic. Att. 6, 2. med. ed. Ernesti. ex correctione Graecii. Aliae edd. Tene, minus recte. Steph. Byzant. Τενεα, πόλις Κορινθίων, ἀπὸ Τίριου τοῦ Κίρκου. Κείνη μετὰ τὸ Κορινθίων καὶ Μυκηνῶν. Τὸ ἰσθμὸν Τενεῶν. Δέξεται καὶ Τενεα, ἡ χώρα. Strabo 8. p. 262. Καὶ ἡ Τενεα ἔστι πόλις Κορινθίων, ἐν ἣ τοῦ Τενεῶν Ἀπόλλωνος ἱερὸν, κ. τ. λ. P Item urbs Arcadiae. Mela 2, 3. med. In Arcadia sunt urbes, Psophis, Tenea, et Orchomenon. Sed nemo, quod sciam (dicta sunt Cellarii), hoc nomine opp. in Arcadia posuit: ut suspicari possis Tegea forsitan legendum esse, quod vix credibile, unam ex tribus primariis praeteriri a ceteris omnibus posse. Haec Cellarius. Locum Melae perperam citat Ernestus Clav. Cic. sub v. Tene. B. A.

TENEBELLAE, arum, f. plur. parvae tenebrae. Claud. Mamert. Stat. anim. 2, 9. f. Erucetur ex abditis tenebellarum.

TENEBRAE, arum, f. plur. *oxōtos*, privatio luminis: a teneo, ut a certo est vertebrae, a salio salbrae, quod homines in tenebris quasi teneantur, nec libere se commovere audeant, metuentes, ne vel impingant aspiciam, vel e locis sublimioribus decidant. [*Doederl. 3, 165. nullam verborum tenebrae et tenere synonymiam intelligens, sensus originis cognationem vidit in tenebrae et nebula, comp. Gr. *δύστος*, *δυσσέτος*. — A caligine, cujus vocabuli cum nostro conjuncti plurima exempla collegit, tenebras ita differre, ut illud gradationem quandam tenebrarum continet: obscuritas minus quiddam significare, quam caligo et tenebrae.] Cic. N. D. 2, 38. Nos autem tenebras cogitemus tantas, quanta quondam eruptione Aetnaeorum ignium finitimas regiones obscuravisse dicuntur. Id. Agr. 2, 17. Tetræ tenebrae et caligo. Id. in Sen. 3. Caligo et tenebrae. Id. Fin. 3, 11. med. Homines tenebras et solitudinem nacti, nullo dedecore se absteineant. Sall. Cat. 58. de Tulliano: Incultu, tenebris, odore foeda atque terribilis ejus facies. Sen. Thyest. 993. spissior densis coit caligo tenebris. Virg. G. 1, 248. obtenta densantur nocte tenebrae. Id. A. 11, 824. tenebris nigrescunt omnia circum. Lucan. 1, 543. Involvere orbem tenebris. Plin. 2, 10, 7. Luna solem subeunte, repentinas obduci tenebras. Ov. Met. 2, 395. tenebras inducere rebus. Lucr. 2, 60. Radii solis discutiunt tenebras. Ov. Met. 7, 703. aurora pellit; et ib. 2, 144. fugat. Virg. A. 8, 591. lucifer resolvit. Stat. Th. 12, 254. nigrantes astra laxant; et Juven. 12, 18. densae coelum abscondere tenebrae. Virg. A. 2, 92. Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebam. P De nocte. Nep. Eum. 9. f. Antigonus, tenebris obortis, ignes conspiciat; et Mart. 10, 47. Somnus, qui faciat breves tenebras. Liv. 31, 23. Classem in statione usque ad noctem tenuit: primis tenebris movit. Cic. Phil. 2, 30. med. Redii luce, non tenebris; et Pl. Ps. 1, 1, 88. Certum est mihi ante tenebras tenebras persequi, h. e. aute noctem vitam finire. Sic de morte Prop. 2, 16, 17. juro, Me tibi ad extremas mansuram, vita, tenebras. Quint. decl. 10, 12. Omnibus tenebris, h. e. omnibus noctibus. P De eo, qui deliquit animi et virium patitur. [*Cf. Ruhnk. ad Or. Her. 13, 23.] Pl. Curc. 2, 3, 30. Tenebrae oboriuntur, genua inedia succidunt. Lucan. 3, 735. oculos vastae obduxere tenebrae. Plin. 7, 6, 5. Dolores capitis, oculorum vertigines, tenebraeque. Ov. Her. 13, 23. tenebris exanguis obortis Succiduo dicor procubuisse genu. Adde Met. 2, 181. et Trist. 1, 3, 92. P De caecitate. Id. Met. 3, 515. tenebrasque et cladem lucis adeptae Objicit. Lucr. 3, 416. Occidit extemplo lumen, tenebraeque sequuntur. Stat. Th. 4, 407. Longaevi rex vatis opem, tenebrasque sagaces Tiresiae consulit. P De Inferis. Sen. Oed. 868. Tuque tenebrarum potens, In Tartara ima, rector umbrarum, rape. Hor. Od. 4, 7, 25. et Virg. A. 7, 325. Tenebrae infernae. Sen. Herc. Fur. 436. Tartareae. Id. Oed. 591. aeternae. Id. Hipp. 93. altae. Id. Herc. Fur. 861. turpes. Virg. G. 3, 551. Stygiae. Catull. 3, 13. malae tenebrae Orci. Sen. Herc. Oet. 279. Emerge, conjux, atque dispulsas manu Abrampe tenebras. Virg. A. 6, 545. Discedam, explebo numerum, reddarque tenebris. Ov. Met. 15, 154. Quid Stygia, quid tenebras, quid nomina vana timetis? P Tenebris, in tenebris, noctu.

Ov. Am. 1, 6, 10. Mirabar, tenebris si quis iturus erat. Tibull. 1, 7, 65. Haec (anus) me deducit tenebris. Adde 2, 1, 76. P Per tenebras, idem. Lucan. 2, 686. P Translate est obscuritas, ignoratio, oblivio. Cic. Arch. 6. f. Quae jacerent omnia in tenebris, nisi litterarum lumen accederet. Plin. ep. 9, 14. Pergamus itinere instituto, quod ut paucos in lucem famamque provexit, ita multos e tenebris et silentio protulit. Cic. Deiot. 11. Vestram familiam abjectam et obscuram e tenebris in lucem evocavit. Id. Att. 7, 11. Quaeso, quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim tenebrae sunt. Quint. 8, 2. f. Tenebris orationis lumen inferre. Cic. Acad. 4, 19. Offundere tenebras rebus; et ib. 6. obducere rebus clarissimis; et ib. 39. Latent ista omnia, crassissimaculata et circumfusa tenebris. Lucan. 9, 985. Pharsalia nostra Vivet, et a nullo tenebris damnabitur aevo. Lucr. 2, 15. Qualibus in tenebris vitae, quantisque periculis Degitur hoc aevi quodcumque est! et Phaedr. 3, 10. tenebras dispulit calumniae, Certumque fontem veritatis reperit. Plin. Pan. 44. Aetate in tenebris agere, h. e. remotum a convictu, a foro, a republica; et ib. 69. extr. Sunt in ore hominum, et in ore famae magna nomina ex tenebris oblivionis, indulgentia Caesaris. Quint. 1, 2. med. Lumen illud conventus honestissimi tenebris ac solitudini praetulisset. P Metonymice locus abditus, latebrae. Catull. 55, 2. Demonstres, ubi sint tuae tenebrae. Alii leg. tabernae. Cic. Sext. 9. Homo emersus subito ex diuturnis tenebris lustrorum ac stuprorum. P Item domus vilis et obscura. Juven. 3, 222. optima Sorae, Aut Fabratiae domus, aut Frusinae paratur, Quanti nunc tenebras unum conducis in annum. Mart. 2, 14. Grylli tenebrae, h. e. tenebrosa balnea Grylli, ut Id. ait 1, 60. P Item carcer. Sall. Jug. 16. Clausi in tenebris, cum moerore et luctu morte graviorem vitam exigunt. Tubero ap. Gell. 6, 4. In atras et profundas tenebras eum clauderant, ac diu post repente educebant. P Item turba, perturbatio, confusio: ducta translatione ab obscura tempestate et procellis. Cic. Dom. 10. Quae cum illis reipublicae tenebris, caecisque nubibus et procellis cum senatum a gubernaculis deiecisses, populum e navi exturbasses, etc. Id. Rosc. Am. 32. med. Qui tanquam si offusa reipublicae sempiterna nox esset, ita ruebant in tenebris, omniaque miscebant. Id. in Sen. 3. Ex superioris anni caligine et tenebris lucem in republica dispicere coepistis, [*Adde Dom. 44. et Fam. 12, 13. ubi v. Ernest. P Tenebrae sunt etiam hominum abjectorum et humilium et pravorum. Cic. Sen. p. R. 4. mens oppleta sordibus ac tenebris: unde Pis. 26. tenebras appellat hujusmodi hominem. P Tenebrae sunt etiam hominis ita in angustias redacti, ut aestuet, nesciatque, quid agat. Id. Caecil. 14. qui tibi aestus, qui error, qui tenebrae erunt. P De vehementi animi commotione, tristitia etc. Id. Tusc. 3, 34. ei quid tenebrarum obfudit exilium. Ern. cl. Cic. s. h. v.] P In sing. num. Lampr. Commod. 16. Repentina caligo ac tenebra in Circo cal. Januarii oborta.

TENEBRARIUS, a, um, adj. ut Tenebrarius homo, Vopisc. Firm. 2, ubi alii leg. tenebrarum.

TENEBRATIO, onis, f. *oxōtoma*, ut Tenebratio visus, Coel. Aurel. Tard. 1, 2. et 4. n. 66.

TENEBRESCO, is, n. 3. tenebrosus fio. August. de Genes. ad litt. 1, 10. f. Pars illa, in qua sumus, tenebrescit in noctem. In MSS. est tenebrascit. Hieron. in Isai. 5, 12, 10. Prae timoris magnitudine mortalibus cuncta tenebrescunt.

TENEBRICO, as, n. 1. tenebresco. Tert. adv. Jud. 13. med. ex Amos 8, 9. Sol media die tenebricavit. Vulg. habet tenebrescere.

TENEBRICOSITAS, atis, f. caligo, tenebrae. Coel. Aurel. Tard. 1, 4. n. 73. Tenebricositate vexari, h. e. caligine oculorum.

TENEBRICOSUS, a, um, adj. *oxōtōdēs*, obsitus, vel offusus tenebris, obscurus. Cic. Acad. 4, 23. Esse sensus quidem nec obscuro dicit, nec tenebricosus. Id. Pis. 8. extr. Tu ex tenebricosa popina consul extractus, cum illa saltatrice tonsa. Id. Vat. 5. Illud tenebricosissimum tempus ineuntis aetatis tuae patiar latere. Id. Prov. cons. 4. Lateant libidines ejus illae tenebricosae, quas fronte et supercilio, non pudore et temperantia contegebat. Catull. 3, 11. Qui nunc ita per iter tenebricosum Illuc, unde negant redire quemquam.

TENEBRICUS, a, um, adj. idem ac tenebricosus, apud poetas. Cic. Tusc. 2, 9. vertens carm. Sophocle. Haec a tartarea tenebrica abstractum plaga Tricipitem eduxit Hydra generatum canem. Tert. Pall. 4. f. Tenebrica vestis, h. e. atra. Pacuv. ap. Non. 2, 849. ex lectione Scal. sepes, h. e. carcer tenebricosus.

TENEBRIO, onis, m. *oxōrtas*, nebulo, lucifugus, qui tenebras sectatur, et in his libenter delitescit flagitii causa: item qui fraudibus et mendaciis tenebras ob oculos hominum objicit, fallendi artifex. Varr. ap. Non. 1, 67. M. Curius cum dilectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem. (Idem pluribus verbis narrat Val. Max. 6, 3. n. 4.) Afran. ib. Huc venit fugiens tenebrionem Tyrium. Varr. ib. Si et accusator

et reus erunt tenebriones, uterque utrumque vituperato.

TENEbro, as, a. 1. tenebras induco. Appul. Met. 8. Jam vespera semitam tenebrante. Lactant. 4, 19. ex Amos 8, 9. Et tenebrabitur dies lucis. Alii leg. obtenebrabitur. Vulgata habet tenebrescere faciam, etc. Ammian. 19, 8. Itaque vespera tenebrante, postica parte evado. Donatus etiam Virgilio tribuit A. 3, 635. telo lumen tenebramus acuto. Sed rectius tenebramus alii.

[TENEbrose, adv. *oxōtōs*, in tenebris. Hieron. in Jon. 4, 6. Timuit videlicet, ne, si pro cucurbitis hederæ nascerentur, unde occulte et tenebrose biberet, non haberet. F.]

TENEbrosus, a, um, adj. *oxōtōs*, tenebricosus, obscurus. Virg. A. 5, 839. Aera dimovit tenebrosam, et dispulit umbras; et ib. 6, 107. tenebrosa palus Acheronte refuso. Ov. Met. 1, 113. tenebrosa Tartara; et ib. 5, 359. sedes, h. e. Inferi. Lucan. 2, 79. tenebrosus carcer. Sen. Ag. 999. specus. Mart. 1, 60. tenebrosa balnea Grylli. Petr. Sat. 91. Per tenebrosam et sordidum egressum extraho Gitiona. Claud. Rapt. Pros. 2, 329. tenebrosa silentia, h. e. quae apud Inferos servantur. Val. Fl. 3, 399. Cimierium domus, et superis incognita tellus, Caeruleo tenebrosa situ. Tert. Anim. 1. f. Tenebrosior carcer. P Translate. Imp. Justin. Cod. 6, 43, 3. med. Tenebrosissimus error abolitus est. Prud. Apoth. 195. Corde tenebroso verum perpendere nescit.

TENEbrius, a, um, adj. *Tēdiōs*, ad Tenedon pertinens, quae est insula parva maris Aegaei contra Sigeum promontorium Troadis, cum urbe cognomine, condita a Tene Cyeni filio. Cic. Verr. 2, 1, 19. Tenedo Tenen ipsum abstulit, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse. Adde N. D. 3, 15. f. P Tenedia securis, proverb. de severa, tetrica, et expedita justitia: nam Tenes legem tulerat, ut homo securim tenens a tergo judicis staret, ut illum qui mendacii convinceretur, aut insontem accusaret, convictum statim occideret. Ita Suidas in Tēdiōs ἀρ-θροπος. Alii dicunt statuisse, ut in adulterio deprehensus securi statim a deprehendente feriretur: eamque ita servasse, ut etiam de filio suo deprehensus interrogatus, ipsum quoque sic puniri oportere responderit. Alia ap. Erasmus. in Adag. habes. Cic. Q. Fr. 2, 11. Tenediorum libertas securi Tenedia praecisa est, cum eos praeter me, et Bibulum, et Calidium et Favonium nemo defenderet, h. e. rigide, severe, ac statim negata et praecisa est. [M. Aurel. inter epist. Front. ad M. Caes. (ed. A. Maio) ep. 1, 9. Tum securim Tenediam, quam minaris, abde aliquo, ac reconde. F.]

TENELLULUS, a, um, adj. dimin. tenelli. Laevius ap. Prisc. 10, 903. Manu lascivula et tenellula. Catull. 17, 15. Et puella tenellulo delicatior haedo.

TENELLUS, a, um, adj. dimin. teneri, ἀπαλώτερος. Varr. R. R. 1, 41. Aqua recenti insito inimica: tenellum enim cito facit putre. Id. ib. 2, 7. Ungulae tenellae pullorum equinorum. Pl. Cas. a. 1. v. 20. Bella et tenella Casina. Stat. Sil. 5, 5, 86. ludusque tenello, Risus, et e nostro veniebant gaudia vultu, h. e. puero tenello. Domit. Mars. ap. Suet. Gr. 18. Epirota (h. e. Q. Caecilius Epirota) tenellorum nutricula vatum.

TENEO, es, ui, tentum, a. 2. *τηνέω*, *τηνέω*, habeo, retineo: a *τείνω*, tendo, quia tenendo, inquit Voss., manus nervi tenduntur. Pl. Merc. 5, 2, 42. Eut. Porridge brachium, prehende: jam tenes? Char. teneo. Eut. tene. Id. Pers. 3, 3, 8. Accipe sis argentum, impudens: tene sis argentum: etiam tu argentum tenes? Ter. Eun. 3, 5, 49. Os tuum impudens videre nimium vellem, qui esset status, flabel- lum te tenere asinum tantum. Cic. Coel. 26. f. Cum pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset. Ov. A. Am. 1, 320. Et tenuit laeta pellicis exta manu. Id. Fast. 1, 99. Ille tenens dextra baculum, clavamque sinistra; et ib. 2, 102. Non sunt haec digitis arma tenenda tuis. Phaedr. 1, 4. Et quem tenebat ore demisit cibum. (Adde Cic. Div. 2, 68.) Plin. 25, 13, 105. Decoctum diu tenendum in ore. Ov. Her. 3, 114. Tenere aliquem in sinu; et ib. 469. et ib. 13, 157. sinu. Claud. Idyll. 3, 19. Absentem tentura virum. P Tenere dicuntur arbores, cum satae comprehendunt. Sen. ep. 86. f. Positae vites etiam Martio exacto, tenent, et complexae sunt non suas ulmos. Colum. 5, 6. med. Si radicibus ulmi junxeris, male vites comprehendet: et cum tenuerit, incremento arboris opprimetur. Id. 3, 11. f. Rubrica alit vitem, cum tenuit. P Teneri solo dicitur, quiddam terrae cohaeret. Jabob. Dig. 50, 16, 115. P Tenere, imperio, ditone regere. Hor. Od. 3, 14, 25. tenente Caesare terras. Virg. A. 1, 626. Cyprum ditone tenebat. Val. Fl. 3, 658. dulcem sceptris Calydonia tenerem. [Huc pertinent etiam ista: Cic. Sext. 19. tenere rempubl. Mar. 38. totam remp. in hac causa tenetis et gubernatis. Fam. 11, 16. cum equitum centurias teneas, in quibus regnas. Att. 10, 11. ego meum facile teneo. Unde, qui tenent, dicitur, omisso reipubl. verbo ap. Eund. Att. 2, 8.: *τηνός* est — illis, qui tenent; et ib. 7, 12. An — iis me dem, qui tenent, qui potuerunt? — Suet. Tit. 7. tam artifices saltationis, ut mox see-

nam tenerint, i. e. principatum obtinuerint. V. Graev. ad h. l.] P Et utcumque possidere. Cic. Off. 2, 23. Multa hereditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur. P Item obtinere, occupare. Liv. 1, 5. Euandro multis ante tempestatibus ea tenebat loca. Cic. Manil. 11. f. Quam provinciam tenuistis a praedonibus liberam per hosce annos? Caes. B. G. 2, 22. Adeantuannus, qui summam imperii tenebat. Virg. G. 1, 115. annis abundans Exit, et obducto late tenet omnia limo; et ib. 4, 321. quae gurgitis hujus Ima tenes, h. e. possides, atque incolis. P [Huc pertinet etiam illud dicendi genus: tenere portus, insulam, littus, terram, ubi hoc verbum signif. appellere. Ita expl. Ruhnck. ad Ov. Her. 18, 198. teneant portus: ubi comp. Ejust. Fast. 1, 498. Nave secat fluctus Hesperiamque tenet. Liv. 21, 49. Quinqueremes insulam Vulcani tenebant: ibique intpp. Porro docet Id. l. Ov. l. dici tenere hoc sensu etiam de itinere terrestri, coll. Ov. Fast. 2, 313. Jamque nemus Bacchi Tmolii vineta tenebat: ibique Heins. qui ductu MSS. quorund. conj. Jam Bacchea, nemus Tmolii, vineta. Adde Liv. 30, 25. regionem tenere, i. e. eo pervenire; et 1, 37. montes — Sabini petebat et pauci tenere; cf. 36, 21. 37, 16. Cic. Har. Resp. 11. terram tenere non potuit, i. e. tangere: ubi v. Graev. P Hinc metaph. dicitur pro consequi, quod velis, conficere rem. Cic. Fam. 1, 1. res aliter teneri non potest; et Sext. 32. res jam manibus tenetur. Agr. 2, 17. qui per cursum rectum regnum tenere non poterunt. Liv. 42, 11. multa, quae non vi, non dolo, Philippus, omnia expertus, potuisset moliri, (Persea) admirando rerum successu tenuisse. P Interdum assumit notionem utendi Cic. Tusc. 4, 3. qui nihil prolatum erat melius, id, quod erat, tenebant; et Pl. 23. Jam id video; sed primum illud tenebo.] P Huc pertinet formula teneo te, qua utuntur, qui, quod maxime optabant, sentiunt se consecutos. [Duplex notanda erat hujus dicendi rationis notio. Est solemnis formula in disputatione de iis, qui adversarium aliquo ipsius dicto ita convictum habent, ut negare amplius nequeat. Ita in loco, quem Noster primum posuit, intelligendum. Ceterum debebant haec iis adjungi, in quibus teneri ad res judiciales pertinet causasque dicendas.] Cic. Acad. 4, 48. Teneo te, inquam: nam ista Academiae est propria sententia. [Adde Quint. 20. coll. N. D. 1, 26. — Alterum dicendi genus est proprie intelligendum de iis, qui amicos peregre reversos, vel periculo aliquo liberatos amplectuntur, vel quamcumque aliam rem diu speratam vehementerque exoptatam nacti sunt. Huc pertinent loci, quos Fore. mox posuit.] Ter. Heaut. 2, 4, 27. Teneone te, Antiphila, maxime animo exoptata meo? Adde Sen. Ben. 7, 4. [V. Ruhnck. ad Ter. Heaut. 2, 4, 27. et ad Ov. Her. 18, 183. et quos ib. laud., Cerd. ad Virg. E. 1, 31. et Graev. ad Suet. Caes. 59. P Tenere Deos dicuntur, qui eos benevolos et propitios habent. V. Ruhnck. ad Ov. Her. 21, 239. ubi comp. Amor. 3, 3, 12. formaque numen habet. Contrarium est carere Diis.] P Tenere est etiam amatorum et amicarum. Tibull. 1, 6, 3. et 2, 7, 34., Ov. Am. 3, 7, 3. etc. [Cf. Burm. ad Quint. decl. 357. p. 749. Ruhnck. ad Ov. Her. 2, 103. et quos comp. Brukh. ad Tibull. 1, 6, 3. et intppr. ad Phaedr. 2, 2, 3. Item Ruhnck. ad Ov. Her. 15, 88.] P Est etiam detinere, morari. Cic. Att. 11, 3. Eum, qui litteras attulit, diutius tenui, quia quotidie aliquid novi expectabamus. Id. Fam. 16, 7. Septimum jam diem Coreyrae tenebamur; et ib. 19. Si ob eam rem moraris, accipio causam: si id te non tenet, advoca; et ib. 11, 17. f. Non tenebo te pluribus. Id. Verr. 2, 1, 13. Ne diutius teneam, pecunia attributa, numerata est. [Plura habet Schütz. cl. Cic. s. h. v. P Item impedire, inhibere. Lucan. 5, 136. Et Phoebi tenere viam: ubi v. Burm. Cf. Ruhnck. ad Ov. Her. 7, 126. tenuit vias. P Item reticere. Cic. Or. 2, 54. Ea, quae occurrant, cum salissime dici possint, tenere.] P Item continere, includere: tenere se aliquo loco. Virg. G. 2, 371. Tendendae sepes etiam, et pecus omne tenendum. Nep. Dion. 1. Cum a conventu remotum se Dion domi teneret. Caes. B. G. 3, 17. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat; et ib. 5, 52. Magnam partem Galliae in officio tenuit. P [Item complecti, nostr. umfassen, begreifen, enthalten. Hor. Sat. 2, 3, 46. Haec populos, haec magnos formula reges, Excepto sapiente, tenet: ubi Heindf. comp. Gr. καίριον ex Plat. Men. §. 6.] P Item abstinere. Or. Am. 1, 4, 10. Vix a te video posse tenere manus. P Item suppressere, compescere. Cels. praef. med. Compressum corpus resolvere, solum tenere. Id. 4, 19. med. Id. assumptum leniter, sine ulla stomachi noxa ventrem tenet. Virg. G. 4, 483. tenuitque inhians tria Cerberus ora. Cic. Par. 5, 1. Tenere iracundiam, coercere avaritiam. Id. Verr. 2, 4, 18. f. Vociferari palam: lacrimas vix tenere. Id. Att. 12, 38. Tenere dolorem. Id. Dom. 6. compressum frumentum. Id. Brut. 80. f. somnum. Id. Vat. 8. med. risum. [Id. Verr. 2, 3, 1. tenere cupiditates.] P Tenere se, se continere, abstinere, parcere. Id. Q. Fr. 2, 3. med. Ego teneo ab accusando vix me hercule: sed tamen teneo. Id. Acad. 4, 4. med. Nec se tenuit, quin contra suum doctorem li-

brum etiam ederet. Id. ad Dolab. post ep. 14. l. 15. ad Att. Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem his litteris declararem. P Cum inf. Pl. Merc. prol. 51. Conclamitare tota urbe, et praedicere, omnes tenerent mutuanti credere, h. e. caverent, abstinere, parcere. P Tenere est etiam defendere, in re militari. Virg. A. 8, 653. Stabat pro templo, et Capitolia celsa tenebat. Caes. B. C. 1, 44. extr. Perturbatis antesignanis, legio, quae in eo cornu constiterat, locum non tenuit, atque in proximum collem se recepit. P Item servare, retinere. Pall. 5, 2. f. Agri qui diu aquam tenent. Cic. Phil. 1, 11. Si consuetudinem meam, quam in republica semper habui, tenuero; et ib. 5, 13. Qui ordo in sententiis rogandis servari solet, eundem tenebo in viris fortibus honorandis. Id. Off. 1, 30. Tenere modum voluptatis fruendae. [Tenere in promissis est facere promissa, pacta. Cic. Off. 3, 29. tenendum est, quod promiseris. Balb. 15. foedus cum magis fide illius populi, justitia vestra — teneretur. — Eadem ratio est in illo dicendi genere: tenere morem. Legitur ap. Cic. Tusc. 5, 11, 34. Fl. 7. in. Virg. A. 3, 408. Huc pertinet etiam locus Cic. Off. 3, 10. Itaque praeclarum a majoribus accepimus morem rogandi iudicis, si eum teneremus cet. ubi Ern. in cl. Cic. ultima verba expl. amicum haberemus: ad modum eorum quae supra notavimus: tenere Deos. In notis teneremus ad morem retulit.] P Item dirigere, rectum servare, tendere. Virg. A. 1, 373. vos qui tandem? quibus aut venistis ab oris? Quove tenetis iter? Cic. N. D. 3, 34. Navigabat Syracusas: cumque secundissimo vento cursum teneret, etc. Caes. B. G. 5, 8. Leni Africo profectus, media nocte vento intermisso, cursum non tenuit, et longius delatus aestu, etc. Cic. Planc. 21. f. Ut te ad cursum istum tenendum, quem a prima aetate suscepisti, cohortentur. Liv. 31, 45. med. Cassandream petentes, primo ad Mendin tenuere. P Item obtinere. Cic. Brut. 21. Tenuit cum hoc locum quandam etiam Ser. Fulvius. Liv. 4, 30. f. Plebs tenuit, ne consul in proximum annum crearentur. Id. 24, 19. Tenuit, ne incepto abiretur. Caes. B. C. 3, 42. Pompejus interclusus Dyrrachio, ubi propositum tenere non potuit, secundo usus consilio, edito loco castra communit. Cic. Sen. 11. Appius tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos. Id. Verr. 1, 4. f. Hoc praetore Siculi neque suas leges, neque nostra senatus consulta, neque communia jura tenuerunt. [Similia habes in Schütz. cl. Cic. s. h. v.] Id. Caecin. 24. Scaevola causam apud centumviro non tenuit. [Cf. de hac dicendi formula Ruhnck. ad Ov. Her. 18, 244. coll. Drak. ad Liv. 39, 3. Schütz. cl. Cic. s. h. v. n. 14.] Plin. ep. 6, 5. Tenuit Varenus, ut sibi evocare testes liceret. P Tenet consuetudo, fama, invaluit, inducta est, obtinet. Quint. 2. in. et 8, 5. Tenuit consuetudo, quae quotidie magis invaluit, ut, etc. Liv. 1, 4. Tenet fama, lupam sitiens ex montibus, etc. [Cf. Spald. ad Quint. 1. l.] P Tenere, detinere, delectare, pascere. Cic. Fin. 5, 18. Pueri pompa, ludis, atque hujusmodi spectaculis tenentur. Id. Acad. 4, 7. med. Ut oculi pictura teneantur, et aures cantibus. [Huc pertinent et ista: Cic. Or. 62. teneri ab oratore. Coel. 11. ingenio alicujus teneri: i. e. audire aliquem libenter quod ingeniose dicit. Fam. 7, 20. a quo etiam advenae teneri solent.] P Item sustentare, tueri. Cic. N. D. 2, 53. f. Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. [Id. Or. 3, 45. terra tenetur nutu suo. Cf. Matth. ad Cic. Mur. 28, 58.] P Tenere dicitur lex, decretum, cum suam vim habet atque obligat. Cic. Phil. 11, 5. Vopiscus, qui ex aedilitate consulatum petit, solvatur legibus: quamquam leges eum non tenent. Paul. Dig. 27, 1, 31. Statim tenuit cum prius decretum. Papin. ib. 39, 1, 18. Omnes nuntiatio tenebit. Ulp. ib. 9, 4, 35. Tenet condemnatio. P Hinc teneri lege, adstringi, obligari. Cic. Caecin. 14. med. Hoc interdicto Aebutius non tenetur. Id. Har. resp. 8. Eos, qui id fecissent, lege de vi teneri. [Tenere teneri h. l. ad eos pertinet, qui contra eam fecerunt, ex ea rei sunt, et ejus poenam merere. V. Schütz. cl. Cic. s. h. v. n. 17.] Id. Att. 12, 18. Quasi voto quodam et promisso me teneri puto. [Schütz. cl. Cic. s. h. v. n. 15.] Id. Q. Fr. 2, 3. med. Qui non discessissent, ea poena, quae est de vi, tenerentur, [i. e. mererentur. Schütz. cl. Cic. s. h. v. n. 16.] P Item durare. Liv. 23, 41. Imber continens per noctem totam usque ad horam tertiam diei insequentis tenuit. Id. 2, 3. Per aliquot dies ea consultatio tenuit. Id. 24, 47. f. Romae foedum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit. P Hinc de tenente est uno tenore, continuo, Galli nunc dicunt d'un tenant, Itali de seguito. Auct. Pervig. Ven. 46. De tenente tota nox est pervigilanda canticis. P Item gerere, sustinere. Cic. Or. 3, 14. med. Neque adhuc, quam personam teneant, aut quid profiteantur, intelligere poterunt. P Item convincere, capere. Cic. Quint. 20. Tribuni igitur appellabantur. Hic te, inquit, teneo, non est istud iudicium pati, etc. P Teneri, convictum esse, obnoxium esse. Cic. Caecin. 2. Si negassent, facile honestissimis testibus in re perspicua tenerentur. Id. Verr. 2, 2, 78. Nemo

ita in manifesto peccato tenebatur, ut, etc. Id. Cluent. 44. f. Nec ullo argumento Cluentianae pecuniae crimen tenebatur. [Cf. Schütz. in cl. Cic. s. h. v.] P Teneri furti, h. e. actione furti. Paul. Dig. 6, 1, 4. Sed et furti, et ad exhibendum tenebatur, qui dolo malo, etc. P [Ut tenerentur publico ap. Suet. Cal. 40. est: obligarentur, vectigal aerario pendere cogentur.] P Teneor hoc facere, h. e. debeo, Vorstius de Latin. mer. sup. c. 17. usurpari ait a Justinian. in Institut. Jur. nullo tamen designato loco. P Item animum occupare, afficere, movere, impellere. Cic. Vat. 6. Quae te tanta pravitas mentis tenuit, qui tantus furor, ut, etc.? Id. ad Quir. 1. Ut aliquando vos memoria mei, misericordia, desideriumque teneret. Id. Att. 7, 2. med. De triumpho nulla me cupiditas unquam tenuit. Id. Tusc. 1, 41. Magna me spes tenet, bene mihi evenire. Id. Att. 1, 11. f. Summum me librorum studium tenet, sicut odium jam ceterarum rerum. Sall. Jug. 3. extr. Nisi forte quem inhonesta et perniciose libido tenet; et ib. 35. Nondum vos dominationis eorum satietas tenet. P Et passive. Cic. N. D. 1, 17. med. Neque ira, neque gratia teneri. Id. Acad. 1, 2. Teneri studio philosophiae. Id. Sen. 10. med. desiderio alicujus rei. Virg. A. 1, 679. amore magno alicujus. [Constructionis causa huc transtulimus locum Cic. Leg. 3, 13. nisi illi ipsi, qui frangere eas debent, cupiditatis ejusdem tenerentur. Ita Orell. cum ead. plerisque et ead. Alii aliter. Eandem constructionem habes ap. Quint. Inst. 5, 14, 11. et Dig. 6, 1, 4. Tac. A. 11, 7, 5. P Teneri signif. etiam conjunctum esse, contineri. Cic. Leg. 1, 7. f. ut homines deorum agnatione et gente teneantur. P Ponitur saepe pro intelligere, scire, videre. Pl. Capt. 3, 5, 39. Nunc ego teneo, nunc scio, quid sit hoc negotii. Ter. Andr. 1, 1, 58. Nam Andriae illi id erat nomen. So. teneo; et 3, 2, 18. Teneo quid erret; et Heaut. 4, 3, 22. Teneo, quid dicam? Caecin. ad Cic. Fam. 6, 7. f. Tu pro tua prudentia, quibus rebus gaudeat, quibus capiatur Caesar, tenes. Pl. Ps. 1, 2, 81. Tenes, quorum haec tendant, quae loquor? Cic. Div. 1, 15. Quae a Romanis auguribus ignorantur, a Cilicibus, Lyciis tenentur. [Id. Sext. 10. reconditos sensus alicujus tenere.] P Cum infinito. Pl. Bacch. 4, 4, 10. Nullus frugi esse potest homo, nisi qui et bene, et male facere tenet. Lucr. 3, 650. Corpore cum reliquo pugnam caedesque petisset, Nec tenet, amissam laevam cum tegmine saepe Inter equos abstraxe rotas. P Est etiam meminisse. Virg. Ecl. 9, 45. numeros memini, si verba tenerem. Pl. Pers. 2, 2, 1. Satin' haec meministi, et tenes? Mart. 4, 37. Et teneo melius ista, quam meum nomen. Cic. Cat. 3, 8. Tenetis memoria in Capitolio turres de coelo esse percussas. Id. Fam. 6, 2. Velim statum habeas, me tui memoriam cum summa benevolentia tenere. P Pro certo habere, affirmare, asserere. Cic. Par. 1. f. Illud arcte tenent, accurateque defendunt, voluptatem esse summum bonum. Id. Fin. 3, 13. f. Quod idem Peripatetici non tenent. Id. Acad. 4, 22. f. Illud, quod multos annos tenuisset, Zenonique magistro credidisset. [Plura, in quibus ad animum v. tenendi relatum est, habes ap. Schütz. in cl. Cic. s. h. v.] P Tenendi in praeterito dixisse veteres, testes sunt Charis. 3, 220. et Diomed. 1, 363. et 369. item tetini. Festus in Purime, item tetinerim, is, it. Accius, et Pacuv. ap. Non. 2, 838. item tetinisse: Pacuv. ib. P [Confund. tenere et tumere. V. Ruhnck. ad Ov. Her. 6, 66. Tenere et continere. V. Beier. ad Cic. Off. 2. p. 87. Tenenda et tuenda cet. Id. ib. 2. p. 45. Tenere et tueri. Cort. ad Lucan. 1, 275.]

TENER, ra, rum, adj. τένων, evos, tactu cedens, mollis, tractabilis, flexibilis: cui opponitur durus: a Graeca voce allata per metathesin. Sabini enim, teste Favorino ap. Macr. Sat. 2, 14. f., dicebant tenerum pro tenerum. [Alii deducunt a teneo, ut proprie tener significet id, quod impressione extrinsecus factas facile accipiat ac servet.] Cic. Or. 3, 45. Nihil est tam tenerum, neque tam flexibile, neque quod tam facile sequatur, quocumque ducas, quam oratio. [Ita saepius legitur ap. Cic. V. Schütz. cl. Cic. s. h. v.] Hor. Sat. 1, 3, 116. Qui teneros caules alieni infregerit horti. Id. Od. 4, 12, 9. Dicunt in tenero gramine pinguium Custodes ovium carmina fistula. Ov. A. Am. 1, 299. prata tenerima. Prud. Cath. 3, 70. et fragili Lac tenerum premitur calatho, h. e. caseus mollis. Virg. Ecl. 2, 51. cana legam tenera lanugine mala; et ib. 10, 49. ne teneras glacies secet aspera plantas. Cic. Leg. 1, 1. Procera et tenera palma. Or. Rem. Am. 83. Tenerae uvae. Gell. 17, 15. Sagittis elleboro tinctis ictae ferae, teneriores ad epulas fiunt. P Tener dicitur aer a Lucr. 2, 145., Virg. A. 9, 698., Ov. Met. 4, 615. et alibi, quia facile cedit. [Cf. Drak. ad Sil. 13, 162. P Tener somnus ap. Ov. Her. 13, 172. est mollis, facilis. Adde Eund. A. Am. 2, 546. Cum tener ad partes tu quoque, somne, venis. Stat. Sylv. 1, 3, 43. et teneros invitans murmura somnos: ubi v. Markl.] P Tenera vestis est rara, levis, et facile flexilis. Pacat. Pan. Theodos. 33. f. Tenero perlucens amictu, et vix leve carbasum vitando sole tolerantes. P Tenera alvus est fluens. Cels.

3, 18. *med.* Servanda alvus est quam tenerrima. *P* Saepae refertur ad aetatem primam animalis. *Phaedr.* 2, 4. simul exieris pastum cum tenero grege. Aquila est parata rapere procellos tibi. *Val. Fl.* 1, 491. teneras complexus pectore tigres. *Sen. Troad.* 794. Tener juvenens. *Prop.* 2, 5, 9. me numina laedunt, Me tener in cunis et sine voce puer. *Lucil. ap. Prisc.* 6, 697. Inde venit Romam tener ipse etiam, atque puellus. *Quint.* 2, 2. Ut teneriores annos ab injuria sanctitas docentis custodiat. *Or. Met.* 15, 201. de anno: Nam tener, et lactens, puerique simillimus aevo Vere novo est. *Auct. dial. de Or.* 29. Horum fabulis et erroribus teneri statim et rudes animi inbuuntur. *Plin. Pan.* 15. Disjunctissimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate lustrasti. *P Teneri*, absolute, pueri. *Claud. Laud. Stil.* 2, 59. tantumque reservat Depositor teneris, *h. e.* filiis Theodosii. *Juven.* 14, 215. Parcendum est teneris. *P Tener mundus*, recens conditus. *Virg. Ecl.* 6, 34. et ipse tener mundus concreverit orbis. *Claud. Cons. Mall. Theod.* 253. teneri primordia mundi. *P Teneri manes*, pueri mortui. *Stat. Th.* 6, 121. *P A teneris unguiculis*, a tenero, a pueritia, ab infantia. *Cic. Fam.* 1, 6. Praesta te cum, qui mihi a teneris, ut Graeci dicunt, unguiculis es cognitus: *εξ οριζων.* *Hor. Od.* 3, 6, 23. puella incestos amores De tenero meditatur ungui. Et absolute *Virg. G.* 2, 272. adeo a teneris consuescere multum est. Alii leg. in teneris. *Quint.* 1, 2. *med.* Assuescat jam a tenero non reformidare homines. *Nazar. Pan. Constant.* 4. Ipsum a tenero intuentes, in ipsum oculis ac mente conversi. *Colum.* 5, 6. *med.* Plurimum refert, ut plantae eam partem coeli spectent, cui ab tenero consueverunt. *P Translate.* *Cic. Tusc.* 3, 6. Non enim silice nati sumus, sed est naturale in animis tenerum quiddam atque molle. *Sen. ep.* 11. *med.* Rubor magis in juvenibus apparet, quibus et plus calor est, et tenera frons, *h. e.* verecunda: cui opponitur *os durum.* *Sic Or. Her.* 2, 143. Tener pudor. *Cic. Amic.* 13. *f.* Neque audiendi, qui virtutem duram et quasi ferream esse volunt: quae est cum multis in rebus, tum in amicitia, tenera atque tractabilis. *Id. Fam.* 5, 21. *med.* Teneriore mihi animo videbare, sicut omnes fere, qui vita ingenua, in beata civitate, et libera viximus, *h. e.* minus forti, et in calamitate minus confirmato. *Claud. Laud. Sere.* 100. in matrem teneris conversa querelis, *h. e.* dulcibus, minime acerbis. *Or. A. Am.* 2, 546. Tener somnus. *P Saepae refertur ad mores delicati hominis, luxu dediti, mollis.* *Juven.* 12, 39. vestem purpuream, teneris quoque Maecenatibus aptam. *Id.* 1, 22. Cum tener uxorem ducat spado. *P Tener poeta*, qui de amoribus tractat. *Or. A. Am.* 3, 333. Et teneri possis carmen legisse Propert. *Id. Rem. Am.* 757. teneros ne tange poetas. *Catull.* 35, 1. Poetae tenero, meo sodali. *Or. A. Am.* 2, 273. teneros versus mittere, *h. e.* amatorios; et *Am.* 2, 8, 2. tenerum carmen. *P Mollis est etiam in his.* *Or. Met.* 11, 153. Pan teneris jactat sua carmina Nymphis. *Id. Am.* 3, 2, 53. tener Bacchus. *Pl. Ps.* 1, 1, 65. Teneris labellis molles morsiunculae. *Petr. Sat.* 118. Ut quisque versum pedibus instruxit, sensumque teneriore verborum ambitu intexit, putavit se continuo in Heliconem venisse. *P [Ap. Cic. Att.* 6, 2. *insula tenera dicitur Cyprus, propter mollitiem incolarum.* *Schütz. cl. Cic. s. h. v.] P Tener vaccula pro tenera est ap. Catull.* 20, 14. Tenerque, matre mugiente, vaccula. Alii leg. *teneraque*, alii rectius *tenella*.

TENERASCO, is, n. 3. idem ac teneresco. *Lucr.* 3, 767. Scilicet in tenero tenerascere corpore mentem.

TENERE, adv. *επιποως*, molliter. *Pall.* 1, 6. *f.* Agri praesulem non ex dilectis, et tenere educatis servulis ponas. *Auct. dial. de Or.* 26. Oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare dicuntur. *Plin. ep.* 4, 27. Audivi recitantem Sentium multa tenuit, multa venuste, multa tenere. *Petr. Sat.* 24. Complosit illa tenerius manus. *Plin.* 23, 3, 35. Cortex quam tenerrime derasus.

TENERESCO, is, n. 3. *απαύρομα*, tener fio, mitesco. *Plin.* 17, 22, 35. n. 17. In tantum tenerescere acinos, ut rumpantur. *Id.* 28, 12, 50. Cutem in facie erugari, et tenerescere, et candorem custodiri lacte asinino putant. *Cels.* 6, 6. n. 4. Papaveris lacrima combusta, donec tenerescat. *Tert. Res. carn.* 22. Tenerescentes arbores.

TENERITAS, atis, f. *απαύροτης*, teneritudo, mollities. *Plin.* 9, 42, 67. Torpedinis jecori teneritas nulla praefertur. *Id.* 15, 24, 29. Callum, teneritas, crassitudo uvarum. *Id.* 19, 8, 61. n. 13. Teneritas brassicae. *Id.* 37, 7, 28. gemmae. *P Translate.* *Vitr.* 1, 2. *med.* Ab severo more Doricorum, et a teneritate Corinthiorum temperabitur earum institutio proprietatis. *Cic. Fin.* 5, 21. In primo ortu inest teneritas et mollities quaedam, ut nec res videre optimas, nec agere possint. *Vitr.* 4, 1. *med.* Teneritas aetatis.

TENERITER, adv. tenere. *Charis.* 2, 162. Tenere an teneriter dici debeat, quaesitum est: nam quidam teneriter efferunt, ut celeriter: alii vero tenere, ut libere.

TENERITUDO, inis, f. idem ac teneritas. *Varr. R. R.* 1, 36. Sin siccitates sunt, et terra teneritudinem habet. *Pall.* 6, 9. Sit caseus loco clauso, ut teneritudinem servet, atque pinguedinem. *Id.* 2, 15. *med.* Teneritudo corticis. *Suct. Tib.* 44. Pueri primae teneritudinis.

TENES, ae vel is, m. *Τένης* et *Τέννης*, Cyeni et Scamandrodes filius, Tenedi urbis conditor, et Deus urbis, ut refert Lycophronis Scholiasta. *Cic. Verr.* 1, 19. Tenem apud Tenedios in Sicilia putant esse sanctissimum deum, ac eorum urbem condidisse. *V. Strab.* 8, 13. *Pausan.* in *Phocic.* 14. (p. 329. seq. *Wechel.*) *B. A.*

TENESMODES, is, adj. *τενεσμοδής*, tenesmo similis. *Theod. Prisc.* 2, 2, 18. Si commotiones (ventris), vel pondera, perseveraverint, quae tenesmodes appellamus, haec frequenter procurant ventris exponendi suavitatem. *F. I.*

TENESMUS, i, m. *τενεσμός*, et *τενεσμός*, morbus extremi directique intestini, in quo frequens est desidendi cupiditas, et dolor, ubi aliquid excernitur: descendunt autem pituitae mucisae similia, in eorum etiam leviter suberuenta, sed his interponuntur nonnunquam ex cibo quoque recte cocta. Ita describit *Cels.* 4, 18., sed Graece scribit, ut et *Nep. Att.* 21. in multis libr. Est autem a *τελεω*, tendo, quia intestinum extenditur, et vellicatur. Qui hujusmodi morbo laborant, quoddam quasi pondus habere sibi videntur in extremitate recti intestini, ideoque Latini eidem commotiones, vel pondera tribuunt (V. v. praec.), Itali vero nunc *pondi* eundem appellant. Latine *Plin.* 28, 14, 59. Tenesmos, id est crebra et inanis voluntas desurgendi, tollitur potu lacte asinino. *Id.* 20, 6, 23. Tenesmo allium in pulve medetur; et *ib.* 21, 84. Malvae semen tenesmo, et dysentericis utilissime infundi. Adde *Scrib. Comp.* 142.

TENETANUM vinum memorat *Veg. Vet.* 4, 10., sed quod et quale fuerit, ignoratur. *F. I.*

TENEUS, a, um, et
TENIENSIS, e, adj. ad Tenum, *Τήνον*, nunc *Tino*, pertinens, unam ex insulis Cycladibus in mari Aegaeo, cujus *Plin.* 4, 12, 22. et *Or. Met.* 7, 469. meminere. *Plin.* 9, 37, 61. Purpurarum genus Teniensis in Tenei maris ora collectum. *Harduinus* rectius ex MSS. leg. *taeniense in taeniis maris collectum.* V. TAENIA. *F. I.*

TENITAE (al. Tenirae) credebantur esse sortium Deae, dictae quod tenendi haberent potestatem. *Paul. ex Festo.*

TENOR, oris, m. *τόρος*, accentus: a *τελεω*, extendo: quia per eum vox tenditur. *Quint.* 1, 5. *med.* Adhuc difficilior observatio est per tenores (quos quidem ab antiquis dictos tonores comperi, videlicet declinato a Graecis verbo, qui *τόρος* dicunt), vel accentus, quas Graeci *προσώδια* vocant; et *infra*: Item Quantum, Quale interrogantes gravi, comparantes acuto tenore concludunt. [*Praeferenda nobis videtur eorum sententia, qui hujus vocabuli etymon faciunt a *teneo*, primamque significationem ponunt, qua non interruptum alicujus rei cursum denotet, ut in loco *Virg. A.* 10, 340. trajecto missa lacerto Protinus hasta fugit, servatque cruenta tenorem: quod exemplum Noster in *f. sq. §.* collocaverat. Cf. *Heyn.* ad *Virg. l. l.*] *P Translate* sumitur pro serie, continuatione aequabili, progressu. *Cic. Or.* 6. de stilo mediocri: Isque uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem, et aequabilitatem: aut addit aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit. *Virg. G.* 2, 336. Non alios prima crescentis origine mundi Illuxisse dies, aliumve habuisse tenorem Crediderim. *Liv.* 8, 38. *med.* Fremitus aequalis, tenorque idem pugnae in defatigationem ultimam aut noctem spectabat. *Id.* 22, 27. *med.* Virum bonum egregiumque socium Hieronem esse, atque uno tenore, ex quo in amicitiam populi R. venerit, fidem coluisse. *Id.* 35, 16. *med.* Ab Rheginis et Neapolitanis, ex quo in nostram venerunt potestatem, uno et perpetuo tenore juris semper usurpato, nunquam intermisso, quae ex foedere debent, exigimus. *Id.* 41, 15. *med.* Interrumpi tenorem rerum, in quibus peragendis continuatio ipsa efficacissima est, minime convenire. *Claud. Cons. Mall. Theod.* 212. justique tenorem Flectere non odium cogit, non gratia suadet. *Or. Her.* 17, 14. Dumque tenor vitae sit sine labe meae. (Adde *Liv.* 40, 12.) *Id. A. Am.* 2, 729. Hic tibi servandus tenor est, cum libera dantur Otia. *Id. Met.* 3, 111. Sic ubi tolluntur festis aulaea theatris, Surgere signa solent, primumque ostendere vultum, Cetera paulatim: placidoque educta tenore Tota patent; et *Claud. Rapt. Pros.* 3, 361. Exploratque habiles truncos, rectique tenorem Stipitis, *h. e.* rectam proteritatem, rigorem. *Stat. Sil.* 5, 3, 98. Et quis lasciva vires tenuare Thalia Dulce, vel heroos gressu truncare tenores, *h. e.* quibus placet elegiacum carmen, et interrumpere pentametris versibus tenorem carminis heroici. *P Tenorem austeritatis* in smaragdus vocat *Plin.* 37, 5, 18. perpetuum illum colorem austerum et saturum, qui tota gemma in eorum aliquo genere, nullo vitio corruptus, proba-

tur. *P Ap. Jctos tenor legis est ejus sententia.* *Paul. Dig.* 9, 2, 56. Mulier si in rem viri damnatum dederit, pro tenore legis Aquiliae convenitur. *Id. Sentent.* 2. tit. 21. *extr.* Filiafamilias, mortuo patre, si in servi contubernio perseveraverit, pro tenore S. C. Claudiani conventa efficitur ancilla. *Hermog. Dig.* 42, 1, 46. Auctorum verba emendare tenore sententiae perseverante, non est prohibitum.

*TENOS vel Tenus, i, f. *Τήνος*, insula maris Aegaei, una ex Cycladibus, Delo vicina. *Mela* 2, 7. *Plin.* 4, 12. *med. Liv.* 36, 21. *Or. Met.* 7, 469. *B. A.*

TENSÄ, rectius quam Thensa, ae, f. (*αγοα Θεών* *Gloss. Philox.*, *θήση* pro *θήση* dicitur *Plutarcho* in *Coriol.* c. 25.) vehiculum, quo Deorum signa, atque exuviae in pompa transferuntur. Tensae figura fortasse fuit, qualis in nummis gentis Rubriae ap. *Morell. Thesaur. numm. fam. Rom.* passim cernitur. *Festus*: Tensam ait vocari Sinnius Capito vehiculum, quo exuviae Deorum ludicris Circensibus ad pulvinar vehuntur. Fuit et ex ebore, ut apud Titium in Barbato: et ex argento. Haec *Festus. Acon.* in *Verr.* 2, 1, 59. Tensas alii a divinitate dici putant: alii, quod ante ipsas lora tenduntur, quae gaudent manu tenere et tangere qui eas deducunt. *Serv.* ad *A.* 1, 21. Tensa cum aspiratione scribitur, *από του θεου*, id est a re divina. Haec *Servius*. Alii sic dictas putant, quia statuae Deorum in his velabantur linteis ad cubiculi speciem tensis; sed hi currus linteis velati rectius *carpenta* dicuntur, q. v. v. *Cic. Verr.* 2, 1, 59. Quam tu viam tensarum atque pompae ejusmodi exegisti, ut tu ipse illa ire non audeas. *Id. ib.* 5, 3. Qui ex tensarum orbitis praedari sit ausus; et *ib.* 7, 72. *med.* Omnes Dii, qui vehiculis tensarum solemnes coetus ludorum initis. *Id. Har. resp.* 11. *med.* Si puer ille patrimus et matrum terram non tenuit, aut tensam, aut loram omisit. *Liv.* 5, 41. Quae augustissima vestis est tensas ducentibus, triumphantibusque, ea vestiti medio aedum eburneis sellis sedere. *Suet. Aug.* 43. Accidit votivis Circensibus, ut correptus valetudine, lectica cubans, tensas deduceret. *Id. Vesp.* 5. Neronem monitum per quietem, ut tensam Jovis e sacratio in domum Vespasiani, et inde in Circum deduceret. *P De quocumque curru, vehiculo.* *Titin.* ap. *Non.* 4, 219. Vende thensam atque mulos: sine eam pedibus grassari: confringe ejus superbiam. *P In Inser.* optima nota ap. *Grut.* 35, 12. inscriptum est *tensa*: in alia Liguriana ap. *Gud.* 8, 1. thensa: primam tamen scriptionem praetulerim, quia veri est similis, esse Latinae originis a *tendo*, quam Graecae a *θεός*. Confirmat *Diomed.* qui 1, 372. docet, *tensam* dictam esse, non *tentam* ad vitandum cacophaton, ne verbum turpe sonaret in sacris.

[TENSARIUS, ii, m. qui frena et cingula aptat equis, eosque loro et jugo jungit. *Accius* ap. *Non.* 3, 95. Frena tensarii equorum accomodat. Ita leg. *Scal.*, alii aliter. *Inscr.* quae pertinet ad ann. a Chr. n. CLXXXIV., ap. *Grut.* 35, 12. Nomenclator tensar. jugaris. Alii hic leg. *tensarius*, alii *tensarum*, qui nempe praerat equorum jugis ad tensas in pompam trahendas destinatis, earumque ductores nominatim ciebat, ut ordine exirent. *F. I.*]

[TENSIBILIS, e, adj. qui tendi potest. *Cassiod. de Music.* Instrumentorum musicorum genera sunt tria: percussionale, tensibile, inflatile. Tensibilia sunt chordarum fila sub arte religata, quae amodo plectro percussa mulcent aurium delectabiliter sensum: in quibus sunt species cithararum diversarum. *F. I.*]

TENSIO, onis, f. *τίσις*, actus tendendi, intensio. *Vitr.* 1, 1. *med.* Brachia, quae in eas tensiones includuntur, cum extenduntur aequaliter, etc. *h. e.* nervos extentos. *Hyg. Gromat. in.* Nunc papilionum tensionem ostendemus. *P Morbi* genus est in illo *Scrib. Comp.* 101. et 255. Tensio, et contractio nervorum; et 260. praecordiorum. *Veg. Vet.* 1, 53. *extr.* Tensione laborare.

TENSURÄ, ae, f. tensio. *Veg. Vet.* 1, 21. *f.* Quae tensura, ut ita dixerim, corporis aliter laxari non potest. Adde 2, 25. *Hyg. Gromat. in.* Papilio unus occupat ped. X, accipit incrementum tensurae ped. II., tegit homines VIII. *P Eadem* ac tentigo. *Theod. Prisc.* 4, 1. *med.* Si non pausaverit veretri tensura, idem veretrum oleo unges.

TENSUS, a, um, part. a *tendo*: *τεταμένος*, extensus, tentus: cui remissus opponitur. *Quint.* 3, 6. *f.* Via rectissima linea tensa. *Id.* 11, 3. *med.* Tensi digiti. *Lucan.* 7, 469. lacerti. *Id.* 2, 683. rudentes. *Stat. Sil.* 3, 1, 51. Tensus arcus: et *Th.* 9, 473. poples. *Quint.* 11, 3. *med.* Vox quo remissior, hoc gravior: quo tensior, hoc tenuis et acuta magis est. *Sidon. Carm.* 2, 407. Est locus Oceani, longinquis proximis Indis, Axe sub Eoo, Nabathaeum tensus in Eurum, *h. e.* protentus. *P Translate* et obsceno sensu usurpatur de eo, qui tentigine laborat. *Auct. Priap.* 6. Tormento, citharaque tensior (*mentula*): et 70. cithara tensior ipse sua.

TENTABUNDUS, a, um, adj. *τεταμένος*, saepius manu explorans. *Liv.* 21, 36. Ut aegre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes circa eminentes demittere sese posset.

TENTAMEN, inis, n. idem ac tentatio. Ov. Met. 3, 341. Prima fide, vocisque ratae tentamina sumpsit Caerula Liriope. Ubi fide dixit pro fidei, more antiquo. Id. ib. 7, 734. Quid referam, quoties tentamina nostra pudici Repulerint mores?

TENTAMENTUM, i, n. πειρασμός, experimentum, periculum. Virg. A. 8, 143. His fretus non legatos, neque prima per artem Tentamenta tui pepigi: me, me ipse, meumque Objecit caput. Ov. Met. 15, 628. postquam mortalia cernunt Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum, Auxilium coeleste petunt. Id. ib. 7, 727. tentamenta fidei, h. e. periculum fidei uxoris, ut in v. praec.; et Gell. 9, 15. Exponit igitur tentamenti gratia controversiam parum consistentem. Adde Ascon. in Dio. Verr. 8. f. [*Tac. H. 2, 38.]

TENTATIO, onis, f. πειρασμός, actus tentandi, periculum, experimentum. Liv. 4, 42. Aegre Hortensius pati, tentationem eam credens perseverantiae suae. Adde 41, 23. med. P Tentatio morbi, accessus. Cic. Att. 10, 17. Valetudinem tuam jam confirmatam esse et a vetere morbo, et a novis tentationibus, gaudeo.

TENTATOR, oris, m. πειραστής, qui tentat. Hor. Od. 3, 4, 71. Notus et integrae Tentator Orion Dianae.

TENTATUS, a, um, part. a tendo: πειρασμένος, is de quo periculum factum est, exploratus. Cic. Or. 28. Nullo modo animus audientis aut incitari, aut leniri potest, qui modus a me non tentatus sit. Id. Att. 12, 18. med. Habeo nihil tentatis rebus omnibus, in quo acquiescam. Caes. B. C. 1, 26. extr. Saepius rem frustra tentatam Caesar aliquando dimittendam sibi iudicabat. Sall. Jug. 23. Prius omnia pati decrevit, quam bellum sumere, quia tentatum antea secus cesserat. Suet. Ner. 49. Pugnones duos arripuit, tentataque utriusque acie, rursus condidit. Ov. Met. 10, 289. saliant tentatae pollice venae. Id. ib. 11, 326. Lingua tacet; nec vox, tentataque verba sequuntur. Id. Trist. 3, 9, 8. ratis Per non tentatas prima cucurrit aquas. Id. A. Am. 1, 394. Perprime tentatam (ancillam), h. e. comprime, quam prius precibus tentaveris. P Invitatus, illectus ad fidem mutandam, sollicitatus ad facinus patrandum. Sall. Jug. 52. Tentati populum animi. Nep. Ep. 4. Tentata ejus est abstinentia a Diomedonte Cyziceno. Ov. Met. 11, 239. precibus tentata repugnas. Tac. H. 2, 20. med. Tentata Othonianorum fides per colloquium et promissa. Id. A. 2, 28. Tentatus, ut infernas umbras carminibus eliceret. [*Tentatus h. l. non significat, illectus mutandae causa fidei, sed precibus invitatus. Simili ratione dictum est ap. eund. ib. 1, 19. si tamen tenderent in pace tentare, quae ne civilium quidem bellorum victores expostulaverint; et cp. 75. tentantes eadem alios probare causam senatus jussit. Cf. Böttich. Lex. Tac. p. 459.] P Item vexatus. Hor. Sat. 1, 1, 80. si condoluit tentatum frigore corpus. Just. 42, 1. In ultionem tentati ab Antiocho Parthici regni. Nep. Cat. 2. f. A multis tentatus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, etc. h. e. accusationibus petitus. Flor. 3, 5. med. Mithridates male tentatum veneno spiritum ferro expulit. Cic. Coel. 22. f. Domus illa, quae tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii, religionis.

TENTIGO, iginis, f. πειρασμός, turpis pruritus verendorum virilium. Hor. Sat. 1, 2, 118. malis tentigine rumpi? Adde Auct. Priap. 23. et 34. et Martial. 7, 67. P Item verendorum muliebrium. Juvenal. 6, 128. de Messalina: adhuc ardens rigidae tentigine vulvae.

TENTIPELLIUM, ii, n. forma sutoris. Festus: Tentipellium Artorius putat esse calciamentum feratum, quo pelles extenduntur. Idem, Afranium dixisse in Promo: Pro manibus credo habere ego illos tentipellium, h. e. manus praeduras instar formae sutoriae. P Translate est medicamentum, quo cutis rugae extenduntur, τενανθρον. Gloss. Philox. Tentipellium, γόμφιακον πρὸς ἄνθρακας. Festus ib. Titinium, ait Verrius, existimare, id medicamentum esse, quo rugae extenduntur, cum dicat: Tentipellium inducis, rugae in ore extenduntur; cum ille τροπικὸς dixerit. Hic apparet, verba rugae in ore extenduntur esse glossema, quod in textum, ut saepe alias factum fuisse constat, receptum est. V. TETANOTHRUM.

TENTO, as, avi, atum, a. I. tangendo exploro, manu tracto: a sup. tentum verbi teneo. [*Gr. ψηλαφησέω, ut expl. in loco Lucretii mox cit. Eichstadt. q. v. in ind. ed. suae Lucr. s. v. tento.] Est enim diu et multum tenere ac tractare, ut solent quipiam exploraturi. Virg. G. 3, 563. invisos siquis tentarar amictus. Lucr. 4, 234. si quadratum tentamus, et id nos Commovet in tenebris. Phaedr. 3, 10. Ad lectum accedit, tentat in tenebris caput. Ut sentit tonsum, gladio pectus transigit. [*Cf. Burm. ad h. l. et ad Petr. 78.] Ov. Met. 10, 282. manibus quoque pectora tentat, Tentatum mollescit ebur. Colum. 8, 5. med. Pulli singuli tentandi, nequid hesterni habeant in gutture; et ib. 11. med. Saepiusque digitis loca feminarum tentanda sunt: nam in promptu gerunt ova, quibus jam partus appro-

pinquat. Ov. Fast. 2, 254. Corvus tentat ficum rostro. Cic. Leg. 2, 3. Nec enim ullum hoc frigidius flumen attigi, ut vix pede tentare id possim. Plin. 5, 27, 27. de Tauro monte: Ubi brachia emittit, tentanti maria similis. [*Porro commemorari debebant hic et ista: Suet. Ner. 49. tentata acie pugionum: cf. Tac. H. 2, 49. ubi leg. pertentare pugiones. Porro Suet. Rhet. 5. acumen stili tentare, i. e. probare, Gr. ἀποπειράσθαι. V. Oudend. ad h. l. et Burm. ad Petron. 70. P Hinc auctore Burm. ad Suet. Tib. 72. et Ov. Her. 20, 139. proprium verbum est in explorando venarum pulsu. Quint. Inst. 11, 3, 88. p. 1018. ed. Burm. tentantis venas medici similitudine.] P Translate. Cic. Leg. 1, 22. f. Cum se ipse perspexerit, totumque tentaverit, intelligit, quanta instrumenta habeat ad obtinendam sapientiam. P Item quaerere. Phaedr. 4, 7. de vipera: Haec cum tentaret, siqua res esset cibi, Limam momordit. Juven. 7, 3. cum celebres notique poetae Balneolum Gabiis, Romae conducere furnos Tentarent; et ib. 175. tenta, Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti. Virg. A. 3, 145. Tentare auxilium laborum; et ib. 11, 761. et, quae sit fortuna facillima, tentat; et ib. 9, 67. Tentare aditus. Suet. Caes. 11. Tentavit per partem tribunorum, ut sibi Aegyptus provincia daretur. [*Eadem constructio et in Livii loco 1, 49. tentatum a L. Sextio — ut rogationem ferret etc. Ceterum hujus §. exempla parum quidem differre videntur ab iis, quae sequenti adscripta sunt: nam eandem habent non quaerendi, sed experiendi, periculum faciendi significacionem. Sed illud notandum, esse viros doctos, qui originem hujus vocis a tendo deducendam doceant. Ita B. Crus. in cl. Suet. p. 767. Hinc primam vocis notionem esse voluit: periculum facere rei, experiri, conari aliquid, ut Gr. διαπειράσθαι, omni studio sive virium intentione aliquid agere; cf. Lex. Xenoph. s. h. v. Nos uno cognationis nomine comprehendentes verba teneo, tendo, tento ad Gr. τελέω referendam originem censemus eorumque praefereendam sententiam, qui primam verbi notionem tangendi praedicunt, i. e. porrectis digitis seu manibus explorandi.] P Item experiri, periculum facere, periclitari, πειράσθω. Cic. Verr. 2, 5, 50. med. Homines in proeliis, non in conviviis, belli fortunam tentare, periclitari solent. [*Cf. Curt. ad Sall. Jug. 7.] Brut. ad Cic. ad Brut. 1, 16. Experiar, et tentabo omnia. Cic. Tusc. 1, 4. Tentavi, quid in eo genere possem. [*Lucr. 5, 1366. Inde aliam atque aliam culturam dulcis agelli Tentabant.] Virg. Ecl. 4, 32. Tentare Thetium ratibus. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 135. Solstitio Meroen, bruma tentabimus Istrum, h. e. adibimus. [*Eadem ratione dicitur: tentare aera ap. Ov. Her. 7, 161. et tentare aequora ib. 7, 57. et tentare Oceanum ap. Tac. Germ. 34, 3. 1. Ov. Am. 1, 8, 47. Tentare alicujus vires in arcu. Phaedr. 1, 23. cum fur panem misisset cani, Objecto tentans in cibo posset capi. Virg. G. 3, 8. tentanda via est, qua me quoque possim Tollere humo. Id. A. 4, 293. Tentaturum aditus, et quae mollissima fandi Tempora; et ib. 5, 499. Ausus et ipse manu juvenum tentare labores. Id. ib. 11, 912. incant pugnas et proelia tentent. Cic. Agr. 2, 7. med. Tentare patientiam alicujus; et Tusc. 1, 41. prudentiam; et Div. 1, 17. med. scientiam. [*Cf. Schütz. cl. Cic. s. h. v. Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 103. b. ed. Fried. Neque omitti hic debebant dicendi formulae: tentare spem triumphi ap. Liv. 28, 28. et ib. 21, 12. spem pacis, i. e. periculum facere, an triumphum, pacem consequi possis. Similia sunt haec ap. Eund. 8, 18. adversus hos tentare magis quam tueri libertatem; 33, 23. tentare relationem; 8, 33. silentium per praeconeum tentare; 9, 8. tentare intercessionem.] P Item aggradi, conari. Ov. Met. 2, 171. gelidi caluere Triones, Et vetito frustra tentarunt aequore tingi. Nep. Att. 4. Qui cum persuadere tentaret, noli, oro te, inquit Pomponius, etc. Lucr. 658. sol coelum radiis accendere tentas. Virg. A. 12, 103. mugitus cum prima in proelia taurus Terrificos ciet, atque irasci in proelia tentat, h. e. parat, meditat. Id. de eadem re G. 3, 232. Et tentat sese, atque irasci in cornua discit. Pers. 4, 23. nemo in sese tentat descendere. P Tentare aliquem est conari in suam sententiam pertrahere, et labefactare: et fere in malam partem. Cic. Cluent. 63. Cum essent animi servorum spe et metu tentati, ut aliquid in quaestione dicerent; et ib. 30. Tentare iudicium pecunia. Suet. Tib. 12. f. singulorum animos ad res novas, Virg. A. 4, 113. animum alicujus precando. Tac. H. 1, 74. aliquid promissis et mimis. Juven. 10, 304. prodiga corruptoris Improbis ipsos audent tentare parentes. [*Sola precandi significacione legitur ap. Tac. cujus exempla v. in TENTATUS.] P De stupro appellare. Tibull. 1, 3, 73., Ov. A. Am. 1, 389. et Val. Max. 6, 1. n. 7. P Est etiam tangendo irritare, provocare. Cic. Manil. 9. Erat metus injectus iis nationibus, quas populus R. neque lacerandis bello, neque tentandas putavit. [*Discrimen inter tentare et lacerare bello Heumann. ad h. l. ita constituit, ut hoc posterius sit bellum inferre; illud: illatis nonnullis incommodis experiri, quo id feratur animo, sive bellandi occasionem praebere: coll. Agr. 2, 7. leviter aliquem tentare, quo id ani-

mo ferre possit. De usu, quo verb. tentandi hac significacione absolute ponitur, dictum est infra.] Lucan. 2, 529. Tentandasque ratus moturi militis iras. Mart. 6, 64. rabido nec perditus ore Fumantem nasum vivi tentaveris ursi. P Et invadere, infesto animo aggredi, vexare. Cic. Rab. perd. 1. med. In his rebus evertendis unius hominis senectus, infirmitas, solitudoque tentata est. Caes. B. C. 3, 40. Simul ex terra scalis et classe moenia oppidi tentans, etc. Flor. 2, 14. Populus R. virum Thraciae auxiliis ingentibus validum temere tentavit. [*Liv. 33, 5. urbis tentandae conatu assistit; cf. 26, 38. 37, 16. Porro Id. 9, 35. tentare munitiones: plura v. in Gloss. Liv. s. h. v. P Etiam absolute tentare dicitur pro aggredi bello. Liv. 29, 26. mens in Africam trajiciendi, nulli ante Scipionem duci tentata. Suet. Claud. 17. Neque tentatam ulli post D. Julium (Britanniam): ubi Oudend. comp. praeter locum Caes. l. Vell. 2, 113. et Ov. Pont. 7, 121.] P Hac ratione saepe de morbis dicitur. [*Cf. Heindf. ad Hor. Sat. 1, 1, 80.] Cic. Tusc. 4, 14. Animi valentes morbo tentari non possunt, corpora possunt. Virg. G. 3, 441. Turpis oves tentat scabies. Suet. Aug. 81. Initio veris praecordiorum inflatione tentabatur. Id. Vesp. 24. Tentatus est in Campania motiunculis levibus. Plin. 24, 19, 113. Nunquam tentari ab eo morbo. P De vino, quod vires admittit, et vacillare facit. Plin. 23, 1, 20. vina tentant caput. Id. 20, 7, 26. Tentantes aquas non nocere lactucam edentibus. Virg. G. 2, 93. tenuisque Lageos Tentatura pedes olim, vincturaque linguam. P In multis libris legitur tempto: atque ita scriptum est in vet. Lap. ap. Manut. in Orthogr., placuitque Faerno: at displicet Manutio, Dausq., Cellar., cum contra rationem suae originis sit. [Verum Marin. Iscriz. Alb. d. 142. et Frat. Aro. p. 339. et 343. ex pluribus lapidib. optima notae probat, lectionem tempto passim receptam apud Latinos fuisse. F. [*Utrumque tempto et tento Mss. confirmare videntur. V. Schneid. Gr. Lat. 1. p. 469. sq. coll. Beutl. ad Ter. Phorm. 3, 3, 19.]

TENTOR, oris, m. qui tenet. In laterculo lapideo familiae quadrigariae T. At. Capitonis, ap. Grut. 339, 5. et in alio 340, 3. inter varia officia inserventium equis et quadrigis Circensibus, enumerantur tentores: quos alii fuisse putant, qui in Circo vestes certantium et aurigarum tenebant: alii qui equos currusve, aut repagula ipsa tenebant, antequam emittendi signum ederetur: alii denique, qui frena et lora equis aptabant, et eos quadrigis jungebant. Haec postrema sententia veri videtur similior.

TENTORIOLUM, i, n. σκηνοίον, parvum tentorium. Auct. B. Afr. 47. med. Pauci sub pellibus acquiescebant: reliqui ex vestimentis tentoriolis factis, etc.

TENTORIUM, ii, n. σκηνή, σκηνήμα, tabernaculum, papilio, extensis velis contra solem coelique injurias excitatum, quo milites praecipue in expeditionibus uti solent. V. PAPILIO. Est a tentus part. v. tendo. Virg. A. 1, 472. Rhesis niveis tentoria velis Agnoscit lacrimans. Hirt. B. G. 8, 5. Tecta, quae conjectis celeriter stramentis, tentoriorum gratia erant inaedificata. Lucan. 6, 269. armaque late Spargit, et effuso laxat tentoria campo; et 9, 912. simul jussit statui tentoria ductor; et 1, 369. cavo tentoria fixa Lemanno. Suet. Tib. 18. med. Saepe tentorio pernoctabat. Ov. Fast. 3, 527. Sub Jove pars durat: pauci tentoria ponunt.

TENTORIUS, a, um, adj. ad tendendum, et ad tentoria pertinens, σκηναίος. Valer. in epist. ap. Trebell. Claud. 14. Huic dabis pellium tentoriarum decurias triginta.

TENTUS, a, um, part. a tendo: τεταμένος, tensus, extensus, distensus: et fere poetice usurpatur. Lucr. 2, 618. Tympana tenta tonant palmis. Id. 6, 1193. frons tenta, h. e. cutis circa frontem dura et intenta, ut Cels. 2, 6. loquitur. Lucil. ap. Non. 2, 868. Tres a Denalione grabati restibus tenti. Id. ib. pelles in ordine tentae, h. e. tentoria. Hor. Ep. 16, 50. Refertque tenta grex amicus ubera. Id. Sat. 2, 5, 40. pingui tentus omaso Furius. Ov. Her. 10, 30. carbasa tenta Noto. Alii leg. tensa. Id. Met. 6, 243. tento cornu concita sagitta, h. e. arcu corneo contento. Val. Fl. 1, 185. tento poplite proni Decurrunt. P Tentum, absolute, tentorium. Flor. 2, 12. med. Cum in conspectum venisset hostis, in tentum recepit. Ita Salmas., alii templum. P Tentus obsceno sensu. Mart. 11, 73. et Auct. Priap. 20. 27. 34. 80. 81. V. TENSIO, TENSURA, TENSUS et TENTIGO. P Tentum, absolute, τὸ αἰδοῖον ἀγγεῖον τεταμένον. Catull. 80, 6. P Tentus a teneo, detentus. Ammian. 16, 12. med. Pater ejus diu obsidatus pignore tentus in Galliis. Id. 29, 5. med. Ut tentus ab Igmazene custodiretur. Ulp. Dig. 24, 3, 22. med. Tentus cupidine alicujus rei.

TENTYRITES, ae, m. ad Tentyra, (ut vocat Juven. 15, 35. et 17.) seu Tentyridem (ut Plin. 5, 9, 11.) pertinens, urbem Aegypti in Thebaide, haud longe a ripa sinistra sive occidentali Nili, quae nunc Dendera appellatur. Hinc ap. eund. 5, 9, 9. Nomos Tentyrites. P Tentyritae, arum, absolute sunt incolae illius urbis, atque insulae, quae ab

cod. 28, 3, 6. Tentyris dicitur. *Id.* 8, 25, 38. Gens hominum est huic belluae (*crocodilo*) adversa in ipso Nilo, Tentyritae ab insula, in qua habitat, appellata. Adde *Sen. Q. N.* 4, 2.

TENTYRITICUS, a, um, adj. ad Tentyra pertinens, de qua urbe in voce praeced., ut Tentyriticum linum, *Plin.* 19, 1, 2.

TENUABILIS, e, adj. *Coel. Aurel. Acut.* 3, 4. *med.* Uctiones tenuabiles, et apertibiles.

TENUATIM, adv. *Apic.* 2, 4. Intestinum perquam tenuatim productum.

TENUATUS, a, um, part. a *tenuo*: λεπυρωθείς, tenuis factus. *Hor. Sat.* 2, 2, 84. Seu recreare volet tenuatum corpus, etc. *Or. Met.* 15, 246. tenuatus in auras, Aeraque humor abit; et *ib.* 14, 497. cui respondere paranti Vox pariter, vocisque via est tenuata, comaeque In plumas abeunt; et *ib.* 7, 531. Luna quater plenum tenuata retexit orbem. *Plin.* 13, 12, 23. Charta curiosa interpolatione tenuata. *Tac. A.* 15, 63. Senile corpus, et parco victu tenuatum. Sic *Prop.* 2, 18, 21. exiles videor tenuatus in artus. P Translate. *Claud. VI. cons. Honor.* 127. Pollentini tenuatus fonere campi Hostis.

TENUESCENS, entis, part. ab *inuo. tennesco*, qui tenuatur. In fragmento, quod *Censorino* tribuitur, *med. cap. 3.* Hac (*luna*) universa gignentia crescente pubescunt, tennescente tenuantur.

TENUIARIUS, a, um, adj. *Vestiarius tenuiarius* et *textor vestiarius tenuiarius* est, qui vestes tenuiores facit (h. e. leviores, rariores, tenuissimo filo textas: ejusmodi a ditioribus aestate gestantur, qui, ut ait *Juven.* 6, 258., tenui sudant in cyclade; quorum Delicias et panniculus bombycinus urit:) vel earum institor est. *Inscr. ap. Grut.* 650, 8. M. Cincius M. L. Theophilus vestiarius tenuiarius; et *III.* 7. L. Agrio vestiario tenuiario Imp. *Caes. Antonini Pii*, etc. Alia ap. *Gud.* 200, 1. Juliae Aug. L. Promenae textor. tenuiariae vestiariae C. Julius C. F. Psamenus textor vestiarius tenuiarius.

TENUICULUS, a, um, adj. *πρόφιλος, εὐκλής*, diminut. tenuis. *Cic. Fam.* 9, 19. Tenuiculo apparatu significans Balbum fuisse contentum.

TENUIS, e, adj. *λεπτός*, subtilis, exilis, gracilis, cui *crassus* opponitur. Est a *τείνω*, quod est tendere. Ut proprie sit idem quod *τεταρός*, extensus, exporrectus. Nam quae extenduntur, ea attenuantur, ut liquet in pannis, laminis, atque aliiis. *Virg. A.* 4, 264. et tenui telas discreverat auro. *Id. G.* 3, 166. laxos tenui de vimine circulos; et *ib.* 1, 92. Tenuis pluviae; et *ib.* 2, 217. Tenuis nebula; et *ib.* 4, 311. aer. Sic *Or. Her.* 1, 79. hoc crimen tenues vanescat in auras. *Cels. praef. f.* et *Cic. Fat.* 4. Athenis tenuae coelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani, et valentes. *Cic. Div.* 1, 57. Coelum tenue purumque, et propterea salubre. *Quint.* 11, 3. Tenuis aut praepinguis vox. *Cic. N. D.* 2, 57. Natura oculos membranis tenuissimis vestivit. *Or. A.* Am. 3, 77. Tenuis pellis; et *ib.* 1, 14, 5. et *Tibull.* 1, 10, 68. Tenuis capilli. *Mart.* 14, 3. in tenuis secta ligna tabellas. *Colum.* 7, 2. *med.* Tenuioris velleris arietes. *Or. Am.* 3, 7, 30. Tenuis acus. *Id. A. Am.* 3, 707. et *Met.* 4, 104. et *Fast.* 2, 319. vestes; et *Tibull.* 2, 6, 35. vestes tenues, quas femina Coa Texuit. *Or. A. Am.* 3, 445. tenuissima filo toga. *Liv.* 25, 23. f. Ad mille fere armati tenui agmine per silentium eo deducti. Sic *Tac. A.* 1, 64. f. Nam medio montium et paludum porrigebatur planities, quae tenuem aciem pateretur. *Or. Met.* 14, 411. et *Fast.* 2, 565. Tenuis animae, h. e. vita functae, et sine corpore. Sic *Tibull.* 3, 2, 9. cum tenuem fuero mutatus in umbram. *Mart.* 11, 101. Thaida tam tenuem potuisti, Flacce, videre! h. e. tam exilem, gracilem; et *Nemes. Cyn.* 137. canes macie tenues. Sic *Catull.* 89, 1. Gellius est tenuis. P Translate. *Cic. Acad.* 4, 14. Tenuis et acuta distinctio; et *Or. Pont.* 4, 6, 37. tenui cura limare aliquid, h. e. acri. *Lucr.* 4, 910. tenues aures, h. e. purgatae, acutae, attentae. *Cic. Or.* 5, et 24. Orator tenuis, h. e. subtili dicendi genere utens. V. SUBTILIS; et *Id. Acad.* 4, 20. *med.* Rationes latiore specie, non ad tenue elimatae. *Mart.* 6, 64. Tenuis Athenae, h. e. doctae et ingeniosae. P [*Genus dicendi tenue in utramque partem rhetoribus Latinis dici solet. Ubi cum laude commemoratur, illum notat elucutionis characterem, qui Gr. *ἰσχυρὸς* vocatur, habetque venustatem et elegantiam sedatorem, moderatoremque, et ab elato, vehementi, gravi, amplo, acri dicendi genere abhorret. Classicus locus est *Cic. Or.* 9. Pericles si tenui genere uteretur, nunquam ab Aristophane poeta fulgere, tonare, et permiscere Graeciam dictus fuisset. Alterum significationis genus, quod legitur paulo post, ubi *tenuis* et *inornatus* conjunctim posita sunt, continet moderationem illam, qua quis magis docendo, quam concinnando aut inflammandis animis occupatur. Plura si cupias, adi *Ernest. Lex. techol. lat. rhet.* p. 393. unde haec transcripsimus. Cf. *Schütz. cl. Cic. s. v.*] P Est etiam parvus, exiguus, paucus. *Hor. Od.* 1, 33, 5. Insignem tenui fronte Lycorida Cyri torret amor: (exiguam frontem inter dotes formae ponunt *Petr. Sat.* 126. et *Mart.* 4, 42.) *Phaedr.* 4, 12. Tenui contentus cibo.

Cic. Tusc. 3, 20. f. Tenuem victum antefert copioso. *Id. Verr.* 2, 2, 22. Oppidum tenue. *Id. N. D.* 2, 19. f. Lunae tenuissimum lumen facit proximos accessus ad solem, digressus autem longissimus quisque plenissimum. *Or. Her.* 11, 75. Ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura; et *Mart.* 3, 82. Et aestuanti tenue ventilat frigus; et *Virg. G.* 1, 68. et *ib.* 2, 289. terram tenui suspendere sulco. *Plin.* 16, 36, 66. Tenue foramen. *Id.* 31, 2, 2. Tenui intervallo discernente. *Id.* 3, 5, 9. Tenuis amnis. *Liv.* 1, 4. aqua; et *Or. A. Am.* 1, 291. de tauro; Signatus tenui media inter cornua nigro; et *Plin.* 3, 4, 5. Magnae quondam urbis tenue vestigium. *Tibull.* 1, 3, 60. Dulce sonant tenui gutture carmen aves. *Mart.* 7, 61. Tenuis vici, h. e. angusti. [**Caes. B. C.* 1, 45. tenue fastigium: quod *Oudend.* eadem ratione intelligendum censet, qua ap. *Flor.* 2, 8, 9. tenue fretum, ap. *Vell.* 2, 3. tenuis trames *Tac. A.* 1, 64. tenuis acies. Aliter *Herzog. q. v.*] P Item levis. *Id.* 14, 71. Sordida si flavo fuerit tibi pulvere vestis, Colligat hunc tenui verbera cauda levis. *Propert.* 3, 1, 8. Tenuis pumex. P *Tenuis vinum* ap. *Plin.* 14, 9, 11. et 15, 28, 33. et 23, 1, 22. et 24. est, quod liquorem seu succum habet subtilem, liquidum, et aquoso similem: cui opponitur oleosum, crassum, pingue. Eodem sensu dixit *Virg. G.* 2, 93. tenuisque Lageos Tentatura pedes olim victuraque linguam. (Ubi *Serv.*: penetrabilis, et quae cito descendit in venas.) Ex quib. apparet, tenue vinum non esse dilutum. Eodem sensu *Plin.* 11, 38, 90. Pinguissimus asinis sanguis, tenuissimus homini; et 31, 5, 30. Tenuissimus omnium aquarum Borysthenes, ideoque innatus Hypani P [*Interdum i. q. vilis. *Cic. Fin.* 2, 28. negat Epicurus tenuissimo victu id est contemptissimis escis et potionibus minorem voluptatem percipi, quam rebus exquisitissimis ad epulandum. V. *Heindf.* ad *Hor. Sat.* 2, 2, 53. qui comp. Gr. *λεπνὴ διαίτα.*] P Translate est levis, parvi momenti, aut pretii. *Cic. Har. resp.* 18. f. Corpus nostrum tenuissima saepe de causa conficitur. *Id. Or.* 1, 37. In minimis tenuissimisque rebus labi; et *ib.* 28. *med.* In artificio perquam tenui et levi plus adhiberi diligentiae, pum in hac re, quam constat esse maximam. *Id. Caecin.* 15. Tenuis suspicio. *Tac. A.* 12, 39. Tenue damnum. *Virg. G.* 1, 177. tenuesque piget cognoscere curas. *Quint.* 1, 4. Grammatica, ars tenuis ac jejuna. *Virg. G.* 4, 6. In tenui labor, at tenuis non gloria. P *Tenuis poeta*, qui res tenues tractat, ut amores, jocos, bucolica, et hujusmodi. *Mart.* 10, 103. Nec sua plus debet tenui Verona Catullo. *Virg. Ecl.* 6, 8. Agrestem tenui meditabor arundine Musam. P *Tenuis*, imbecillus. *Caes. B. G.* 5, 39. f. Cum tenuissima valetudine esset. *Id. B. C.* 1, 32. f. Tenuis atque infirmus animus. *Plin.* 12, 16, 35. Myrrha tenuis viribus. *Quint.* 10, 2. *med.* Nec, cui tenue ingenium erit, sola velit fortia et abrupta: cui forte quidem, sed indomitum, amore subtilitatis et vim suam perdat, et elegantiam, quam cupit, non assequatur. *Id.* 12, 8. Neque enim quisquam tam ingenio tenui reperitur, qui cum omnia, quae sunt in causa, diligenter cognoverit, ad docendum certe iudicem non sufficiat. P Saepere refertur ad humilitatem generis et gradus. *Cic. Leg.* 3, 10. *med.* Inventum est temperamentum, quo tenuiores cum principibus aequari se putarint; et *ib.* 13. *med.* Respondit, duos se habere vicinos, superiorem equitem R., inferiorem libertinum: quorum cum essent magnificae villae, concedi sibi oportere, quod iis, qui tenuioris ordinis essent, liceret. [*V. *Goerenz.* ad h. l.] *Liv.* 2, 3. Erant in Romana juventute adolescentibus aliquot, nec ii tenui loco orti. P Et ad paupertatem. *Auct. ad Her.* 4, 38. *med.* Huic pater non tenuissimum patrimonium reliquit. *Cic. Off.* 2, 20. Qui se locupletes, honoratos, beatos putant, hi ne obligari quidem beneficio volunt: at vero ille tenuis, cum, quidquid factum est, se spectatum, non fortunam putet, etc. *Suet. Caes.* 46. Tenuis, et obaeratus. *Virg. A.* 5, 690. tenues Teucrum res eripe leto. *Nep. Milt.* 6. Populi nostri honores quondam fuerunt rari et tenues, nunc autem effusi atque obsoleti; et *Sen. Hipp.* 209. Tenuis penates. *Caes. B. G.* 6, 34. f. Misera et tenuis praeda. *Mart.* 7, 42. Muneribus cupiat siquis contendere tecum, Audeat hic etiam, Castrice, carminibus. Nos tenues in utroque sumus. *Sil.* 6, 19. Tenuis opum, non patre nitens, linguave. P Poetae, ut primam producant, u consonantem faciunt, ipsamque vocem syllaba brevior: vel, ut aliis placet, procelesmaticum pedem pro dactylo ponunt. *Virg. G.* 2, 180. Tenuis ubi argilla, et dumosis calculus arvis; et *ib.* 121. Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres. *Lucr.* 3, 244. Qua neque mobilis quidquam, nec tenuis exstat. *Seren. Sammon.* 18, 324. Ebibe, seu salibus piper adde, et tenue cuminum. P Utuntur etiam synaeresi. *Stat. Th.* 5, 597. Rapta cutis: tenuia ossa patent, nexuque madentes Sanguinis imbre novi; et *ib.* 6, 196. Obnubit tenuia ora comis, ac talia fletu, etc. *Id. Sil.* 1, 4, 36. Sperne coli tenuiore lyra. *Id. Th.* 4, 697. Dixerat: ast illis tenuior percurrere visus Ora situs. Adde *ib.* 12, 2.

TENUITAS, atis, f. *λεπτότης, λεπρότης*, subtilitas, exilitas, gracilitas. *Cic. Tusc.* 1, 22. Casu-

russe in conspectum videatur animus, an tanta sit ejus tenuitas, ut fugiat aciem. *Sen. Q. N.* 2, 10. Siccitas et tenuitas aeris. *Phaedr.* 1, 12. Tenuitas crurum. *Plin.* 13, 12, 24. chartae. *Id.* 16, 6, 7. cutis. *Id.* 19, 1, 2. n. l. lini. *Id.* 11, 37, 65. capillamenti. *Id.* 35, 10, 36. n. 11. Tenuitatis summae linea. *Cic. Brut.* 16. f. Validudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat; et *Plin.* 18, 11, 27. Summa laus siliginis bonitate, et cribri tenuitate constat; et 8, 33, 51. Camaeleonis cauda praelonga in tenuitatem desinens. P In liquoribus est qualitas minime crassa, aut pinguis, aut oleosa, per quam facile fluunt, et penetrant. *Plin.* 31, 3, 23. Tenuitas aquae, colante terra. *Id.* 11, 39, 92. Subtilitatem animi non constare tenuitate sanguinis. P Translate. *Quint.* 12, 2. *med.* Dialectica si totum sibi vindicaverit in foro certamen, obstat melioribus, et sectas ad tenuitatem suam vires ipsa subtilitate consumet. *Cic. Fin.* 3, 12. Limata quaedam et rerum, et verborum tenuitas. V. SUBTILIS. P De angustia rei familiaris, et paupertate. *Cic. fil. Tiron. Fam.* 16, 16. *med.* Et, ut possum, ex meis angustis illius sustento tenuitatem. *Cic. Or.* 2, 66. Cum innumerabilem Magio pecuniam dixisset datam, idque Scaurus tenuitate Magii redargueret. *Id. Off.* 2, 21. *med.* Tenuitas aerarii. *Id. Div.* 2, 13. Rerum, quas terra procreat, vel ubertas, vel tenuitas.

TENUITER, adv. *λεπιώς*, subtiliter, graciliter. *Caes. B. G.* 3, 13. Pelles pro velis, alutaeque tenuiter confectae. P Item leviter, parum. *Cic. Verr.* 2, 2, 65. Nimum tenuiter Scaurorum erga te voluntatis argumenta colligere videor. *Colum. Arb.* 8. Sarmatum tenuissime scalpello acuto ita, ne medullam laedas, adradito. *Auct. ad Her.* 3, 8. Non necesse est omnes has partes in laudem aut vituperationem transferre, propterea quod saepe ne incidunt quidem; saepe ita tenuiter incidunt, ut non sint necessariae dictu; et *ib.* 4, 36. Respondere criminibus tenuiter et nugatorie. *Cic. Verr.* 2, 4, 16. Aestimare argentum eo modo, quo qui unquam tenuissime in donatione histrionum aestimavit. P Tenui dicendi ratione, attenuate, presse, subtiliter, acute. *Cic. Or.* 14. f. Non ad philosophorum morem tenuiter disserere, sed ad copiam rhetorum, etc. *Gell.* 6, 2. *med.* Contra ea Chrysippus tenuiter multa, et argute disserit. *Plin. ep.* 4, 27. Recitat multa tenuiter, multa subtiliter, multa venuste, multa tenere. *Id. ep.* 6, 21. Scripsit mimiambos tenuiter, argute, venuste. *Cic. Inv.* 2, 16. f. Illae argumentationes tenuis, et acutius, et subtilius tractantur: hi autem loci graviter et ornatus. V. SUBTILIS. P Est etiam misere. *Ter. Ph.* 1, 2, 95. Da. Quid rei gerit? Ge. sic, tenuiter: Da. Non multum habet, quod det, fortasse. Ge. immo nihil, nisi spem meram.

TENUO, as, avi, atum, a. I. *λεπυρω*, tenuem facio, minuo. *Or. Pont.* 2, 7, 43. assiduo vomer tenuatur ab usu. *Sen. Q. N.* 5, 3. f. Sol matutinum aera spissum et humidum ortu suo tenuat. (Adde *Stat. Th.* 1, 337.) *Or. Rem. Am.* 445. Grandia per multos tenuantur flumina rivos, h. e. multis rivis ducta minuuntur. *Virg. G.* 3, 129. Ipsa autem macie tenuant armenta volentes; et *Or. A. Am.* 1, 761. et *Met.* 15, 551. leves Proteus se tenuabit in undas, h. e. in tenues aquas se convertet. *Id. Trist.* 1, 5, 11. Spiritus et vacuus prius hic tenuandus in auras Ibit. *Quint.* 11, 3. *med.* Tenuo collo tenuatur vox, atque fatigatur. P Translate. *Or. Trist.* 3, 11, 65. meae famam tenuent oblivia culpa; et *Her.* 20, 73. Idem, qui facimus, factam tenuabimus iram. *Id. Met.* 5, 374. mecum vires tenuantur amoris. *Prud. Cath.* 8, 54. Jejuno tenuare artus. P Elevare dicendo. *Hor. Od.* 3, 3, 70. Quo; Musa, tendis? desine pervicax Referre sermones Deorum, et Magna modis tenuare parvis. *Pacat. Pan. ad Theodos.* 5. Tanti viri praestat gesta in summam referre, quam enumerando tenuare. P *Tenuare carmen*, tenui stilo deducere, et de rebus levioribus canere, ut fit in lyricis, in elegis, et cum amatoribus aut bucolica tractantur, et hujusmodi. *Prop.* 3, 1, 5. Dicite, quo pariter carmen tenuastis in antro. *Stat. Sil.* 4, 7, 2. Fortis heroos, Erato, labores Differ, etc. Maximo carmen tenuare tento.

TENUPSIS, oppidum Aethiopiae, ad Nilum flumen, in Nubeorum vel Nubarum regione. *Plin.* 6, 30. B. A.

TENUS, μέγος, ἄζως, usque ad: cum ablat., si nominibus singularibus jungatur: et genitivo, si pluralibus; non semper tamen, quia et cum pluralibus ablativum habet, et cum singularibus genitivum: Grammatici volunt esse adverbium, quia nulla praepositio cum genitivo effertur. Postponitur fere suo casui. [*Quae vir quidam doctus in *Wolffi anall. litt.* 4, 341. de significatione hujus vocis habet, ea quidem obscurius dicta videntur, quam ut transcribi in nostrum librum possint.] *Cic. Deiot.* 13. Antiochus Tauro tenuis regnare jussus. *Coel. Fam.* 8, 1. Illi rumores Cumarum tenuis caluerunt. *Lucr.* 4, 15. Labrorum tenuis. *Virg. A.* 1, 741. summo tenuis attigit ore; et *ib.* 2, 553. lateri capulo tenuis addidit ensem; et *ib.* 3, 427. pube tenuis; et *ib.* 10, 210. laterum tenuis. *Id. G.* 3, 53. Crurum tenuis. *Or. Fast.* 2, 145. media tenuis eminet alvo. *Id. Met.* 15,

512. et 673. Pectoribusque tenuis molles erectus in auras; et *ib.* 6, 258. pennis tenuis acta sagitta. *Cels.* 1, 3. Demittere se inguinibus tenuis in aquam calidam. *Tac. A.* 13, 41. Cuncta tectis tenuis sole illustrata fuere. *Liv.* 26, 24. Coreyrae tenuis. Alii leg. *Coreyra*, sed *Gronovio* invito. *Id.* 44, 40. Aqua ferme tenuis alta: *genus* genitivus a *genus*, *us*. Alii *genu* legunt. *Ascon.* in *Mil.* 14. Domi tenuis obsessus est. *Hor. Od.* 3, 15, 16. cadi faece tenuis poti. *Claud. Rapt. Pros.* 2, 34. vestis poplite fusa tenuis. *Just.* 12, 6. Rerum suarum magnitudinem coelo tenuis extollere. *Tac. A.* 15, 40. f. Tres regiones solo tenuis dejectae. *Val. Fl.* 7, 433. Nec quibus (*verbis*) incipiat, demens videt, ordine nec quo, Quove tenuis. [**Tac. A.* 15, 45. Graeca doctrina ore tenuis exercitus; animum bonis artibus non induerat. Cf. *Quint. Inst.* 12, 2, 17. ille vir bonus, qui haec non vocibus tantum sibi nota atque nominibus aurium tenuis in usum linguae perceperit, sed qui virtutes ipsas mente complexus ita sentiat, nec in cogitando laborabit, sed quod sciet vere dicet.] P Cum accus. *Id.* 1, 537. regio, quae virginis aequor ad Helles, Et Tanam tenuis immenso descendit ab Euro. *Or. Her.* 12, 27. Scythiam tenuis ille nivomam, etc. Alii leg. *Tanai*, et *Scythia*. *Suet. Caes.* 52. Eadem nave Aethiopia tenuis Aegyptum penetravit. Plerique alii leg. *Aethiopia*. P Cutm aliquot vocibus coalescit, ut *hactenus*, *quadantenus*, *eatenus*, *quatenus*, etc. quae v. ss. II. P Verbo, nomine tenuis opponitur *re*, *revera*, *factis*, et *hujusmodi*. *Cic. Leg.* 3, 6. Veteres verbo tenuis acute illi quidem, sed non ad hunc usum popularem atque civilem, de republica disserebant, *h. e.* in disputando; [*nos: *soueit der allgemeine Begriff* *Repubblica reichte.*] et *Liv.* 34, 5. In quos jecit magis hoc consul verbo tenuis, quam ut re insimularet. *Ulp. Dig.* 2, 2, 1. *med.* Haec verba cum affectu accipiunt, non verbo tenuis. *Tac. A.* 15, 6 *extr.* Usurpata nomine tenuis urbium expugnationes. *Gell.* 17, 19. Philosophi, *ἀνευ τοῦ πράττειν, μέτρον τοῦ λέγειν*: id significat factis procul, verbis tenuis. P Minime placet, quod quidam conjunctim scribunt *pubeenus*, *verbotenus*, *oretenus*, et alia, tanquam adverbia sint. *Ammian.* 26, 4. *med.* Ne verbo quidem tenuis insidiarum indicio ullo reperito. V. tamen VERTEBRO-TENUS. P Veteres quidam grammatici *Sergius* p. 1855. et *Cledon.* p. 1934. concedunt praeponi posse suo casui, *tenuis pube*: raroque id fieri, etiam *Prisc.* docet 14, 982.

TENUS, *us*, m. *τένος*, laqueus ad captandas aves, ut *Non.* 1, 17. interpretatur. *Pl. Bacch.* 4, 6, 22. Nunc ab transenna hic turdus lubricum petit: pendebit hodie pulvere: ita intendi tenuis. Aliter exponit *Sere.* ad *A.* 6, 62. Tenuis, inquit, proprie est extrema pars arcus, ut *Plautus* ostendit in *Bacchid.* Ita intendi tenuis. Suspiciari licet, inquit *Lambinus*, *Servius* accipere *tenuis* in plur. numero, ut significet duo extrema cornua arcus, quibus nervus sedet. Alii neutrius generis et tertiae declinationis, *tenuis*, *oris*, faciunt, et vel laqueum, vel paxillum intelligunt, in quo laqueus tenditur. *Tert. Pall.* 3. Filum in vestis pristinae modum, quam phylirae tenuis junxerat, texuisse *Mercurium*, narrat. Alii leg. *quam phylirae taeniis*.

TEOS. V. TEIUS.

TEPEFACIO, *is*, eci, actum, a. 3. *χλωρο*, tepidum reddo. *Cic. N. D.* 2, 15. de sole: Is ejus tractus est, non ut tepidificet solum, sed etiam saepe comburat. *Hor. Sat.* 2, 3, 136. In matris jugulo ferrum tepificet acutum. *Cels.* 3, 6. *med.* Si sudare corpus coepit, linteum tepificare oportet, paulatimque detergere. *Plin.* 15, 4, 5. Oleo natura tepificare corpus, *Id.* 10, 33, 49. Aleyones nidum mollibus plumis consternunt tepificandi ovis. P *Metrica* necessitate secundam producit *Catull.* 64, 360. Alta tepificet permixta flumina caede. V. LIQUEFACTIO.

TEPEFACTUS, a, um, part. a *tepefacio*: *χλωρο*, tepidus factus. *Cic. N. D.* 2, 10. Frigoribus durescit humor: et idem vicissim mollitur tepefactus, et tabescit calore. *Virg. A.* 9, 418. ita hasta Tago per tempus utrumque Stridens, trajectoque haesit tepefacta cerebro. *Plin.* 19, 1, 3. Aqua solibus tepefacta. *Varr. R. R.* 2, 1. *med.* Vinum tepefactum.

TEPEFICIO, *is*, factus sum, n. pass. anom. *χλωρο*, tepidus fio. *Plin.* 11, 6, 5. Insecta omnia, parietibus nostris occultata, mature tepescunt. *Cels.* 6, 7. Medicamentum semper ante tepescere convenit.

TEPEPENS, entis, part. a *tepeo*: *χλωρο*, tepidus. *Virg. G.* 2, 330. Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus. *Id.* A. 10, 555. deturbat terrae, truncumque tepentem Provolvens, etc. *Plin.* 30, 7, 20. Cor recens tepensque adhuc devorare. *Id.* 36, 25, 62. Subdialibus pavementis Graeci domos contegentes, tractu tepente, *h. e.* eo coeli tractu, ubi modica frigora sunt. *Petr. Sat.* 132. Coliculi tepens thyrsus, *h. e.* elixus et calescens. P Translate. *Or. Her.* 11, 26. Nescio quem sensi corde tepente Deum, *h. e.* calente ex amore.

TEPEO, *es*, ui, n. 2. *χλωρο*, tepidus sum. *Cato R. R.* 69. Dolium calfacito: minus, quam si picare velis, tepeat: lenibus lignis facito calescat:

ubi temperate tepebit, tum cum in indito. *Mart.* 6, 59. Odit et hibernos, si tepuere, dies. *Plin.* 29, 4, 25. Carnibus gallinaceorum (ita ut tepebant, avulsae) appositis, venena serpentium domantur. *Cels.* 3, 6. *med.* Ubi quam maxime tepuit, et idoneus esse cibo aeger videtur. P Translate est sentire amorem. *Hor. Od.* 1, 4, 19. Nec tenerum Lycidan mirabere, quo calet juvenus Nunc omnis, et mox virginis tepebant. P Est etiam calorem remittere, defervere. *Mart.* 2, 1. Te conviva leget mixto quincunce, sed ante, Incipiat positus quam tepuisse calix. P Translate remissum esse in amore, amorem paulatim deponere. *Or. Am.* 2, 2, 53. Seu tepet, indicium securas perdis ad aures: Sive amat, officio fit miser ille tuo. *Id. Rem. Am.* 7. Saepe tepent alii juvenes: ego semper amavi. *Nemes. Ecl.* 1, 13. Nunc album caput: et veneres tepuere sub annis. *Quint.* 6, 1. *med.* Ut est longe vehementissimus hic, cum invaluit, affectus, ita si nihil efficit, tepet. P Part. *Tepens* V. in v. praec.

TEPESCO, *is*, n. 3. *χλωρο*, tepere incipio, tepidus fio. *Cic. N. D.* 2, 10. Maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. *Virg. A.* 9, 701. fixo ferrum in pulmone tepescit. *Or. Pont.* 3, 4, 56. Illa recens pota est, nostra tepescit aqua. *Id. Met.* 3, 412. Silvaeque sole lacum passura tepescere nullo. P Item calorem paulatim remitto, defervesco. Translate. *Lucan.* 4, 284. Paulatim cadit ira ferrox, mentesque tepescunt. *Ammian.* 28, 1. Negotio tepescite ob diuturnam murborum asperitatem.

TEPHRIAS, *ae*, m. marmoris genus coloris cinerei: a *τέφρα*, cinis. *Plin.* 36, 7, 11. Contra serpentes autem a quibusdam laudatur praecipue ex his, quem tephriam appellant, a colore cineris.

[TEPHRION, *ii*, n. *τέφριον*, (a *τέφρα*, cinis), collyrium, de quo *Cels.* 6, 6. n. 7. Praeter haec ex frequentissimis collyriis est id, quod quidam cythion, quidam a cinereo colore tephriam appellant. In quibusd. edition. *cythion* et *tephrion* Graecis litteris scribuntur. F.]

TEPHRITIS, *idis*, f. *τεφριτις*, gemma, quae novae lunae speciem habet, in cornua curvatae, cinerei tamen coloris: unde et nomen habet, nempe a *τέφρα*, cinis. *Plin.* 37, 10, 68. Tephritis novae lunae speciem habet curvatae in cornua, quamvis cinerei coloris.

TEPIDARIUS, a, um, adj. *χλωρός*, qui aquam tepidam continet. *Vitr.* 5, 10. Supra hypocaustum athena tria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, etc. *Inscr.* ap. *Mur.* 466, 3. Cella tepidaria. P *Tepidarium*, *ii*, absolute est locus in balneis, in quo tepida aqua lavabantur; quemadmodum *caldarium*, in quo calida; *frigidarium*, in quo frigida. *Cels.* 1, 3. Commune est omnibus post fatigationem cibum sumpturis in tepidario sedere. *Vitr.* l. c. Ipsa caldaria, tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno.

TEPIDÉ, *adv.* *χλωρός*, cum tepore. *Colum.* 8, 5. Curandum erit, ut pulli tepide habeantur: nam nec calorem, nec frigus sustinent. *Plin.* ep. 5, 6. *med.* Si natate latius, aut tepidus velis, in area piscina est. P Translate est remisse, languide. *August. Conf.* 8, 11. *med.* Cum diceret mihi consuetudo violenta: Putasne, sine istis poteris? Sed jam tepidissime hoc dicebat.

TEPIDO, *as*, a. 1. *χλωρο*, tepidum facio. *Plin.* 17, 26, 41. In eodem agro Sulmonensi, pago Fabino (ubi nunc urbs *Popoli* est), bruma, tanto magis si nives jaceant, geletve, ne frigus vites adurat, circumfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne solo. Etiamnum, teste *Romanell. Topogr. Nap.* T. 3. p. 162., ejusdem loci incolae cum id faciunt, se vites *calidare* vocant.

TEPIDUS, a, um, adj. *χλωρός*, teporem habens. *Sen. ep.* 92. *med.* Frigidum aliquid et calidum novimus: inter utrumque tepidum est. Si tepido illi plus frigidi ingessero, fiet frigidum: si plus calidi affudero, fiet novissime calidum. *Lucr.* 2, 857. Nec frigus, neque item calidum, tepidumque vaporem. *Hor. Sat.* 1, 3, 81. Tepidum jus ligurire. *Id. Od.* 2, 6, 17. Ver ubi longum, tepidasque praebet Juppiter brumas. *Varr. R. R.* 1, 6. Fastigia collina tepidiora, quam infima aut summa. *Id. ib.* 3, 10. Anser incubat tempestatibus dies XXX., tepidioribus XXV. *Plin.* 10, 59, 79. Incubant feminae tricenis diebus: si vero tepidiores sint, vigintiquinque. *Plin. alter ep.* 5, 6. *med.* Cubiculum hieme tepidissimum, quia multo sole perfunditur. *Lucan.* 9, 523. quidquid pulvere sicco Separat ardentem tepida Berenicea Lepti. P *Tepidum*, adverbii more. *Or. Pont.* 4, 10, 43. Notus, adverso tepidum qui spirat ab axe. Est qui leg. tepidus. P Est etiam tepidus, qui calorem remisit, qui languido calore est. *Or. Her.* 6, 90. (et *Trist.* 1, 5, 12.) Certaue de tepidis colligit ossa rogis. *Id. Fast.* 2, 645. huc ignem curto fert rustica testu. Sumptum de tepidis ipsa colona focis. P Translate est remissus, segnis, languidus. *Id. Rem. Am.* 629. Quid juvat admonitu tepidam recalcere mentem? (Adde *A. Am.* 2, 445.) *Id. ib.* 434. Adharant tepidae pectora vestra faces, *h. e.* levis et parvus amor accenderat pectus. Sic *Met.* 11,

225. Quamvis haud tepidos sub pectore senserat ignes. Adde *Am.* 2, 19, 15.

TEPOR, *oris*, m. *χλωρός, ἄλις*, modicus calor, qualitas inter calorem et frigus, sed ad calorem magis accedens. *Lucr.* 2, 516. Finit enim calor, ac frigus: medique tepores Inter utrumque jacent. *Cic. Sen.* 15. *med.* Uva vestita pampinis nec modico tepore caret, et nimios solis defendit ardores. *Id. N. D.* 2, 10. Maria agitata ventis ita tepescunt, ut intelligi facile possit, in tantis illis humoribus inclusum esse calorem. Nec ille (*maris*) externus et adventicius habendus est tepor, sed, etc. *Lucan.* 8, 365. Quidquid ad Eoos tractus, mundique teporem Labitur, emollit gentes clementia coeli. *Claud. III. cons. Hon. praef.* 4. Ovaeque maternus rupit hiulca tepor. *Id. in Ruf.* 2, 95. alternum Zephyri jam bruma teporem Senserat. *Sen. Herc. Oel.* 381. primus tepor, *h. e.* primum ver. [**Liv.* 41, 2. ad primum teporem solis.] *Catull.* 46, 1. Jam ver egelidos refert tepores. *Plin.* 11, 18, 20. Apes ante fores in teporem solis promotae. *Id.* 2, 50, 51. Partes Italiae, quae a Septentrione discedunt ad teporem. *Id.* 16, 33, 60. de cupresso: Alibi non nisi in tepore proveniens, *h. e.* in tepidiori coeli tractu, *ἐν τοῖς ἄλιωσις*. *Id. ib.* 32, 59. vocat arbores teporis, quae in eo coeli tractu proveniunt. P Est etiam defectus caloris, ubi esse solet, aut debet. *Tac. H.* 3, 32. f. Balineas petit: excepta vox est, cum teporem incusaret, statim futurum, ut incalescerent. P Translate. *Auct. dial. de Or.* 21. *med.* Nisi forte quisquam ceteros ejusdem lentitudinis ac teporis libros legit. [**Cf. Ern. Lex. technol. lat. rhet.* p. 253. — Differt a *temperies*, quod in bonam partem dici solet. V. *Doederl.* 2, 206. sq.]

TEPORATUS, a, um, part. a *teporo*: *χλωρός*, tepidus factus. *Plin.* 36, 26, 66. Fragmenta vitri teporata agglutinantur tantum.

[TEPORO, *as*, avi, atum, a. 1. tepidum reddo. *Dracont.* 1, 143. Nec flammam restinguit aqua, glaciem teporat Flammeus ignis aquae. F.]

TEPORUS, a, um, adj. teporem habens, tepidus. *Auson. Eclog. de solstit.* 1. Sol profectus a teporo veris aequinoctio. *Sidon. ep.* 9, 16. Priusquam duodecimum mensem Favonius flatu teporo maritaret.

TEPULA, aqua Romam in Capitolium ex agro Lucullano perducta, ut est ap. *Front. Aquaed.* 8., dicta videtur a tepore, quod tepida esset, vel minus frigida, quam ceterae, quae in usum populi Romani adductae sunt. Meminit etiam *Plin.* 36, 15, 24. n. 9.

TER, *teris, quibus*, tribus vicibus. *Cato R. R.* 104. Haec rude misceto ter in die, dies quinque continuos; et *Cic. Rosc. Am.* 46. Unde vix ter in anno audire nuntium possunt. *Hor. Od.* 1, 13, 13. ter et quater Anno revisens aequor Atlanticum. *Suet. Aug.* 40. Ter in annum tesseras dare. *Cels.* 4, 12. Ter aut quater die perficari. *Varr. R. R.* 2, 4. f. Ter quinquagenos sues habere; et *Enn. ap. Cic. Div.* 1, 48. f. ter quatuor corpora sancta avium; et *Hor. Ep.* 4, 8. bis ter ulnarum toga. (*Barth. et Bentl.* ut barbariem damnant, et *trium* legi volunt.) *Plin. Pan.* 61. Cum, ter consule adsidente, tertio consulem designatum rogari sententiam cererem. *Inscr.* ap. *Mur.* 158, 1. Ter et semel Cos. *h. e.* duobus Augg. Severo III. et Antonino Pio Cos., ut legitur in alia ap. *Fabrett.* p. 130. n. XIV., nempe ann. a Chr. n. CCLII., quo iidem consules simul processerunt. Adde alias ap. *Reines.* cl. 5. n. 23. Et *Marin. Inscriz.* Alb. p. 49. quem omnino hac de re consulas, oportet. P *Terque quaterque*, saepius. *Virg. G.* 2, 398. omne quotannis Terque quaterque solum scindendum; et *ib.* 12, 155. Terque quaterque manu pectus percussit honestum. P Etiam *ter* absolute positum interdum pro saepe, vel aliquoties ponitur. Sic enim *Servius* interpretatur illud *A.* 1, 120. ast illam ter fluctus ibidem Torquet agens circum; et *ib.* 3, 421. atque imo barathri ter gurgite vastos Sorbet in abruptum fluctus; et *ib.* 10, 873. Aeneam magna ter voce vocavit. Adde *ib.* 4, 690. P Junctum nominibus positivis superlativum significat. *Hor. Od.* 2, 14, 7. ter amplum Geryonem, *h. e.* tergeminum, tricorporum. *Or. Met.* 8, 51. O ego ter felix, si, etc. Sic *Virg. A.* 1, 98. O terque quaterque beati! *τεριστάκις, τριστάκιον*.

[TERAMNON. V. ATERAMNON. F.]

TERBENTINUS, a, um, adj. i. q. terbinthinus. *Veg. de re vet.* 2, 54. (al. 3.) B. A.

TERCENARIUS, a, um. V. TRECENARIUS.

TERCENTENI. V. TRECENI.

TERCENTI. V. TRECENTI.

TERCENTUM et Ter centum, trecenti, *τρεκατόσσοι*, nomen numerale indeclinabile. *Virg. A.* 1, 276. tercentum totos regnabitur annos Gente sub Hectorea. *Or. Met.* 14, 146. Tercentum messes, tercentum musta videre. P Accipitur pro quovis magno numero. *Virg. G.* 1, 15. Ter centum nivei tondent dumeta juveni; et *A.* 4, 510. Tercentum tonat ore Deos.

TERDECIES, *adv.* ter et decies. *Vitr.* 9, 4. Quem circulum luna terdecies in duodecim mensibus percurrit. *Juven.* 13, 28. terdecies respirare. *Cic. Verr.* 2, 3, 8. Sestertium terdecies. *Auson. ep.* 7, 32. Bi-

nas terdecies, semel quaternas, h. e. triginta. P Scribitur et divisim ter decies.

TERDENI et Ter deni, ae, a, adj. distribut. quod etiam pro cardinali ponitur, *τριζωτία*, triginta. *Virg. A. 8*, 47. Ex quo terdenis urbem redeuntibus annis Ascanius clari condet cognominis Albam. *Ov. Fast. 4*, 635. ter denae vaccae. *Sil. 15*, 259. terdena bove donatur.

*TEREBELLA et Terebellium ex *Cels. 3*, 23. pro scribuntur a *Morgagno epist. in Cels. 3. B. A.*

TEREBINTHINUS, a, um, adj. *τερεβινθίνος*, qui est ex terebintho, ut Terebinthina resina, ap. *Cels. 5*, 6. *trementina* Italice. *Plin. 24*, 6, 22. In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima, atque levissima. *Petr. Sat. 33*. Terebinthina tabula.

TEREBINTHIZUSA, ae, f. nomen Graecum (*τερεβινθίζουσα*) gemmae sic dictae, quod terebinthi colorem refert. *Plin. 37*, 8, 37.

TEREBINTHUS, i, f. *τερεβινθος*, arbor materia lenta, et nigra, radice valida, in profundum acta, lauri paene folio, oleae flore, sed puniceo, baccis primis herbaceis, mox rubris, et, cum maturerint, nigricantibus, magnitudine fabae, resinosis, et sulphureis. Circa Idam, Macedoniamque est brevis, fruticosa, et contorta, in Syria vero magna et copiosa. Duo ejus sunt genera, sexu distincta, ex quibus mas sterilis est. Haec fere ex *Plin. 13*, 6, 21, et 13, qui 24, 6, 18. enumerat aliquot ejus usus in medicina. *Virg. A. 10*, 136. Inclusum buxo, aut Oricia terebintho. *Plin. 13*, 6, 12. Syria et terebinthum habet. Ex his mascula est sine fructu. Feminarum duo genera, alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus, etc.

TEREBRA, ae, f. *τέρερον, τετραρον*, instrumentum, quo ligna perforantur: a *terendo*. *Colum. 4*, 29. f. Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolae noverant, scobem faciebat, perurebatque eam partem, quam perforaverat; et *mox*: Gallica terebra sic excavat truncum, ne foramen inurat: quippe non scobem, sed ramenta facit. *Plin. 17*, 15, 25. Gallica terebra, quae excavat, nec urit. *Cato R. R. 41*. Terebra vitem pertundere. *Cels. 8*, 3. Terebrarum duo sunt genera: alterum simile ei, quo fabri utuntur; alterum capituli longioris, quod ab acuto mucrone incipit, deinde subito latius fit, etc. *Plin. 37*, 13, 76. Plurimum in his (*in sculptura gemmarum*) terebrarum proficit fervor. *Id. 7*, 56, 57. ejus inventorem Daedalum facit. P *Terebra aliquem pertundere* translate est vi extorquere, aut scrutari, et curiosius quaerere. *Plaut. ap. Non. 1*, 315. P De terebra chirurgica ossibus perforandis, *Cels. l. c.* P De militari perfodiendis muris urbium, *Vitr. 10*, 19, et *Lips. Poliorcet. l. 3. dial. 1.*

TEREBRAMEN, inis, n. id quod terebra exterritur. *Fulg. Myth. 2*, 19. Furfuracea tinearum terebramina.

TEREBRATIO, onis, f. *τερεβρασις*, actus terebrandi. *Colum. 4*, 29. med. In illa autem, quae fit per terebrationem, etc. P Item foramen ipsum terebra factum. *Vitr. 9*, 9. med. Translata ex terebratione in terebrationem.

TEREBRATOR, oris, m. *τερεβρατής* *Gloss. Gr. Lat. B. A.*

TEREBRATUS, a, um, part. a *terebero*: foratus. *Ov. Fast. 6*, 697. Prima, terebrato per rara foramina buxo, Ut daret, effeci, tibia longa sonos. *Vitr. 9*, 9. Terebrata gemma. *Plaut. ap. Fest. in Subscudes*. Terebratus multum siet: et subscudem addite. Hic turpiculi quid latere videtur.

TEREBRATUS, us, m. idem ac terebratio. *Scrib. Comp. 206*. De industria a medicis cum terebratu exciditur, quod laedit eam os.

TEREBRO, as, avi, atum, *τερεβρώω*, terebra pertundo. *Liv. Epit. 52. med.* Dum ossa capitis medici terebrare contendunt. *Cato R. R. 41*. et *Colum. 5*, 9. f. Vitem terebrare Gallica terebra. *Plin. 17*, 15, 25. Terebrare vitem in obliquum ad medullam. *Vitr. 10*, 22. med. Terebratur foramen digitale. *Suet. Tib. 68*. Fuit articulis ita firmis, ut recens et integrum malum digito terebraret. *Virg. A. 3*, 635. tello lumen terebramus acuto. Alii *tenebramus*. *Plin. 29*, 6, 39. Gryllus terram terebrat, stridit noctibus. P Translate est blande se ingerere, expalpare, quaerendo extundere, instando et blandiendo pertentare. *Pl. Bacch. 5*, 2, 82. Hanc veniam illis sine te exorem. *Nicob. ut terebrat!* P Allegorice. *Pers. 5*, 138. regustatum digito terebrare salinum Contentus perages, h. e. tenui victu uti: quasi micis salis in vacuo salino anxie quaerens, prementibus digitis, et paene terebrantibus.

[TEREBRUM, i, n idem ac terebra. *Hieron. in Isai. 12*, 41, 12. Quis possit hoc credere, quod ascia, lima, et terebro malleoque formetur Deus? *Id.* hac eadem voce utitur etiam al. f.]

TEREDO, inis, f. *τερεδών*, tarmes, vermis, qui in ligno nascitur, illudque rodit: a *tero*. Quidam etiam deducunt a sono, quem edit in rodendo. Proprie de iis vermibus dicitur, qui in mari ligna terebrant. *Plin. 16*, 41, 80. Teredines tantum in mari sentiuntur: nec aliam putant teredinem proprie dici. Terrestres, tineas vocant: culicibus vero similes thripas. *Ov. Pont. 1*, 1, 69. Estur ut occulta vitata teredine navis. Adde *Vitr. 5*, 12. et *Colum.*

4, 24. P Interdum tamen generatim de terrestribus quoque usurpatur. *Plinius* ipse vestium vermes sic appellat 8, 48, 74. ubi de praetextis Servii Tullii ait: Mirumque fuit, nec defluxisse eas, nec teredinum injurias sensisse annis quingentis sexaginta. *Id. 28*, 20, 81. Carnes nullas teredinem sentire, luna decrescente induratas sale. *Id. 23*, 7, 70. Mororum succus celerrime teredinem sentit.

*TEREDON, onis, *Τερεδών*, oppid. vel vicus in Chaldaea, situm ubi Euphrates in sinum Persicum sese exonerat. *Plin. 6*, 28. B. A.

TEREIDES, ae, m. *Τηρείδης*, Itys, filius Terei. *Op. Ib. 436*. Tuntalides tu sis, Tereidesque puer. Alii aliter leg.

TERENSIS, is, f. Dea frugibus terendis praesidens. *Arnob. 4*, 131. V. NODUTERENSIS.

TERENTIUS, a, um, adj. ad Terentium pertinens. *Cic. Am. 24. med.* Terentiano verbo libenter utimur. *Id. fragm. ap. Quint. 6*, 3. med. Nec minus niger, nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio, h. e. qui a Terentio inducitur in comedia eo nomine inscripta. Sic *Id. Fin. 1*, 1. f. Terentianus Chremes; et *Tusc. 3*, 27. Terentianus ipse se puniens, h. e. Heautontimorumenos. *Quint. 11*, 1. med. Terentianus pater. P *Terentianus exercitus* ap. *Liv. 23*, 32. med. est, qui a M. Terentio Varrone ducitur.

TERENTIUS, a, um, adj. ad Terentium spectans, ut Ludi Terentini, qui alio nomine saeculares vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus continentur, tribusque noctibus celebrantur: tametsi postea ambitione principum minore interjecto spatio aliquoties fuerint celebrati. *Auson. Idyll. 11*, 34. Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. Adde *Varr. ap. Censor. de die nat. 17*. V. SAECULARIS. P Terentinae naves. V. TARENTINUS. P Terentina tribus, una ex tribus populis R. Erat in Sabiniis. Denominata est a Terento, loco in Campo Martio. Facta est anno U. C. CCCCLV. M. Fulvio Paeto, T. Manlio Torquato Coss. a P. Sempronio Sopho, et P. Sulpicio Saverione censoribus, quo anno etiam Aniensis addita est. *Liv. 10*, 9. f. et *Cic. Planc. 22*. Saepe in *vet. Inscr.* sic scribitur *Ter.*, quandoque integre *Terentina*, ut in *Inscr. cit.* in V. HONORATIUS.

TERENTIUS, ii, m. *Τερέντιος*, poeta comicus, natione Afer, patria Carthaginiensis, libertus fuit Romae Terentii Lucani: a quo ob liberale ingenium mature manumissus, et optimis litteris eruditus, in hominum nobilissimorum amicitiam pervenit, praecipue Scipionis et Laelii: quorum etiam opera adjunctis creditur in scribendo, ob sermonis elegantiam, ut testatur *Cic. Att. 7*, 3. f. (*Terentii* etymon V. in TARENTINUS.) Scripsit fabulas sex, quae omnium manibus teruntur. Posthac visendarum Athenarum cupiditate ductus, ex quo navim descendit, nusquam deinde conspectus est. Quo fit, ut naufragio credatur periisse. Latius exsequitur ejus vitam *Donatus*, vel, ut alii putant, *Suetonius*: apud quem *C. Caesar* ut puri sermonis amatorem laudat. *Cicero* quoque *ib.* lecti sermonis esse, et omnia dulcia dicere, sedatis vocibus Menandrum convertentem affirmat. *Hor. Ep. 2*, 1, 59. Vincere Caecilius gravitate, Terentius arte dicitur. *Varr. ap. Non. 4*, 377. In argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesis Terentius, in sermonibus Plautus. *Vulcatii Sediti de eo* iudicium habes ap. *Gell. 15*, 24.

TERENTIUS Scaurus, grammaticus, quem *Gell. 11*, 15. dicit floruisse Hadriani temporibus, librum de Caesarii Vindici grammatici erroribus scripsit: item de orthographia: laudaturque etiam ab *Auson. Profess. n. 15*, et 20. et *epist. 18*, 26. et in *praefatiuncula ad Syagr. 20*. Docet *Capitol. Ver. 2*. duos fuisse Scauros grammaticos, patrem, et filium; illum Hadriani praeceptorem, hunc Veri: ubi *Salm. adscribit*, filium dictum esse *Scaurinum*.

TERENTUS, i, m. locus in extremo campo Martio, ad Tiberim, ubi ara fuit Ditis patris et Proserpinae sub terra obruta, quae ludis tantum saecularibus effossa ostendebatur, iisque peractis rursus operiebatur. Ejus arae inventionem *Val. Max. miraculo* adscribit 2, 4. n. 5. quodam Valesio, tribus filiis suis gravi pestilentia laborantibus, coelesti voce admonito, ut aquam calidam iis praerberet; quod cum fecisset, hausta aqua ex Tiberi, et accenso igne calefacta, eos morbo liberatos fuisse, et indicasse patri, praecipuum sibi esse in somniis, ut Diti patri et Proserpinae furvae hostiae immolarentur, cumque ob id aram extruere pararet, effossa terra eam reperisse jam olim exstructam, iisque ipsis Diis inscriptam: peractoque sacro rursus terra aggesta oculuisse. (Alii addunt, hunc Valesium ex eo Terentium cognominatum fuisse.) Ejus exemplo Valerium Poplicolam, pestilentia rursus grassante, iisdem Diis sacra fecisse, addito lectisterio, et ludis trinoctio: inde saecularium ludorum originem ductam. *Ver-*

rius ap. *Festum* putat, dictum esse *Terentum*, quod terra ibi ab equis quadrigariis ita leviter teratur, ut eorum levis mobilitas aequiparet motus rapidos velocis lunae. Hoc, inquit *Festus*, quam aniliter relatum sit, cuius manifestum est. Alii putant, nomen habere a Tarento urbe, a in e mutato: quia et hunc ipsum locum *Tarentum* dici in quibusdam libris. *Ov. Fast. 1*, 501. Fluminis illa latus, cui sunt vada juncta Terenti, Aspicit. *Mart. 4*, 1. Hic colat ingenti redeuntia saecula lustris, Et quae Romuleus sacra Terentus habet. *Id. 10*, 63. Bis mea Romano spectata est vita Terento, h. e. binos spectavi ludos saeculares, qui scilicet celebrati sunt a Claudio, et Domitiano intra aenos XL, de quibus *Suet. Claud. 21*. et *Dom. 4*. verba facit. *Stat. Silv. 4*, 1, 37. mecum altera saecula condas, Et tibi longaevis renovabitur ara Terenti. Adde *ib. 1*, 4, 17. P In femin. gen. ex Graecanica terminatione. *Mart. 1*, 70. Coepit, Maxime, Pana quae solebat, Nunc ostendere Canium, Terentos.

TERES, etis, adj. *στρογγύλος, κυλινδρόδης*, oblongus simul et rotundus, cum aliquo laevore, ut columnae scapus, cylindrus, truncus arboris. *Fest. Tyres*, in longitudine rotundatus, quales asseres natura ministrat. [*Etymon est a *tero*, et proprie significat id, quod tornando rotunditatem habet. Hinc primo loco poni debebant exempla, in quibus dicitur de hastilibus aliisque ejusdem generis rebus: unde in universum rotundi, laevoris notionem vindicasse videtur.] *Colum. 4*, 33. med. Fissile adminiculum manet diutius, quam teres palus. *Caes. B. G. 7*, 73. med. Teretes stipites feminis crassitudine. *Virg. Ecl. 8*, 16. Incumbens tereti Damon sic coepit olivae. *Id. A. 6*, 207. Teretes trunci arborum. *Ov. Met. 6*, 22. levi teretem versabat pollice fusum; et *ib. 2*, 735. Teres virga. *Virg. A. 7*, 665. Et tereti pugnant mucrone veruque Sabello. *Liv. 21*, 8. Missile telum hastili abiugno, et cetera tereti, praeterquam ad extremum. *Catull. 64*, 262. tereti aere tinnit ciere, h. e. aereis bacillis crotalorum usum praebentibus. *Hor. Od. 2*, 4, 21. Teretes surae. *Lucr. 1*, 35. et *Virg. A. 8*, 633. Teres cervix. *Ov. A. Am. 1*, 621. laudare capillos, Et teretes digitos, exiguumque pedem. *Catull. 61*, 181. Brachiolum teres. *Suet. Caes. 45*. Teretibus membris esse. [*Cf. *Ruhnk. ad Rut. Lup. p. 150. sq. ed. Fr.*] *Hor. Epod. 11*, 28. Teres puer: procerus, et bene habitus; et *Od. 1*, 1, 28. rupit teretes Marsus aper plagas. *Sen. Hipp. 45*. Teretes laquei. *Catull. 64*, 65. Teres strophium; et *Ov. Fast. 2*, 320. zona, h. e. ex funiculis complicatis et contortis. Sic *Virg. A. 11*, 579. habena fundae. *Lucan. 3*, 565. catena. *Claud. in Eutr. 2*, 185. mitra. *Virg. A. 5*, 313. et *Val. Fl. 6*, 59. gemma; et *Ov. Met. 10*, 260. teretes lapilli. *Juven. vocat 2*, 61. cylindros. Sic *Claud. Rapt. Pros. 2*, 40. Collectae tereti nodantur iaspide vestes. P *Teres bustum* vocat *Catull. 64*, 363. in quo superposita est columella: cujusmodi fuit sepulcrum Archimedis ap. *Cic. Tusc. 5*, 23. P Aliquando ita ponitur, ut solam rotunditatem cum laevore significet. *Auson. Idyll. 12*, 9. teres lens; et *Idyll. 14*, 9. teretes guttae roris; et *Sapient. in Solon. 8*. Teres orbis. *Id. epist. 4*, 47. Teretes feminum gyri. P Laevorem significare videtur etiam *Plinius*, cum ait de araneo telam faciente, 11, 24, 28. Tam tereti filo, et tam aequali deducit stamina, ipso se pondere usus. P Et longitudinem. *Varr. ap. Non. 4*, 251. semiviri (*Galli*) teretem comam volentem jactamus tibi. P Translate. *Hor. Sat. 2*, 7, 85. de Sapiente: Responsare cupidinibus, continere honores Fortis, et in se ipso totus: teres atque rotundus, Externi ne quid valeat perlaeve morari, h. e. minime scaber, aut angulosus, ita ut nulla habes, nullum vitium ejus animo adhaerere possit. [*Cf. *Heindf. elegantem* admodum, locique sententiae congruentem notam.] *Auson. Idyll. 16*, 4. de viro bono: vanique ferat quid opinio vulgi, Securis mundi instar habens: teres atque rotundus, Externae ne quid labis per laevia sidat. P *Teretes aures*, purgatae, laeves, atque adeo acri sensu praeditae. [*V. *Ern. Lex. technol. Lat. rhet. p. 395.*] *Cic. Or. 9*. Atticorum aures teretes et religiosae. *Id. opt. gen. Or. 4*. Si teretes aures habent, intelligentis iudicium. P [**Teres vox*, quam disputationibus aptam iudicat *Quint. 11*, 3, 64. sine dubitatione est, quam volubilem, expeditam celeremque alibi appellare rhetores solent. Nam quidquid teres, h. e. rotundum est celeriter movetur. Ita *Ern. in lex. technol. lat. rhet. l. 1.*] P *Teres oratio*, aequabilis, et veluti rotunda ac volubilis, non salebrosa, non aspera, sed facilliter fluens. *Cic. Or. 3*, 52. Est et plena quaedam oratio, sed tamen teres: et tenuis, non sine nervis ac viribus: et ea, quae particeps utriusque generis quadam mediocritate laudatur. *Gell. 13*, 19. med. Ciceroni mollius teretiusque visum est, in quinta in Verrem (*Verr. 2*, 5, 66.) fretu scribere, quam fretu. Perangusto, inquit, fretu: erat enim crassius vetustiusque, perangusto fretu, dicere. [*Praelara explicatio exstat in *Ern. cl. Cic.* Ducta metaphora est a membris corporis humani succulentis, et hinc teretibus, quae imprimis pulcra sunt. *Teres igitur oratio est*, quae habet copiam rerum, et verborum, et ornamentorum, neque tamen nimiam, ne

tumor consequatur, quo accedente, ut membrum in corpore, sic oratio tumida et deformis fit. Cf. Ern. lex. technol. lat. rhet. 1. 1.]

TERESES, ium, populi quidam Hispaniae Baeticae, Fortunales cognominati. Plin. 3, 1. B. A.

TEREUS, i, m. disyl. Τηρεὺς, rex Thracum, Martis ex Bistonide Nympha filius: de quo in PHILOMELA dictum est. Ov. Fast. 2, 629. Et soror, et Progne, Tereusque duabus iniquis. Id. Met. 6, 492. Et volvere ambae: voluisti tu quoque, Tereu; et 615. Artificem mediis immittam Terea flammis; et 635. scelus est pietas in conjugis Tereo. Mart. 14, 3. Flet Philomela nefas incesti Tereos, et quae, etc. P Tereus fuit tragoedia Accii, de qua mentionem facit Cic. Att. 16, 2. Delectari mihi Tereo videbatur, et habere majorem Accio, quam Antonio gratiam.

TERGEDUM, i, n. Aethiopiae oppidum, vel fortasse Aegypti Aethiopiaeque conterminum. Plin. 6, 29. B. A.

TERGEMINUS et Trigeminus, a, um, adj. Tergemini dicuntur tres uno partu edidi, τριδυμοι. Plin. 7, 3, 3. Tergeminos nasci, certum est, Horatiorum Curiatorumque exemplo. Liv. 1, 24. Trigemini fratres. Colum. 2, proem. Hominis tum demum declaratur sterile senium, non cum desinit mulier trigeminos, aut geminos parere, sed cum omnino nullum conceptum edere valet. Id. 3, 8. Albanae Curiatiae familiae trigemini matres; et ib. 10. med. Caprarius submitit fetus earum pecudum, quae trigemino partu commendantur. Adde 7, 6. et Pl. Mil. 3, 1, 122. P Fuit comoedia Plauti, inscripta Trigemini, cujus meminit Gell. 7, 9. P Est etiam triplex, triplicatus. Liv. 1, 26. Horatius trigemina spolia prae se gerens. Id. 6, 6. Tergeminae victoriae triplicem triumphum agere. Alii leg. trigeminae. Plin. 15, 28, 34. Quorundam pomorum tergemina natura est: corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut persicis. Ov. Trist. 4, 7, 16. Tergeminumque virum, tergeminumque canem, h. e. Geryonem tricorporem, et Cerberum triplicitem. Sic Lucr. 5, 28. tripectora tergemini vis Geryonae. Tibull. 3, 4, 88. de Cerbero: Cui tres sunt linguae, tergeminumque caput. Virg. A. 4, 511. Tergemina Hecate, h. e. quae in coelo est Luna, in terris Diana, Proserpina apud Inferos: unde et triformis dicitur. Stat. Th. 6, 289. tergemina luna, h. e. trinoctium. Id. Silv. 3, 4, 83. Hunc nova tergemina pecebat Gratia dextra, h. e. tribus dextris, quia Gratiae tres sunt. Id. ib. 4, 8, 21. jus tergeminae prolis, h. e. trium liberorum. Id. ib. 1, 1, 91. Jovis ignis tergeminus, h. e. fulmen trisulcum. Gell. 13, 24. Verba illa Ciceronis in Pisonem (c. 1.) trigemina, decepit, sefellit, induxit. Hor. Od. 1, 1, 8. Tergeminis honoribus tollere aliquem, h. e. triplici magistratu curuli, aedilitate, praetura, consulatu. Alii intelligunt sex, additis tribus non curulibus, vel duobus ex his, et censura. Alii tergeminos interpretantur maximos, amplissimos: atque hoc sensu dixisse Mart. 3, 46. At tibi tergeminum mugiet ille sophos, h. e. maximo plausu te prosequetur. Nobis non placet a triplicis significatione discedere. P Quidam tribuunt et Cic. Phil. 11, 1. Ecce tergeminum in scelere par, etc. sed plerique alii leg. Ecce tibi geminum. [Ita Orell.] P Trigemina porta Romae fuit prope Ostiensem, in circuitu Servii Tullii, ad radices Aventini, et prope salinas ad Tiberim; sed unde dicta sit, non constat: neque enim admittendum est, quod quidam putarunt, tergeminos Horatios ea prodiisse in pugnam contra Curiatios, quia ea porta fuit, ut diximus, ad radices Aventini, qui nondum fuerat urbi adjectus (Liv. 1, 33.): vero igitur similis est, eam a tribus portis ita fuisse appellatam, qualis antiquitus fuit quae etiamnum Pompejis in Campania cernitur, similis omnino nostris recentioribus, quae tres plerumque exitus habent, unum medium curribus et equis, geminum hinc inde hominibus olim pervium. Hujus Trigeminae portae mentio est etiam in Inscr. ap. Maff. Mus. 130, 5. et Mur. 948, 3., item in alia ap. Morcell. de stil. inscr. Lat. T. 1. p. 425. Meminerit ejusdem portae etiam Pl. Capt. 1, 1, 22., Liv. 4, 16. et 35, 10. et Plin. 18, 3, 4. P Trigeminus est etiam cognomen C. Curiatii in nummo hujus gentis ap. Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 199., quod videtur adscitum a trigemini fratribus Curiatii, qui contra tres alios trigeminos fratres Horatios pugnarunt. P Nonnulli discrimen statuunt inter tergeminus, et trigeminus, ut illud dicatur de tribus uno partu editis, hoc de quacumque alia re triformi, aut triplici. Illud certius, a poetis tergeminus dici, a prosae scriptoribus utrumque, quod ex allatis Inscr. in §. 5., et nummo in §. 6. evincitur. P In Dig. 5, 4, 3. bis legitur ap. Torrent. tergemini, quod mendosum videtur.

TERGENUS, indecl. trium generum, ut omne genus omnium generum. Auson. Idyll. 11, 43. Humana efficiunt habitacula tergenus artes; et ib. 49. Terminus omnigenum, genitor, genitrix, generatum. TERGEO, es, et Tergo, is, tersi, tersum, a. 2. et 3. [Cf. Ramsh. Gr. Lat. §. 74. p. 209.] τέρω, mundum, nitidum facio, abstergo, derado. [Etymon est idem cum v. tero: quocum saepissime usu concurrat, Tom. IV.]

ita ut prima vocis significatio non ad siccandas res humore affectas pertineat; sed tangendi, afficiendi notionem requirat. Maxime huc facit locus Lucr. 6, 119. Aridus unde aureis terget sonus ille, diuque dicitur, etc. Neque magis siccandi notio latere videtur in loco Silii 16, 136. Aurora obscuri tergebat nubila coelo: ubi nihil nisi celer saepiusque repetitus Aurorae tactus, quo per coeli spatium fertur, a poeta describitur. Cf. exempla ad f. hujus §. posita.] Varr. L. L. 5, 8. extr. Mantelium, ubi manus tergantur. Cic. Par. 5, 2. Qui tractant ista, qui tergant, qui unguent, qui verrunt. Cato R. R. 2. et Colum. 2, 22. Per serias potuissit fossas veteres tergeri. Pl. Poen. 1, 2, 9. Nunquam concessavimus lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari. Quint. 11, 3. med. Tergere nares. Id. 6, 3. med. frontem sudario. Ov. Her. 21, 166. Spissaque de nitidis tergit amoma comis. Id. Met. 8, 663. aquatam (mensam) mentae tersere virentes; et ib. 13, 132. manumque simul veluti lacrimantia tersit Lumina. Plin. 11, 48, 108. Duros habentibus oculos, ut subinde pedibus eos tergeant. Juven. 14, 62. Illic lavet argentum, vasa aspera tergeat alter. Id. 13, 44. et jam siccato nectare tergens Brachia Vulcanus. Virg. A. 7, 626. Pars leves clipeos, et spicula lucida tergent. Ubi Pierius: Quamvis codices nonnulli tergant legant, plures tamen et probatores tergent. [Etiam Liv. de poliendis armis dixit tergere, ut Gr. ἐργάζω. Cf. 26, 51.] Hor. Sat. 2, 2, 24. gallina tergere palatum, h. e. gallinam comesse. P Translate. Sen. Herc. Oet. 907. furoris fonte Cinyphio scelus sub axe Libyco tersit, h. e. expiavit. Mart. 6, 1. Sextus mittitur hic tibi libellus, quem si terseris aure diligenter, Audebit minus anxius tremensque Magnas Caesaris in manus venire, h. e. emendaveris. P Tersi syncop. pro tersisti nonnulli leg. ap. Catull. 66, 30., alii tristi pro trivisti. Sic intristi pro intrivisti ap. Ter. Ph. 2, 2, 4.

TERGESTINUS, a, um, adj. ad Tergeste (Τέργεστος) pertinens, oppidum Istriae in intimo recessu sinus cognominis (golfo di Trieste), colonia Romanorum in tribu Pupinia, XXIII. mill. pass. ab Aquileja, cujus mentio est in Inscr. ap. Donat. 292, 10. L. Messius L. F. Pup. Potens Tergeste Mil. Coh. III. Pr. Genialis (corrige Pr. 7. Genialis) etc. Plin. 3, 18, 22. Tergestinus sinus. P Tergestini, orum, absolute, sunt incolae illius oppidi. Hirt. B. G. 8, 21. Ne quod simile incommodum accideret, ac Tergestinus accidisset.

TERGILLA, ae, f. cutis suis crassa, cum sua pulpa, seu adipe: dimin. tergoris. Gloss. Phil. Tergilla, sive tergilum, τεργίλλιον, τεργίλλον δέγμα. Apic. 4, 3. Spathulam porcinam coctam tessellatim concides cum sua sibi tergilla.

[TERGILLUS, i, m. nomen propr. unius ex septem testibus in testamento M. Grunii Corocottae Porcelli, de quo V. in BUBULARIUS. Est derivatum a v. praec. tergilla, ae. F.]

TERGINUS, a, um, adj. qui est ex tergore, scortus, coriaceus. Lucil. ap. Non. 2, 99. Cui opera terginu' calix per castra cluebat. Ita leg. Scal., alii aliter. P Terginum, i, absolute, et subintelligitur lorum, quo caedebantur servi nocentes. Pl. Ps. 1, 2, 21. Nonquam aedepol vestrum durius tergem erit, quam terginum hoc meum. Lucil. ap. Non. 4, 469. Orationem facere compendit potest, Solvi dum salvo in tergo et tergino licet. Alii aliter leg.

TERGIVERSANTER, adv. cum detractione. Vell. 1, 9. Filium ejus Pauli, qui ad Cannas quam tergiversanter perniciosam reipubl. pugnam inierat, tam fortiter in ea mortem obierat.

TERGIVERSATIO, onis, f. τεργισμός, τὸ τέρω στρογγή, subterfugium, detractione, recusatio, declinatio. Cic. Mil. 20. Quid ergo erat morae, et tergiversationis? Hirt. B. Afr. 8. med. Haec ita unicuique praecipiebat, ut fieri posset, necne, locum nullum excusatio haberet, nec moram tergiversatio. Front. Aquaed. 5. Appius multis tergiversationibus extraxisse censuram traigitur, donec et viam, et hujus aquae ductum consummaret, h. e. cunctationibus.

TERGIVERSATOR, oris, m. τεργιστής, περιγιστήτης, qui tergiversatur, cunctator. Gell. 11, 7. Non enim Lucilium legis, qui tergiversatorem bovinatorum dicit. Arnob. 7, 247. Tergiversatorem in obsequio esse.

TERGIVERSOR, aris, dep. 1. τεργίζω, στρογγίζω, ἀποστρέφω, proprie est tergem obvertere, et subterfugere. Unde in Gloss. Phil. apte exponitur τεργιστρογγίζω. Cic. Tusc. 5, 28. Itaque eam tergiversari non sinit, secumque rapient ad tormenta. Id. Att. 7, 1. Non est locus ad tergiversandum contra Caesarem; et ib. 12. med. An cuncter et tergiverser, et iis me dem, qui, etc.? P Refertur etiam ad judicia. Mart. Dig. 48, 16, 1. Tergiversari, in universum ab accusatione desistere. Cic. Plane. 19. Quid taces? quid dissimulas? quid tergiversaris? Id. Fl. 20. Hunc aestuantem et tergiversantem judicio ille persequitur. Item ad disputationes, controversias, et cetera hujusmodi, quae verborum contentionem habent, pro fallere, et dicta mutare, ut Non. 1, 197. ait. Cic. Tusc. 3, 18. Quid tergiversamur, Epicure, nec fatemur, eam nos dicere vo-

luptatem, etc.? Id. Off. 3, 33. In his tribus generibus non incallide tergiversantur.

TERGO, is, V. TERGEO.

TERGORO, as, a. 1. tergo facio, tego. Plin. 8, 52, 78. Sues indurantes attritu arborum costas, lutoque se tergorantes, h. e. quasi tergo novum e luto sibi inducentes.

TERGUM, i, n. τέρω, dorsum tum bestiarum, tum hominis. Falsum est enim, quod quidam grammatici docuerunt, tergom esse hominum tantum, tergos bestiarum. Phaedr. 4, 9. Peras imposuit Jupiter nobis duas: Propriis repletam vitis post tergom dedit, Alienis ante pectus suspendit gravem. Asin. Poll. ad Cic. Fam. 10, 32. med. Cum manibus ad tergom rejectis inambularet. Cic. N. D. 2, 49. f. Grues in tergo praevolantium capita reponunt; et ib. 63. med. Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata. Liv. 3, 55. f. Tergo, ac capite puniri, h. e. virgis caedi, et securi percuti. P Terga vertere, dare, fugere. Caes. B. G. 1, 53. Ita proelium restitutum est, atque omnes hostes terga verterunt, nec prius fugere destiterunt, quam, etc. Liv. 22, 29. (et 36, 38.) Qui plures simul terga dederant, conversi in hostem, etc. Juven. 15, 75. et Tac. Agr. 37. Terga fugae praestare. Ov. Met. 10, 706. praebere. Hinc terga absolute pro fuga. Ov. A. Am. 1, 209. Tergaque Parthorum, Romanaque pectora dicam. P Dare terga, oneri cedere, ut qui ferendo impares inclinantur. Prop. 3, 7, 5. Turpi est, quod nequeas, capiti committere pondus, Et pressum inflexo mox dare terga genu. P Servorum terga plagis obnoxia. Pl. Bacch. 2, 3, 131. Si illi sunt virgae ruri, at mihi tergom domi est. Id. Capt. 3, 4, 117. Vae illis virgis miseris, quae hodie in tergo morientur meo! Id. As. 2, 3, 75. Dabitur pol supplicium mihi te tergo vestro. Id. Men. 2, 2, 3. Vae tergo meo! Sall. or. Maeri Licin. ad pleb. f. Abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur. P Sumitur pro parte postica et aversa cujuscumque rei. Hinc illa ab tergo, post tergom, ap. Cic., Caes., Liv., Just. et alios frequentissime. Sic Liv. 25, 15. Ut ad terga collis hostem pertraheret. Juven. 13, 16. qui jam post terga reliquit Sexaginta annos. Id. 1, 5. summi plena jam margine libri, Scriptus et in tergo, necdum finitus Orestes. Virg. G. 2, 271. de arbore: quae terga obverterit axi. P Terga, extrema pars, tegumentum. Id. A. 10, 784. linea terga clipei; et ib. 482. tot ferri terga, tot aeris. P Terga aquae, superficies, qua naves vehit, quemadmodum tergo jumenta ferunt onera: qua ratione et dorsum maris dicimus. Ov. Pont. 1, 2, 82. Dura meant celeri terga per amnis equo. Claud. B. G. 338. de Rheno, et Istro: Ambo habiles remis, ambo glacialia secti Terga rotis. Lucan. 9, 341. Eminent in tergo pelagi; et 5, 564. niger inficit horror Terga maris. P Terga arborum, itidem superficies. Virg. G. 1, 97. proscisso quae suscitatur aequore terga; et ib. 2, 236. glebas cunctantes, crassaque terga. P Terga serpentum totum corpus interdum significant. Virg. G. 3, 426. Squamea convolvens sublato pectore terga; et A. 2, 208. sinuantque immensa volumine terga. Sic Petr. Sat. 89. Stabant gemina nati pignora Lauconce, quos repente tergoribus ligant Angues corusci. P Eadem ratione dixit Virg. A. 6, 421. de Cerbero: ille fame rabida tria guttura pandens Corripit objectam, atque immania terga resolvit Fusus humi; et ib. 1, 637. sociis ad litora mimit Viginti tauros, magnorum horrentia centum Terga suum, h. e. integros sues centum; et ib. 8, 183. Perpetui tergo bovis, h. e. integre appposito, neque in frusta dissecto. P Tergum pro tergore, seu corio. Virg. A. 1, 372. Taurino quantum possent circumdare tergo. P Et pro aliqua re ex tergore facta. Ov. Met. 15, 304. derupta bicorni Terga capro, h. e. utres. Sic Met. 14, 225. venti bovis tergo inclusi. Id. Fast. 4, 212. et 342. Et seriant molles taurae terga manus, h. e. tympana. Sic Stat. Achill. 2, 154. Eua pulsant Terga manu; et Th. 8, 221. aera sonant, Idaeaeque terga. Virg. A. 9, 412. de hasta: Et venit aversi in tergom Sulmonis, ibique Frangitur, h. e. in scutum. Sic ib. 10, 718. et tergo decutit hastas; et Ov. Met. 12, 96. telum Misit in Aeacidem, quod aes, et proxima rupit Terga novena boum. Stat. quoque scutum describens Th. 4, 166. Quatuor indomitis Capaneus erepta juvencis Terga, superque rigens injectu molis abena Versat onus. Lucan. 10, 12. terga testudinis Indae. P In illo Juven. 11, 82. Sicei terga suis rara pendencia crate, etc. et Ov. Met. 8, 648. Sordida terga suis, etc. non solum corium intelligimus, sed cum sua carne et pingui, quod est laridum. V. v. sq. P Masc. gen. Pl. As. 2, 2, 52. Habeo, opinor, familiarem tergom, ne quaeram foris. Ita leg. etiam Non. 3, 242. P Tergibus pro tergis a recto tergu, ut genu, quidam leg. ap. Lucr. 2, 87. neque quidquam a tergibus obstet. Alii tergis, ut versus sit spondaicus. Fortasse legendum a tergo ibus (ἀγχαίω pro eis). V. IS.

TERGUS, oris, n. δέγμα, corium, pellis, cutis: a tego, ut vult Varr. L. L. 4, 22. med. Quare non defuere, qui tegus legendum putarent. Sunt etiam qui ita distinguunt, ut tergos significet pellem recens detractam; corium, postquam confecta est:

quod est falsum omnino. *Cels.* 7, 25. Cutis circa glandemprehenditur et extenditur, deinde juxta pubem in orbem tergus inciditur, donec coles nudeatur; et *ib. n. 2.* Subter a summa ora cutis inciditur, atque ita superius tergus relaxatum cedere retro potest. *Id. 4, 1. med.* Ventriculus constat ex duobus tergoribus, *h. e.* tunicis, membranis, tegumentis. *Virg. A. 1, 215.* Tergora diripiunt costis, et viscera nudant. *Plin. 8, 10, 10.* de eleph.: Durissimum dorso tergus, ventri molle. *Sil. 3, 209.* squalenti tergo serpens. *P. Pro scuto e tergo.* *Or. Met. 13, 347.* Gestasset laeva taurorum tergora septem. *Mart. 7, 2.* Martis tergus Geticum, *h. e.* lorica, thorax. *P. Pro larido.* *Or. Met. 8, 649.* Servatoque diu resecat de tergo partem Exiguam, sectamque domat ferventibus undis. *V. v. praec. Ap. Phaedr. 2, 1.* divisum tergus juveni est ipsum corpus sectum in partes. *P. De corpore serpentis.* *V. in v. praec. P. Ponitur et tergo.* *Colum. 6, 37. f.* Ut equa facilem sui tergoris ascensum minori quadrupedi praebeat. *Prop. 2, 20, 6.* Helle, Aurea quam molli tergo vexit ovis. Est qui leg. *vellere.* *Virg. A. 9, 763.* raptas fugientibus ingerit hastas in tergus. Ita leg. etiam *Charis. 1, 54.* et *118.*, et habetur in Romano codice ap. *Pierium:* alii *tergum.* [*Invertit Noster hujus loci ordinem ita ut quae primum locum tenere debuerint, ad finem rejecerit: propria enim hujus vocis notio eadem est cum *tergi* vocabulo.]

*TERIAS, ae, m. fluvius Siciliae, de quo *Plin. 3, 8.* *P. Hodie appellatur San Leonardo. B. A.*

TERINAEUS, a, um, adj. ad Terinam pertinens, oppidum Bruttiorum ad sinum cognominem, a Crotoniensibus conditum, et ab Annibale dirutum, prope urbem, quae nunc *Nocera* dicitur. *Plin. 3, 5, 10.* Crotoniensium Terina, sinusque ingens Terinaeus. *golfo di Sant' Eufemia;* et *Cic. Tusc. 1, 48.* Elysium Terinaeus.

*TERIOLI, orum, arx cum oppidulo, in Rhaetia, inque Athesis ripa. *Notit. Imper. Praefectus legionis tertiae Italiae transvectione specierum deputatae Teriolis;* et *mor:* Tribunus gentis per Rhaetias deputatae Teriolis. *P. Hodiernum nomen est Tyrol. B. A.*

TERJUGUS, a, um, adj. idem ac ternus, ut *quadrijugus* quaternus. *Anson. ep. 8, 11.* Perfer in excursu vel terjuga millia epodon.

TERMEN, inis, n. idem ac terminus. *Varr. L. L. 4, 4.* Terminus cum in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium, non terminus, sed termen: [hoc Graeci *τέμα*. *Vet. Inscr. ap. P. Vict. Aldin. Ant. lap. Ticin. p. 65.* termen Pon. Cur. qui iudicis suis procurandum injunxit. *F.*]

TERMENTARIUM pro Termentarium, ii, n. linteum: a terendo. *Varr. L. L. 4, 4.* Hinc linteum, quod teritur corpore, termentarium.

TERMENTUM, i, n. Festus: Termentum pro eo quod nunc dicitur detrimentum, utitur Plautus in *Bacchidibus.* *Plauti locus est Bacch. 4, 9, 5.* Non Pelides termento fuit, prae ut ego herum expugnabo meum. Alii leg. *tormento.* [At *Both.* ex *MSS.* et ex conjectura sic: Non pol id est! termentum fuit, prae ut herum expugnabo meum! *F.*]

*TERMERA, opp. Cariae. *Plin. 5, 29. B. A.*

TERMES, itis, m. ramus desectus ex arbore, nec foliis repletus, nec nimis glaber. Ita describit *Paul. ex Festo.* *Gell. 3, 9. extr.* Palmae termes ex arbore cum fructu avulsus, spadix dicitur. *Grat. Cyn. 20.* et inculto Silvanus termite gaudens. Adde *ib. 132.* *P. Praecipue ramus olivae.* *Hor. Epod. 16, 45.* Germinat et nunquam fallentis termes olivae. *P. De tarmite V. TERMES.* *P. *I. q. terebinthus.* *Colum. 7, 9.* Oleastris, termitibus. Sic ed. *Schneid.* ubi ed. *Gesner.* cum aliis, *tamaricibus.* *P. Fuit et Termes, Tiquis Ptolemaeo,* opp. Hispaniae Tarraconensis, non procul a Numantia, hodie *Lerma* dictum. *Plin. 3, 3. Flor. 3, 22. extr. V. Termostinus.* *P. Termes, etis,* opp. Ioniae. *Plin. 5, 29. B. A.*

[TERMESSENSES, ium, m. plur. *Τερμεσσησις,* incolae Termessi, urbis Pisidiae, quae ex *Stephan. Byz.* duplex fuit, major et minor, quarum una nunc fortasse *Estenap.* dicitur. *Liv. 38, 15.* Termessenses eo tempore Isindensium arcem, urbe capta, obsidebant. In *S. C. ap. Mur. 582.* iidem *Termenses,* modo *Thermenses,* modo *Termeses,* majores *Pisidiae* dicuntur. *F.*]

[TERMESTINUS, a, um, adj. ad Termostem pertinens, opp. Hispaniae citerioris, cujus mentio ap. *Plin. 3, 3, 4.* est. *Tac. A. 4, 44.* Facinus atrox in citeriore Hispania admissum a quodam agresti nationis Termostinae. Hinc *Termostini, orum,* absolute sunt incolae illius oppidi. *Liv. Epit. 54. Q.* Pompejus consul in Hispania Termostinos subegit. *F.*]

TERMINALIS, e, adj. *ὄρος,* ad terminum pertinens. *Tert. Jejun. 11. f.* Palos terminales figere. *Paul. Sent. 5, 22.* Terminis effodere, arboresve terminales evertere. *Ammian. 18, 2. med.* Ubi terminales lapides Alamannorum et Burgundiorum confinia distinguebant. *P. Terminalis sententia,* quae liti finem imponit. *Imp. Justin. Cod. 4, 31, 14.* Litem sententia terminali componere. *P. Terminalis tuba,* quae signum dat termini et finis ludorum.

Appul. Met. 10. Ubi discursus reciproci multimodas ambages tubae terminalis cantus explicuit, aulaeo subducto, et complicatis sipariis, scena disponitur. *P. [Terminalis* vocatur cannabis silvatica, quia termini locum habet, cum secus vias ac sepes seritur. *Appul. H. 1, 14.* Cannabis alia est usualis, alia agrestis, quam Itali terminalem appellant. Nascitur locis asperis et secus vias ac sepes. *F.* *P. Terminalia, orum,* et *ium,* festa in honorem dei Terminali, VII. cal. Mart., ut docet *Lactant. Mort. persecut. 12.*, quo nempe tempore annus terminabatur, die ante Regifugium. *Varr. L. L. 5, 3, Cic. Phil. 12, 10, Liv. 43, 13.* et *45, 44.* et *Maer. Sat. 1, 13. V. Ov. Fast. 2. a v. 639.* De genitivo plurali *V. dicta* in SATURNALIA. *Hor. Epod. 2, 59.* Vel agna festis caesa Terminalibus. *Cic. Att. 6, 1. in.* Accipi tuas litteras a d. quintum Terminalia.

TERMINATE, adv. cum termino. *Auct. de cast. litter. p. 243. Goes.* Fundo terminate finem constituimus.

TERMINATIO, onis, f. *ὄρισμός,* actus terminandi. *Inscr. ap. Grut. 197, 5. 198, 2. L. Messius Rusticus curator alvei et riparum Tiberis et cloacarum urbis R. R. restituit secundum praecedentem terminationem proxim. cipp. Ped. CX.* *P. Item definitio, distinctio, discretio.* *Cic. Fin. 5, 10.* Exposita rerum expetendarum terminatione, cur ista se res ita habeat, deinceps demonstrandum est. *Id. Or. 53.* Ut igitur poetica, et versus inventus est terminatione aurium, observatione prudentium. [*Terminatio hic est, intrp. *Schütz. in cl. Cic. i. q. mensura.*] *Id. ib. 59.* Ante circumscribitur mente sententia, confestimque verba concurrunt: quae mens statim dimittit, ut suo quodque loco respondeat: quorum descriptus ordo alias alia terminatione concluditur, *h. e.* modo hunc, modo illum terminum ac positionem verborum structurae imponendo.

*TERMINATOR, oris, m. *ἄροθέρης* *Gloss. Gr. Lat. B. A.*

TERMINATUS, a, um, part. a termino: *ὄρισμένος.* *Plin. 6, 27, 31.* Regiones ab oriente Indo, ab occidente Tigri, a septentrione Tauro, a meridie rubro mari terminatae. *Cic. Fin. 1, 13. f.* Propterea, quod ipsa natura divitias, quibus contenta sit, et parabiles, et terminatas habet. [*Apte *Goerenz.* comp. verba ex *Epicuri κριταὶς δόξαις* ap. *Diog. Laert. 10, 144.* ὁ τῆς φήσεως πλοῦτος καὶ ὠρίσται καὶ ἐπιόριστος ἔστιν.] *Id. Fam. 3, 12. f.* Jam imperio annuo terminato, [*i. e. finito. Sequentem locum ex *Bail. adduxit Farnal.] Id. Or. 20.* Oratio conclusa et terminata. [*In *Orell.* ed. haec verba loco citato non reperi. *Schütz. in cl. Cic. s. h. v. laud.* ejusd. *Or. 58.* univera comprehensio et species orationis clausa et terminata est: porro *ib. 6.* alii laevi et structa et terminata (oratione).] *Colum. 10. praef. f.* Materia per se, et quasi suis finibus terminata; et *Julian. Dig. 47, 2, 58.* Si negotium terminatum est, *h. e.* transactum, peractum. *Paul. ib. 50, 16, 230.* Res iudicio terminatae. *Id. ib. 42, 1, 45.* Lis terminata.

TERMINATUS, us, m. idem quod terminus. *Lex de aquaed. ap. Front. Aquaed. 129.* Quique erunt circa fontes, et fornices, et muros, et rivos, et specus, terminatus, arbores, vites, vepres, sentes, ripae, maceria, salicta, aruudineti, tollantur, excidentur.

TERMINO, as, avi, atum, a. I. *ὀρίζω,* terminos constituo, certis finibus circumscribo, definitio, finio. [*De ratione hujus verbi exposita v. *Doederl. 4, 364.] Lucr. 1, 998.* Terra mare, et contra mare terras terminat omnes. *Cic. Off. 1, 10. f.* Illorum fines, sicut ipsi dixerant, terminavit: in medio relicto quod erat, populo R. adjudicavit. *Id. Caecin. 8.* Ingrediens intra finem ejus loci, quem oleae terminabant. *Liv. 5, 50.* Fana omnia, quod ea hostis possederisset, restituerentur, terminarentur, expiarentur. *Inscr. ap. Grut. 196, 4.* Ti. Claudius Drusi F. Caesar Aug. Germanicus, auctis populi R. finibus, pomerium ampliavit, terminavitque. *Alia ap. eund. 199, 1.* Cippis terminarunt viam. *Cic. N. D. 2, 54.* Stomachus palato extremo atque intimo terminatur. *Id. Cat. 3, 11.* Quorum alter fines vestri imperii non terrae, sed coeli regionibus terminaret. *Id. Mil. 27.* Qui Janiculo et Alpibus spem possessionum terminabat suarum. *Id. Sen. 23.* An censes, me tantos labores suscepturum fuisse, si iisdem finibus gloriam meam, quibus vitam, essem terminaturus? *Id. Tusc. 1, 25. med.* Pythagoras sonos vocis, qui infanti videbantur, paucis litterarum notis terminavit, [*i. e. ad certum numerum revocavit;] et *ib. 2, 19. med.* Terminare magnitudinis et diuturnitatis modum. *Liv. 32, 4.* Sic immensa panditur planities, ut subjectos campos terminare oculis haud facile queas, *h. e.* eorum fines oculis cernere. *Just. 22, 5. f.* Gloriam tam honestae militiae tantam in omne aevum futuram, ut terminari nullo tempore oblivione possit. *Cic. Off. 3, 33.* Epicurus bona voluptate terminavit, mala dolore. *P. [Pro composito* *determino,* *h. e.* terminis statutis scerno ac discrimino. *Liv. 32, 28. f.* Praetores terminare jussi, qua ulterioe citeriorve provincia servaretur. *Id. 42, 1.* Senatui placuit, consulem ad agrum publicum a privato terminandum in Campaniam ire. *Inscr. ap. Mor-*

cell. de stil. Inscr. Lat. T. 1. p. 240. Cn. Sentius Saturninus, C. Clodius Licinus Cos. terminaverunt locum publicum ab privato. *V. Marin. Inscriz. Alb. p. 23.* [*Ex *Bail.* transtulit *F.*] *P. Terminare orationem,* concludere, absolvere, finire. *Cic. Marcell. 11.* Unde est orsa, eodem terminetur oratio. *Id. Or. 59.* Censent, cadere tantum numero oportere terminarique sententiam. *Id. Or. 3, 47. extr.* Vult clausulas longa plerumque syllaba terminari. [*Cf. *Schütz. cl. Cic. s. h. v.*]

TERMINUS, i, m. *τέμα, τέμαρ, ὄρος,* finis, limes: v. gr. lapis, aut stipes, qui ponitur ad denotandos fines agrorum, regionum, ditionum. [*Accuratissime hujus vocabuli naturam describit *Doederl. 4, 369. sq.] Cic. Acad. 4, 43.* Est enim inter eos non de terminis, sed de tota possessione contentio. *Plin. 18, 2, 2.* Feriae religiosae terminis agrorum, *h. e.* Terminalia. *Just. 7, 1.* Macedoniae termini perangusti fuere; et 1, 1. Rudes ad resistendum populos, terminos usque Libyae, perdomuit. *Id. 21, 6.* Alexandria in terminis Africae et Aegypti condita. *Tac. A. 12, 23.* Terminos urbis propagare; et *ib. 24.* ponere. Apud Romanos Deus fuit: de quo *Ov. Fast. 2, 639.* solito celebretur honore, Separat indicio qui deus arva suo. Termine, sive lapis, sive es defossus in agro Stipes ab antiquis: sic quoque nomen habes. Te duo diversa domini pro parte coronant: Binaque sarta tibi, binaque liba ferunt; et *ib. 639.* Tu populos, urbesque, et regna ingentia finis: Omnis erit sine te litigiosus ager. *Festus:* Termine sacrificabant, quod in ejus tutela fines agrorum esse putabant. Denique Numa Pompilius statuit, eum, qui terminum exarasset, et ipsum et boves sacros esse. *Haec Festus. Lactant. 1, 20. f.* Quid? qui lapidem colunt informem, cui nomen est Terminus, hic est, quem pro Jove Saturnus dicitur devorasse. *Id. ib., Or. t. c., Liv. 1, 55.* et *Serr. ad illud A. 9, 448.* Capitoli immobile saxum; narrant hujusmodi fabulam: Cum Tarquinius Superbus templum Jovi facere vellet in monte Tarpejo, ubi varia sacella erant multorum Deorum: visum est iis religionibus locum liberare, ut uni Jovi vacaret. Itaque auspicio facto, cum ceterorum exaugurationem admitterent, aves, in Terminali (addit *Liv. 5, 54. extr.* et *Juventatis*) fano non addixere: quae res, firmum fore ac stabile Romanorum imperium, portendere credita est. Exstructo igitur templo, supra Terminum reliquere in tecto foramen, ut, quia non cesserat, libero coelo frueretur: atque ob id ei Deo non nisi sub divo sacrificare mos fuit. *Festus:* Terminus quo loco colebatur, super eum foramen patebat in tecto, quod nefas esse putarent, terminum intra tectum consistere. *P. Significat etiam finem cujuscumque rei.* *Cic. Am. 16.* Constituendi sunt, qui sint in amicitia fines, et quasi termini diligendi. *Id. Quint. 10. med.* Certos mihi fines terminosque constituunt, extra quos egredi non possum. *Id. Or. 1, 49.* Crassus mihi visus est oratoris facultatem, non illius artis terminis, sed ingenii sui finibus describere. *Id. Fam. 6, 22.* Cum consilii tui eum tibi finem statueris, quem ipsa fortuna terminum nostrarum contentionum esse voluit. *Hirt. B. Afr. 54.* Quoniam ipsi sibi neque modum, neque terminum constituunt, etc. *Cic. Cat. 4, 10.* Pompeji res gestae iisdem, quibus solis cursus, regionibus ac terminis continentur. *Id. Rabir. perd. 10. med.* Nihil longius, quam vitae termini postulant, cogitare. *Plin. ep. 6, 29.* Hos terminos dignitati ac verecundiae tuae statuo. *Cic. Or. 1, 16.* Nullis terminis circumscribere aut definire jus tuum. *Vell. 2, 46.* Neque in pecunia, neque in gloria concupiscenda aut modum norat, aut capiebat terminum. *Pl. As. 1, 2, 13.* Ego pol te redigam ad egestatis terminos. *P. Translato* et obscuro sensu significat etiam *τὸ ἄδοι- ὀρίζον.* *V. Pompon. l. c. in OCQUINISCO.* *P. [Terminus* est etiam cogn. *R. Inscr. ap. Grut. 1015, 2. P. Quintius L. F. Quir. Terminus. F.]*

TERMITIUS, a, um, adj. a termes, itis. *Grat. Cyn. 446.* ipse manu ramum pallente sacerdos Termitium quatiens, *h. e.* ramum oleagineum.

TERMO, onis, m. idem ac terminus, apud veteres. *Ennius ap. Fest.* Ingenti vadit cursu, qua redditu' termo est; et *idem:* Hortatore bono priu', quam jam finibu' termo est.

TERNARIUS, a, um, adj. *τριάρης,* qui tria continet. *Colum. 11, 2. med.* de scrobib.: Eorum quaternarii, hoc est quoquo versum pedum quatuor, si est commodum terrenum, quatuordecim ab uno fiunt; ternarii autem duodeviginti. *T. [Ternarius, ii, m. absolute,* idem videtur esse ac nummus aureus, qui triens dicitur, q. v. v. *Pelag. Vet. 16. med.* Ungula subter molliter raditur scapello famicali, et a qua ternarii magnitudo tollitur. *F.]*

TERNI, ae, a, adj. dispersitiv. *τρις, τρία,* tres. *Varr. R. R. 2, 1.* Ea partes habet novem, ter ternas; et *Plin. 20, 17, 73.* Ternis in die pilulis. *Cic. Verr. 2, 3, 48.* Ut in jugera singula ternis medimnis decidere liceret. *Virg. A. 5, 247.* Muneraque in nave ternos optare juvencos. *P. Extra* distributionem. *Ov. Met. 10, 22.* Terna Medusaei vincirem guttura monstri, *h. e.* tria guttura Cerberi. *Virg. A. 5, 560.* Tres equitum numero turmae, ternique vagantur Ductores. Adde *Tibull. 4, 1, 112.* *P. In* sing. num.

TERNIUS, a, um, adj. a termes, itis. *Grat. Cyn. 446.* ipse manu ramum pallente sacerdos Termitium quatiens, *h. e.* ramum oleagineum.

TERMO, onis, m. idem ac terminus, apud veteres. *Ennius ap. Fest.* Ingenti vadit cursu, qua redditu' termo est; et *idem:* Hortatore bono priu', quam jam finibu' termo est.

TERNARIUS, a, um, adj. *τριάρης,* qui tria continet. *Colum. 11, 2. med.* de scrobib.: Eorum quaternarii, hoc est quoquo versum pedum quatuor, si est commodum terrenum, quatuordecim ab uno fiunt; ternarii autem duodeviginti. *T. [Ternarius, ii, m. absolute,* idem videtur esse ac nummus aureus, qui triens dicitur, q. v. v. *Pelag. Vet. 16. med.* Ungula subter molliter raditur scapello famicali, et a qua ternarii magnitudo tollitur. *F.]*

TERNI, ae, a, adj. dispersitiv. *τρις, τρία,* tres. *Varr. R. R. 2, 1.* Ea partes habet novem, ter ternas; et *Plin. 20, 17, 73.* Ternis in die pilulis. *Cic. Verr. 2, 3, 48.* Ut in jugera singula ternis medimnis decidere liceret. *Virg. A. 5, 247.* Muneraque in nave ternos optare juvencos. *P. Extra* distributionem. *Ov. Met. 10, 22.* Terna Medusaei vincirem guttura monstri, *h. e.* tria guttura Cerberi. *Virg. A. 5, 560.* Tres equitum numero turmae, ternique vagantur Ductores. Adde *Tibull. 4, 1, 112.* *P. In* sing. num.

est triplex. Virg. A. 5, 120. terno consurgunt ordine remi. Claud. Laud. Seren. 88. te Gratia terna afflavit, docuitque loqui, h. e. Gratiae tres. P In gen. plur. saepius ternum, quam ternorum dicimus. Plin. 16, 36, 67. Intervallo ternorum pedum. Id. 20, 17, 73. Mensura ternum digitorum. Id. 25, 6, 30. Caules ternum cubitorum. Id. 11, 29, 35. Ternum pedum longitudo.

TERNIDENI, ae, a, adj. dispertitiv. terni et deni. Plin. 18, 26, 62. Ternadena ova subijcto aestate tota, hieme pauciora, non tamen infra novena. Sunt qui putant ternadena ova esse triginta, non tredecim: quorum sententia vel ex eo refellitur, quod ex ejusdem Plinii praecepto 10, 54, 75. ova impari semper numero supponenda sunt.

TERNIO, onis, m. numerus tria continens. Gell. 1, 20. Numerus ternio, qui Graece dicitur τριῖς. [Capell. 7, 257. Multiplicet ternio seipsum, fiunt ter terna novem. P Ita etiam vocatur jactus in ludu talorum, et tesserarum a numero punctorum, ubi tamen trio pro ternio legitur. Isid. Or. 18, 65. Jactus quisque apud lusores veteres a numero vocabatur, ut unio, binio, trio, quatio, quinio, senio. F.]

TERNOX, trina nox. V. HERCULEUS.

TERNUS. V. TERNI.

TERO, is, trivi, tritum, a. 3. τρώω, comminuo, imminuo, contero, tenuo, consumo. [*Prima vocis significatio non est comminandi etc. sed fricando tangendi. Hinc patet, quam recte hujus loci exempla ordine suo disosita sint. Etym. faciunt a Gr. τρώω, τρώω.] Petr. fragm. Trag. 74. Burm. Fortunata mola buxica piper trivit. Plin. 34, 10, 22. Terere aliquid in mortario; et ib. 18, 50. aliquid in farinam. Hor. Sat. 1, 1, 45. Millia frumenti tua triverit area centum. Plin. 18, 10, 23. Spicam in area cum palea terere. Id. 16, 40, 77. Teritur lignum ligno, ignemque concipit attritu. Pl. As. 1, 1, 16. Illuc me ducis, ubi lapis lapidem terit, h. e. in pistrinum, ad molam. Virg. G. 2, 519. teritur Sicyonia bacca trapetis. Varr. R. R. 1, 13. Id secundum aream faciendum, ubi triturus sit frumentum. Ov. Trist. 4, 6, 13. Hoc (tempus) tenuat dentem terras renovantis aratri: Hoc rigidas silices, hoc adamantina terit. Mart. 14, 51. Non tam saepe teret lintea fullo tibi, h. e. consumet, purgando enim et poliando atteruntur vestes. Id. 9, 23. Nec labris, nisi magna, meis crystallae teruntur. Virg. Ecl. 2, 34. Nec te poenitet calamo trivisse labelum. Ov. A. Am. 1, 506. Nec tua mordaci pumice crura teras, h. e. frices, et leviges. Tibull. 1, 9, 32. Nec amplexus aspera barba terit, h. e. terendo submovet. Virg. A. 5, 324. calcemque terit jam calce Dioreas, h. e. perstringit. Calces deterere dixit Pl. Merc. 5, 2, 111. eodem sensu. Cels. praef. 1. med. Duce alii Erasistrato, teri cibum in ventre contendunt, h. e. concoqui. P Est etiam tornare, torno polire: quod fit abradendo. Plin. 36, 26, 66. Vitrum torno terere. Virg. G. 2, 444. Hinc radios trivere rotis. P Terere locum aliquem dicuntur, qui frequenter adeunt: et terere viam, iter, qui saepius eunt redeantque. [*Plin. Pan. 50, 3. nec jam clarissimorum virorum receptacula habitatore servo terentur: ubi Arnz. corrumpendi, absumentis notione vidit in h. verbo.] Mart. 2, 11. Quod ambulator porticum terit serus; et 10, 10. Mane saluator limina mille teras. Hor. Epod. 4, 14. Et Apian mannis terit. Virg. G. 1, 380. angustum formica terens iter. Ov. A. Am. 1, 52. Nec tibi, ut invenias, longa terenda via est. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 259. flavaeque terens querceta Maricae Liris. P Terere aliquid, translate est saepius uti. Cic. Acad. 4, 6. f. Jam enim hoc verbum satis hesterno sermone trivimus, h. e. usu mollivimus, si forte rude atque asperum videbatur. Id. Fin. 3, 4. med. In Graeco sermone haec ipsa quondam rerum nomina novarum nova videbantur, quae nunc consuetudo diurna trivit. Mart. 8, 3. jam plus nihil addere nobis fama potest: teritur noster ubique liber, h. e. legitur ab omnibus. Adde 11, 3. P Pro calcare, violare, proterere. Claud. in Ruf. 1, 228. jurata Deorum Majestas teritur. P Terere tempus, diem, aetatem, otium, est traducere, agere: et fere in malam partem. Cic. Phil. 5, 11. med. Teretur interea tempus: belli apparatus refrigescet. Id. Or. 3, 31. Neque teramus in his descendis rebus aetatem. Hor. Epod. 16, 1. Altera jam teritur bellis civilibus aetas. Virg. A. 4, 271. quia spe Libycis teris otia terris? Liv. 1, 57. Regii juvenes otium conviviis commisationibus inter se terebant; et paulo post: In convivio luxuriae cum aequalibus tempus terentes. Id. 37, 27. f. Appropinquare non ausae naves, diem trivere. Pl. Trin. 3, 3, 66. In ejusmodi negotio diem sermone terere, segnitias mera est. P In bonam. Liv. 26, 19. Nullo die prius ullam rem egit, quam in Capitolium iret, ingressusque aedem consideret, et plerumque solus in secreto ibi tempus tereret. Virg. A. 9, 609. Omne aevum ferro teritur, versaque juvenum Terga fatigamus hasta. P Ut illum Dii terant, qui primum olitor caepam protulit. Ita Naevius ap. Prisc. 6, 681. h. e. proterant, conterant, perdant. P Obscena sententia est in illo Pl. Capt. 4, 2, 108.

Bojus est, Bojam terit. V. TRITUS et BOJI. P Tristi syncope pro trivisti. V. TERGEO. P Terui in praeterito pro trivi agnoscitur a Charis. 3, 220. et confirmatur a nonnullis illo Pl. Ps. 3, 2, 29, Priusquam teruerunt, oculi ut exstillent, facit. Sed alii leg. triverunt. V. dicta in ATTERO.

[TERPNUS, a, seu e, um, adj. τερπνός, ἡ, ὄν, delectabilis, jucundus. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 647. n. 399. L. Sexsaejus Terpnus. Alia ap. Mur. 704, 5. Fuscia Q. F. Terpne. P Hoc nomine fuit citharoedus, cujus cantu oblectatum Neronem, scribit Suet. Ner. 20. F.]

TERPSICHORE, es, f. Τερψιχορή, una novem Musarum, quae choris et coetibus praest. Dicta est a τέρπω, delectator, et χορός, chorus, tripudium, quod choreis et tripudiis delectetur, vel, ut Plutarchus ait, quod maximae vitae pars hisce rebus delectetur et gaudeat. Huic quidam citharae inventionem tribuunt. V. MUSA. P Translate ponitur pro omni poetico studio. Juven. 7, 35. tunc seque suamque Terpsichoren odit facunda et nuda senectus.

[TERPSILAUS, i, m. a populo dilectus, delectatio populi: a τέρπω, delectatio, et λαός, populus. Est cogn. R. libert. Inscr. ap. Donat. 312, 10. Terpsilaus Aug. Lib. Prox. a studiis, h. e. proximus a studiis, qui scilicet secundo loco erat a studiis Augusti. V. STUDIUM. F.]

[TERPSIS, idis, f. τέρψις, delectatio. Ita appellatur una ex famulabus Dionis ap. Capell. 9, 306. Eratine Cypridis filia, et Himeros Cupidinis assecutor, item Terpsis e famulatio Dionis concinentes gratissime intravere. P Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Donat. 407, 5. Antistiae Terpsidi Antistia Apate soror gemellae fecit pietissimae. F.]

TERPUSA, ae, f. τέρπουσα, delectans, particip. a τέρπω, delecto. Est cogn. R. Inscr. ap. Gud. 350, 4. Volusia L. L. Terpusa. F.]

TERRA, ae, f. γῆ, γαῖα, χθών, elementum frigidum et siccum, quod quoniam reliqua omnia gravitate expulserat, infimum sibi inter ea locum vindicavit. Varro L. L. 4, 4. dictam ait, juxta Aelium Stilonem, quod pedibus teratur: suamque sententiam eo confirmat, quod in augurum libris tera scribatur unico r. Cic. N. D. 2, 39. Ac principio terra universa cernatur, locata in media mundi sede, solida, et globosa, et undique ipsa in sese nitibus suis conglobata, vestita floribus, herbis, arboribus, frugibus. Id. Tusc. 1, 17. Persuadent enim mathematici, terram in medio mundo sitam ad universi coeli complexum quasi puncti instar obtinere, quod χείρων illi vocant. [*Tellus ex vulgari ratione significat terram, quae media posita in rerum natura est: terra dicitur elementum, opp. ceteris elementis: solum adhibetur, quatenus firmum est, opp. maxime aquae, mari: humus similis notione comprehenditur, quatenus infima quasi naturae pars est. Cf. Doederl. 1, 173. sq.] P Variis modis accipitur. Varr. R. R. 1, 9. Terra tribus modis dicitur, communi, proprio, et misto. Communi, ut cum dicimus, orbem terrae, et terram Italiam, aut quam aliam. In ea enim et lapis, et arena, et cetera ejus generis sunt in nominando comprehensa. Altero modo dicitur terra proprio nomine, quae nullo alio vocabulo, neque cognomine adjecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quae est mista, in qua seri quid potest, et nasci, ut argillosa, aut lapidosa, et sic aliae. Haec Varro: quae quidem omnia confirmari etiam possunt exemplis petitis ex Cic., Lucr., Vitr., Liv. et aliis. P Sunt qui velint hoc nomine in sing. num. totum elementum significari, in plur. aliquot ejus regiones. Virg. A. 1, 7. multum ille et terris jactatus, et alto. Cic. Catil. 1, 8. Dubitas, si hic morari aequo animo non potes, abire in aliquas terras? P Sed haec differentia aut falsa est, aut certe non perpetua. Nam et terram frequentissime pro una qualibet regione legimus, et terras pro toto orbe. Cic. Am. 4. Eorum, qui in hac terra fuerunt, Magnamque Graeciam, quae tum florebat, etc. Dicimus etiam, terra Italia, terra Graecia, pro regione Italiae, Graeciae, etc. Pl. Trin. 4, 2, 88. Advecti ad Arabiam terram sumus. Id. Men. 2, 1, 4. Si adveniens terram videas, quae fuerat tua; et Ov. Trist. 1, 1, 127. nobis habitabitur orbis Ultimus, a terra terra remota mea. P Terra iter facere opponitur navigationi: sive pedibus, sive equo, aut curru eatur. Cic. Planc. 40. extr. Iter Brundisium terra petere contendit: nam maritimos cursus praeculdebat hiemis magnitudo. Liv. 31, 16. Classe tradita Heraclidi, ut Maroneam peteret, ipse terra eodem pergit. P A terra, ab infimo solo. Varr. R. R. 3, 7. Ordines quamplurimi esse possunt a terra usque ad cameram; et ib. 8. Infimum ordinem oportet abesse a terra non minus tres pedes. P Ad terram, in terram, humi, ad solum. Pl. Capt. 4, 2, 17. Tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo. Id. Poen. a. 2. v. 38. Tam crebri ad terram accidebant, quam pira. Id. Pers. 2, 4, 22. Te hodie si prehendero, defigam in terram colaphis; et 5, 2, 15. et Rud. 4, 3, 71. Affligere aliquem ad terram. Ter. Ad. 3, 2, 18. Capite aliquem in terram statueret. P De terra, ex humo. Cic. Caccin. 21. Qui saxa jacerent, quae de terra ipsi tollerent. P Terrae datus a poetis dicitur pro ad, vel in terram.

Virg. G. 2, 290. penitus terrae defigitur arbor; et ib. 318. radicem affigere terrae. Ov. Met. 2, 345. terrae procumbere. Virg. A. 11, 87. Sternitur et toto projectus corpore terrae. [*Liv. 5, 51. Sacra in ruina rerum nostrarum terrae celavimus. V. Schell. Observ. in Liv. p. 308. Plin. H. N. 14, 21. In foediuntque terrae tota. Ceterum duplex est virorum doctorum de hoc dicendi genere sententia: alii, quos Forc. secutus est, pro dativo: alii pro genitivo accipiunt terrae. Ruddim. 2, 274. quaedam saltem dandi casu vult accipi: Ramsh. §. 147. p. 449. ubique genitivum intelligit, et quietis et motionis significatu adhiberi solitum.] P In plur. num. etiam ubi opus non est. Plin. ep. 6, 20. med. Nec multo post illa nubes descendere in terras, operire maria. Pl. Rud. prol. 1. Qui gentes omnes, mariaque, et terras movet. Cic. Agr. 2, 23. f. Pecunia tanta, quanta sit in terris. Virg. A. 1, 228. Despiciens mare velivolam, terrasque jacentes. P Terrae, terrarum orbis: item homines, et humana negotia. Id. G. 2, 538. hanc vitam in terris Saturnus agebat; et ib. 1, 25. urbesne invisere, Caesar, Terrarumque velis curam. Ov. Pont. 3, 3, 61. Sic regat imperium, terrasque coerceat omnes Caesar. Stat. Th. 1, 179. summe Deorum, Terrarumque sator. Ov. Fast. 2, 131. Hoc tu per terras, quod in aethere Juppiter alto, Nomen habes: hominum tu pater, ille Deum. Id. Met. 15, 832. Pace data terris. Virg. Ecl. 4, 13. siqua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua solvent formidine terras. P Terra ortus, terrae filius tam in bonam, quam in malam partem adhiberi potest: tum quia terra orti dicuntur, quorum antiquissimum genus est, et in ipsa vetustate sepultum; tum quia etiam ita appellantur ignobiles homines, qui patrem et avum ciere non possunt. Quint. 3, 7. f. Multum auctoritatis affert vetustas, ut iis, qui terra dicuntur orti: ἀπόχθονες. Cic. Att. 1, 13. med. Huic terrae filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo. Minuc. Fel. Octav. 22. f. Inopinato visos, coelo missos; ignobiles et ignotos, terrae filios nominamus. P Terram videre, vel in terra esse dicuntur, qui ad molesti prolixique laboris finem propemodum pervenerunt. Sumpsum a navigantibus. Pl. Merc. 1, 2, 84. Equidem jam me censebam esse in terra, atque in tuto loco. Cic. Mur. 2. f. Quo tandem animo me esse oportet prope jam ex magna jactatione terram videntem? P Terra, marique, vel aut terra, aut mari, est in omnibus locis, vel quacumque ratione. Pl. Ps. 1, 3, 83. Ego in hoc triduo aut terra, aut mari alicunde evolam id argentum tibi. Cic. Fin. 5, 4. Ut nulla pars coelo, mari, terra, ut poetice loquar, praetermissa sit. Vat. ad Cic. Fam. 5, 9. Ego tamen, terra marique ut conquireretur, praemandavi. P Percontari a terra ad coelum, proverbialis locutio est, quae significat minute exquirere, et ab initio ad finem usque rem totam sciscitari. Pl. Pers. 4, 4, 54. Volo hanc ego percontari. Sa. A terra ad coelum, quidlibet. P Genitivus pluralis terrarum eleganter jungitur cum quibusdam adverbis loci, et vim quandam addit orationi. Cic. Verr. 2, 5, 55. Ubi quae terrarum et gentium. Id. Att. 5, 10. med. Nesciebam ubi terrarum esses. Ter. Ph. 3, 3, 18. Quoquo hinc asportabitur terrarum. P A veteribus terra Dea habitata est, variis nominibus appellata, Tellus, Vesta, Ceres, Mater, Cybele, etc. Cic. N. D. 3, 20., Plin. 2, 63, 63. et Ov. Fast. 6, 299. et 460. Fabulantur autem esse eam filiam Demogorgonis, quae ex incertis patribus Noctem pepererit, Tartarum, Famam, Tagem, Antaeum, Pythonem, Typhonem, Tityum, etc. V. Hyg. praef. et fab. 55. 140. et 152., quibus locis plurimos ejus filios recenset, ut merito una rerum naturae partium cognomine appelleretur matremque venerationis, ut ait Plin. l. c., ubi et laudes ejus fuse persequitur. Varr. R. R. 1, 1. Juppiter appellatur, Tellus Terra mater. Suet. Tib. 75. Terram matrem, Deosque Manes orare, ne mortuo sedem ullam, nisi inter impios darent. Adde Liv., Lucr., Ov. quos in MATER attulimus. P Sub terras, ut terris poetice refertur ad inferos. Virg. A. 4, 654. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Prop. 3, 3, 61. Sub terris si jura Deum, et tormenta gigantum. Id. 2, 14, 31. Illi sub terris fiant mala multa puellae, Quae, etc. Humus quoque hac ratione accipienda videtur in illo ejusd. 4, 11, 100. Dum pretium vitae grata rependit humus. P Terrai in genit. pro terrae dixit more suo Lucr. 1, 212. et alibi saepe. Etiam terras dixeret veteres, ut monetas, familias, etc. Naev. ap. Prisc. 6, 679. Magni Atlantes filii terras.

TERRACINĀ. V. TARRACINENSIS.

TERRAEMOTUS, et Terrae motus, us, m. σεισμός, terrae convulsio, quae a ventis inclusis, et exitum quaerentibus fieri videtur: quae de re multa a Plin. 2. a c. 79. et a Seneca Q. N. 6., item ab Ammian. 17, 7. f. disputantur. Cic. Div. 1, 35. Tantos terrae motus tota in Italia factos esse, ut multa oppida corruerint, multis locis labes factae sint, terraeque desederint, fluminaque in contrarias partes fluxerint, atque in amnes mare influxerint; et ib. 18. med. Cum terrae saepe fremitus, saepe mugitus, saepe motus praedixerint. Id. Har. resp. 28.

XXXV. etc. F.] Agnoscitur haec vox etiam a Prisc. 3, 615.

TERRULENTE, adv. terreno modo. Prud. regi orat. 10, 378. Rem spiritalem terrulente quaerere. Alii leg. terrulenter.

TERRULENTUS, a, um, adj. terrenus. Prud. regi orat. 2, 196. Quod terrulentum ac sordidum, flammis necesse est decoqui. Id. Harmat. praef. 5. Hic (Cain) terrulentus, ille (Abel) vivis fungitur, h. e. terra natis, ut olera, et fruges.

*TERROR, oris, m. τερραφόβος Gloss. Gr. Lat. B. A.

*TERRORIUM, i, n. pannus, spongia ad tergendum. Gloss. Gr. Lat. ἐμαρτύριον, Tessorium. B. A.

TERSUS, a, um, part. a tergeo: γρηγορός, purus, nitidus, detersus. Festus: Tersum diem pro sereno dictum ab antiquis. Pl. Stich. 5, 5, 4. Mulier bene cum lauta, tersa, ornata, ficta est, infecta est tamen. Or. Met. 2, 736. ut tersis niteant talaria plantis. P Translate. Stat. in epist. praefixa lib. Sil. 2. Vis optime, nec minus in iudicio litterarum, quam in omni vitae colore tersissime. Quint. 10, 1. med. Elegiae mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus. Id. 10, 1. med. Multo est tersior, ac purus magis Horatius. Plin. ep. 9, 22. Si elegos ejus in manus sumpseris, leges opus tersum, molle, jucundum; et ib. 2, 3. Praefationes tersae, graciles, dulces. Quint. 12, 10. med. Iudicium acre tersumque.

TERSUS, us, m. Appul. Met. 1. E promptuario oleum unctui, lintea tersui profer, Id. Apol. Petere aliquid tersui dentium.

TERTIADECIMANI, orum, m. plur. milites legionis tertiae decimae. Tac. H. 3, 27.

TERTIANUS, a, um, adj. τρίτηνος. Tertia febris, quae tertio quoque die recurrit, quae et tertiana absolute dicitur. Cic. N. D. 3, 10. Ne tertianas quidem febres, et quartanas divinas esse. Petr. Sat. 17. Tertianae impetum timere. Cels. 3, 5. Qui tertiana timere potest, expectandum est dies tertius. Plin. 24, 19, 107. Herba adalligata brachio tertianas arcere traditur. P Tertiani, orum, sunt tertiae legionis milites. Tac. A. 13, 38. et H. 3, 24.

TERTIARIUS, a, um, adj. tertiam alicujus rei partem recipiens. Plin. 34, 17, 48. Stannum tertiarium vocant, in quo duae nigri plumbi portiones sunt, et tertia albi. P Tertiarium absolute, triens, seu tertia pars sextarii. Cato R. R. 95. Sumito bituminis tertiarium, et sulfuris quartarium. Hoc idem ita refert Plin. 17, 28, 47. Cum bituminis tertia parte, et sulfuris quarta. Alii pro tertia parte legunt tertiarium, pro quarta vero quartarium, scilicet tertia et quarta parte sextarii, quod eodem recidit. P Tertiarium quoque dicitur ap. Vitr. 3, 1. med. numerus octavus ratione numeri senarii, quia continet supra sex tertiam partem, nempe duo: Graece τρίτημος. V. EPITRITUS. P Praeterea tertiarium vocat idem Vitr. 4, 7. med. trigonam figuram contignationis in tecto. V. Bald. in Lex. Vitr.

TERTIATIO, onis, f. τρίτησις, operis alicujus trina repetitio. Colum. 12, 50. Sint tres laborum ordines, ut unus primae notae, idest primae pressurae, oleum recipiat; alter secundae; tertius tertiae: nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem cum prima pressura.

TERTIATIO. V. QUARTATO.

TERTIATUS, a, um, part. a tertio: tertio repetitus. Colum. 2, 4. Campi uliginosi cum arati fuerint, circa solstitium iteratos esse oportet, ac deinde circa Septembr. calendas tertiatos. P Tertiatum verba, tertio repetita, et imperfecte prolata: quod in perturbatione fieri solet. Appul. Met. 5. Tremensque et exsanguis colore lurida, tertiatum verba semianimi voce substrepens, sic ad illas ait. P [Tertiatum castra sunt tertia parte longiora, quam lata. Hyg. Grom. p. 8. col. 1. Castra, in quantum fieri potest, tertiatum esse debent, ut flatus aerae aestus exercitus leniat: hoc dixi tertiatum, ut puta in longum ped. duo mill. quadringenti, in latum mille sexcenti. F.]

TERTICEPSOS. V. BICEPSOS.

[TERTINUS, a, um, adj. ad tertium pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 172, 1. P. Hostilius Tertinus. Alia ap. Grut. 563, 7. Tertinia Tertina. F.]

TERTIO et Tertium, adv. τὸ τρίτον, tertia vice. Ter. Eun. 3, 3, 21. Non hercle veniam tertio. Cic. Deiot. 14. Ille iterum, ille tertio, auctionibus factis, pecuniam dedit, qua ad bellum uteris. Id. Div. 2, 59. Nemo est, quin saepe jactans, Venerium jaciatur aliquando, nonnunquam etiam iterum ac tertium. Cato ap. Charis. 2, 196. Veniunt iterum atque tertium tumultuosius. Plin. 14, 22, 28. Idque iterum tertiumque. Caes. B. C. 3, 43. Circumvallare Pompejum instituit, haec spectans: quod angustare frumentaria utebatur, etc. simul ut pabulatione Pompejum prohiberet, etc. tertio ut auctoritatem minueret. Cels. 4, 4. f. Sanguis mittendus est iterum tertioque, et quotidie paulum aliquid. Liv. 23, 3. f. Tuam doleo vicem, cui ter proditae patriae sustinendum est vicem: semel, cum defectionis ab Romanis; iterum cum pacis cum Annibale auctor

fuit; tertio hodie. Id. 3, 22. Consules creati Q. Fabius Vibulanus tertium, et L. Cornelius Maluginensis; et ib. 67. Satis honorum, satis superque vitae erat: mori consulem tertium oportuit. P Varro ap. Gell. 10, 1. distinguit inter tertio, quarto, et tertium, quartum, ut in QUARTO et QUARTUM dictum est. Narrat autem Tiro Tullius ib., cum Pompejus aedem Victoriae dedicaturus, suum nomen et honores inscribi vellet, dubitatum fuisse, tertione consul, an tertium scribendum esset: cumque alii hoc, alii illud praeferebant, interrogatum Ciceronem iudicare de viris doctis veritum esse, ne quorum opinionem improbasset, ipsos videretur improbasse: itaque persuasisse, ut tert. scriberetur. Haec Tiro. V. SECUNDUM. P Ceterum tertium et quartum praetor aut consul in veterib. monumentis frequens est. Inscr. ap. Grut. 1, 1. M. Agrippa L. F. Cos. tertium fecit. Front. Aquaed. 10. Cum Agrippa jam tertium consul fuisset. In monum. An-cyr. ap. Grut. 230. Consul quintum: consul undecimum: tribunicia potestate duodecimum: consul tertium decimum. Tertio et septimo consul dixere olim L. Coelius Antipater, et Q. Claud. Quadrig. ap. Gell. l. c., item Plin. Pan. 60. P Tertio pro ter. Pall. 1, 11. Parietes tertio prius debebis obducere, ut tectorium sine corruptione suscipiant. Adde Trebell. l. c. in SECUNDO.

TERTIO, as, a. 1. opus aliquid tertio repeto. Colum. 2, 4. med. Jugerum talis agri commode proscinditur operis duabus, una iteratur, tertiatum do-drante operae. Pall. 10, 1. Ager pinguis tertia vice arabitur: quamvis humido anno possit et antea tertiarum.

TERTIOCERIUS. V. SECUNDICERIUS.

[TERTIOLUS, a, um, adj. diminut. tertii. Est cogn. R. Inscr. ap. Donat. 312, 7. Tertius Augustorum servus Aelio Tertio filio dulcissimo. F.]

TERTIUM, adv. V. TERTIO.

TERTIUS, a, um, adj. τρίτος, proximus a secundo. Cic. Fam. 9, 22. Si quod sit in obscenitate flagitium, id aut in re esse, aut in verbo: nihil esse tertium. Id. Att. 5, 20. med. Mancipia vaenibant tertius Saturnalibus, h. e. tertio die Saturnalium. Caes. B. G. 1, 1. Gallia est divisa in partes tres: quarum unam incolunt Belgae, aliam Aquitani, tertiam Celtae. Catull. 62, 63. Tertia pars patri data, pars data tertia matri, Tertia sola tua est. Gell. 9, 4. med. Sauromatas cibum capere semper diebus tertius: medio abstinere: tertio quoque die. Quint. 1, 5. med. Syllaba proxima extremae, aut ab ea tertia. Or. Met. 13, 28. sic ab Jove tertius Ajax, h. e. filius Telamonis, qui patrem habuit Aeam, avum Jovem; et ib. 14, 237. Tertius e nobis. Id. Fast. 4, 584. Nupta Jovis fratri tertia regna tenet, h. e. Inferos. Id. Trist. 2, 53. tertia numina, h. e. Dii Inferi. Plin. 31, 2, 19. Tertio die, quam quis bibebit; et alter Plin. ep. 4, 27. Tertius dies est, quod audi videlicet Augustinum. P Tertiae, tertia pars. Plin. 33, 9, 46. Miscetur argento tertiae aeris Cyprii. Id. 34, 5, 11. Quibus ex fodere tertias praedae R. populus praestabat. Id. 7, 12, 10. Spithera secundarum (partium), tertiarumque Pamphilus. V. PARS. P Ad tertiam partem decoquere aliquid est ita coquere, ut duabus partibus consumptis, una supersit: ad tertias decoquere est, ut, una consumpta, duae restent. Plin. 21, 18, 71. Junci radix in tribus heminis aquae decocta ad tertias, tussi medetur. Varr. R. B. 1, 2. med. Aquam ad tertiam partem decoquere. Colum. 12, 20. Cum ad tertias subsederit coctura; et ib. 25, et 38. f. Succum in tertiam partem decoquere. P Tertius est praenomen R. Inscr. ap. Donat. T. 1. p. 555. Tertius Rufellius Verus III. Vir A. P. h. e. aedilicia potestate. Alia ap. Maff. Mus. Ver. 123, 7. Tertius Verobius Surus Mil. Coh. XII. Ur. P Item Tertius et Tertias cogn. R., illius nempe, qui, vel quae tertio loco nascebatur, ut Primus vel Prima, et Secundus vel Secunda, qui vel quae ante illum illamve; tametsi non semper in ordo servabatur. Inscr. Patavina ap. Grut. 826, 7. C. Sempronius Q. F. Primus vivus F. (h. e. fecit) sibi et Q. Sempronio Tertio fratri suo. Hinc jocus Ciceronis ap. Macr. Sat. 2, 2. Servilia mater M. Bruti minimo pretiosum fundum emerat a Caesare, subjiciente hastae bona civium. Et dicebatur is cum illa consuetudinem habere, simulque cum filia ejus Junia Tertiam, C. Cassii Longini uxore: Tunc Cicero: Quo melius emptum sciatis, comparavit Servilia hunc fundum, Tertiam deducta, h. e. tertia parte pretii detracta, seu Tertiam, filia perducta. Suet. Caes. 10. idem narrat.

TERTIUSDECIMUS, a, um, τριτηνίδεκατος, decimus tertius. Colum. 6, 36. et Plin. 8, 44, 69. Mense tertio decimo. Cels. 3, 4. med. Tertiusdecimus dies. Tac. A. 1, 37. Tertiadecima legio.

TERTIUSVICIESIMUS, a, um, adj. τριτηνίδεκατος τρίτος, viciesimus tertius. Gell. 17, 7. Nigidius in tertio viciesimo grammaticorum commentariorum.

[TERTULLIANISTA, ae, m. Tertulliani sectator. Isid. Or. 8, 5. Tertullianistae dicti a Tertulliano presbytero Africanae provinciae, civitatis Carthaginiensis, animam immortalem esse, sed corpoream praedicantes, et animas hominum precatorum post mortem in daemones verti putantes. F.]

TERTULLIANUS, i, m. Τερτυλλιανός, scriptor Ecclesiasticus, patria Carthaginiensis, multa scripsit, quae exstant, stilo aspero, et, ut ita dicam, salebroso, novatis insolenti deductione verbis, et phrasi saepe impedita, et obscura; non tamen sine veteris probaeque eruditionis ornamentis. Floruit sub Severo, et Caracalla. Lact. 5, 1. f. Septimius Tertullianus fuit omni genere litterarum peritus, sed in eloquendo parum facilis, et minus comptus, et multum obscurus fuit.

[TERTULLINUS, a, um, adj. ad Tertullum pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Gud. 248, 6. Petronia Tertullina. F.]

TERTULLUS, a, um, adj. dimin. tertii. Est cogn. R. Inscr. ap. Marin. Frat. Arr. p. 654. Sex Sulpicius Tertullus Cos. scil. ann. a Chr. n. CLVIII. Inscr. ap. Grut. 679, 1. Cornelia Tertulla. Cic. Att. 15, 11. et ib. 14, 20. Tertullam vocat, quam Suet. Caes. 50. et Macr. Sat. 2, 2. Tertiam appellant. V. et Tac. A. 3, 76.

TERTUS, a, um, idem ac tersus apud veteres. Varro ap. Non. 2, 847. Atrei tertia nitet galea. Id. ib. Alii sunt circumtonsi, et tertii, atque unctuli, ut mangonis esse videantur servi.

TERTYLLIANUS, et Latino more Tertullianus, a, um, adj. ad Tertillum, seu Tertullum pertinens, quod est nomen viri proprium: Senatus consultum Tertyllianum (de quo est tit. 17. l. 38. Digest.) dicitur ab Ovinio Tertyllo, matres ad legitimam filiorum hereditatem admittit, ut docet etiam Martian. ib. 36, 34.

TERTYLLIANUS vel Tertullianus, i, m. Jctus circa tempora Alexandri Severi, memoratur ab Ulp. Dig. 29, 2, 30. f. scripsitque libros Quaestionum, et de castrensi peculio.

TERVENEFICUS, a, um, adj. maxime veneficus. Pl. Bacch. 4, 7, 15. Ut pergraeceetur tecum, tervenefico.

*TERTIVM, i, n. Italiae oppidum, in Piceno. Plin. 3, 13. ed. Hard. ubi antea, v. g. in ed. Elzev., legebatur Helvium. B. A.

TERUNCIVS, ii, m. nummi aerei nomen, quo olim quadrans vocabatur, quia tres uncias continet, quae est quarta pars assis. Plin. 33, 3, 13. Quadrans antea teruncius vocatus a tribus unciis. Alii leg. triuncis, sed invito Hard. Varr. L. L. 4, 36. Teruncius a tribus unciis, sembellae quod valet dididium; et est quarta pars, sicut quadrans, assis. P Mansit in usu loquendi ad significandum exiguum nummum, aut minimam pecuniae summam. Cic. Fam. 2, 17. De praeda mea teruncium non attigit, nec tacturus est quisquam. Id. Att. 6, 2. med. Omnino nullus in imperio meo sumptus factus est: nullus, inquam, ne teruncius quidem. Id. Fin. 3, 14. Interit magnitudine maris Aegaei stilla murae: et in divitiis Croesi teruncii accessio. Pl. Capt. 3, 1, 17. Neque ridiculos jam teruncii faciunt, i. e. nauti, flocci faciunt. Appul. Apol. Dos erat a creditore omnis ad teruncium pridie sumpta. P Heres ex teruncio est ex quarta parte, seu ex quadragesima; putant enim nonnulli, teruncium fuisse monetam argenteam, quae esset pars quadragesima denarii, seu quarta pars libellae, h. e. tres unciae. Cic. Att. 7, 2. med. Curius fecit palam te (heredem) ex libella, me ex teruncio.

*TESANA, castellum in Rhaetia. Paul. Dial. Langob. 3, 31. B. A.

TESCA, et Tesqua, orum, n. plur. Verrius ait, esse loca augurio designata: Opilius Aurel. loca consecrata ad augurandum: libri autem Pontific. docent, sancta loca esse undique septa: in his enim scriptum est: templumque, sedemque, tescumque, sive Deo, sive Deae dedicaverit, ubi eos accipias volentes propitiosque. Hostius belli Istrii l. 1. Per gentes alte aetherias et tesca volabis, Tempa antiqua Deum: Cicero vero aspera, difficilia aditu dixit, cum ait: loca aspera, tesca tuor. Accius in Philocteta: Quis tu es mortalis, qui in deserta, et tesca te adportas loca? Haec enim ex Festo. Varr. L. L. 6, 2. Loca quaedam agrestia, quod alicujus Dei sunt, dicuntur tesca; et mox: post allata verba Accii: Qui tesca dixit, non erravit: neque ideo quod sancta, sed quod ibi mysceria fiunt, ac tumentur (h. e. curantur): tuesca dicta, post tesca. Haec Varronis notatio minus placet iis, qui dicunt a δαειστικός, et per synec. δαειστικός, valde umbrosus: a δαειός, spissus, et ομίς, umbra. Nam praeter Ciceronem et Accium modo allatos, Hor. quoque et Lucan. tesca intelligunt loca umbrosa, aspera, inculta, deserta, inamoena. Gloss. Philox. Tesqua, τριτηνίδεκατος, καὶ τρίτος, καὶ ἑρημὸς τόπος. Hor. Ep. 1, 14, 19. nam quae deserta et inhospita tesca Creidis, amoena vocat qui necum sentit. Lucan. 6, 41. Ampflexus fines, saltus, nemorosaque tesca, Et silvas. Tesqua multi leg. hic, et ap. Hor. Sic Appul. Flor. n. 11. Nullus in tesquis suis fructus est, sed infelix lolium, etc. et n. 17. Merulae in remotis tesquis fringuntur.

*TESSARA, oppidum Aethiopiae, vel certe Aegypti Aethiopiaeque conterminum. Plin. 6, 29. B. A.

TESSELLA, ae, f. ἀπτερόπτερος, τετράγωνος, τρίγωνος, tessera, quaevis res formam habens quadratam: eujusmodi sunt lapides, aut laterculi, qui

non omne mare est generosae fertile testae. P Trans- late de glacie. Vet. epigr. in Anth. Lat. T. 2. p. 62. Burm. Thrax puer, adstricto glacie dum luderet Hebro, Frigore concretas pondere rupit aquas. Dum- que imae partes rapido traherentur ab amne, Absci- dit heu! tenerum lubrica testa caput. Ov. Trist. 3, 10, 37. Vidimus ingentem glacie consistere pon- tum: Labricaque immotas testa premebat aquas. Est qui leg. crusta. P Item de calvaria, hinc testa Ita- lorum. Auson. epig. 72. Abiecta in triviis inhumati glabra jacebat Testa hominis, nudum jam cute cal- vitium. Prud. peri. oreg. 10, 761. Comam, cutemque verticis revulserat A fronte tortor, nuda testa ut tegmine Cervicem ad usque dehonestaret caput. Coel. Aurel. Tard. 1, 1. Pati aliquid membranam cerebri dixerunt, alii eam, quae testam circumtegit: et ib. 2, 1. f. Anatesim testae faciendam. P [Est etiam cogn. R., ut C. Trebatius Testa ap. Cic. Fam. 7, 13, et saepe alias memoratus. F.]

TESTABILIS, e, adj. qui jus habet testimonii dicendi. Gell. 6, 7. (Ex lege Horatia) jus testimonii dicendi ei tribuitur, testabilisque una omnium femi- narum ut sit, datur.

TESTACEUS et Testacius, a, um, adj. δορυκα- ρος, δορυκαρδης, qui e testa, h. e. fictili cocto, vel integro, vel tuso factus est. Vitr. 2, 8. f. Testacea structura, et lorica; et 7, 4. f. et Colum. 1, 6. Testaceum pavementum. Plin. ep. 10, 46. et 48. opus. Inscr. ap. Grut. 874, 5. Monumentum testacium. Alia ap. Reines. cl. 8. n. 61. Hypogaicum testacium. P Item testae colorem habens. Plin. 37, 7, 31. Gem- mae melleae et testaceae. Id. 15, 15, 16. Signina pira, quae alii a colore testaceae appellant. P Testaceum, absolute, testaceum opus, h. e. testa tusa et calce mixta. Id. 36, 23, 55. Uliginosa, et ubi salisugis vitiat, testaceo sublini utilius. Pall. 6, 11. Sex digitorum testaceum superfundemus, et frequen- ter virgis verberabimus, ne rimis possit aperiri. P Testaceus, testa, h. e. crusta dura et fragili obdu- ctus, ut cochlea, ostrea, δορυκαρδης. Plin. 32, 5, 20. Pastinacam, et omnia testacea modice collui in cibis, quia saporis gratia perit. Id. 11, 37, 55. extr. Insectorum omnium, et testacei operimenti, oculi moventur.

TESTAMEN, inis, n. idem quod testimonium. Tert. carn. adv. Marc. 3, 99. Scilicet hoc testamen erat virtutis imago.

TESTAMENTARIUS, a, um, adj. ad testamen- tum pertinens. Cic. Verr. 2, 1, 42. Testamentaria lex, h. e. quae quippiam cavet circa testamenta. Plin. 35, 2, 2. Adoptione testamentaria Salutationes irrepentes Scipionum nomini. Ulp. Dig. 50, 16, 130. Testamentariae hereditates, h. e. quae ex testamen- to proveniunt. Salv. adv. atar. 3, 7. Servi Romana a dominis libertate donantur, in qua scilicet et proprietatem peculii capiunt, et jus testamentarium consequuntur. P Testamentarius, absolute, qui tes- tamentum conscribit, et conficit. Ulp. ib. 28, 5, 9. med. Si testamentarius contra voluntatem testatoris conditionem detraxit, vel mutavit. Adde ib. 29, 6, 1, et 36, 1, 3. f. P Item qui testamentum falsa con- ficit, ψευδογραφός. Cic. Off. 3, 18. Neque enim de si- cariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculato- ribus hoc loco disserendum est.

[TESTAMENTOGRAPHUS, i, m. qui testamen- tum scribit: vox hybrida, a testamentum, et γραφο, scribo. Not. Tir. p. 52. Testamentum, testamentarius, testamento-graphus. F.]

TESTAMENTUM, i, n. διαθήκη, declaratio ulti- mae nostrae voluntatis. Ulp. Dig. 28, 1, 1. Testa- mentum est voluntatis nostrae justa sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri velit. Est a testa- men, quod a testor, ut a moneo monumen, unde mo- numentum; a doceo documen, unde documentum, et similia, in quibus semper mentum est vocis produ- ctio. Quare merito Gellius 6, 12. Servium Sulpicium JCcultum reprehendit, quod testamentum com- positum dixerit a mentis contestatione. Quid (in- quit Gellius) calcamentum, quid paludamentum, quid pavementum, quid vestimentum, quid alia mille per hujuscemodi formam producta? etiamne ista composita dicemus? Cic. Verr. 2, 1, 43. Testamen- tum facere. Id. Har. resp. 20. conscribere. Id. Cluent. 11. mutare. Id. Phil. 2, 42. f. irritum face- re. Id. Or. 1, 57. rumpere. Id. Cluent. 14. obsi- gnare. Id. Fam. 7, 21. Testamenti factionem habe- re. Id. Phil. 14, 3. Subjicere testamenta; et Par. 6, 1. supponere, (eod. sensu.) Hor. Ep. 1, 7, 9. resignare. Nep. Att. 5. Testamentum aliquem ad- optare. Just. 5, 11. Regnum alicui testamento lega- re. Cic. Verr. 2, 2, 18. f. Hereditas, quae venerat testamentum. Id. Off. 3, 24. Testamentum aliquid alicui relinquere. Id. Fin. 2, 31. med. cavere aliquid. Plin. 14, 22, 28. Testamentum nuncupare. V. NUN- CUPO. P Testamentum ad civis R. jura pertinuit: quia neque testamentum facere, legibus Romanis, neque aliquid testamento a cive accipere, nisi civis R. potuit. Itaque Cicero, cum Archiam in jure ci- vium versatum esse contenderet, ea maxime ratione nisus est (ib. 5. f.), quod eum testamentum legibus Romanis, iis praesertim temporibus, quae accusa- tor criminabatur, fecisse affirmaret; et Dom. 32. cum sui etiam in exsilio ut civis habitam esse ratio-

nem, rogatione Clodia neglecta, ostendere vellet, dixit: Quis in locum meum judicem subdidit? quis meorum amicorum testamentum discessu meo fecit, qui mihi non idem tribuerit, quod et si adessem? P Porro apud Romanos tria olim testamentorum gene- ra fuere, ut Gell. docet 15, 27., unum, quod calatis comitiis, in populi concione, bis in anno, fie- bat: alterum in procinctu: tertium deinde accessit per familiae emancipationem, cui aes et libra adhi- bebatur. V. s. l. [et ap. Cajum Instit. 2. §. 101. ed. Goesch. F.] P Testamentum vetus, et novum sunt duae maximae partes, in quas dividuntur Sacra Bi- blicia, legem veterem ante Christum, et novam post Christum continentem. Haec appellatio magis in usu erat, quam instrumenti temporibus Tertulliani, ut ipse docet adv. Marc. 1., ac deinceps apud Christianos passim obtinuit. Cur ita dicatur, explicat Lact. 4, 20.

TESTATIM, adv. δορυκαρδως, minutim apud veteres: tractum a testaturum natura, quae in exigua fragmenta solent confringi. Pomp. ap. Non. 2, 842. Jam istam colaphis comminuissem testatim tibi. Ju- centius ap. Charis. 2, 196. Caput ei testatim de- fregero.

TESTATIO, onis, f. ἐπιμαρτύρησις, actus testan- di, seu testem aliquem citandi, testificatio. Liv. 8, 6. Inter foederum ruptorum testationem ingenti fra- gore coeli procellam effusam. Respicit ad ea, quae dixerat ib. 5. f. Haecine foedera Tullus, etc. P Item testimonii dictio. Cajus Dig. 22, 4, 4. Sine scripturis valet quod actum est, si habeas probatio- nem: sicuti et nuptiae sunt, licet testatio sine scri- ptis habita est. P Duplex est testatio: altera quae fit a testibus praesentibus: altera quae ab absentibus per tabulas, ut Quint. 5, 7. in. docet: eaque saepe testatio dicitur, cum testes ante contestationem causae dicunt testimonium, scriptoque subsignant. Id. ib. med. Saepe inter se collidi solent inde testa- tio, hinc testes: haec enim se pars iurejurando, illa consensu signantium tuetur. Paul. Dig. 3, 2, 21. L. Titius crimen intendit C. Sejo: atque in eam rem testationem apud praefectum recitavit. Ulp. ib. 48, 19, 9. Ne tabelliones libellos concipiant, vel testa- tiones consignent. Mart. ib. 48, 10, 1. Falsas testa- tiones facere, vel testimonia falsa dicere. P Item quodlibet indicium, signum, argumentum, quo res quaevis probatur. Florent. Dig. 28, 1, 24. Unum testamentum pluribus exemplis consignare, inter- dum necessarium est, si forte navigaturus, et se- cum ferre, et relinquere iudiciorum suorum testa- tionem velit.

TESTATO, adv. facto testamento. Paul. Dig. 49, 14, 45. Bona eorum, qui in custodia decesserunt, hereditas eorum non auferuntur, sive testato, sive intestato decesserint. P Item coram testibus. Scaevola ib. 45, 1, 122. med. Cum coheres tutores saepius testato convenerit. Ulp. ib. 15, 4, 1. Jussum accipiendum est, sive testato quis, sive per episto- lam, sive verbis, aut per nuntium jusserit. Id. ib. 18, 6, 1. med. Testata denuntiare emptori, ut etc. Appul. Apol. Quas tamen litteras tabulario publico praesente, et contrascribente Aemiliano, testato de- scripsimus.

TESTATOR, oris, m. κληροδοτής, testamenti con- ditor. Suet. Ner. 17. Cautum, ut in testamentis pri- mae duae cerae, testatorum modo nomine inscripto, vacuae signaturis ostenderentur. Papin. Dig. 28, 3, 17. Voluntas testatoris ex aequo et bono tuebitur. Adde Lact. 4, 20. P Item qui testimonium dicit. Prud. Cath. 12, 85. Hunc et prophetis testibus, Is- demque signatoribus Testator et sator jubet Adire regnum et cernere.

TESTATRIX, icis, f. quae testamentum fecit. Cels. Dig. 31, 1, 30. Ex mediocritate facultatum, quas testatrix reliquit. Adde Modest. ib. 35. et Scaevola ib. 89. f. etc.

TESTATUS, a, um, part. a testor: qui testes vo- cavit. Cic. Fin. 2, 20. Lucretia testata cives, se ipsa interemit. Virg. A. 12, 496. Multa Jovem, et laesi testatus foederis aram. Ov. Met. 5, 44. testa- tus jusque fideique, Hospitium Deos, ea, se pro- hibente, moveri. P Item qui testimonio quippiam ostendit, et probavit. Ov. Met. 2, 486. Assiduoque suos gemitu testata dolores. V. TESTOR. Hor. Od. 1, 28, 10. habentque Tartara Panthoiden, ite- rum Orco Demissum, quamvis clypeo Trojana refi- xo Tempora testatus, etc. V. Ov. Met. 15, a v. 161., ex quo locus hic Horatii explicatur. P Passive. Liv. 34, 41. Testata quoque ipso Nemeorum die voce praeconis libertas est Argivorum; et Plin. ep. 4, 21. Patrem illarum defunctum quoque perseverantissime diligo, ut actione mea librisque testatum est. P Hinc est ab omnibus cognitus, receptus, admissus, confessus, indubitatus, exploratus, quasi omnes vul- go testes de eo sint. Cic. Verr. 1, 16. Ejusmodi res ita notas, ita testatas, ita magnas, ita manifestas proferam, ut, etc. Id. Fam. 11, 27. med. Haec tes- tata sunt, et illustrata. Id. Verr. 2, 2, 76. f. Ut res quam maxime clara ac testata esse posset. Ov. Met. 9, 277. Herculis testatos orbe labores referre. Cic. Coel. 27. Ut res multorum oculis esset testator. Nep. Alc. 4. med. Ejus devotiois quo testator es- set memoria, exemplum in pila lapidea incisum. Hirt. B. G. 8, 42. Quo notior testatorque virtus ejus

esset. August. Conf. 8, 6. Testatissima mirabilia. P Testato, ablat. absolut. cum testatum sit, et vulgo certum. Plin. 8, 36, 54. Cerebro ursi veneficium in- esse Hispaniae credunt, testato, quoniam potum in ursinam rabiem agat. P Denique testatus est, qui testamentum fecit. Ulp. Dig. 38, 16, 1. Intestati appellantur, qui cum possent testamentum facere, tes- tati non sunt. V. TESTOR. P Testatae tabulae passive ap. Catull. 68, 122. sunt tabulae testamen- ti.

TESTEUS, a, um, adj. fictilis. Macr. Sat. 7, 15. med. Medicinae ratio est cum testeis, terrenisque corporibus. Id. Sonn. Scip. 1, 11. f. testeum indum- entum animi vocat corpus. Prud. peri. oreg. 5, 553. Fragmentum testeum.

[TESTICULUS, a, um, adj. ad testu, seu testum pertinens. Testiculus panis, idem ac clibanicus, et artopticus. Cato R. R. 74. Panem testicium sic fa- cito. Manus, mortariumque bene lavato. Farinam in mortarium indito, aquae paulatim addito, subigi- toque pulvere: ubi bene subegeris, defingito, coqui- toque sub testu. Ita leg. Schneiderus, usus lectione editionum principum. Vulgatam enim lectionem de- psiticium, vel depsticium ineptam putat, quia omnis farina in panem depsitur, adeoque omnis panis es- set depsticium; sed qui sub testu coquitur, recte di- citur testiculus, diversus a furnaceo, quo quidem mel- lior est, utpote magis coctus, teste Galeno De alim. facult. l. 1. c. 2. f. Confer locum Plin. 18, 11, 28. Quamquam etiam testuacium recte legeretur, ita enim Varro vocat. F.]

TESTICULATUS, a, um, adj. testiculis praedi- tus. Veg. Vet. 4, 7. [Omnibus prope mensibus equis tam spardonibus, quam testiculatis, minuendus est sanguis. F.] P Testiculata dicitur herba, quae et mercurialis, et orchion, [quia, ut ait Appul. Herb. 82., veluti testiculis binis parvis circa exordium est ornata. F.]

TESTICULOR, aris, dep. 1. Paul. ex Festo: Tes- ticulari est jumentis maribus feminas, vel mares feminis admovere: licet alii dicant testilari. P Tes- ticulari per jocum dictum pro testari, testes ci- tare, quidam leg. ap. Pl. Amph. 2, 2, 193., sed mul- to plures illum versum, ut insitium ac spurium, rejiciunt.

TESTICULUS, i, m. ὀρχιδιον, ὀρχις, dimin. testis. Sunt testiculi, δίδυμοι, duo globuli uno seroto com- prehensi, in quibus semen masculi animalis elabora- tur. Hi et testes, et colei dicuntur. Describuntur a Cels. 7, 18. Adde Auct. ad Her. 3, 20., Juven. 6, 339., Mart. 3, 24. P [Translate Pers. 1, 103. Haec fierent, si testiculi vena ulla paterni Viveret in no- bis? h. e. si quid roboris virilis haberemus. P Est et herbae nomen ap. Appul. H. 15. V. TESTICU- LATUS f. Bail.]

TESTIFICATIO, onis, f. probatio per testes, tes- tatio, praesertim quae fit per tabulas cum subscri- ptione testium, ut in TESTATIO dictum est. Cic. Brut. 80. Sese chirographa, testificationes, indicia, quaestiones, manifestam rem deferre; et Verr. 2, 5, 39. med. Iste in tabulas refert: obsignat signis ami- corum, ut, siquidam opus esset, hac testificatione uteretur. Adde Mur. 24. P Item quaevis declara- tio, indicium, testimonium. Cic. Fam. 1, 1. Egit causam tuam cum summa testificatione tuorum in se officiorum, et amoris erga te sui. Id. Phil. 9, 6. f. His honoribus habitis Ser. Sulpicio, repudiatae ab Antonio legationis manebit testificatio sempiterna.

TESTIFICATUS, a, um, part. a testificor: testa- tus. Ov. Her. 21, 133. Quid tibi nunc prodest ju- randi formula juris, Linguaeque praesentem testi- ficata Deam? P Item qui testimonium dixit. Cic. Caecin. 16. Siquos armatos conspexissent, ut statim testificati discederent. P Item simpliciter qui confirmavit, vel professus est. Tac. A. 15, 36. Testi- ficatus edicto non longam sui absentiam; et Ov. Fast. 1, 39. posteritas puppin servavit in aere, Hos- pitis adventum testificata Dei, h. e. ostendens se pro certo habere. P Passive testimonio firmatus, proba- tus, notus et manifestus factus. Cic. Att. 1, 17. med. Mihi nota fuit, et abs te aliquando testificata tua voluntas omissendae provinciae. Ov. Fast. 4, 326. Mira, sed in scena testificata loquar.

TESTIFICOR, aris, atus sum, dep. 1. μαρτυροῦμαι, testimonium dico, testis sum, testor, confirmo, pro- fiteor. Cic. Quint. 6. Testificator isti, P. Quintio non stitisse, se stitisse. Id. Phil. 6, 3. Testi- ficor, denuntio, ante praedico, M. Antonium nihil eorum facturum. Id. Verr. 2, 5, 7. f. Haec cum maxime testificaretur, in vincula coniectus est. Id. Or. 2, 55. Testificatur pater, se tibi Privernatem fundum reliquisse. Id. Or. 10. f. Testificor, me a te rogatum, et recusantem, haec scribere esse au- sum. Suet. Galb. 9. Civem R. se testificans. Ov. A. Am. 2, 269. turdoque licet, missaque columba, Te memorem dominae testificere tuae. Tac. A. 14, 12. med. Quo, matre demota, auctam lenitatem suam testificaretur. P Cum accus. Cic. Att. 8, 1. Ut in urbe retinenda tunc, si nunc in Italia non relinquen- da testificabar sententiam meam, h. e. palam osten- debam. Id. Fam. 2, 4. extr. Hoc non feci inflam- mandi tui causa, sed testificandi amoris mei; et Ov. Fast. 2, 301. Nunc quoque detecti referunt mo- numenta vetusti Moris, et antiquas testificatur

opes, h. e. demonstrant, quales fuerint priscorum opes. *Id. Am. 1, 8, 93.* Cum te deficient poscendi munera causae, Natalem libo testificare tuum, h. e. asserere, affirma, et libo parando confirma. *P. Testificari aliquem, testem vocare. Coel. ad Cic. post ep. 9, l. 10. ad Att. Deos tibi praedixisse. Op. Her. 20, 160.* Ille homines, haec est testificata Deam. *Id. Fast. 5, 250.* Et Stygiae numen testificatur aquae. **TESTIMONIALIS, e,** adj. ad testimonium pertinens. *Tert. adv. Psych. 16, f.* Admitto testimoniallem comparationem, h. e. quae pro testimonio est. *Impp. Arcad. et Honor. Cod. Theod. 7, 20, 12.* Plerique testimonialibus fraude quaesitis fiunt veterani, h. e. litteris testimonium habentibus honestae missionis. [Adde *ib. 21, 4. Fragm. jur. civ. antejust. (ed. A. Maio) p. 57.* Qui in foro suario negotiantur, habent excusationem litteris allatis a praefecto Urbis testimonialibus negotiationis. *F.*]

TESTIMONIUM, ii, n. μαρτυρία, id quod a teste dicitur rei cuiusdam affirmandae, testatio, testificatio. *Donat. ad Ter. Andr. 5, 4, 28.* duplicem esse ait testimonii modum, manifestum, et caecum: manifestum esse, qui certos testes et praesentes habet: caecum, in quo multitudinem aut civitatem dicimus scire, ut Cicero: Testis est Sicilia tota (*V. similem loc. Manil. 11.*); quod tamen audientem consternat. Est etiam in caeco iurandum, tabulae, absentisque personae. Haec *Donatus. Hirt. B. Alex. 48.* Multis signis et testimoniis eorum, qui difficulter odia dissimulant, animadvertere poterat. *Caes. B. G. 5, 50. med.* Quorum egregiam fuisse virtutem, testimonio Ciceronis cognoverat. *Phaedr. 1, 17.* Ovis damnata falso testimonio, quod non debebat, solvit. *Ter. Ph. 2, 1, 63.* Servum hominem causam orare leges non sinunt: neque testimonii dictio est. *Cic. Rosc. Am. 36.* Testimonium dicere in aliquem, in re quapiam; et *ib. et Sull. 30.* de re aliqua. *Id. N. D. 3, 34.* contra aliquem. *Id. Dom. 52.* Cui senatus testimonium huius urbis atque imperii conservati dedit. *Quint. 11, 1, f. et Plin. ep. 6, 22, f.* Testimonium alicui reddere. *Colum. 3, 9. med.* cuiuspiam rei perhibere alicui. *Modest. Dig. 48, 10, 27.* falsum praebere. *Cic. Fam. 5, 12. med.* Ut mihi non solum praeconium, sed etiam grave testimonium impertitum clari hominis magnique videatur. *Id. Rose. Am. 35. et Verr. 2, 1, 5.* Dicere aliquid pro testimonio. *Id. Fam. 5, 17.* Publio tuo neque opera, neque consilio, neque labore, neque gratia, neque testimonio defui. *Planc. ad Cic. Fam. 10, 17, f.* Amicum eum reipublicae cognosse videor: libenterque ei sum testimonio, et omnibus ero, qui bene merentur. *Plin. ep. 3, 9, f.* Laedere aliquem testimonio. *Varr. R. R. 1, 4, f.* Vocare aliquem ad testimonium. *Petr. Sat. 2.* citare. *Macr. Sat. 1, 4.* citare in testimonium. *P.* Saepae significat dictum testis absentis, quod relatum in tabulas et subscriptum profertur in causa apud iudicem, aut alium quempiam. *Callistrat. Dig. 22, 5, 3.* Divus Hadrianus proconsuli rescripsit, testibus se, non testimoniis crediturum. Verba epistolae haec sunt: Quod crimina objiciebat apud me Alexander Apro, et non probabat, nec testes producebat, sed testimoniis uti volebat, quibus apud me locus non est. Sabino quoque in haec verba idem princeps rescripsit: alia est auctoritas praesentium testium, alia testimoniorum quae recitari solent. *Liv. 39, 8, f.* Falsi testes, falsa signa, testimoniaque, et indicia, ex eadem officina exibant. *Cic. Mil. 17.* Legite testimonia testium vestrorum. Dixit C. Cassinius, etc. *Nep. Lys. 4.* Petit a Pharnabazo, ut ad ephoros sibi testimonium daret, quanta sanctitate bellum gessisset. *Plin. ep. 3, 9. med.* Industriam, fidem, constantiam alicujus plenissimo testimonio comprobare. *Id. ep. 7, 33.* Factum alicujus ornare testimonio; et *ep. 10, 17.* Prosequi aliquem libenter testimonio ap. quempiam. *P.* Latius etiam accipitur pro omni eo, quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendam fidem, indicio, argumento. Hoc interest (inquit *Auct. ad Her. 4, 3, f.*) inter exemplum et testimonium, quod illo demonstratur, id, quod dicimus, cujusmodi sit: hoc, esse illud ita, ut nos dicimus, confirmatur. *Cic. Par. 2.* Testimoniorum duo sunt genera, divinum et humanum: divinum, ut oracula, ut auspicia, ut vaticinationes, et responsa sacerdotum, haruspicum, conjectorum: humanum, quod spectatur ex auctoritate, et ex voluntate, et ex oratione aut libera, aut expressa: in quo insunt scripta, pacta, promissa, jurata, quaesita. *Id. Leg. 3, 1.* Gaudeo, quod te interpellavi, quandoquidem tam praeclarum mihi dedisti iudicii tui testimonium. *Caes. B. G. 1, 44.* Ejus rei testimonium esse, quod nisi rogatus, non venerit; et *ib. 5, 28.* Res est testimonio, quod, etc.; et *Cic. Caccin. 18. et Rosc. Com. 4.* Ejus rei ipsa verba formulae testimonio sunt. *Auct. ad Her. 2, 19.* Cui rei mors indigna Palamedis testimonium dat. *Caes. B. C. 2, 53.* Cum laboris sui periculi testimonium afferre vellent, millia sagittarum circiter XXX. in castellum conjecta, Caesari remuneraverunt. *Nep. Ep. 4, f.* Abstinenciae hoc satis erit testimonium. *Id. Timoth. 4.* Timothei autem moderatae sapientisque vitae complura possumus proferre testimonia. *Plin. 7, 30, 31.* Augustus car-

mina Virgilii cremari vetuit: majusque ita vati testimonium contigit, quam si ipse sua probavisset. *Vell. 2, 116.* Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit.

TESTIS, is, m. et f. et Teste, is, f. μάρτυρ, qui testimonium dicit, sive in iudicio, sive extra: item qui praesens adest alicui rei, eamque testificari potest. Ex iure autem civili testes quinque in testamentis faciendis necessario aderant; septem vero ex iure praetorio, ut habet *Imp. Justin. Instit. 2, 10;* at in testamentis holographis, ut statuerunt *Impp. Theod. et Valentin. Novell. 4,* nullius testis est necessitas. *Cic. Phil. 2, 4.* Si negem, quo me teste convinces? *Id. Font. 3.* Satis idonei testes, et conscii. *Id. ad Quir. 6. extr.* Rerum gestarum auctores, testes, laudatores fuerunt. *Id. Font. 6.* Testes cupidi, et conjurati, et ab religione remoti. *Id. Par. 34.* obscuri, aut tenues. *Id. Fin. 1, 21.* incorrupti atque integri. *Id. Brut. 93, f.* Ab inferis loquutissimos testes excitare. *Id. Vat. 1.* Testis religiosus. *Id. Quint. 23. med.* Testes dare in aliquam rem graves, aut leves. *Id. Fam. 1, 7.* Nemini possum aut studii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis. *Id. Proc. cons. 18.* Pompejus idem mihi testis de voluntate Caesaris, et sponsor est illi de mea. *Id. Verr. 2, 1, 14.* Satis multos testes in hanc rem reliquos esse. *Id. Fum. 3, 10. med.* In eo me non perseverasse, testes suntrationes civitatum; et *ib. 5, 5.* Meus in te animus quam singulari officio fuerit, populus R. testis est. *Ascon. in Verr. 1, f.* Testes inducere; et *ib. producere. Liv. 3, 71. e. de. Cic. Balb. 18. proferre. Id. Fin. 2, 21. adhibere. Id. Verr. 2, 2, 59, f.* citare in aliquam rem; et *ib. 2, 18.* Testibus uti; et *Rosc. Com. 15.* Testis fidem infirmare. *Op. Fast. 5, 683.* Facere aliquem testem, h. e. citare, quod dixit *Phaedr. 1, 17.* Sic *Ter. Ad. 2, 1, 49.* Ubi me dixerio dare tanti, testes facit illico, vendidisse me. *P.* Gum feminini et neutr. gen. nominibus. *Op. Pont. 3, 9, 50.* Atque incorruptae pondera testis habet. *Sen. Octav. 76.* Nutrix testis nostri fida doloris. *Sen. Claud. 40.* Inducta teste in senatu, haec, inquit, etc. *Prop. 2, 7, 91.* Sidera sunt testes, et matutina pruina. *Op. Fast. 4, 885.* Stat mihi non parvo virtus mea: vulnera testes, Armaque: quae sparsi sanguine saepe meo. *P. Teste, is, neutr. generis ap. Alcim. 6, 576.* Coelum teste vocat (*Susanna*), famamque recusat inanem iudicio contenta suo. *P. Testibus praesentibus quippiam facere est palam, aperte. Sed ambigue et joculariter utitur Pl. Curc. 1, 1, 30. Pal. Semper curato, ne sis intestabilis. Phaedr. Quid istuc est verbi? Pal. Caute ut incedas via: quod amas, amato testibus praesentibus, h. e. testiculis non privatus. V. INTESTABILIS et infra. P. Testis, spectator, qui praesens adest, et oculis suis cernit. *Op. A. Am. 3, 397.* ignoti nulla cupido: Fructus abest, facies cum bona teste caret. *Lucan. 9, 886.* puduitque gementem, illo teste mori. *Juven. 6, 310.* ac luna teste moventur. *Auct. Priap. 2.* Ludens haec ego teste te, Priape, Scripsi non nimium laboriose; et *15. extr.* Magnis testibus ista res agitur. *P.* Postremo hoc loco locus est in ambiguo: nam testes sunt etiam testiculi, ὄρχει, qui integritatis, ut ait *Phaedr. 3, 11,* testes sunt. *Plin. 11, 49, 110.* Testes pecori ad crura decidui. *Id. 28, 19, 80.* Dexter asini testis in vino potus.*

[**TESTITUDO, inis, f. idem ac testatio. Not. Tir. p. 52.** Obtestatur, testitudo. *F.*]

TESTITRATUS, i, m. adj. qui testes, h. e. testiculos trahit: epitheton arietis, qui ob magnitudinem et pondus testicularum trahere illos potius videtur quam sustinere. Laberius ap. Tert. Pall. 1. Arias reciprocicornis, lanicus, testitrahus. Alii perperam leg. *vestitrahus.* Huc spectat locus *Lucilii ap. Non. 4, 3.* Ibat forte aries, inquit. Jam quod genu' quantis Testibu'! vix uno filo hosce haerere putares, Pellicula extrema exaptum pendere onus ingens.

TESTOR, aris, atus sum, dep. I. μαρτυρέω, testis sum, ostendo, significo, doceo. *Op. Pont. 4, 15, 11.* Confiteor: testere licet: signate Quirites. *Sall. in epist. Mithridat. ad Arsac. 5.* Sceleris eorum haud ignarus, et ea quae accidere, testatus antea. *Liv. 25, 10.* Benigne allocutus Tarentinos, testatusque, quae praestitisset civibus eorum, etc. *Hor. Od. 2, 1, 29.* Latino sanguine pinguior Campus sepulcris impia proelia Testatur. *Tibull. 4, 1, 10.* ut puro testantur sidera coelo. *Quint. 6. proem.* Nullam terras despiciere providentiam, tester? et *8. proem. med.* Ut Graeco verbo testatum est. *Prop. 3, 5, 51.* Sunt Agamemnonias testantia litora curas. *Op. Pont. 1, 9, 43.* Carmina jure damus raros testantia mores. *Id. Met. 14, 306.* nec verba locuti Ulla priora sumus, quam nos testantia gratos. *P.* Et universim affirmo, profiteor. *Cic. Div. 1, 58.* Nunc illa testabor, non me sortilegos, neque eos, qui quaestus causa hariolentur, ne psychomania quidem agnoscere. *Id. Or. 68.* Numerus autem (saepae enim hoc testandum est) non modo non poetice junctus, etc. *Id. Mur. 37.* Ego quod facio, me pacis, concordiae, salutis omnium causa facere, clamo atque testor. *P.* Item testes invoco, adhibeo. *Cic. Q. Fr. 1, 3.* Testor omnes Deos, me hac una voce a morte

esse revocatum; et *Cluent. 68, f.* Sceleratas ejus preces, et nefaria vota cognovimus, quibus illa etiam Deos immortales de suo scelere testatur. *Virg. A. 2, 154.* Vos aeterni ignes, et non violabile vestrum Testor numen. *Pl. Rud. 5, 2, 51.* Venus Cyrenensis, testem te testor mihi. *Prop. 2, 1, 37.* Theus Infernis, Superis testatur Achilles, Hic Ixioniden, ille Menoetiaden. *P.* Item testamentum facere, διαθήκη. *Cic. Inv. 2, 21.* Nostra est pecunia, de qua is, cujus agnati sumus, testatus non est; et *mox:* Possit ne quisquam de filii pupilli re testari. *Liv. 1, 34.* Cum ignorans nrum ventrem ferre, immemor in testando nepotis decessisset. *Quint. 7, 6, f.* Quis dubitaret, quin ea voluntas fuisset testantis, ut is non nato filio heres esset, etc.? *P.* Vetustissimi etiam *testo, as, dixere, teste Prisc. 8, 797.*

TESTU, indecl. et Testum, i, n. operculum fictile ad tegenda vasa culinaria. Cato R. R. 74. et 75. In foco caldo sub testu coquito leniter; et *ib. 76.* Unguito focum ubi coquas, calfacito bene et testum; et *ib. Testo* caldo operito; et *ib. 84.* Omnia in catinum indito: catinum testu operito. *Op. Fast. 5, 509.* Stant calices: minor inde fabas, olus alter habebant, Et fumant testu pressus uterque suo. *Plin. 30, 13, 39.* Fimo ovium sub testu calefacto. Ita *Hard. ex MSS.* *P.* Item vas ipsum fictile. *Petr. Sat. 136. med.* Animadverto Enotheam cum testu ignis pleno venientem. *Op. Fast. 2, 645.* Ara fit: hue ignem curto fert rustica testu. Adde *Mummius, et Afran. ap. Charis. 1, 118.* V. v. sq. *P.* Etiam si vas fictile non sit, nomen retinet. *Plin. 32, 7, 26.* Ranarum corda sub aereo testu discorere. *P.* Omnibus allatis loc. alii leg. *testo:* quidam alicubi *testa.* Sunt etiam qui *testus, us, faciunt masc. gen.,* sed nullo, quod sciam, auctore.

TESTUACIUM, ii, n. κλιβαρίτης ἄρτος, panis genus, quod in testa coquebatur. *Varr. L. L. 4, 22.* Libum, quod libaretur, prius quam essent, (*h. e. comederent*) coctum: testuacium, quod in testu caldo coquebatur, ut etiam nunc Matralibus id faciunt matronae.

TESTUDINEATUS et Testudinatus, a, um, adj. χαμαροστός, fornicatus, concameratus, et incurvus testudinis more. Colum. 12, 15. Crates pastorales culmo textae erigantur, et inter se acclive testudinea to tecto more turguriorum, ficum a rore defendant. *Vitr. 2, 1. med.* Efficiant carbarico more testudinata turrium tecta. *Id. 6, 3.* Cavaedium testudinatum. *V. CAVAEDIUM. Varr. L. L. 4, 33.* Fornix testudinatus. *V. TESTUDO.*

TESTUDINEUS, a, um, adj. χελώνιος, ex testudinis tegumento factus: ut *Testudinea lyra. V. v. sq. Prop. 4, 6, 32.* Aut testudinea carmen inerme lyrae. (Adde *Tibull. 4, 2, 22.*) *Mart. 9, 60.* Testudineum hexaclinum, h. e. sectis testudinum tergioribus ornatum. *Sic Juven. 6, 80.* conopeum. *Jabolen. Dig. 32, 1, 98. extr.* Cui testudinea legata essent, ei lectos testudineos pedibus inargentatos deberi. *P. Testudineus gradus, valde lentus. Pl. Aut. 1, 1, 9.* Si fustum cepero, aut stimulum in manum, testudineum istum tibi ego grandibo gradum.

TESTUDO, dinis, f. χελών, χελώνη, animal ex genere amphibiolorum, foedissimum et pigerrimum, ut ait *Sen. Ben. 7, 9,* testa praedura connectum (unde nomen), quadrupes, tardigradum, caudatum, capite brevi, cervice anguina, adspeciu truci, ut ait *Pacuv. ap. Cic. Div. 2, 64.* Multa de his *Plin. 9, 10, 12,* ubi marinas in India tantae magnitudinis esse, ut singularum superficie habitabiles casas integant, et cymbas faciant. *Id. 32, 4, 14.* earum genera esse ait quatuor, terrestre, marinum, lutatum, et fluviatile: persequiturque plurimas ex omnibus utilitates in medicina. Meminit et *Cic. N. D. 2, 48. et 52. Liv. 36, 32. med.* Testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus videri esse: ubi exserit partes aliquas, quodcumque nudavit, obnoxium atque infirmum habere. *Phaedr. 2, 6.* Testudo cum abdidisset cornea corpus domo. *Sen. ep. 121. med.* Supinata testudo inquieta est desiderio naturalis status: nec ante desinit niti, quater se, quam in pedes constitit. *P. Testudo volat,* proverb. *ap. Claud. in Eutr. 1, 352.* pro quo *Itali dicunt: l'asino vola.* *P.* Testudinum putamina secare in laminas, lectosque et repositoria his vestire, Carvilius Pollio instituit, prodigi et sagacis ad luxuriae instrumenta ingenii, inquit *Plin. 9, 11, 13.* Hinc *Mart. 12, 66.* Gemantes prima fulgent testudine lecti. *Virg. G. 2, 463.* Nec varios inhiant pulera testudine postes. *Op. Met. 2, 737.* Pars secreta domus ebore et testudine cultos Tres habuit thalamos. Adde *Lucan. 10, 120, Juven. 11, 94. et 14, 308.* *P.* Per synecdochen dicitur de organo musico, in quo fides extenduntur, cithara, lyra, barbiton. *V.* dicta in **CHELYS.** *Cic. N. D. 2, 57, f.* Quocirca et in fidibus testudine resonatur, aut cornu. *Virg. G. 4, 464.* cava solans aegrum testudine amorem. *Op. A. Am. 3, 147.* testudo Cylleneae. *Hor. Od. 4, 3, 17.* O testudinis aureae Dulcem quae strepitum, Pieri, temperas. *Id. A. P. 394.* Dictus et Amphion Saxa movere sono testudinis. *Val. Fl. 1, 277.* Thracius hic noctem dulci testudine vates Extrahit; et *ib. 187.* Orpheus testudine blandus. Adde *Juven. 6, 380. et Sil. 11, 290.* *P.* Translate usurpatur de quovis tegumento, testa,

crusta. Mart. 13, 86. ejus lemma *Echinus*: Iste licet digitos testudine pungat acuta, Cortice deposito mollis echinus erit. P Est testudo in re militari, cum conglobati milites, et scuta scutis arce jungentes, invicem se protegent, et ingruentia tela defendunt: Graeci *συναρμωσμένον* dicunt. Liv. 31, 39. Sublatis supra capita scutis, continuatisque ita inter se, ut non modo ad caecos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum loci quidquam esset, testudine facta subibant. Id. 44, 9. Quadrato agmine facto, scutis super capita densatis, stantibus primis, secundis submissioribus, tertiis magis et quartis, postremis etiam genu nixis, fastigiatam, sicut tecta aedificiorum sunt, testudinem faciebant: et in fronte extrema et ex lateribus soli non habebant super capita elata scuta, ne nudarent corpora, sed praetenta pugnantium more: ita nec ipsos tela ex muro missa subeuntes laeserunt, et testudini injecta, imbris in modum, lubrico fastigio innoxia ad imum labebantur. Val. Fl. 4, 146. Diversasque simul socios invadere turmas Admonuit: pergunt rupta testudine fusi. Tac. H. 3, 31. Jam legiones in testudinem glomerabantur. Id. A. 13, 39. Quadripartito exercitu, hos in testudinem conglobatos subruendo vallo inducit: alios scalas moenibus admoveo. Id. H. 3, 27. Elatis super capita scutis, densa testudine succedunt; et ib. 4, 23. Impetu invadere vallum, oppositis plerique scalis, alii per testudinem suorum: scandebantque jam quidam, etc. Caes. B. G. 2, 6. Testudine facta, portis succedunt, murumque subruunt. Virg. A. 9, 505. Accelerant acta pariter testudine Volsci, Et fossas implere parant; et 514. Ferre libet subter densa testudine casus. V. Ammian. 26, 8. med. et Lips. l. 1. Poliorcet. dial. 5. P Item machina lignea subjectis rotis, in qua suspendebatur aries, coriisque crudis, aut centonibus cilicinis tegebatur, ut tutiores essent, qui eam muris admovebant: admota autem, aries emittebatur, qui murum subrueret. Eam, quod tardos habebat conatus, testudinem arietariam dixerunt, ut ait Vitruv. 10, 19., vel quia aries modo exerebat caput, more testudinis, modo retrahebat: vel a figura tegumentis, testudinis tergum referente. Id. ib. 20. et 21. alias describit testudines, quarum item usus in expugnationibus: earumque construendarum rationem tradit. Caes. B. G. 3, 42. Turres, testudinesque agere, et scalis vallum ascendere coeperunt. Adde ib. 50. P In architectura est locus in aedibus fornice tectus in modum testudinis conformato: nam, ut ait Varr. L. L. 4, 33., cavum aedium si sub divo est, dicitur impluvium; si fornice testudinato tectum, testudo. Non solum tamen cavum aedium, sed quaecumque camera fornicata ita appellatur. Cic. Brut. 22. med. Omnibus exclusis commentatum in quadam testudine cum servis litteratis fuisse. Varr. R. R. 3, 5. Testudo fit magna, in qua millia aliquot turdorum ac merularum includere possint; et ib. 6. Pullos refert in testudinem eam, in qua pavones habet. Virg. A. 1, 509. foribus Divae, media testudine templi, Septa armis, solioque alte subnixa resedit. Adde Sisenn. ap. Non. 1, 286.

TESTULĀ, ae, f. *δοκίμιον*, parva testa, vel testae fragmentum. Colum. 11, 3. de porris capitatis: Tum testulae vel conchae quasi sedes in singulis subjectae seminibus adobruuntur, ut fiant capita latioris incrementi. P [Est etiam idem ac lucerna fictilis. Sere. ap. Diomed. 3, 511. Cede testula trita (leg. irrita), Sol occurrit tibi per speculum, Paenope, h. e. tolle lucernam ardentem, quae supervacua est, oriente jam sole. Prud. Cath. 5, 17. seu cava testula Succum linteolo suggerit ebrío. F.] P Testulis in comitiis Atheniensium ferebantur suffragia. Hinc testula collabefieri, ap. Nep. Arist. 1. est damnari. Sic Them. 8. Testularum suffragiis e civitate ejectus. V. OSTRACISMUS.

TESTUM, i, n. idem quod testa, materia fictilis. Sulpic. Sever. H. 2, 2. de statua Nabuchod. f. Sed ferrum atque testum inter se confusum coire non poterat. P De vase fictili V. in TESTU.

TETĀ, ae, f. palumbus: fortasse est a *τέτα*, palumbus. Serv. ad Ecl. 1, 58. Columbae, quas vulgus tetas vocat: et non dicuntur Latine, sed multorum auctoritas Latinum facit.

TETĀNICUS, a, um, adj. *τετανικός*, qui tetano laborat. Plin. 23, 7, 67. Cinis fici datur tetanicis, et spasticis. Id. 26, 12, 81. Peucedani succo perunguntur spastici, tetanici. Adde 32, 10, 41.

TETĀNTHRUM, i, n. *τετανθρον*, medicamentum, quo rugae in cute tolluntur, et pellis extenditur, a *τετανός*, extensus: Latine *tentipellium*. Plin. 32, 7, 24. Ichthyocollam utilem in capitis doloribus affirmat, et tetanothris.

TETĀNUS, i, m. *τέτανος*, omnis convulsio, et rigiditas corporis, vel membrorum: cujusmodi est rigor, et immobilitas cervicis, cum spinae nervi, et musculi utrinque ex aequo obrigerunt, ita ut cervicis vertebrae neutram in partem flecti permittant: a *τέτω*, extendo. Plin. 23, 1, 24. Vinum non est dandum in duritia praecordiorum, neque in opisthotono, tetano. Id. 31, 10, 46. Prodest atrophis, opisthotonis, tetanis. Adde Cels. 4, 3. qui Graece utitur, et Scrib. Comp. 101.

TETARTAEUM, i, n. *τεταρταίον*, numerus quater-

narius: vox Graeca. Colum. 3, 20. Quod indicaverimus eximum genus (*vitium*), id quanta possumus, multitudinis efficiamus; deinde quod proximum a primo: tum quod est tertiae notae, vel quartae quoque: eatenus velut athletarum quodam contenti simus tetartaeo. Alii leg. *tetradio*, quod idem significat: *τετράδιον*, et *τεταρταίον*, a *τετράς*, quaternio. [Schneiderus tamen ex comparatione loci similis ejusd. Colum. ib. 9., quem habes in OLYMPIONCES, pro *athletarum*, aut *lectarum*, ut alii leg., recipiendum putat *equarum*. F.]

TETARTEMORION, ii, n. *τεταρτημόριον*, quadrans, ac speciatim quarta pars zodiaci, hoc est tria signa. Vox Graeca, a *τετάρτος*, quartus, et *μόριον* particula. Plin. 7, 49, 50. Durat et ea ratio, quam Petosiris, ac Necepos tradiderunt, et tetartemorion appellant, a trium signorum portione, qua posse in Italiae tractu CXXXVI. annos vitae contingere apparet. [Hyg. de limit. p. 173. Goes. Cum sol orbem medium conscendit, umbras omnium rerum in hoc nostro tetartemorio meridiano axi facit ordinatas. F.] P Tetartemoria, ae, f. ap. Capell. 9, 315. est brevior toni distantia, quartam ejus partem recipiens, sicut *tritemoria* quae tertiam.

TETER et Taeter, tra, trum, adj. *μαερός*, foedus, turpis, molestus, gravis, horridus. Quidam ducunt ab *ater*, ut proprie nigrum ac tenebrosum significet: itaque scribunt sine diphthongo: unde *tetricus* prima fere correpta. Alii a *taedeo*, ut de re dicatur quocumque modo molesta, et ejus quaeque taedeat: itaque diphthongum adhibent adstipulantibus *Manut.*, *Dausq.*, *Cellar.* et alii, qui testes afferunt, praeter Virgilium Medicum, veterem *Inscr.* ap. *Grut.* 658, 10., ubi *taetra ora* scriptum est, quae tamen *Inscr.* non optima est notae, [et in *Cod. palimps. Frontonis* edito iterum ab *A. Maio* p. 162. F.] Utraque scriptio proba est. *Lucr.* 2, 509. aliis aliud tetricus esset Naribus, auribus, utque oculis, orisque saporis; et ib. 420. Aut foeda specie tetrici turpesque videntur. *Caes. B. C.* 3, 49. Angustis loci, odore tetro, et multitudine cadaverum. *Sall. Cat.* 55. Loca tetrica, inculta, foeda, atque formidolosa. *Cic. Agr.* 2, 17. Tetrae tenebrae, et caligo. *Lucr.* 4, 172. tetra nimborum nocte coorta. *Cic. Tusc.* 4, 20. Taetra et immanis bellua. *Lucr.* 6, 976. nobis coenum terrima cum sit Spurcities, eadem subus haec jucunda videtur; et ib. 21. Tetro sapore conspurcare omnia. *Id.* 1, 934. Tetra absinthia; et 2, 412. cadavera; et 5, 993. ulcera; et ib. 1125. Tartara. *Prop.* 2, 19, 11. venena. *Virg. A.* 10, 727. lavit improba teter Ora cruor. *Hor. Od.* 3, 11, 19. de Cerbero: Spiritus teter, saniesque manat Ora trilingui. *Lucan.* 1, 618. pallida tetricis Viscera tincta notis. *Cic. ad Brut.* 1, 15. med. Taetrum spectaculum. *Id. Cat.* 1, 5. Pestis tetra, horribilis, infesta. *Id. Sext.* 8. Alter, o Dii boni! quam teter incedebat! quam truculentus! quam terribilis aspectus! *Suet. Cal.* 50. Vultum natura horridum ac tetricum, etiam ex industria efferabat. *Juven.* 10, 191. Deformis et teter vultus; et 6, 417. mulier terrima vultu. *Accius* ap. *Non.* 3, 522. Vestitus teter. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 15. terrima hiems. *Petr. Sat.* 35. *extr.* vox. P Translate est malus, dirus, flagitiosus, noxius, turpis. *Cic. Q. Fr.* 2, 13. Homo taeter et ferus. *Id. Coel.* 6. Quis taetrior hostis hunc civitati? et *Vat.* 3. Quamquam sis omni diritate atque immanitate taeterrimus. *Id. Tusc.* 1, 40. Taeterrimum esse in aliquem. *Id. Off.* 2, 22. Nullum vitium taetrius, quam avaritia. *Hor. Sat.* 1, 2, 33. tetra libido. *Catull.* 76, 25. taetrum deponere morbum, h. e. amorem. *Id.* 60, 2. Tam mente dura procreavit ac taetra, Ut supplicis vocem contemptum haberes. *Liv.* 22, 9. f. Tetra prodigia. *Lucil.* ap. *Hor. Sat.* 1, 4, 60. discordia. *Accius* ap. *Cic. Tusc.* 2, 7. Tetri cruciatus. *Cic. Off.* 3, 25. Tetrum facinus admittere. *Id. Q. Fr.* 2, 6. med. Ei tres sententiae taeterrimae defuerunt, h. e. infensae hominum odio habentium. *Id. Verr.* 2, 1, 24. Tetra atque impura legatio, h. e. perniciose iis, ad quos accessit. *Id. Fam.* 10, 14. Teterrimum bellum. P *Tetrum*, adverbii more. *Prud. Cath.* 4, 22. Tetrum flagrat enim vapore crasso Horror consensu aestuante culpa.

TETHALASSOMENON Vinum, ap. *Plin.* 14, 8, 10., est quod marina aqua miscetur: est part. praet. perf. pass. *τεθαλασσομένης*, verbi *θαλασσοῦ*, mari merso, aqua marina misceo.

TETHYA, orum, n. plur. *τήθη* et *τήθια*, *carum* nunc vocant vulgo Tuscii, animalia marina ex genere mollium, quae *molluschi* Itali vocant, quaeque *Linneus* appellat *perperam ascidias rusticas*, cum neutro genere essent efferenda *ascidia rustica*: ab *αἰσθηδίων*, utriculus, quia parvi utris figuram habent: ita vero appellata a *τήθη*, nutrix, quia similia sunt nutricum mammarum, quas Itali ex eadem origine *tette* dicunt. *Plin.* 32, 9, 31. Tethya torminibus et inflationibus occurrunt: inveniuntur haec in scopulis marinis sumentia, fungorum verius generis, quam piscium: eadem et tenesum dissolvunt, renumque vitia. Ita ex *Dalecampio*, etenim *Harduinus* multa perperam immutavit. *Id.* ib. 30. Lateris dolores leniunt tethya similia ostrea in cibo sumpta. *Id.* ib. 10, 39. Cachectis tethya utilia sunt cum ruta ac melle. Haec *Plinius* hausit partim ex *Aristot.* H.

animal. l. 4. c. 6. et de partib. animal. l. 4. c. 5., partim ex *Xenocrat.* de aliment. ex aquatil. c. 29.

TETHYS, yos, f. *Τηθύς*, Coeli et Vestae filia, soror Saturni, et Titani, uxor Oceani, mater fluviorum et Nympharum: ita est appellata a *τήθη*, nutrix, quia humor omnia nutrit. *Or. Fast.* 5, 81. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn; et ib. 168. de Hyadib.: pars credit esse Tethys has nepes, Oceanique senis. *Virg. Cir.* 392. Miratur pater Oceanus, et candida Tethys. *Id. G.* 1, 31. Tethys sibi generum Tethys emat omnibus undis. *Solin. fragm.* in *Anth. Lat.* T. 2. p. 383. *Burm.* Tethya marmoreo secundam pandere ponto. Adde *Colum.* 10, 200. P Haec dicitur magna, et cana a poetis. *Or. Fast.* 2, 191. canamque petit Saturnia Tethyn. *Catull.* 66, 70. Luce autem canae Tethyi restituit. *Stat. Achill.* 1, 222. Delphinus bijuges, quos illi maxima Tethys Nutrierat. *Val. Fl.* 2, 36. palmas Tethys grandaeva sinusque Sustulit. Quidam hujus epitheti *grandaeava* causam afferunt, ut distinguatur a filia Nerei, et matre Achillis. Sed hujus nomen scribitur *Thetis*, *Θητις* cum aspiratione in prima syllaba, quae et corripitur, et i in secunda: et est nepis illius magnae. *Catull.* 64, 28. Tene Thetis teneit pulcherrima Neptunine! Tene suam Tethys concessit ducere neptem! P Metonymice ponitur pro mari. *Lucan.* 1, 413. an sidere mota secundo Tethys unda vagae lunaribus aestuet horis; et 2, 583. Tethynque fugacem Qui ferit Hesperius Baetis. *Sen. Her. Fur.* 886. Quodcumque alluitur solum longo Tethys ambitu. *Sil.* 5, 395. Ceu pater Oceanus cum saeva Tethye Calpen Herculeam ferit. *Id.* 17, 244. ab occasu Tethyn impellit, et ortu. Adde 3, 60., *Claud. Cons. Prob. et Olybr.* 35. et al. *Mart. Spect.* 3 et *Arien. Perieg.* 31.

TETINI, tetinerim, tetinisse. V. TENEO.

TETRACHORDON, i, n. et Tetrachordos, i, m. et f. *τετραχορδον*, et *τετραχορδος*, quatuor chordas, seu quatuor sonos habens. Ab antiquis musicis tetrachordon dicebatur quatuor in ordine positum sonorum congruens fidaeque concordia, ut *Capell.* 9, 324. definit, h. e. quod dicunt recentiores musici una quarta. In toto veterum musicarum vocum systemate quinque tetrachorda constabantur, quibus universa modulationum varietas continebatur; ita tamen, ut dissimiles essent dispositiones, et intervalla tonorum, et hemitoniorum in tetrachordis diatonici generis, chromatici, et harmonici, ut explicat *Vitr.* 5, 4. et *Capell.* 9, 323. P *Tetrachordos machina* dicitur ab *cod. Vitr.* 10, 13. organum hydraulicum, quod quatuor sonorum differentias habet. P Translate anni tetrachordon dixit *Varr.* ap. *Non.* 2, 22. quatuor anni tempora significans, quemadmodum *Maer. Sat.* 1, 19. med. ait, Mercurio attributum fuisse tetrachordon, quia numerus quaternarius significat vel totidem plagas mundi, vel quatuor vices temporum, quibus annus includitur.

TETRACOLON, i, n. periodus quatuor membris constans, *τετρακόλον*. *Sen. Contr.* 4, 25. f. Myrrhedi dicit illud tetracolon: Serviebat forum cubiculo, praeter meretrici, carcer convivio, dies nocti. *Id. ib. praef.* 5. med. de Capitone declamatore: Nulli non post primum tetracolon praefendus. Primum tetracolon quorum faciam, quaeritis? Latronis, Fucsi, Albutii, Gallionis. Alii leg. *tetradeum*.

TETRADIMUM. V. TETARTAEUM.

TETRADORON. V. DIDOROS.

TETRADRACHMUM, i, n. *τετραδράχμων*, nummus quaternas valens drachmas. *Cassius* ad *Cic. Fam.* 13, 13. Nam jam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam est. *Liv.* 37, 58. Tetradrachma Attica triginta quatuor millia septingenta. *Id.* 34, 52. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum: tetradrachma vocant. Trium fere denariorum in singulis argenti est pondus. *Budaeus, Gronov.* aliique quatuor fere legendum recte censent, quia drachma denario Romano fere respondet, ut in ea voce dictum est. Sunt praeterea qui *tetradrachmam* leg., ut sit femin. gen., quod minus placet.

TETRAGNATHION, ii, n. *τετραγνάθιον*, genus quoddam phalangii, quod quadruplicem maxillam habere videtur: a *τετράς*, quaternio, et *γνάθος*, maxilla. *Plin.* 29, 4, 27. Tetragnathii duo genera habent: peior medium caput distinguente linea alba, et transversa altera; at cinereus posteriori parte candicans.

*TETRAGONIS, idis, Asiae opp. sub monte Caucaso, in regione Paropamisadarum. *Plin.* 6, 24. Cartana opp. sub Caucaso, quod postea Tetragonis dictum (est). *B. A.*

[TETRAGONIUM, ii, n. *τετραγώνιον*, idem ac pallium, quod erat quadratum. *Not. Tir.* p. 159. Chlamys, tetragonium. F.]

TETRAGONUM, i, n. *τετραγώνον*, aspectus quadrangularis alicujus astri, apud astrologos. *Auson. Ecl. de ratione puerperii maturi*, 21. Fulgor tetragono aspectus vitale coruscat; et f. Tetragono absolvet dubiarum vincla morarum. Alii priore loco leg. *tetragono aspectu*, ut sit *tetragonus*, a, um, adj. Ceterum nimia hic licentia paenultima corripitur ab *Ausonio*. Absolute tetragonum usurpat etiam *Capell.* 6, 229., *Front. de colon.* p. 122. *Goes.* et *Sidon.* ep. 8, 11. med.

TETRAGONUS, a, um, adj. τετράγωνος, quadratus. *Boeth. Arithm.* 1, 27. Tetragonus numerus dicitur, quem duo aequales numeri multiplicant, *h. e.* $2 \times 2 = 4$. *F.*

TETRALIX, icis, f. τετραλίξ, herba alio nomine erix, et sisara, apibus gratissima. *Plin.* 11, 16, 15. et 21, 16, 56.

TETRAMETER, ra, rum, adj. τετράμετρος. Versus tetrameter dicitur, qui quatuor pedibus constat, eujusmodi est illud carmen, quod in exemplum adducitur a *Diomed.* 3, 506. Fulmina nubibus obvia torques. Sunt tamen alia multa tetrametrorum genera, quae v. apud grammaticos et praesertim ap. *Diomed. l. c.* Terentianus de metr. p. 2430. usurpat tetrametrum in recto casu, quod magis accedit ad Graecam vocem.

***TETRANAULŌCHUS**, i, Thraciae opp., ad Pontum Euxinum. *Plin.* 4, 11. *B. A.*

TETRANS, antis, m. τετρας, quarta pars rei cuiuspiam. *Vitr.* 10, 11. Circino dividuntur circinationes eorum tetrantibus in partes quatuor, vel octantibus in partes octo. *Id.* 4, 2. *med.* Tetrantes columnarum, *h. e.* quarta pars crassitudinis summi scapi columnarum. Adde *ib.* 3. *P.* In re agraria est locus, ubi se conserunt duae lineae, seu duo rigores decussatim acti. *Hyg. de limit.* p. 160. *Goes.* Tetrantum veterum lapides adhuc parent. Adde p. 164. et 181. *P.* Item quidquid eo loco ponitur, ubi duae illae lineae concurrunt. *Front. de limit.* p. 132. Termini lapidei crassi semipede, habentes longum tetrantem. *P.* Item instrumentum ipsum, quo duae illae lineae designantur. *V. Indicem Goesii.* *P.* Tetrantorum pro tetrantum dixit *Vitr.* 3, 3. *med.*

TETRAQ, onis, m. τετραών, avis ex genere anserino, de qua *Plin.* 10, 22, 29. Decet tetraonas suos nitor, absolutaque nigritia, in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit: nec ulla ales, excepto struthio camelo, majus corpore implens pondus, in tantum acuta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eos Alpes, et septentrionalis regio. In aviariis saporem perdunt. Moriuntur contumacia spiritu revocato. *Suet. Cal.* 22. *med.* Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones, Numidicae, Meleagrides, Phasianae. Meminit et *Tert. ad. Marc.* 1, 13. *extr.* [**der Auerhahn.*]

TETRAONYMUS, a, um, adj. τετραώνυμος, quatuor habens nomina. *V. TRIONYMUS. F.*

TETRAPHARMACUM, i, n. emplastrum quoddam, quatuor rebus constans, nempe cera, pice, resina, sevo taurino, aut, si hoc desit, vitulino: valet autem ad pus movendum. *Cels.* 5, 19. n. 9. et *ib.* 26. n. 35. et *Scrib. Comp.* 211., sed Graece uterque. *Veg. Vet.* 4, 28. *med.* Tetrapharmacum, quod facit ad omnia vulnera elimpidanda, et velociter curanda: adipem taurinum ceram, picem, oleum. *P.* Item ferculum quatuor ciborum generibus instructum. *Spart. Hadr.* 21. Inter cibos unice amabat tetrapharmacum, quod erat de phasianis, sumine, perna et crustulo. *Id. Ael. Ver.* 5. Tetrapharmacum, seu potius pentapharmacum, quo postea semper Hadrianus est usus, ipse dicitur reperisse, hoc est, sumen, phasianum, pavonem, pernam crustulatam, et aprugnam. *Lampr. Alex. Sev.* 30. Usus est Hadriani tetrapharmacum frequenter.

TETRAPHORI, V. HEXAPHORI.

TETRAPHYLIA, ae, τετραφυλία, Athamaniae oppidum. *Liv.* 38, 1. *B. A.*

TETRAPLASIUS, a, um, adj. τετραπλασιος, quadruplus. *Capell.* 9, 322. Atque est in tetraplasia ratione, ut sunt duodecim ad tria. *F.*

TETRAPLEURUS, a, um, adj. τετραπλευρος, quadrilaterus: a τετρα in compositis pro τετραγωνα, quatuor, et πλευρα, latus. *V. POLYPLEURUS.*

TETRAPLO, as, a. I. τετραπλασιάζω, quadruplico. *Capell.* 9, 322. Dies tetraplatur. *F.*

TETRAPTOTA, V. DIPTOTA.

TETRAPUS, odis, adj. omn. gen. τετραπους, quadrupes: hoc nomine inscriptus est liber octavus *Apicii*, eo quod in eo agitur de quadrupedum animalium opsoniis et condituris.

***TETRAPYRGIA**, oppidum Ciliciae. *Tab. Peut. B. A.*

TETRARCHA, ae, et Tetrarches, ae, m. τετράρχης, qui quartam regni partem obtinet: a Graeco nomine allato. Ita vocatur non solum qui cum aliis tribus regnum aliquod occupat, sed etiam qui post tetrarchas imperium adeptus est, licet plures sint, vel etiam pauciores: item qui solus eam regionem tenet, quae aliquando a quatuor tetrarchis possessa fuit. *Hirt. B. Alex.* 67. Deiotarus tetrarches Gallograeciae tunc quidem paene totius, quod ei neque legibus, neque moribus concessum esse ceteri tetrarchae contendebant, etc. *Cic. Att.* 2, 9. Qui regna, qui praedia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. *Hor. Sat.* 1, 3, 12. Omnia magna loquens, modo reges, atque tetrarchas. *Lucan.* 7, 226. sicci sed plurima campi Tetrarchae, regesque tenent, magnique tyranni. *Sidon. ep.* 5, 7. Indagavimus tandem qui apud tetrarcham nostrum novi principis amicitias criminarentur, *h. e.* Chilpericum, qui Lugduni rerum potiebatur, diviso tunc in quatuor regna imperio Burgundionum.

TETRARCHIA, ae, f. τετράρχια, principatus quartae partis alicujus regionis. *Cic. Div.* 1, 15. Quod posteaquam a Caesare tetrarchiae regno, pecuniaque mulctatus est. *Id. Deiot.* 15. Negat, unquam se a te in Deiotari tetrarchia pedem discessisse. *Hirt. B. Alex.* 78. Mithridati Pergameno tetrarchiam Gallograecorum jure gentis et cognationis adjudicavit, occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro.

TETRAS, adis, f. numerus quaternarius. *Tert. adv. Valent.* 7. et 8. et *Capell.* 7, 239.

TETRASEMUS, V. DISEMUS.

TETRASONUS, V. BISONUS.

TETRASTICHUS, a, um, adj. τετράστιχος, quatuor habens ordines: a τετρας, quatuor, et στιχος, quaternio. Porticus tetrastichoe (ita enim legi vult *Salmas.* ad *Treb. Gall.* 18.) sunt, quae quatuor habent columnarum ordines. *P.* Tetrastichum, carmen quatuor versibus constans. *Quint.* 6, 3. *f.* Ovidius ex tetrasticho Maeri carmine librum in malos poetas composuit. *P.* Absolute. *Mart.* 7, 84. Quod non in sole scribis tetrasticha quaedam.

TETRASTROPHUS, a, um, adj. qui quatuor strophis constat: a τετρα pro τετραγωνα, quatuor, et στροφή, stropa. *Venant.* 3. *prol.* 4. Credebam enim quasi sono Pindarico compactos tetrastrophos (scilicet versus), pedestri glutine sugillatos, et ac si entymematum parturiens catenatum vinculum, fecunda fluxisse oratio, spiris intertextis, sophismate peregrino. *F.*

TETRASTYLOS, a, um, adj. τετράστυλος, quatuor columnas habens: a τετρας, quaternio, et στυλη, columna. *Vitr.* 3, 2. Frons loci, quae in aede constituta fuerit, si tetrastylis facienda fuerit, dividatur, etc. *Id.* 6, 3. Cava aedium tetrastyla sunt, quae, etc. *P.* Tetrastylon absolute, locus in quo quatuor columnae sunt, vel quatuor columnarum ordines. *Capitol. Gord.* 32. Villa eorum ducentas columnas in tetrastylis habens. *Inscr. ap. Grut.* 124, 1. Ibique sacerdotes in tetrastylis conserunt.

TETRASYLLABUS, a, um, adj. τετρασύλλαβος, qui quatuor continet syllabas. *Mar. Victor.* p. 2486. Quo genere trisyllabi, et tetrasyllabi usque ad hexasyllabos additamento temporum processerunt. *F.*

TETRAZ, acis, m. τετρας et τετρας, aliis idem esse videtur ac tetrao, aliis vero idem ac otis. *Nemes. fragm. de aucup.* 1, 1. Et tetracem, Romae quem nunc vocitant taracem Cooperunt, avium est multo stultissima. *F.*

TETRE et Taetre, adv. foede, turpiter, atque ad eo moleste, graver. *Cato ap. Charis.* 2, 196. Tetre aetatem exigit. *Claud. Laud. Stil.* 2, 135. Blanda quidem vultus, sed qua non tetrius ulla Ultrices fucata genas. *Cic. Div.* 1, 29. Multa facere impure atque taetre, cum temeritate et impudentia. *Id. Dom.* 39. *extr.* Quod senatus severe de religione decerneret, impurissime teterrimeque violasti. *Id. Att.* 7, 12. Istum quidem, cujus φαλακρόν times, omnia teterrime facturum puto.

TETRERARCHUS, i, m. τετρήραρχος, quadrirremium praefectus: a τετρήρης, quadrirremis, et αρχος, princeps. *Not. Tir.* p. 177. Trierarchus, tetrerarchus. Hic perperum triarces, tetrararchus legitur. *F.*

TETRICIANUS, a, um, adj. ad Tetricum pertinens Galliae tyrannum. *Inscr. ap. Grut.* 1063, 10. I. O. M. Cohors I. Aelia Dacorum Tetricianorum. *V. TETRICUS. F.*

TETRICITAS, atis, f. σκνδροπισμός, tristitia vultus, supercilium, severitas, gravitas. *Aust. Pan. ad Pis.* 90. Talis inest habitus (oris), qualem nec dicere moestum, Nec fluidum, laeda sed tetricitate decorum Possumus; supra dixerat: plenus gravitate serena Vultus.

TETRICUS, a, um, adj. σκνδροπός, caperato vultu tristitiam prae se ferens, tristis, severus, asper, rigidus: a teter. Sed a tetro quandoque differt. Etenim *Sidon. ep.* 4, 9. de Vectio viro illustri: Severitas ejus temperamenti, quae non sit tetra, sed tetrica. [**Doederl.* 3, 233. nullam sibi hujus v., neque a teter factam, derivationem utique veram probari dicit: sed fieri posse, ut a v. tetro originatio deducatur, ut tetricus eum significet, qui nullam, ne minimam quidem rem, sine severitate tractare solet, idem fere qui ap. nos Pedant. Cf. quae de discrimine h. v. a difficilis et morosus diximus, [v. in h. v.] *Sen. Herc. Fur.* 579. Et qui fronte nimis crimina tetrica Quaeerunt, ac veteres excutiunt reos. *Op. A. Am.* 1, 721. Hoc aditu vidi tetricae data verba puellae. *Liv.* 1, 18. Disciplina tetrica ac tristis Sabinorum. *Op. Am.* 3, 8, 61. exaequet tetricas licet illa Sabinas. *Id. Trist.* 2, 397. tetricus domitor Chimaerae, *h. e.* Bellerophon aversus ab amoribus, pudicus. *Sen. ep.* 36. Nimis horridi animi et tetrici esse. *Mart.* 6, 10. At quam non tetricus, quam nulla nubilus ira! et 12, 71. Udorum tetricus censor et asper erat. *Id.* 4, 73. et 7, 95. tetricae Deae, *h. e.* Parcae. *Id.* 11, 3. Lectores tetrici. *Claud. Fesc.* 31. Permissisque jocis turba licentior Exsultet, tetricis libera legibus. *Mart.* 5, 20. Nec lites tetricae, forumque triste, *h. e.* graves, seriae, et nullum jocis locum dantes. *Sic.* 10, 19. Totos dat tetricae dies Minervae, Dum centum studet auribus virorum. *Id.* 11, 43. Tetricis vocibus corripere aliquem. *P.* Metonymice. *Id.* 6, 70. Tetricae febres; et 7, 80. tubae, *h. e.* bellicae.

Tetrica rupes, et Tetrica absolute, mons in Sabinis, ita dictus vel quia asperrimus, vel quia incolebatur ab hominibus tetricis et severis. *Virg. A.* 7, 713. Qui Tetricae horrentis rupes, montemque Severum, Casperiamque colunt. *Sil.* 8, 419. et a Tetrica comitantur rupe cohortes. *P.* [Tetricus fuit etiam cognomen Tyranni Galliae sub Aureliano Aug., qui C. Pesuvius Tetricus appellatus est. Ejus vitam scripsit *Trebellius Pollio.* *V. Eckhel. D. N. V. T.* 7. p. 455. *F.*]

TETRINNIO, is, n. 4. verbum fictum ad exprimendam anatum vocem. *Inscr. Carm. de philom.* 22. In fluviisque natans forte tetrinnit avis.

TETRITUDO, inis, f. idem ac tetricitas. *Accius ap. Non.* 2, 854. Ne haec asperabilem tetrītudo mea in occulto faxit.

TETRO, as, a. I. ἀμαρῶς, foedo, conspurco horridum, obscurumve facio. *Pacuv. ap. Non.* 2, 837. Beluarum ac ferarum adventus ne tetret loca.

TETTIGOMETRA, ae, f. τεττιγομήτρα, cicadarum matrix, idest involucrem, ex quo cicadae oriuntur: a τεττις, cicada, et μήτρα, matrix, uterus. *Plin.* 11, 26, 32. Fit primo verniculus, dein ex eo, quae vocatur tettigometra, cujus cortice rupto circa solstitia evolvant, noctu semper.

TETTIGONIA, ae, f. τεττιγόνα, cicadae minoris genus. *Plin.* 11, 26, 32. Quae cicadae canunt, vocantur achetae; et quae minores ex his sunt, tettigoniae, sed illae magis canorae.

TETULI cum deriv. *V. FERRO.*

TEUCA, ae, f. Τεύκη, regina Illyriorum, quae castitate meruit, ut longo tempore viris fortissimis imperaret, et Romanos saepe frangeret. *Plin.* 34, 6. *P.* Teutana audit *Flor.* 2, 5. edd. *Gronov.* et *Graev.* ubi aliae edd. Teuta, Teuca, etc. *B. A.*

TEUCER, V. TEUCRUS.

TEUCERA, ae, oppidum Galliae Belgicae, in Ambianorum terra, non longe a Samarobriva. *Tab. Peut. B. A.*

***TEUCHIRA**, ae, Τεύχιρα, oppidum Cyrenaicae, etiam Arsene dictum. *Plin.* 5, 5. *B. A.*

TEUCHITES, ae, m. τευχίτης, junci odorati species laudatissima: ita dicta videtur a τεύχος, vas, quia vase clausa ex Nabathaea Romam afferebatur, ne quid odoris ejus exhalaret. *Plin.* 21, 18, 72. Laudatissimum ex Nabathaea juncus cognomine teuchites, proximus Babylonius, pessimum ex Africa, ac sine odore, etc.

TEUCRI, orum. *V. TEUCRUS.*

TEUCRIA, ae, f. regio Troadis, vel ipsa Troja: sic dicta a Teucro filio Scamandri. *Virg. A.* 2, 26. Ergo omnis longo solvit se Teucra luctu.

TEUCRION, ii, n. τεύκρion, herba spargens junco tenuis, folia parva, asperis in locis nascens, austero sapore, nunquam florens, neque semen gignens. Medetur lieni: constatque sic inventam (invenit autem Teucer). Cum exta super eam projecta essent, adhaesisse lieni, eumque exinanisse. Ob id a quibusdam splenion vocatur. Narrat, sues qui radicem ejus ederint, sine splene inveniri. Haec *Plin.* 25, 5, 20. **Teucra* audit *eid.* 26, 7. *P.* Alia herba. *Id.* 24, 15. Chamaedrys herba est, quae Latine trixago dicitur: aliqui eam chamaeropem, alii Teucrion appellat. Adde *Appul. Herb.* 24 et 56. *B. A.*

TEUCRIS, idis, f. Τεύκρης, Trojana, Troas. *Sabin.* 1, 81. captivas Teucridas inter Cum staeret conjux Hectoris, atque soror. *P.* In illo *Cic. Att.* 1, 12. et *ib.* 13. *extr.* Teucris illa lentum sane negotium: *ἄνεγμα* esse videtur, et conjecturis campum latum praebens.

TEUCRIUS, a, um, adj. Trojanus, Teucrus. *Sil.* 13, 36. miles quateret cum Teucra bello Moenia.

TEUCRUS et Teucer, cri, m. Τεύκρος, filius Scamandri, nobilis Cretensis, qui una cum patre, cum Creta inopia frugum laboraret, navigavit in Phrygiam, ibique Dardani filia uxore ducta, sedem fixit, nomenque Trojanis dedit, qui passim a *Virg.* Teucrici dicuntur, itemque ab *Or.*, *Val. Fl.* et aliis. *Virg. A.* 3, 108. Teucrus Rhoeteas primus est advectus ad oras, Optavitque locum regno. *Charis.* 1, 11. et 64. Menander Menandri, Teucer Teucrici, aper apri: quamquam Virgilius extulit Teucrus, et Euandrus. Eadem habet *Prisc.* 6, 692. Longiorem de Teucro fabulam habes ap. *Serv.* ad *Virg. l. c.* *P.* Adjective. *Catull.* 64, 344. Cum Phrygii Teucro manabant sanguine rivi. *Op. Met.* 14, 72. Teucras fuerat mensura carinas. *P.* Teucer alius Telamonis regis Salaminis filius fuit, et frater Ajaxis, qui a patre in exsiliu pulsus, quod fratris injuriam ob arma Achilles Ulyssi adjudicata, ultus non fuisse, navigavit in Cyprum, ibique urbem, quam condidit, Salamina appellavit, nomine patriae suae. *Hor. Od.* 1, 7, 21. Teucer Salamina patremque Cum fugeret, etc. Adde *Just.* 44, 3. *P.* Fuit et Teucer tragoedia Pacuvii. *Cic. Or.* 1, 58. *Prisc.* 4, 634. et 5, 668. *P.* et nomen artificis. *Plin.* 33, 12. Habuit et Teucer crustarius famam *B. A.*

TEUDALENSIS, V. THEUDALENSIS.

***TEURNIA**, ae, f. opp. Norici, vulgo Villach, ut placet *Cluverio*, *Harduino* ad *Plin.* ac *Cellario*. *Plin.* 3, 24. Cf. *Inscr. ap. Grut.* p. 473. n. 6. *B. A.*

***TEUTANI**, orum, populi Peloponnesi, in Sicyonia. *Plin.* 3, 5. Pisae (urbs Etruriae) ortae a Pe-

lope Pisisque (in Elide) sive a Teutanis, Graeca gente. Sic ed. Hard. ubi olim legebatur Atintanis. Steph. Byz. Τεῦται ποταμός ἐστὶν ἐν Σικωνίᾳ, ὅντι δὲ Τεῦταιον καλεῖται. B. A.

TEUTATES, ae, m. Deus veterum Gallorum, et Germanorum, qui idem ac Mercurius fuit, quique humana hostia colebatur. Ejus vultum barbatur, diadematum, et duabus alis hinc inde ornatum cernere est in nummis G. Titiae ap. Morell. Num. famil. Rom., ut B. Borghesius in Decad. numism. 11. oss. 2. probat. Lucan. 1, 444. Ex quibus immitis placatur sanguine diro Teutates, horrensque feris altibus Esus, etc. Lactant. 1, 21. in. Galli Esu atque Teutatem humano cruore placabant. Caes. B. G. 6, 17. Galli Deum maxime Mercurium colunt. Tac. G. 9. Germani Deorum maxime Mercurium colunt, cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Adde Mel. 3, 2., Minuc. Fel. Octav. 30. et Tert. ad. Gnost. 7. P Scribitur et Theutates.

TEUTHALIS, idis, f. herba eadem quae sanguinaria, et polygonos. Plin. 27, 12, 91. *Sic ed. Hard. ubi ed. Elzev. scribit theuthalis. B. A.

TEUTHRANIA. V. TEUTHRANTEUS.

TEUTHRANTIS, a, um, adj. Τευθραντίος, ad Teuthrantiam pertinens; quae est regio Mysiae, in qua Caicus amnis oritur. (A Plin. 5, 30, 33. Teuthranta dicitur, Τευθραντία, a Teuthrante Pandionis filio, Thespii patre, Mysiae rege.) Op. Met. 2, 243. Peneosque senex, Teuthranteusque Caicus.

TEUTHRANTIUS, a, um, adj. Teuthranteus, Τευθραντίος, ad Teuthrantem Pandionis filium pertinens, qui fuit pater Thespii, ejus quinquaginta filias, ex Megamede Arnaei filia susceptas, Hercules, praemium leonis interfecti, uxores habuit. Op. Her. 9, 51. Non tibi crimen erunt Teuthranta turba sorores. V. Sen. Herc. Fur. 477. P Teuthrans ap. Prop. 1, 11, 11. et Sil. 11, 288. videtur esse nomen parvi fluvii, aut lacus in Campania, circa Bajas. V. Broukhus.

TEUTHRAS, antis, m. Τευθρας, rex Mysiae. Hygin. fab. 99 et 100. V. et Teuthrantius, a, um, P Teuthras, parvus fluvius. V. in Teuthrantius. P Fuit et Teuthras unus ex Aeneae sociis. Virg. A. 10, 402. B. A.

*TEUTHREDON, onis, m. Τευθρηδών, pater Prothoi, qui cum navibus XL. ad Trojam expugnatum ivit. Hygin. fab. 97. B. A.

*TEUTHRIA, ae, insula maris Hadriatici, Diomedearum una. Plin. 3. c. ult. B. A.

[*TEUTHRION, i, n. herba ap. Plin. 21, 7. Bail.]

*TEUTICUS, i, m. Gentii Illyrici regis orator. Liv. 44, 31. B. A.

*TEUTOBODIACI, orum, populi Galatae. Plin. 5, 32. B. A.

*TEUTOBURGIENSIS, e, ad Teutoburgium pertinens. Tac. A. 1, 60. Teutoburgiensi saltus. B. A.

*TEUTOBURGIUM vel Teutoburgum, i, n. oppidum Pannoniae inferioris. Ant. Itin. P Aliud, a quo Teutoburgiensi saltus, clade Variana nobilitatus. Eruditorum plurimorum consensu hodie vocatur Detmold sive Dietmellen in Westphalia. B. A.

*TEUTOMATUS, i, m. rex Nitiobrigum, populi Galliae. Caes. B. G. 7, 31. et 46. B. A.

TEUTONI, orum, m. plur. Τευτονοί, populi Germaniae prope Cimbras, ad sinum Codanum, quos Marius delevit. Cic. Manil. 20. f. Idem cum Cimbris, idem cum Teutonibus bellum administraret. Caes. B. G. 1, 34. f. Ut ante Cimbris, Teutonibus fecissent. Lucan. 6, 259. Cantaber exiguis, aut longis Teutonibus armis. Adde Sen. Ira 1, 11., Mel. 3, 3. extr. et ib. 6., Plin. 35, 4, 8. et 37, 2, 11. n. 1., Flor. 3, 3., Epit. Liv. 67., Suet. Caes. 11. et Val. Max. 6, 1, n. 3. extr. P Dicuntur et Teutones, um, m. plur. Aurel. Vict. Vir. illustr. 67. Teutones in Gallia, Cimbris in Italia vicit. Vell. 2, 12. med. Gens excisa Teutonum. P Sunt qui scrib. Theutoni, aut Teuthoni.

TEUTONICUS, a, um, adj. ad Teutonones pertinens. Prop. 3, 2, 44. Teutonicas Roma refringat opes. Lucan. 1, 256. Teutonicus furor. Id. 2, 69. Teutonici triumphi, h. e. de Teutonibus acti. Vell. 2, 120. Teutonica militia. Val. Max. 6, 1. f. victoria, h. e. qua Teutones victi sunt. P Item universim ad Germanos pertinens. Mart. 14, 26. Teutonici capilli. Claud. in Eutr. 1, 406. Teutonicus vomer, Pyrenaeique juveni. P Teutonici, orum, absolute, Teutoni. Sen. ep. 94. f. Cum Marius Teutonicos Cimbrasque concideret.

*TEUTRIA, ae, f. insula maris Ionii, Apuliae objecta, una ex Diomedeis. Plin. 3, 26. B. A.

TEXO, is, xui, xtum, a. 3. ἔγωγο, filum filo conserendo telam conficio: a tego, ut taxo, a tago, quia trama stamen tegitur. De texendi modo in RECTA, ae, et TELA dictum est. Ter. Heaut. 2, 3, 44. Textentem telam studiosae ipsam offendimus. Prop. 4, 3, 18. Textitur haec castris quarta lacerna tuis. Tibull. 2, 6, 35. Illa gerat vestes teneas, quas femina Coa Texuit. Prop. 3, 4, 33. in vacuo textetur aranea lecto. Catull. 68, 49. tenuem texens sublimis aranea telam. Cic. N. D. 2, 48. Araneolae quasi rete texunt, ut, si quid inhaeserit, conficiant. P De aliis rebus, quae instar telae nectuntur. Virg.

G. 1, 266. Nunc facilis rubea texatur fiscina virga. Id. A. 11, 64. molle feretrum Arbutis texunt virgis, et vimine querno. Id. G. 2, 371. Texendae sepes etiam, et pecus omne tenendum. Prop. 3, 2, 36. Texere rosas, h. e. corollas facere. [*Ov. Met. 10, 123. Tu modo texebas varios per cornua flores. Bail.] Virg. G. 4, 250. Apes floribus horrea texent. Id. Ecl. 9, 42. lentae texunt umbracula vites. Plin. 21, 18, 69. Texere tegetes. Id. 13, 12, 23. et 25. chartas; et ib. 11, 22. navigia ex papyro; et 18, 26, 63. qualos, crates, fiscinas. Lucan. 4, 131. cana salix madefacto vimine parvam Texitur in puppim. Mart. 7, 2. de lorica: Quam vel ad Aetolae securam cuspidis ictum Texuit innumeri lubricus unguis apri. Id. 14, 38. Texere tecta calamis paludis. P Pro construere, fabricari. Cic. Att. 4, 16. f. Paulus in medio foro basilicam jam paene texuit. Virg. A. 11, 326. Bis tenas Italo texamus robore naves. Prud. per. 10, 846. immanem pyram Texebat ustor fumidos pinu arida. P Translate. Cic. Fam. 9, 21. Privatas causas, easque tenues, agimus subtilius: capitis, aut famae scilicet ornatus: epistolas vero quotidianis verbis texere solemus. Pl. Trin. 3, 3, 68. Quamvis sermones possunt longi texier. Cic. Q. Fr. 3, 5. Sane texebatur opus luculenter, h. e. libri de republica. P Allegoria est in illo ejusd. Or. 3, 60. f. Quamquam ea tela textitur, et ea incitatur in civitate vivendi, ut, etc. et Ov. Pont. 1, 3, 27. Cum bene firmarunt animum praeccepta jacentem, Rursus amor patriae ratione valentior omni, Quod tua texerunt scripta retexit opus.

TEXTERNA, ae, f. taberna, vel officina textoris. Appul. Flor. n. 9. Vestem de texterna emere, baxeas de suterna praestinare. Alii leg. textrina, et sutrina.

TEXTILIS, e, adj. ἱφαντός, πλεκτός, texendo factus. Cic. Tusc. 5, 21. Textile stragulum. Virg. A. 3, 485. Textilia dona; et Sen. Med. 572. et Plin. 33, 3, 19. Aurum netur, et textitur lanac modo et sine lana; et mox: Agrippina induta paludamento, auro textili sine alia materie; et Lucr. 2, 35. Textiles picturae; et Val. Max. 9, 1. n. 4. extr. Tabernacula textilibus signis adornata. Mart. 6, 80. Textilia sarta. Alii leg. tonsilia. Cic. vertens Sophoclis carmina, Tusc. 2, 8. Ipse illigatus peste intermor textili, h. e. tunica imbuta sanguine Nessi. Petr. Sat. 55. Induere ventum textilem, h. e. vestem tenuissimam subtilitate ventos aequantem, nebulam lineam. Mart. 12, 31. textilis umbra supini Palmitis. P Absolute textile est pannus textus, ἕπος, ἕρμα. Cic. Leg. 2, 18. Textile ne operosius, quam mulieris opus menstruum. Liv. 45, 35. Navis ornata spoliis non insignium tantum armorum, sed etiam regionum textilium. Prop. 1, 14, 22. Quid relevat variis serica textilibus? Plin. 13, 9, 18. Palmae foliis utuntur ad textilia. P Ex Lucr. 5, 1349. discimus, prius vestes pelliceas nodis aut spinis circa corpus adnexas, deinde tegumenta quaedam rudia ex junceis, viminibus, philyris, papyro, ac tandem ex lana in restis modum torta, et instar stoeae plexis nexisque fuisse contexta: deinde post ferri usum inventum opus textile ab Aegyptiis, teste Plin. 7, 56, 57., apud quos lini copia fuit. Lucr. 1. c. Nexilis ante fuit vestis, quam textile tegmen: Textile post ferrum est. V. Sen. ep. 90. med.

*TEXTIO vel Testio, onis, f. textura. Schol. Antiq. in Juvenal. Sat. 2, 76. p. 585. ed. Cramer. Multicia dicuntur vestes subtilissimae, ob multitudinem testionis et filorum. V. Cramer. annotationem ad l. B. A.

TEXTOR, oris, m. ἕρμανης, qui textit. Hor. Ep. 1, 19, 13. simulat textore Catonem. Mart. 12, 59. Hic instat tibi textor, inde fullo. Juven. 9, 30. Laceras male percussas textoris pectine Galli. Adde Cic. Planc. 25. med., ubi alii leg. tector, et Pl. Aul. 3, 5, 45.

TEXTORIUS, a, um, adj. ἕρματικός, ad textorem, et ad texendum pertinens. Colum. 9, 6. Alvearia opere textorio salicibus connectuntur. P Translate. Sen. ep. 113. med. Textorium, inquis, totum mehercule istud est, h. e. captatorium

TEXTRICULA, ae, f. parva tatrix. Arnob. 5, 166. Textriculae puellae.

TEXTRINUS, a, um, adj. ἕρματικός, ad texendum pertinens, textorius. Firm. de err. prof. relig. 17. Minerva tatrix artis magistrae. P Textrina absolute, et Textrinum, ars, et officina textoris, ἰστοργεῖον. Vitr. 6, 7. f. Plumariorum tatrixnae, pictorumque officinae. Cic. Verr. 2, 4, 26. Nulla domus in Sicilia locuples fuit, ubi iste non tatrixnum instituerit. Est qui leg. tatrixnam; et ib. 46. Quod oppidum istum tatrixnum ad muliebrem vestem conficiendam fuit. Sen. ep. 90. med. Posidonius tatrixni quoque artem a sapientibus dixit inventam. Suet. Gr. 23. Palaemon mulieris verna primo, ut ferunt, tatrixnum, deinde, herilem filium dum comitatur in scholas, litteras didicit. Alii leg. tatrixnam, h. e. texendi artem: quo sensu affertur solet et locus Plin. 11, 24, 28., ubi pro pertinax ratio tatrixnae legitur per se tenax ratio tramae. Hieron. ep. 117. n. 8. Torosulus juvenis, qui ipse sacculum signet, tatrixnum teneat, pensa ditribuat, regat familiam. P Translate tatrixnum est navale, ubi textuntur na-

ves, ναπηγόν. Enn. ap. Serv. ad A. 11, 326. Idem campus habet tatrixnum navibu' longis.

TEXTRIX, icis, f. ἕρμας, mulier textoriae artis perita. Tibull. 2, 1, 65. Atque aliqua assidue tatrix operata Minervam Cantat. Alii leg. assidue tatrix operata Minervam Cantat. Alii leg. assidue tatrix operata Minervae. Mart. 4, 19. de endromide: Requanicae pinguem tatrixcis alumnam. Inscr. ap. Reines. cl. 9. n. 77. Tatrix vestiaria tenuiaria. Appul. Met. 6. Modicum te progressam tatrixcis orabant anus, h. e. Parcae, quae vitae stamina texunt.

TEXTURĀ, ae, f. ἕρμας, ἕρμας, συμπλοκή, actus texendi, vel etiam opus texendo factum. Lucr. 3, 210. Quam tenui constet textura, quamque loco se Contineat parvo. Prop. 4, 5, 23. Coae textura Minervae. Pl. Stich. 2, 2, 24. Ut operam omnem araneorum perdam, et texturam improbam. Lucan. 9, 777. laterum textura, cavumque Pectus.

TEXTUS, a, um, part. a texo: ἕρματός, consertus, intextus. Cic. N. D. 2, 60. Tegumenta corporum vel texta, vel suta. Mart. 11, 56. texta purpura. Sen. Ag. 883. Induere conjugis fidae manu textos amictus. Val. Fl. 4, 93. Sol bissenno sidere textam Lorica induitur. Id. 2, 409. Dona duci promit chlamydem, textosque labores, h. e. in chlamyde intextos. Hor. Epod. 2, 45. claudere textis cratibus laetum pecus. Ov. Fast. 6, 262. Et paries lento vimine textus erat. Stat. Th. 1, 583. vimine querno Texta domus. Plin. 30, 10, 27. Casae fissis arundinibus textae. Liv. 30, 3. f. Arundine textis, stoeaque tectis hibernaculis habitare. Ov. Fast. 4, 435. implet lento calathos e vimine textos; et ib. 870. Textaque composita juncea vincla rosa. Sen. Herc. Fur. 807. Tunc gravia monstri colla permulcens manu, Adamante texto vincit, h. e. catena solida et infragili. Virg. A. 5, 588. Creta fertur labyrinthus in alta Parietibus textum caecis iter, ancipitemque Mille viis habuisse dolum. P Textum, absolute, vestis texta, pannus; et quodcumque opus textum. Ov. Her. 9, 163. Illita Nessaeo misi tibi texta veneno; et ib. 17, 223. Purpura nempe mihi, pretiosaque texta dabuntur. Id. Met. 8, 640. rude textum. Mart. 8, 28. Babylonica picta superbe Texta, Semiramia quae variantur acu. Id. 13, 51. texta rosas facta, h. e. corollae. Catull. 64, 10. et Or. Met. 14, 530. et Fast. 1, 506. pinea texta carinae. Mart. 3, 58. Vimineo texto ferre ova. P Ipsa textura alicujus rei. Stat. Th. 10, 56. pepli mirabile textum. Virg. A. 8, 625. clypei non enarrabile textum; et Lucr. 6, 1052. ferrea texta. Adde 5, 95. et Th. 5, 354. P Translate. Quint. 9, 4. med. Neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rarum, laetioribus numeris corrupendum erat; et Appul. Apol. Omne calumniae textum retexere. P Textum pro testu legitur a multis ap. Cat. R. R. 76. et 84.

TEXTUS, us, m. ratio texendi, textura. Lucr. 4, 729. multo magis haec sunt tenuia textu, Quam quae, etc. Plin. 9, 37, 61. Capiuntur purpurae parvulis rarisque textu veluti nassis; et ib. 35, 58. Lolliam Paulinam vidi smaragdis margaritisque operatam, alterno textu fulgentibus. Id. 18, 7, 10. n. 6. Grana in stipula crinito textu spicantur. P Transferitur ad contextum orationis. Quint. 8, 6. med. Praeter haec usus est allegoriae, ut tristitia dicamus melioribus verbis, aut bonae rei gratia quaedam contrariis significemus, aliud textu. Manil. 3, 270. quarum ratio manifesta per artem Collecta est, venietque suo per carmina textu. Ammian. 15, 7. Rem brevi textu percurram; et ib. 8. Ut ostendit textus superior, h. e. verba praedicta. Id. 27, 12. f. Quod contra foederum textum juventur Armeniae; et ib. paulo sup. Textus gestorum. Sic 28, 1. Hymettii negotium est actitatum, cujus hunc fuisse novimus textum.

TH

[THABENENSIS, e, adj. ad Thabenam pertinens, Numidiae urbem, non procul ab ora maritima, Byzacenam versus, cujus meminit Hirt. B. Afr. 77. Hinc Thabenenses, ium, incolae illius urbis, ap. eund. ib. Thabenenses, qui sub ditione et potestate Jubae esse consuessent, in extrema ejus regione maritima locati. F.]

*THABUSION vel Thabusium, i, n. nomen castelli in majore Phrygia. Liv. 38, 14. B. A.

[THAIS, idis, f. Θαῖς, meretrix famosissima Alexandrina, quae se quaestus causa Athenas contulit. Prop. 2, 5, 3. Turba Menandreae fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. Id. 4, 5, 43. Thais pretiosa, h. e. quae magno pretio noctes suas amatoribus vendebat. F.]

*THALA, ae, f. oppidum Numidiae. Sall. B. J. 75. (al. 78.) Tac. A. 3, 21. Flor. 3, 1. B. A.

THALAMEGUS, i, m. θαλαμηγός, navis deliciae magis, quam belli causa ornata, thalamis et cubiculis instructa, pretiosisque obducta velis, aliisque regii ornamentis, qua utebantur reges Aegypti sursum prorsum Nilo navigantes solatii causa; inventa a Philopatore rege, et ab aliis deinceps usurpata: videturque ita dicta παρὰ τὸ ἄγειν τὸν θάλαμον, h. e. quia thalamos habet, et cubacula. Suet. Caes. 52. de Caesare et Cleopatra: Eadem nave tha-

lamego paene Aethiopia tenus Aegyptum penetravit. *Sen. Ben.* 7, 20. hujus generis naves *cubiculatas* vocat, *Plin.* vero 7, 30, 31. in *vittatas*.

THALAMUS, i, m. *θάλαμος*, cubiculum interius sponsorum, aut conjugum: item universim feminarum in aedibus. Vox Graeca, et poetica. *Vitr.* 6, 10. In prostradis dextra ac sinistra cubacula sunt collocata, quorum unum thalamus, alterum amphithalamus dicitur. *Virg. A.* 6, 623. Hic thalamum intravit natae. *Ov. Met.* 10, 456. thalami jam limina tangit, Jamque fores aperit: jam ducitur intus. *Id. Her.* 12, 57. Ut positum tetigi thalamo male saucia lectum. P Item cubile, lectus. *Prop.* 2, 12, 14. Lacaena Cum Menelaeo surgeret e thalamo. *Id.* 3, 5, 63. Sed thylae thalamo, aut Oriciae terebinthi Effulso pluma versicolore caput. *Petr. Sat.* 26. Thalamum veste exornare. P Saepere refertur ad nuptias, et conjugium. *Virg. A.* 4, 550. degere vitam Expertem thalami; et *ib.* 18. Si non pertaesum thalami taedaque fuisset; et *ib.* 7, 253. Quantum in connubio natae thalamoque moratur. *Sen. Oed.* 489. Tradere virginem thalami; et *Troad.* 891. Ire ad thalamos. *Ov. Fast.* 3, 689. Parare thalamos. *Sen. Ag.* 992. Vidua ante thalamos; et *ib.* 256. Consors thalami; et *Herc. Fur.* 852. thalamis jugatae virgines. *Id. Herc. Oed.* 419. Virginum thalamos petit: siqua negata, rapit. *Ov. Met.* 12, 143. Tentasset Peleus thalamos quoque forsitan illos, h. e. illam petisset uxorem; et *ib.* 7, 21. quid in hospite, regia virgo, Ueris, et thalamos alieni concipis orbis? h. e. cogitas habere maritum externum. *Id. Am.* 1, 8, 19. thalamos violare pudicos. *Virg. A.* 9, 593. Turbique minorem Germanam nuper thalamo sociatus habebat; et *ib.* 10, 649. thalamos ne desere pactos; et *ib.* 7, 388. Thalamum alicui eripere. *Stat. Th.* 5, 463. Thalamus coactus. P Dicitur et de quovis habitaculo. *Virg. A.* 6, 280. Ferreique Eumenidum thalami. *Id. G.* 4, 189. de apib.: ubi jam thalamis se composuere, siletur In noctem. *Plin.* 8, 46, 71. de Api: Delubra et gemina, quae vocant thalamos. P [Est etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 639, 8. P. Lucrinus P. L. Thalamus. F.]

THALASSA, ae, f. *θάλασσα*, mare: Graeca vox, qua inscribitur liber nonus *Apicii* auctoris culinarii, quia in eo libro de piscibus marinis condiendis, et de salsamentis agitur. P [Est etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 313, 2. Aelia Thalassa. P Hinc *Thalassus*, i, item cogn. R. *Alia* ap. *eund.* 652, 1. C. Rustius C. L. Thalassus. F.]

THALASSEGLE, es, f. herbae nomen. *Plin.* 24, 17, 102. Democritus tradit, thalassegen circa Indum amnem inveniri, quae ob id nomine alio potamantis appellatur. Hac pota lymphari homines, observantibus miraculis. V. POTAMANTIS.

THALASSEROS, otis, m. *θαλασσερός*, ita appellatur collyrium quoddam ap. *Galen.* de *composit. medicam.* 4, 7. med. ejus ipse compositionem docet. Videtur esse a *θάλασσα*, mare, et *ἰσος* seu *ἰσος*, amor. *Inscr.* ap. *Töchon, Cachets des ocul.* p. 64. L. Saccii Menandri thalasseros delacrymatorium. *Alia* ap. *eund.* *ib.* p. 60. M. Ulpii Heraclitis thalasseros. P Est etiam nomen proprium R. *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 372, 4. Euphrate patri Thalasseros filius fecit. F.]

*THALASSIA, orum, n. plur. pro locis maritimis dixit *Sidon.* ep. 1, 5. B. A.

THALASSICUS, a, um, adj. *θαλασσικός*, idem ac thalassinus. *Pl. Mil.* 4, 4, 43. Palliolum habeas ferruginum: nam is colos thalassicus est; et 4, 6, 67. Nescio quis tecum incedit, ornato quidem thalassico.

THALASSINUS, a, um, adj. *θαλασσινός*, marinus, ut Thalassinus color, idest caeruleus, qui est similis fluctibus maris: a *θάλασσα*, mare. *Lucr.* 4, 1120. teriturque thalassina vestis Assidue.

THALASSIO. V. TALASIO.

THALASSION Phycos, *θαλασσιον φκος*, fucus marinus, herba lactucae similis, trium generum: latum, et alterum longius, quadantenus rubens, tertium crispis foliis, quo in Creta vestes tingunt. *Plin.* 26, 10, 66.

THALASSITES Vinum dicitur, quod cum vasis suis in mare demergitur, ut ejus praecocior sit vestustas, inquit *Plin.* 14, 8, 10. Est autem vox a Graeco *θάλασσα*, mare. V. ABROTONITES.

THALASSOMELI, n. *θαλασσομελι*, aqua medicata aquis portionibus maris, mellis, imbris. Mare ex alto, et ad hunc usum advehunt, fictilique vase et picato condunt. Prodest ad purgationes maxime, sine stomachi vexatione, et sapore grato, et odore. Haec *Plin.* 31, 6, 35. Est a *θάλασσα*, mare, et *μελι*, mel. *Seren. Sammon.* 28, 537. Saepere thalassomeli adjecto cumlavimus imbris.

[THALATTIO, onis, m. dimin. a *θαλάττιος*, marinus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 638, 6. C. Junius Thalatio. Hic perperam altera littera t omis- sa est. F.]

THALES, is, et etis, m. *Θάλης*, vir Milesius, unus ex septem sapientibus, quem Milesii omnium sapientissimum judicaverunt, delato ad eum communi consensu tripode aureo, quem Apollinis oraculo moniti fuerant, sapientissimum omnium debere, ut est ap. *Val. Max.* 4, 1. n. 7. extr. V. SAPIENS. Fuit

primus cultor physicae, astronomiae, geometriae, astrologiae. Aquam sensit rerum omnium esse principium. Ab eo Ionica disciplina fluxit, sicut a Pythagora Italica. *Pl. Capt.* 2, 2, 24. Thalem talento non emam Milesium; nam ad sapientiam hujus nimis negotator fuit. *Cic. N. D.* 1, 33. Usque a Thale Milesio. *Id. Or.* 3, 34. Praeter Milesium Thalem. *Appul. Flor.* n. 18. Thali ea merces persolvitur ab omnibus. *Val. Max. l. c.* Tum Milesii consensu Thaleti mensam dederunt. P Ferunt, deambulantes, et intente coelestia suspicientem, in puteum, quem non adverterat, incidisse. *Tert. Anim.* 6. f. Enormis intentio philosophiae solet plerumque nec prospicere pedibus: sic Thales in puteum. P Ejus dictum celebre fuit, *Ἐγγύα, παρὲν ὀρη δ' ἀνή*: Sponde, noxia est praesto, ut est ap. *Anson.* in *VII. Sap.* 7. P Primam syllabam recte corripit *Anson.* in *VII. Sap. de Cleobul. f.* et de *Thalet. in.*, productum *Sidon. carn.* 15, 45. 79. et 89.

*THALESTRIS, regina Amazonum, quam alii Minitheam vocant. Haec cum trecentis mulieribus occurrit, triginta quinque dierum inter confertissimas gentes itinere facto, Alexandro in Hyrcania res gerenti, ut liberos ex rege susciperet, et, ut visa est uterum implese, discessit. *Curt.* 6, 5. P *Θαληστρία* est *Straboni.* B. A.

THALETICUS, a, um, adj. a Thalete. *Sidon. carn.* 15, 89. Quartus Anaxagoras Thaletica dogmata servat.

THALIA, ae, f. una Musarum, dicta a *θάλλειν*, quia semper virescat poetarum gloria. Graece est *Θάλεια*, unde Latinum Thalia in i longum converso. *Serv.* ad *Ecl.* 6, 2. ait, *Thalea* per e Latine dici debere, ut in *Cytherea*, et *Medea*. Et sane in Romano codice sic scribi monet *Pierius*. Non tamen *Maronem* sic scripsisse verisimile est, quando *Servius* ipse agnoscit, eum propter euphoniā *Thalia* per i maluisse. Et sane utrumque rectum est, cum ei nunc abeat in i, nunc in e longum. *Virg. ib.* Nostra nec erubuit silvas habitare Thalia. *Festus*: Thalea nomen dictum alii ab aetatis flore ajunt, alii quod carmina semper floreat. V. MUSA. P Est etiam una Gratiarum. Hae enim tres sunt, *Aglaie, Thalia, Euphrosyne*. V. GRATIAE. P Item Nymphae nomen in Sicilia, juxta Symaethum fluv. *Virg. A.* 5, 826. V. PALICUS.

[THALIARHUS, i, m. *Θαλιάρχος*, magister convivii: a *θάλα*, convivium, et *ἀρχός*, princeps. Est nomen proprium, fictum fortasse, juvenis cujusdam, qui convivii paulo liberius delectari consueverat, ap. *Hor. Od.* 1, 9, 8. P Est etiam cogn. R. *Inscr.* in *Giorn. Arcad.* T. 28. p. 348. L. Vettius Thaliarchus, h. e. Thaliarchus. F.]

THALIETRUM, i, n. *Θαλιετρον*, herba folio coriandri, sed paulo pinguiore, caule papaveris, in campetribus praecipue nascens, utilis contra ulcerā. *Plin.* 27, 13, 112., ubi *Hard.* leg. *Thalietrum*, ex MSS. [*Al. leg. *Thalietrum*. *Bail.* Ceterum est, quod nos dicimus *Krötendistel, Heilblatt*.]

[THALINUS, a, um, adj. *θαλίνοσ*, e germibus seu ramis factus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 241. col. 2. Jegius Thalinius. F.]

THALLA. V. TALIA.

*THALLI, orum, populi Asiae ulterioris, de quibus *Plin.* 1, 5. Thallus iis esse confines, qui ab oriente Caspii maris fauces attingerent. Sic ed. *Hard.* ubi antea *Thalos* legebatur. B. A.

[THALLUMETUS, i, m. nomen proprium liberti T. Pomponii Attici: a *θαλλός*, germen, et *μητός*, progentia. *Cic. Att.* 5, 12. Quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros. F.]

THALLUS, i, m. *θαλλός*, caulis, germen virens plantarum: a *θαλλω*, vireo, pullulo. De caepis *Colum.* 11, 3. f. Nisi arundines disposueris, thalli caeparum ventis prosterentur. *Pall.* 2, 24. Vellendi sunt thalli adhuc semisicci cum semine, et sic in sole siccandi. Addunt et *Lucil.* ap. *Non.* 3, 67. P De termitte olivae *Virg. Cir.* 376. Amyclaeo spargens altaria thallo, [h. e. quem Itali *aspersorio*, et *aspergolo* dicunt. P Est etiam cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 2073, 7. M. Thessius Thallus. F.]

[THALLUSA, ae, f. *θαλλουσα*, florens, germenans: particip. praes. a *θαλλω*, floreo, germino. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabrett.* p. 3. n. 13. Claudia Thallusa. F.]

[THALNA, et Talna, ae, m. cogn. R. ignotae originis et significationis. In *Fast. cons.* ap. *Grut.* 293. ad ann. U. C. DXCI. M. Juventius T. F. T. N. Talna. Hujus meminit etiam *Liv.* 45, 21. *Cic. Att.* 13, 29. Incidimus in Talam modestum et frugi. *Consule B. Borghes.* in *Decad. numism.* 5. oss. 5. F.]

*THALPIUS, i, m. unus ex prociis Helenae, qui cum Graecis ad Trojam expugnatum ivit. *Dict. Cret.* 1, 17. med. V. *Hom. Il. B.* v. 620. *Appoll.* 3, 10. B. A.

[THALPUS, i, m. *θάλπος*, calor. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 250. col. 2. C. Virius C. L. Thalpus. F.]

*THALUDAEI, orum, populi Arabiae. *Plin.* 6, 28. B. A.

[THAMBUS, i, m. *θάμβος*, stupor. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 911, 2. M. Julius Aug. L. Thambus. F.]

*THAMAR, Arabiae fluvius. *Plin. ib.* P Item oppidum Judaeae. V. v. sq. B. A.

*THAMARO, oppidum Judaeae. *Tab. Pent.* P In V. T. *Thamar*, et *Hazezon*. vel *Hazezon. Thamar*, vel *Hazezon. Engeddi* appellatur. V. *Genes.* 4, 7. et 10, 2. et *Paralipom.* 20, 2. B. A.

*THAMNITICUS, a, um, adj. ad Thamnium vel Thamnathare spectans. *Plin.* 5, 14. Toparchia Judaeae Thamnica. B. A.

*THAMUDENI, orum, populi Arabiae Felicis. *Plin.* 6, 28. P Eorum caput *Badanatha* dictum, teste *cod. ib.* B. A.

[THAMUGADENSIS, e, adj. ad Thamugadem pertinens, Numidiae urbem, ejus mentio est in *Inscr.* ap. *Grut.* 1090, 16. L. Aelius Perpetuus legatione functus patriae coloniae Ulpiae Thamugadis ex Numidia. *August. ep.* 164. Thamugadensis episcopus. F.]

THAMYRIS, is, m. et Thamyras, ae, m. *Θάμυρις*, poeta Thessalus ex Oechalia urbe, dicitur cum Musis de cantu certasse, (ea conditione, ut si vinceret, eas sibi omnes morigeras haberet; si vinceretur, earum arbitrio vapularet) victusque lyra et oculis mulcatus fuisse. *Prop.* 2, 18, 19. Me licet et Thamyrae cantoris fata sequantur. *Ov. Am.* 3, 7, 62. Quid miserum Thamyran picta tabella juvet? *Adde Ib.* 274. et *A. Am.* 3, 399. Sic *Stat. Th.* 4, 183. mutos Thamyris damnatus in annos, Ore simul, citharaque (quis obvia numina temnat?) Conticuit praereps.

[THAMYRUS, i, m. congregatus: a *θάμυρις*, congregatio, ap. *Hesych.* Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Mur.* 2097, 37. T. Marcius Thamyrus. F.]

THANATIUS, ii. V. ASCLEPIODOTON.

THANNUM et Thannum, i, n. *Θάμνος*, frutex quidam, cujus flores et coliculus teneros reponi jubet *Colum.* 12, 7., et conditurae servari. [Scribitur et *tannus*, q. v. v. s. l. *Tert. Anim.* 32. Empe- docles quia se Deum delirarat, idcirco, thannus et piscis fui, inquit. Cur non magis et pepo tam insulsus, et chamaeleon tam inflatus? F.]

*THAPSACUS vel Thapsacus, i, *Θάψακος*, Syriae oppidum, ad Euphratem fluvium. *Plin.* 5, 24. P Dicitur et Amphipolis, teste *cod. ib.* B. A.

*THAPSAGUS, i, oppidum Libyae interioris. *Plin.* 5, 5. B. A.

THAPSIÄ, ae, f. *Θαψία*, frutex quidam foliis foeniculi, caule inani, nec excedente baculi longitudinem, semine ferulae, radice candida. Incisus lacteo succo manat: vim autem habet venenatam, quippe qui etiam effodientibus nocet: remedium autem est cerato corpus prius obducere. Dicitur est a Thapso paeninsula Africae, ubi plurimum provenit, et vehementissimum est. Habet aliquis usus in medicina. *Plin.* 13, 22, 43. [*Thapsia Asclepium, L.] P *Lucan.* 9, 919. Thapson *Erycinam* cognomine appellat, quia in Eryce quoque Siciliae monte invenitur: unde et *Thapsia* dicitur a *Nicandro* in *Theriacis*. [*Summa est lectionis varietas: alii enim leg. *thapsus*, et *thapsos*, et *taxos*, et *taxus*.]

[THAPSITANUS, a, um, adj. ad Thapsum pertinens, Africae Byzacena oppidum maritimum, cujus meminit *Hirt. B. Afr.* 28. [*Cf. *Mannert. Geograph.* X, 2. p. 241.] Hinc *Thapsitani*, vel *Tampaitani*, orum, absolute, sunt illius oppidi incolae. *Id. ib.* 97. Thapsitanis Caesar HS. XX. millia, conventui eorum HS. XXX. millia multae nomine imponit. *Inscr.* ap. *Grut.* 512. lin. 28. Tampsitanorum, Leptitanorum, etc. F.]

THAPSOS. V. THAPSIÄ.

*THAPSUS vel Thapsus, i, f. *Θάψος*, paeninsula Siciliae, cum oppido maritimo, non longe a Syracusis. *On. Fast.* 4, 477. *Virg. A.* 3, 689. *Sil.* 14, 207. *Insulam* appellat *Serv.* ad *Virg.* l. c. Thapsus insula non longe a Syracusis, plana et paene fluctibus par. *Servio* astipulatur *Dioscorides*, *νήσορ* dicens, itemque *Anton.* in *Itin.* p. 517. ubi lege *Weselingii* notat. Fallitur *Marcellus*, cum vult Thapsum unam esse Sporadam, quamvis praeeuntem haberit *Nicandri Scholiastam*, in *Theriac.* v. 539. P Item oppidum Africae propriae, in Byzacena, Caesaris bello ac victoria illustratum. *Liv.* 33, 48. *Auct. B. Afr.* 28. 44. 46. 79 et 80. *Plin.* 5, 4. P Scribitur et sine aspiratione. B. A.

*THARNE, es, f. locus quidam, de quo *Plin.* 11, 37. Circa Briletum et Parnetha. *Id. ib.* At in Bri- leto et Tharne, cet. B. A.

*THARRIAS, ae, m. medicus quidam, de quo *Cels.* 3, 20. in. et 21. med. B. A.

[THARSÄ, ae, m. cogn. R a *θάρασος*, audacia. *Inscr.* mendosa ap. *Reines. cl.* 16. n. 36. et *Don. cl.* 5. n. 32., emendatior et plenior ap. *Rezzonic. Disquis.* *Plin.* p. 67. et *Giovio Lett. Lar.* p. 217. C. Plinius Calvos VI. Vir sibi, et Plinius Tharsae, et Verecundae Pat. h. e. patronis. F.]

THARSOMENUS, Thrasymenus, ap. *Quint.* 1, 5. med. V. CATAMITUS.

[THARSUS, i, m. *Θάρσος*, audax. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Grut.* 1124, 3. T. Maevius Tharsus. F.]

*THASIE, es, f. regio Asiae, in Iberia. *Plin.* 6, 10. Regio Thasie. B. A.

THASIIUS, a, um, adj. Θάσιος, ad Thasum, Θάσιον, pertinens, quae est insula Thraciae in mari Aegaeo, valde ferax frugum et marmoris. Unde Stat. Sil. 1, 5, 34. Non huc admissae Thasos, aut undosa Carystos; et ib. 2, 2, 92. Hinc Nomadum lucent flaventia saxa, Thasiue. Sen. ep. 86. med. Thasius lapis, quondam rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras circumdedit. Plin. 36, 6, 5. Fecere et e Thasio Cycladum insularum, aequae et e Lesbio: lividius hoc paulo. Virg. G. 2, 91. Sunt Thasiae vites, sunt et Mareotides albae. Varr. ap. Gell. 7, 16. et Plin. 15, 22, 24. Thasiae nuges, et Albenses celebrantur. Vet. Poeta ap. Plin. 14, 14, 16. Quinque Thasi vini depromam, bina Falerni. Plin. ib. 18, 22. Thasos duo genera vini diversa facere proditur, unum quo somnus concilietur, alterum vero, quo fugetur. P [Thasii, orum, absolute, sunt incolae illius insulae. Nep. Cim. 2. Thasios opulentia fretos suo adventu fregit. F.] P Scribitur et Thassus, Thassius.

*THASIIUS, i, m. Delius, sacerdotis cujusdam Apollinis filius, a canibus consumptus est. Hygin. fab. 247. P Thasus vel Thrasus audit Ovid. in Ibin v. 477. ubi priorem formam habet ed. Burman. posteriorem ed. Heins. B. A.

*THATICE, es, f. Aegypti oppidum, Aethiopiae contemnum. Plin. 6, 29. Tacompson, quam quidam appellaverunt Thaticen. B. A.

*THAUMACI, orum, Θαυμαζοί, oppidum Thessaliae, in Magnesia, non procul a sinu Maliaco. Liv. 32, 4. Thaumacos—aggeribus oppugnabat. Id. 36, 14. Thaumaci loco alto siti. Cf. Strabo. P Thaumacia vel Thaumacie est Plin. 4, 9. V. et Steph. Byz. et Homer. Il. B. v. 719. B. A.

*THAUMACIA, vel

*THAUMACIE. V. v. praec. B. A.

*THAUMANTEUS, a, um, adj. Θαυμαντιεύς. Virgo Thaumanteus. Ov. Met. 14, 845. Est ipsa Thaumantias Iris.

*THAUMANTIAS, ādis, et

*THAUMANTIS, idis, f. adj. Θαυμαντίας, et Θαυμαντίς, Iris, filia Thaumantis ex Electra, filia Oceani, soror Harpyiarum. Haec est ministra Junonis, sicut Mercurius Jovis, et Triton Neptuni, ut est ap. Stat. Sil. 3, 3, 80. Dicta est a θαύμα, miraculum, quia Iridem omnes mirantur propter varietatem et suavitatem colorum. Cic. N. D. 3, 20. Ob eam causam, quia speciem habeat admirabilem, Thaumante dicitur esse nata. Virg. A. 9, 5. Ad quem sic roso Thaumantias ore locuta est. Ov. Met. 4, 478. Laeta redit Juno: quam coelum intrare parentem Koratis lustravit aquis Thaumantias Iris. Id. ib. 12, 647. Morphoea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus Eligit. Val. Fl. 8, 115. cum veste recincta Labitur ardentis Thaumantias obvia Phoebo. P Etiam Jovis ministra esse dicitur. Claud. Rapt. Pros. 3, 1. Juppiter interea cinctam Thaumantida nimbis Ire jubet, totoque Deos arcessere mundo. Adde Virg. A. 9, 803.

[THAUMASTUS, a, et ē, um, adj. Θαυμαστός, ἦ, ὄν, cum admiratione spectandus. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 844, 5. Q Pomponius Thaumastus. Alia ap. Grut. 1047, 1. Verania Thaumaste. F.]

*THEATETUS, i, m. Θεαίτητος, titulus unius ex Dialogis Platonis, in quo disputat adversus falso jactatam a Sophistis scientiae comparandae rationem. Gell. 13, 18. B. A.

[THEAGENES, is, m. et f. a Dea genitus, et

[THEAGENIS, idis, f. a Dea genita: a Θεά, Dea, et γένος, nascor, gignor. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 131. n. 67. Cn. Julius Theagenes. Alia ap. eund. p. 305. n. 302. Dionysio benemerenti Theagenes uxor. Alia ap. eund. p. 61. n. 354. Trebellia Theagenis. Alia ap. Grut. 688, 9. Julia Episcarpia Juliae Theagenidi filiae. F.]

*THEAMÉDES, is, m. lapis est in Aethiopiae montibus nascens, contrarius magneti, quippe qui ferrum sibi appositum statim abigit. Plin. 36, 16, 25. [*Sunt qui dicant, esse, quem nos appell. Tarmalin.]

*THEANGÉLA, Θεαγγέλα Steph. Byz., Cariae oppidum, unum ex iis, quae ab Alexandro Magno Halicarnasso fuerunt attributa. Plin. 5, 29. B. A.

[THEANGÉLIS, idis, f. herba quaedam; a Θεός, Deus, et ἄγγελος, nuntius, quasi Deorum nuntia, quod pota divinandi facultatem praebet. Plin. 24, 17, 102. Theangelida in Libano Syriae, qua pota magi divinent. F.]

[THEANGÉLUS, i, m. Θεαγγελέως, Deorum nuntius, qui Deorum solemnitates denuntiat, praeco. Vocis etymon v. in v. antec. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 316. n. 400. M. Junius Theangelus. F.]

*THEÁTINUS, V. TEATINUS.

*THEATRÁLIS, e, adj. Θεατρικός, ad theatrum pertinens. Cic. Sect. 54. Theatrales, gladiatoriique consensus dicuntur omnino solere, levitate nonnullorum, emptos plausus exiles et raros excitare. Tac. A. 1, 16. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operum. Id. ib. 11, 13. Theatralis lascivia. Sidon. ep. 3, 13. f. Theatrales sermones, h. e. obsceni. Plin. 7, 30, 31. Theatralis lex, h. e. de ordine sedendi in teatro. V. ROSCIA. Suet. Dom. 8. Licentiam theatralium pro-

miscue in equite spectandi inibuit. Id. Aug. 40. Theatralis poena, h. e. quae lege Roscia primum statuta fuerat, mox lege Julia theatri (de qua Plin. 33, 2, 8.) ab Augusto renovata est in eos, qui equites cum non essent, in quatuordecim spectasset. [Eandem tertio restituisse Domitianum, patet ex Suet. l. c. et Mart. 5, 8. F.]

*THEATRÍCUS, a, um, adj. Θεατρικός, theatralis. August. Doctr. Chr. 2, 18. Ad theatricas nugae converti. Id. C. D. 6, 6. Theatrica turpitudines; et ib. 7. Theatrica arma; [et Music. 2, 5. §. 8. Theatrici operarii. F.]

*THEATRÍDIUM, ii, n. Θεατρίδιον, dimin. parvum theatrum. Vox Graeca, quae plerumque Graece scribitur ap. Varr. R. R. 3, 5. Θεατρίδιον avium.

*THEÁTRUM, i, n. Θεάτρον, aedificium semicirculi specie, ad spectandum ludos scenicos factum: a Θεάτρον, specto, video. Olim stantes aderant spectaculis, ut est in Epit. Liv. 48. f. et Val. Max. 2, 4. n. 2.; crescente luxu theatra facta sunt, ut a sedentibus spectaretur. Primo lignea fuere, et temporaria, quae peractis ludis solverentur: postea ex lapide structo, et massura. In his erant scena, ubi actores agebant: cavea seu arena, ubi edebantur spectacula: orchestra, ubi senatores: gradus plurimi, ubi reliqui spectabant: et primo quidem promiscue, postea lege Roscia, primi quatuordecim ordines graduum orchestrae proximi equitibus assignati, reliqui plebi. Cic. Fin. 3, 20. Theatrum cum commune sit, recte tamen dici potest, ejus esse eum locum, quem quisque occupavit. Id. Att. 2, 19. med. Populi sensus maxime theatro et spectaculis perspicuus est: nam gladiatoribus qua dominus, qua advocati sibilis consensit. Id. Or. 3, 50. f. In his si paulum modo offensum est, ut aut contractione brevius fieret, aut productione longius, theatra tota reclamant, h. e. spectatores. Hor. Ep. 1, 19, 41. spissis indigna theatris Scripta pudet recitare. Or. A. Am. 1, 497. curvo theatro sedere; et ib. 3, 394. et Trist. 3, 12, 24. terna theatra, h. e. Pompeji, Marcelli, et Statilii Tauri. Vir. 5, 3. et sqq. de theatrorum rationibus praeccepta tradit. P [Theatrum tectum est idem ac odeum, q. v. v. s. l. Inscr. quae adhuc exstat Pompejis in latere theatri hujusmodi, ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 3294. C. Quintius C. F. Valg., M. Porcius M. F. duovir. Dec. Decr. theatrum tectum Fac. Locar. eidemque Probar. Stat. Sil. 3, 5, 91. Et geminam molem nudi tectique theatri. Hinc Tert. Apol. 6. med. Video et theatra nec singula satis esse, nec nuda. F.] P Ap. Graecos theatra pro curia erant: in his enim de republica agebatur, conciones habebantur, de summa rerum deliberabatur. Cic. Pl. 7., Nep. Timol. 4., Liv. 24, 39. et 33, 28. et Tac. H. 2, 80. P De quocumque loco ad edenda spectacula apto. Virg. A. 5, 282. campus, quem collibus undique curvis Cingebant silvae: mediaque in valle theatri Circus erat; et ib. 664. ad tumulum, cuneosque theatri. [*Prima haec est vocis significatio, primoque loco poni debebant hujus §. exempla.] P Translate sumitur pro loco celebri, et omnium oculis exposito. Cic. Tusc. 2, 26. extr. Omnia beneficia in luce se collocari volunt: sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia majus est. Id. Fam. 12, 29. Ea familiaritas, quae mihi cum L. Lamia est, magno theatro spectata est tum, cum, etc. Id. Verr. 2, 5, 14. Ut me, et quaesturam meam quasi in aliquo orbis terrae theatro versari existimarem. Id. Brut. 2. Cum forum populi R. fuisset quasi theatrum illius ingenii. Quint. 1, 2. med. Optimus quisque praceptor frequentia gaudet, ac majore se theatro dignum putat.

*THEBAE, arum, f. plur. Θῆβαι, et in sing. num. Thebe, es, Θῆβη, nomen urbis. Multae sic vocatae sunt, sed duae celebres fuerunt, in Aegypto, et in Boeotia. In Aegypto caput est Thebaidis regionis, olim centum portis insignis, unde et Hecatompilos dicta est: condita a Busiride rege, et tota pensilis, adeo ut reges vel maximos exercitus solerent subter educere, nullo oppidanorum sentiente, ut est ap. Plin. 36, 14, 20. P In sing. num. Juven. 15, 6. Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis. Adde Plin. 5, 9, 11. P In Boeotia condita fuit a Cadmo ad Ismenum fluvium, et Cithaeronem montem: ejus vero moenia Amphion aedificasse dicitur, saxis ultro ad ejus citharae sonum convolutibus. Fuit patria Bacchi, Herculis, Epaminondae, Pelopidae, et Pindari. Eversa est ab Alexandro M. Plin. 4, 7, 12. et 5, 19, 17. et 7, 29, 30. etc. Septem habuit portas, quarum nomina habes ap. Stat. Th. 8. a v. 353. Hinc Juven. 13, 36. Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portae, vel divitis ostia Nili. P In sing. num. Stat. Th. 9, 255. premit agmina Thebes Hippomedon; et ib. 294. diraeque ad moenia Thebes Solus abi. Adde ib. 5, 681. et ib. 10, 594. et Sen. Oed. 112. P *Thebae, urbs Phthiotidis, cujus meminit Liv. 28, 7, 32, 33, 33, 5. et 39, 25. itemque Plin. 4, 8. ubi Thebae Thessaliae appellatur. P Alia hoc nomine, in Cilicia. Or. Met. 12, 110. Ectiones implevi sanguine Thebas. Adde 13, 173. et cf. Hom. Il. A. v. 366. B. v. 691. et Z. v. 397. In Troade ponit Plin. 5, 30. Campus Thebe audit Melae 1, 18. et

Campus Thebes Liv. 37, 19. Cf. Herod. 7, 42. P Fuit et Thebae oppidum Italiae, sed excisum, in Lucania. Plin. 3, 11. Praeterea interisse Thebas Lucanas, Cato auctor est. B. A.

*THEBAEUS, a, um, adj. Θηβαίος, ad Thebas pertinens. Claud. Idyll. 1, 91. columnae Thebaeo monte revulsae, h. e. in Thebaide Aegypti; et Spart. Nigr. 12. Quod ille a rege Thebaeorum acceperat, h. e. Thebaidis Aegypti.

*THEBAÍCUS, a, um, adj. Θηβαίικος, ad Thebas Aegyptias pertinens. Plin. 36, 8, 13. (et ib. 22, 43.) Thebaicus lapis, interstinctus aureis guttis, invenitur in Africae parte Aegypto adscriptae. Id. 23, 4, 51. Thebaicae palmae. Id. 31, 9, 45. Thebaicus sal. Id. 36, 6, 9. Thebaica arena. Id. 18, 7, 12. n. 2. Thebaicum triticum. Spart. Nigr. 12. Simulacrum ex Thebaico marmore. P Thebaicae, arum, palmulae, seu dactyli. Stat. Sil. 4, 9, 26., Petr. fragm. Trag. 40. Burm. et V. CARICUS.

*THEBAÍS, idis, f. Θηβαίς, regio Aegypti, contermina Aethiopiae, cujus caput Thebae. Plin. 5, 9, 9., 12, 21, 46., 13, 4, 9., 16, 21, 33., 18, 18, 47. etc. P Item insigne P. Papinii Statii opus, bellum illud continens, quod Argivi ad Thebas Boeotias gesserunt: in quo Etheocles et Polynices fratres mutuis vulneribus ceciderunt. Stat. Th. 12, 811. O mihi bisenos multum vigilata per annos Thebai: jam certe praesens tibi fama benignum Stravit iter, etc. Id. Sil. 3, 5, 36. cumque tuis crevit mea Thebais annis. Adde Juven. 7, 82. P Thebais inscribitur etiam tragoedia Senecae, quae et Phoenissae. P Thebaides, mulieres Thebaeae. Or. Met. 6, 163. Thebaides jussis sua tempora frondibus ornant. P Adjective. Stat. Sil. 2, 2, 60. Jam Methymnaei vatis manus, et chelys una Thebais, et Getici cedat tibi gloria plectri, h. e. Arion Methymnaeus, Amphion Thebanus, et Orpheus Geticus seu Thrax cedant tibi. Sen. Ag. 315. Thebais hospes. Alii aliter leg. Ap. Ov. A. Am. 3, 778. Thebais est Andromache uxor Hectoris, filia Eetionis regis Thebarum Phrygiae, vel Ciliciae: quarum et Sen. meminit Troad. 219. P *Fuit et Thebais Lydiae flumen. Plin. 5, 29. Trallis perfunditur Thebaide, ubi tamen Codd. habent Thebaite, a recto Thebaites sc. B. A.

*THEBÁNUS, a, um, adj. Θηβαίος, ad Thebas Boeotias pertinens. Cic. Vat. 4. Coelum crassum Thebis, itaque pingues Thebani, et valentes. Hor. Od. 1, 19, 2. Thebanae Semeles puer, h. e. Bacchus. Id. A. P. 394. Amphion Thebanus conditor arcis. Id. Ep. 1, 3, 13. Thebanos modos aptare fidibus Latinis, h. e. Pindaricos. Lucan. 4, 551. Thebani fratres, h. e. Etheocles et Polynices, qui se invicem occiderunt. Prop. 2, 8, 2. duces, h. e. iidem fratres: qui dicuntur a Petr. Sat. 80. Thebanum par. Manil. 5, 458. Thebana juvabit Dicere bella uteri, mixtumque in fratre parentem, h. e. bellum eorum fratrum, et Oedipum eorum patrem, qui simul et frater fuit, quia ex incesto suae matris concubitu eos genuit. Lucan. 1, 551. flamma Scinditur in partes, gemitoque cacumine surgit, Thebanos imitata rogos, h. e. quibus illi duo fratres combusti sunt. V. Stat. Th. 12. a v. 429. Ap. Mart. 8, 51. Phryxus Thebanus, h. e. filius Athamantis Thebarum regis. Id. 1, 91. Thebanum aenigma, h. e. quale fuit Sphingis apud Thebas, quod solvit Oedipus Thebanus. Prop. 3, 16, 6. Thebanus Deus, h. e. Hercules. Stat. Th. 12, 131. Planxit ab Isthmiaco genitrix Thebana sepulero, h. e. Lencothea mater Melicertae: quae ab Ov. Fast. 6, 476. Dea Thebana dicitur. Stat. Th. 1, 711. Thebana mater, h. e. Niobe. Or. Am. 3, 12, 35. semina, h. e. dentes serpentis sati a Cadmo. Id. Trist. 3, 3, 67. soror, h. e. Antigone soror Polynicis et Etheoclis. V. Stat. Th. 12. a v. 349. Rursus Or. Trist. 4, 3, 29. cum Thebana cruentum Hectora Thessalico vidit ab axe rapi, h. e. Andromache filia Eetionis regis Thebarum, quae est in Cilicia, uxor Hectoris.

*THEBÁSA, oppidum Lycaoniae, sub monte Tauro. Plin. 5, 27. ex lectione ed. Hard. et Codd. MSS. Al. leg. Tembasa vel Tenbasa. P Hinc Thebaseni, orum, dicti sunt incolae. Id. 5, 32. ed. Hard. ubi ed. Elzer. habet Thebasani. P V. THEBASANI. B. A.

*THEBASÁNI. V. in v. praec. B. A.

*THEBÉ, es, f. Θῆβη, Nympha, a qua Thebarum urbs cognominata est: adamata fuisse dicitur in fabulis ab Asope fluvio Boeotiae, atque ex eo quinque filias suscepisse. Or. Am. 3, 6, 33. Quid referam Asope? quem cepit Martia Thebe, Natarum Thebe quinque futura parens. Martia dicitur, vel quia ipsa urbs Thebae bellicosa admodum fuit, seu quia ex eadem Nympha Mars etiam filiam suscepisse dicitur. P [Fuit et Thebe Alexandri Pheraeorum tyranni uxor. Cic. Inv. 2, 49. et Off. 2, 7. F.] P Ipsa quoque urbs Thebe dicitur in sing. num. V. THEBAE.

*THEBES vel Thebez, oppidum Samariae. Vulg. Jud. 9, 50. Hieron. de locis. B. A.

*THEBESTE, oppidum Numidia. August. adv. Donat. 6, 38. et Cod. Theod. 11, 30, 5. P Teveste audit Anton. Itin. et Tab. Peut. Τροβείον Ptolemaeo. B. A.

[THEBOGENES, is, adj. omni. gen. qui Thebis genitus est. *Varr. ap. Non. 2, 794.* Ismenius hic Thebogenes fuit scaturix, h. e. diffluit opulentia, cujus ipse videtur esse scaturigo. Hujus tibi, cinis seu choraulae praedivitis meminit *Plin. 37, 1, 3. F.*

THECA, ae, f. *θήκη*, repositorium, vagina, loculus, in quo aliquid recondimus: a *τίθημι*, pono. *Varro R. R. 1, 48.* Proinde ut grani theca sit gluma, et apex arista. *Cic. Verr. 2, 4, 23.* Efferr sine thecis vasa, extorqueri alia de manibus mulierum. *Id. Att. 4, 7.* Quare in hoc thecam nummariam non retexeris. *Quint. 6, 3.* Chrysippus, cum in triumpho Caesaris eborea oppida essent translata, et post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorum Caesaris dixit. *Prop. 2, 7, 17.* abrepta desertus conjuge Achilles Cessare in thecis pertulit arma sua. [Alii rectius leg. in *Teucros*. V. CALAMARIUS. F.]

THECATUS, a, um, adj. theca inclusus. *Sidon. ep. 1, 2. med.* Arcum thecatum gestare.

*THELIUM, i, n. Athamaniae oppidum. *Liv. 38, 1. B. A.*

[THEIUS, a, um, adj. *θεῖος*, et Ionice *θῆος*, divinus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 283, 6. Ser. Asinius Theius. F.*

*THELBON, oppidum Mesopotamiae. *Tab. Peut. B. A.*

[THELETE, es, f. *θελετή*, expetita. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. Append. T. 1. p. 7. n. 5.* Clodia L. L. Thelete. F.]

THELETUS, V. TELETUS.

[THELGE, es, f. quae impellit quocumque vult: a *θέλω*, impello. Est cogn. R. *Inscr. ap. Fabrett. p. 309. n. 326.* Dis Manibus Claudiae Thelges. F.]

[THELTON, ontis, m. *θελών*, impellens quocumque vult: part, a *θέλω*, impello. Est cogn. R. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arc. p. 666.* Sex. Vetuleni Thelgontis. F.]

*THELIS ab Ennio vocabatur, quam *Thetin* nuncupant. Est qui legendum putet ap. *Varr. L. L. 6, 5.* Ea Thelis illi mater, etc. Sed in editis est *Thetis*. Certior est locus *Varr. R. R. 3, 9.* Nec continuo his quas Melicas appellant falso, quod antiqui ut *Thetin*, *Thelin* dicebant, sic Medicam Medicam vocabant. B. A.

*THELPUSA, ae, f. *Θελπυσα*, oppidum Arcadiae. *Plin. 4, 6. ed. Hard.* ubi ed. *Elzev.* habet *Thelpusa*, astipulante *Pausania* in *Arcad. 24. B. A.*

[THELUSA, ae, f. *θελουσα*, volens: part, a *θέλω*, volo. Est cogn. R. *Inscr. ap. Fabr. p. 475. n. 125.* Baebia P. O. L. Thelusa. F.]

[THELYCUS, a, um, adj. *θηλυκός*, femineus. *Thelygon*, i, n. absolute vocatur ap. *Appul. Herb. 82.* herba, quae et *thelygonon* dicitur. P *Thelycus* est nomen serv. R. *Inscr. ap. Fabr. p. 125. n. 38.* Thelyco Eutychi Actes Aug. L. L. alumno a manu, vixit ann. XX. F.]

THELYGONON, i, n. *θηλύγονον*, herbae nomen, quae etiam mercurialis dicitur. *Plin. 26, 10, 60.* Arsenogonon, et *thelygonon* herbae sunt habentes uvae floribus oleae similes, pallidiores tamen, semen album papaveris modo. *Thelygoni* potu feminam concipi narrant. Arsenogonon ab ea semine oleae, nec alio distat. Hujus potu mares generari perhibentur, si credimus. Haec *Plin.* Ratio autem nominis est, prioris quidem ab *ἀρσεν*, eros, mas, et *γόνος*, generatio: alterius a *θηλυς*, femineus. V. *Appul. Herb. 82.* P Est etiam *thelygonos* species crataegoni, gustu lenior. *Id. 27, 8, 40.* P [Et satyrii. *Id. 26, 10. B. A.*

[THELYMORPHUS, i, m. feminea forma praeditus: a *θηλυς* femineus, et *μορφή*, forma. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut. 1114, 3. L. Vibius Thelymorphus. F.*

THELYPHONON, i, n. *θηλύφονον*, quidam dixerunt aconium, ap. *Plin. 27, 3, 2.*, quia tactis eo genitalibus feminini sexus animalium, mortem inferat: a *θηλυς*, femineus, et *φόνος*, caedes. P Praeterea hoc nomine significatur herba, cujus tactu moriuntur scorpiones: unde et scorpion vocatur. *Id. 25, 10, 75.*

THELYPTERIS, is, f. *θηλύπτειρις*, genus filicis non fruticosum, brevius, mollius, et densius, foliis ad radicem canaliculatis, et pinnatis: unde nomen, *πτερόν* enim ala est. *Plin. 27, 9, 55.*

THELXIOPE, es, f. una ex quatuor Musis, ex Jove secundo natis. *Cic. N. D. 3, 21.*, ubi alii aliter leg.

THEMĀ, ātis, n. *θήμα*, id quod positum est: vox Graeca, a *τίθημι*, pono. Sumitur pro argumento et materia controversiae declamandae, et pro quaestione, quae dissertationis fundamentum est. *Sen. Contr. 3, 20. f.* Scholastici exempla cum dixerunt, volunt et illa ad aliquod controversiae thema redigere. Adde *Contr. 28. med. et Quint. 7, 2. f. et 9, 2. f.* P Item pro positione coeli in natali alicujus, sidere natalicio, horoscopo, genitura. *Suet. Aug. 94.* Tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum vulgaverit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.

[THEMETRENSIS, e, adj. ad Themetram pertinens, urbem Africae, cujus mentio tantum est in

Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 482. Civitas Themetra ex Africa hospitium fecit cum C. Silio C. F. Fab. Aviola: et *max.* C. Silius C. F. Fab. Aviola civitatem Themetrensem in fidem clientelamque suam recepit. V. *Morcell. de stil. Inscr. Lat. T. 1. p. 303. F.*

*THEMIS, idis, f. *Θέμις*, filia Aetheris et Terrae, ut ait *Hyg. praef.*, soror Jovis secundi, ex cujus incesto concubitu Minervam et Astraeam natas fabulantur: quod tangit *Claud. Rapt. Pros. 1, 107. Festus.* Themis Deam, putabant esse, quae praecipere hominibus id petere, quod fas esset: eamque id esse existimabant, quod fas est. (*Themis* accusativus Graecae positionis, *τὴν Θέμιν*.) P Habita est etiam vaticiniorum Dea: unde et fatidica dicta est: habuitque templum in Boeotia juxta Cephisum amnem. Ad ejus oraculum accessit Deucalion cum Pyrrha uxore, post diluvium, pro consilio recuperandi humani generis, ut *Op. Met. 1, 320.* narrat. *Amnian. 21, 1.* Vaticina verba, quibus numen praeesse dicitur Themidis: quam ex eo quod fixa fatali lege decreta praescire facit in posterum, quae *τεθειμένα* sermo Graecus appellat, ita cognominatam, in cubili solioque Jovis vigoris vivifici theologi veteres collocarunt. *Serv. ad A. 4, 216.* antiquissimam Deorum esse dicit, et quae ante Apollinem et Saturnum oracula edebat, eodem ad *ib. 3, 104.* teste. *Op. l. c.* Fatidicamque Themis, quae tunc oracula tenebat. *Lucan. 5, 80.* adhuc rudibus Paean pythona sagittis Explicuit, cum regna Themis tripodasque teneret. *Claud. Rapt. Pros. 1, 116.* sic Atropos urget: Sic cecinit longaeva Themis. *Id. in Ruf. praef. 1, 14.* Ad Themidis coeunt antra severa Dei. *Op. Met. 7, 762.* alma Themis; et *ib. 4, 642.* Parnassis: scilicet quia in Parnasso Deucalion ejus oraculum consuluit, teste eod. *ib. 1, 316.* P Themidis habitum ita describit *Capell. 2, 42.* Venit etiam quaedam decens et pudicissima puellarum, quae praesul domus custosque Cyllenae, verum Themis, aut Astraea aut Erigone dicebatur: spicas manu, celatamque ex ebena *πλάνα* argumentis talibus afferebat. Erat in medio avia Aegyptia, ibis: sed cum petaso vertex atque os pulcherrimum videbatur, quod serpentis gemini lambebat implexio: subter praenitens virga, cujus caput auratum, media glauca, piceus finis exstabat, sub textra testudo minitansque nepa, a laeva caprea, etc. P [Est etiam cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 2079, 10.* Pinaria Themis. F.]

*THEMISCYRA, ae, f. *Θημισκύρα*, Cappadociae urbs. *Plin. 6, 3.* P *Themiscyrium* vocatur a *Mela 1, 19. med. B. A.*

THEMISCYRAEUS, a, um, adj. ad Themiscyran, *Θημισκυραν*, pertinens, quae est urbs Cappadociae maritima, apud Thermodonem fluvium. *Amnian. 22, 8. med.* Thermodon Themiscyraeos interlabens lucos.

*THEMISCYRENEUS, a, um, i. q. Themiscyraeus, ut *Themiscyrena regio* ap. *Plin. 6, 3. et 24, 17. B. A.*

[THEMISON, onis, m. *Θημισών*, insignis medicus, Laodiceus Syrus, qui Pompeji M. aetate vixit. Ejus meminere *Plin. 29, 1, 5.*, *Juven. 10, 221.*, *Cels. praef.* P Is novam medicinae condidit sectam, quae *methodica* est appellata. *Sen. ep. 95. med.* Alia est Hippocratica secta, alia Asclepiadis, alia Themisonis. F.]

[THEMISONES, ium, m. plur. *Θημισώνιοι*, incolae Themisonii Phrygiae magnae urbis, prope Cibyrum, nunc *Teseni*. *Plin. 5, 29, 29.* Hydrelitae, Themisones, Hierapolitae. F.]

*THEMISTA, ae, f. Epicurea, Lampsacena, Leontei filia. *Cic. Fin. 2, 21.* et in *Pis. 29. Lactant. 3, 25.* P V. *Menag. ad Laert. 10, 5.* et *H. Mul. Phil. p. 498. B. A.*

*THEMISTAGORA, ae, una ex quinquaginta Danae filibus. *Hyg. fab. 170. B. A.*

*THEMISTEAS, promontorium Carmaniae. *Plin. 6, 25. B. A.*

*THEMISTO, us vel onis, f. *Θημιστώ*, Hypsei filia, uxor Athamantis, mater Sphincei (f. *Plinthii legendum*) et Orchomeni, quorum utrumque impulsu Inus interfecit. *Hyg. fab. 1. et 239. B. A.*

[THEMISTOCLES, i, m. *Θημιστοκλής*, vir celeberrimus, de quo V. v. sq. P **Themistocles* in secundo casu *Cic. Or. 2, 74.* et *Brut. 15.* V. *Angelum Maium* ad *Cic. de re publ. 1, 14. p. 40. ed. Lond. B. A.* P *Themistocles, etis*, m. est cogn. R. *Inscr. ap. Grut. 360, 1.* Appuleja Zosime Sex. Appulejo Lib. meo *Themistocleti V. F. F.*

THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

*THEMISTOCLEUS, a, um, adj. *Θημιστοκλέης*, ad Themistoclem pertinens, qui fuit Atheniensis, nobilis imperator, Persarumque ad Salaminem debellator. Ob invidiam e civitate ejectus, deinde proditionis falso damnatus, in Asiam fugit, ibique vitam finivit, quam *Nepos* conscripsit. *Cic. Att. 10, 8.* Themistoclem consilium; et *ib.* Themistocleo exsilio mori.

fricae, cujus mentio ap. *Plin. 5, 4, 3.* est. *Tenitanorum*, absolute, sunt incolae illius urbis. *Inscr. ap. Grut. 363, 3.* Decuriones et coloni coloniae Aeliae Augustae Mercurialis Thaeitanorum. Hic *Thaeitanorum* cum diphthongo scribitur, ex more Latinorum, qui plerumque ē ex η Graecorum in diphthongo mutare solent. V. SCENA. Haec porro colonia, cum appelletur Aelia Augusta, videtur deducta a T. Aelio Hadriano Aug. F.]

THENSA, V. TENSA.

*THEOCHRESTUS, i, *Θεόχρηστος*: historicus qui Libyca scripsit, teste *Plin. 37, 2. B. A.*

[THEOCLYMENUS, a, um, adj. a Deo auditus: a *θεός*, Deus, et *κλύω*, audio. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 1191, 6. Q.* Sosius Theoclymenus. F.]

[THEOCOLUS, i, m. Dei cultor, sacerdos: a *θεός*, Deus, et obsoleto *κόλεω*, colo. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 820, 4. M.* Aurelius Theocolus. F.]

[THEOCRITUS, i, m. *Θεόκριτος*, divino judicio electus: a *θεός*, Deus, et *κριτός*, judicio delectus. Hoc nomine fuit bucolicorum poetarum princeps Syracusanus, qui floruit circa ann. ante Chr. n. CCLXXV., et Hieroni juniori, regi Syracusarum apprime carus ob carminum suavitatem. Scripsit dialecto Dorica XXX. idyllia, et XII. epigrammata, tum ludicrum poemation, cui *Syrinx* nomen, quae omnia exstant. *Quint. 10, 1. med.* Admirabilis in suo genere Theocritus, sed Musa illa rustica et pastoralis non forum modo, verum ipsam etiam urbem reformidat. *Maer. Sat. 5, 2.* Virgilius Theocritum sibi fecit pastoralis operis auctorem, ruralis Hesiodum. P Est etiam nomen serv. in *Inscr. ap. Grut. 1024, 5.* Theocriti Augg. Lib. Pyladi pantomimo honorato, etc. F.]

THEODAMANTEUS et Thiodamanteus, a, um, adj. *Θεοδαμάντειος*, ad Theodamantem pertinens. *Prop. 1, 20, 6.* Thiodamanteo proximus ardor Hylae. [*V. v. sq.]

*THEODAMAS vel Thiodamas, antis, m. *Θεοδάμας* et *Θεοδάμης*, pater Hylae fuit, qui cum Hercule cum Deianira et Hylo filio Dryopes venienti esurientique cibum denegasset, ille arreptum unum ex bobus Theodamantis mactavit atque coxit. Quapropter Theodamas, convocatis popularibus, arma adversus Herculem movit: feruntque in eo certamine ita ab hostibus pressum fuisse Herculem, ut etiam Deianiram uxorem armaret, quae et in mamilla vulnerata est. Ipse tamen victoriam obtinens, Theodamantem occidit, filiumque ejus Hylum secum abduxit, quem tum deinde pro carissimo habuit, secumque etiam cum Argonautis reliquis proficiens abduxit. *Hyg. fab. 14. med. et 271. V. et Apollod. 1, 9. et 2, 7.* P V. *Theodamanteus. B. A.*

*THEODECTES, ae, m. *Θεοδέκτης*, orator, Cilix genere, Phaselites, discipulus Platonis, Isocratis et Aristotelis. *Cic. Or. 51. et 57. Id. Tusc. 1, 24. Val. Max. 8, 14. Quint. 11, 2. etc.* V. et *Laert. 5, 24.* et *Suidam* in v. B. A.

[THEODONION, ii, n. herba eadem ac paeonia: quae videtur ita appellata a *θεός*, Deus, et *donum*; quasi ea sit donum Dei. Ejus meminit *Appul. Herb. 64. F.*

THEODOREUS, a, um, adj. ad Theodorum pertinens. *Quint. 4, 2. med.* Theodori solam relinquunt ultimam partem, etc. h. e. sectatores et discipuli Theodori Gadarei, insignis rhetoris, de quo *Id. 3, 1. et Suet. Tib. 57.*

THEODORICIANUS, a, um, adj. ad Theodoricum Gothorum regem pertinens, cujus vultus corporisque veluti delineationem graphicè descripsit habes ap. *Sidon. ep. 1, 2. f. Id. ep. 2, 1. f.* Leges Theodosianas calcans, Theodoricianasque proponens.

[THEODORUS, a, um, adj. Dei donum: a *θεός*, Deus, et *δῶρον*, donum. Est cogn. R. *Cic. Verr. 2, 42. Cn. Pompejus Theodorus. Inscr. ap. Grut. 386, 2.* Cassia Theodora. F.]

*THEODOSIA, ae, f. *Θεοδοσία*, opp. in Chersoneso Taurica. *Mela 2, 1. Plin. 4, 12.* P Hodie est *Caffa. B. A.*

THEODOSIANUS, a, um, adj. a Theodosio, ut Theodosianus Codex, ita dictus a Theodosio juniori, qui vixit saeculo Christi V., complectiturque Christianorum principum constitutiones. V. THEODORICIANUS. Sic Theodosiana lex, *Imp. Justin. Cod. 5, 13, 1. §. 16.*

[THEODOSIOPOLIS, is, f. duplex hoc nomine fuit urbs, una in Mesopotamia, haud procul ab urbe Dara, cujus meminit *Procop. de aedif. 2, 2.*, altera in Armenia, cujus *Id. de B. Persic. 1, 10.*, utramque autem docet, Justinianum Imp. moris junivisse adversus Persarum incursions. *Coripp. Joann. 1, 70.* Theodosiopolin ut densus vallaverit hostis. Ita scribitur hic ob metri necessitatem, Graece enim et Dorice *Θεοδοσιον πόλις*, ut et *Claud. in Ruf. 1, 50.* quos coelo Juppiter arceat, Theodosius terris. Ita etiam *Id.* scribit alibi eadem de causa. F.]

THEODOTIUM, ii, n. collyrii genus: a *θεός*, Deus, et *δίδωμι*, do, quasi a Deo datum fuerit. *Inscr. ap. Tochon, Cachets des ocul. p. 71.* Junii Tauri theodotum ad omnem lippitudinem. F.]

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj. *θεόδοτος*, a Deo datus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 101, 3. M.*

[THEODOTUS, ā, et ē, um, adj.

Aurelius Theodotus. Alia ap. Fabr. p. 306. n. 307. Rupilia Theodote. F.]

[THEODULUS, i, m. Dei servus: a Θεός, Deus, et δούλος, servus. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1297, 1. Annius Theodulus. F.]

[THEOGENES, is, m. et F.]

[THEOGENIS, idis, f. a Deo genitus, et genita: a Θεός, Deus, et γέννησις, nascor. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 1154, 3. Cn. Balonius Cn. L. Theogenes. Alia ap. eund. 1126, 1. Trebellia Theogenis. F.]

[THEOGITO, onis, m. Deo proximus: a Θεός, Deus, et γίτων, oros, vicinus. Est cogn. R. Inscr. in Giorn. Acad. T. 84. p. 347. Q. Varius Theogito. F.]

THEOGNIS, idis, m. proverbium est ap. Lucil., quod refert Gell. 1, 3. Etiam priusquam Theognis nasceretur, cum significare volumus antiquissimum aliquod tempus, quo res aliqua facta est. Fuit enim Theognis perantiquus poeta Graecus.

THEOGONIA, ae, f. Θεογονία, Deorum origo. Hoc nomine exstat opus Hesiodi, in quo Deorum genealogias explicat. Cic. N. D. 1, 14. Cum vero Hesiodi theogoniam interpretatur, tollit omnino in- sitas perceptasque cognationes Deorum.

THEOLOGIA, ae, f. Θεολογία, scientia, quae agit de Deo, et de rebus, quae ad Deum proxime referuntur, ut de angelis, de mundi origine, et simili- bus. Varr. ap. August. C. D. 6, 5. tria genera theo- logiae esse dicit, mythicon, physicon, civile. My- thicon, quo utuntur poetae; physicon, quo philoso- phi; civile, quo populi; et f. Prima theologia ma- xime accommodata est ad theatrum; secunda ad mundum; tertia ad urbem. Videtur tamen August. haec et alia multa, quae deinceps recitat, non ipsis Varronis verbis, sed sententia retulisse.

THEOLOGICUS, a, um, adj. ad theologiam per- tinens, Θεολογικός, ut Doctrina theologica, Am- tian. 16, 5.

THEOLOGUS, i, m. Θεολόγος, qui circa Dei et rerum divinarum contemplationem versatur. Cic. N. D. 3, 21. Principio Joves tres numerant ii, qui theologi nominantur; et mox: Soles ipsi quam mul- ti a theologis proferuntur. Arnob. 3, 106. Quas (in- iurias) theologi, quas poetae vestri, ipsi vos quoque ignominiosius celebratis in ritibus.

THEOMBROTIOS, i, f. Θεομβρότιον, herba ma- gica: a Θεός, Deorum, et βρωτός, vescus, edulis. Plin. 24, 17, 102. Democritus tradit, theombrotion triginta schoenis a Choaspae nasci, pavonis picturis similem, odore eximio. Hanc autem a regibus Per- sarum comedi ac bibi contra omnia corporis incom- moda, instabilitatemque mentis. F.]

*THEOMBROTUS, i, m. Θεομβρότος, philoso- phus, Metroclis auditor, praeceptor Demetrii Alex- andrini. Plin. 7, 37. V. et Laert. in Metrocle. B. A.

THEOMEDES, is, m. Dei cura: a Θεός, Deus, et μέδω, cura. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabrett. p. 407. n. 320. L. Naevio L. L. Theomedi Anter- os L. F.]

*THEOMENES, is, Θεομένης, auctor, de electro scripsit, teste Plin. 37, 2. B. A.

[THEOMNASTUS et Theomnestus, i, m. a Deo memoratus: a Θεός, Deus, et μνηστός, et Dorice μναστός, memoratus. Est nomen propr. viri Syra- cusani. Hinc iucus Cic. Verr. 2, 4, 66. Theomna- stus quidam, homo ridicule insanus, quem Syracu- sani Theactum vocant, qui illic ejusmodi est, ut eum pueri sectentur, ut omnes, cum loqui coeperit, irrideant. P. Item libertini. Inscr. ap. Grut. 357, 11. Sergiae M. F. Peregriinae Theomnestus, et Lais, et Didyme liberti. F.]

[THEOMOLPUS, i, m. Deum canens: a Θεός, Deus, et μόλη, cantus. Est cogn. R. Inscr. ap. Donat. 451, 8. Aurelius Theomolpus. F.]

[THEON, onis, m. et Theonis, idis, f. Θεών, et Θεωνίς. Est nomen propr. serv. R. Inscr. ap. Grut. 618, 11. Theon Caes. Aug. L. Alia ap. Mur. 1220, 9. Theonidi dulcissimae Charia mater. F.]

*THEONINA, ae, herba, al. portulaca. Appul. Herb. 103. Bail.]

THEONINUS, a, um, adj. Θεώνιος, ad Theonem maledicum poetam pertinens, ut Theonino dente ro- dere, idest conviciis et maledictis lacessere. Hor. Ep. 1, 18, 82. qui Dente Theonino cum circumrodi- tur. [Hic Vet. Schol. Crug. L. Attienus Theon li- bertinus, diacacitatis amaritudine praeter ceteros, ita patronum suum exasperavit, ut domo ejus submove- retur, et quaternario (an quadrantario?) legato, juberetur restem sibi palumque emere: scil. quo se suspenderet. V. Mart. l. c. in RESTIS. F.]

*THEONOE, es, f. Θεονόη, Thestoris filia, soror Leucippes et Calchantis, quam ludentem a mari pi- ratae rapuerunt, et in Cariam detulerunt. Plura de ea V. ap. Hyg. fab. 190. B. A.

[THEONOMUS, i, m. lex Dei: a Θεός, Deus, et νόμος, lex. Est cogn. R. Inscr. ap. Rosin. Dissert. isagog. tab. 15. col. 3. M. Garonius Q. L. Theono- mus. F.]

[THEOPAES, aedis, m. Θεόπις, a Deo datus puer: a Θεός, Deus, et πῆς, puer. V. EUPHEN- GES. F.]

*THEOPHANE, es, f. Θεοφάνη, Bysaltidis filia, virgo formosissima, quam cum plures proci pete- rent a patre, Neptunus sublata transtulit in insu- lam Crumissam, et ut eos deciperet, Theophanem in ovem commutavit formosissimam, ipsum autem in arietem, cives autem Crumissenses in pecora. Haec et plura Hyg. fab. 188. B. A.

[THEOPHANES, is, m. Θεοφανής (a Deo manife- status, a Θεός, Deus, et φάνησις, appereo) histori- cus Mitylenaeus, qui res Pompeji M. scripsit versi- bus, ab eo inde civitate Romana donatus. Cic. Arch. 10. et Caes. B. C. 3, 18. Familiarissimus fuit Pom- pejo, particepsque consiliorum ejus, teste Cic. Att. 5, 1. V. et Tac. A. 6, 18. F.]

[THEOPHILUS, a, et e, um, adj. Θεοφιλος, η, or, Dei amans: a Θεός, Deus, et φίλος, amicus. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabrett. p. 244. n. 670. D. Man- lius D. L. Theophilus. Alia ap. Maff. Mus. Ver. 280, 3. Rutilia Theophila. Alia ap. Mur. 199, 1. Julia Theophile. Mart. 7, 69. Haec est illa tibi promissa Theophila, Cani. Hic secunda syllaba producitur, metri necessitate. F.]

[THEOPHRASTUS, i, m. Θεόφραστος (a Θεός, Deus, et φράσσω, loquor) philosophus ex Eresso Les- bi urbe, Aristotelis et Platonis discipulus, scholae successor, praeceptor Demetrii Phaleraei. Eu- phrastus, deinde Theophrastus vocatus est ob oris et eloquentiae suavitatem, cum antea Tyrtamus appel- laretur. Cic. Or. 19. Theophrastus divinitate lo- quendi nomen invenit. Adde eund. Brut. 31, Att. 2, 3, Tusc. 3, 28 et al. F.]

[THEOPNOE, es, f. ita appellatur rosmarinus: a Θεός, Deus, et πνοή, odor. Appul. H. 79. Ros- marinum Zoroastrei theopnoen (vucant), Latini sal- utarem. F.]

THEOPOMPEUS. V. v. sq.

THEOPOMPINUS vel Theopompus, a, um, adj. ad Theopompum pertinens. Cic. Att. 2, 7. Itaque ἀνέκδοτα, quae tibi uni legamus, Theopompino gene- re, aut etiam asperio multo panguntur. Alii leg. Theopompio, a Graeco Θεοπομπίος: vel Theopompeo. Sic Id. Or. 61. Placet omnia dici Isocrateo, Theo- pmpoeque more.

[THEOPOMPUS, i, m. Θεοπόμπος (a Θεός, Deus, et πέμπω, mitto, a Deo missus) orator et historicus Chius, Isocratis discipulus, qui floruit Philippi, Alex- andri, et hujus successorum temporibus, ac ingenio acerrimo, et mordaci dicendi genere inclaruit. Ejus meminit Nep. Alc. 11. et Cic. Or. 2, 13. et 23, et ib. 3, 9. f. et al. P. Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Grut. 1134, 4. M. Coccejus Theopompus. F.]

[THEOPREPES, is, m. Θεοπρέπης, Deo conveni- ens: a Θεός, Deus, et πρέπω, conveniens sum. Est nomen propr. liberti. Inscr. ap. Grut. 471, 4. et emen- datior ap. Orell. Coll. inscr. Lat. n. 2952. Theoprep- en Aug. Lib. procuratorem D. N. M. Aur. Severi Alexandri Pii Fel. Aug. provinciae Achaiae et Epiri et Thessaliae (honorat) Tysander Aug. Lib. officia- lis. F.]

[THEOPROPUS, i, m. Θεοπρόπος, vates: a Θεός, Deus, et πρόπω, convenio. Est nomen propr. serv. Inscr. in tessera gladiatoria ann. U. C. DCC. ap. Gor. Inscr. Etr. T. 1. p. 265. Teopropus Fabi, h. e. Theo- propus servus Fabii. F.]

[THEORACTUS, i, m. a Deo percussus. Est nomen propr. viri Syracusani. V. THEOMNASTUS. F.]

THEOREMA, atis, n. Θεώρημα, speculatio, pro- positio speculativa, perceptio, et ipsa res, quae spe- culando percepta est. Vox Graeca est, et Graece usurpatur a Cic. Fat. 6, ubi Θεωρήματα vertit per- cepta vel praecpta: at Latine a Gell. 1, 2. ubi ait: Se in theorematibus tantum nugalibus oblectantes; theo- rematibus dixit pro theorematibus, ut poematis, emble- matis, epigrammatis, peripetasmatis a Latinis dic- tum est. Adde 17, 19.

THEOREMATIUM, ii, n. Θεωρημάτων dimin. par- vum, seu breve theoremata. Gell. 1, 13. Instructius deliberatiusque fore arbitramur theorematum hoc de manda- is obsequendis.

THEORETICE, es, f. Θεωρητική, ars est, quae posita est in sola inspectione et contemplatione re- rum, nullumque praeterea actum exigit: qualis est astrologia. Ita definit Quint. 2, 18., sed ipsam vo- cem Graecis litteris scribit.

[THEORETICUS, a, um, adj. Θεωρητικός, con- templativus. V. PHILARGICUS. F.]

THEORIA, ae, f. Θεωρία, spectatio, speculatio. Graeca vox Graece usurpatur a Cic. Att. 12, 6. et Lactant. 7, 9. med. Latine ab Hieron. 12. in Ezech. 40, 4. Quo dicto ostendit, nihil theoria et scientia dulcius.

THEORICE, es, f. Θεωρηκή, facultas contemplan- di. Hieron. ep. 30. n. 1. Eloquia divina aut de natu- ra disputant, ut in Genesi; aut de moribus, ut in Proverbiis; aut de logica, pro qua nostri theoreticem sibi vendicant, ut in Cantico Cantico- rum.

[THEORUS, i, m. (et Theoris, idis, f.) Θεωρός, oraculi consultor, vel qui divinarum rerum curam gerit. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 991, 7. P. Quin- ctilius P. Quinctillii Asiatici L. Theorus. Alia ap. eund. 305, 4. Caesia C. L. Theoris. F.]

[THEOSTASIS, i, f. Deorum statio, ut Graeco- stasis est Graecorum statio: a Θεός, Deus, et στά- σις, statio. Ita appellata videtur cella, in qua erant Deorum simulacra in templis. Inscr. ap. Mur. 125, 2. P. Rutilius Syntrophus marmorarius, donum quod promisit, in templo Minervae marmoribus et impen- sa sua theostasin exstruxit. F.]

[THEOTIMUS, a, um, adj. Θεότιμος, Deum co- lens: a Θεός, Deus, et τιμάω, honoro. Est nomen serv. R. Inscr. ap. Grut. 618, 12. D. M. Theotimae Caesaris Eros et Euphemus matri fecerunt. F.]

THEOTOCOS, i, f. Θεοτόκος, quae Deum pepe- rit. Graeca vox a Θεός, Deus, et τέκνω, pario: di- citurque de una Virgine MARIA. Imp. Justin. Cod. 1, 1, 6. Semper virgo MARIA theotocos, seu B. M. deipara.

*THEOXENA, ae, f. Θεοξένα, invicti animi mul- lier, quae a Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non posset, suis liberis et marito mortis consciscendae auctor, tandem virum comitem mortis complexa in mare se dejecit. Nar- rat copiose Liv. 40, 4. B. A.

*THEOXENUS, i, m. Θεοξένος, medicus quidam, cujus meminit Cels. 5, 18. Et nomen ducis. Liv. 33, 18. B. A.

*THERA, ae, f. Θήρα, una ex Cycladibus, hodie Santorin. There audit Sen. N. Q. 6, 24. V. Theraeus, a, um. P. Thera, Amphionis filia. Hyg. fab. 69. Amphion enim, qui Thebas muro cinxit, septem filiarum nomine portas constituit. Hae autem fue- runt, Thera, Cleodoxe, Astynome, Astycratia, Chias, Ogygia, Chloris. B. A.

[THERAEUS, a, um, adj. ad Theram, Θήρα, pertinens, unam ex insulis Cycladibus in Aegaeo mari, ex qua profecti sunt Theraei, qui Cyrenen in Afri- ca condidere. Tibull. 4, 1, 139. Nec fera Theraeo tellus obsessa colono. Plin. 21, 18, 70. Laus prima Hammonico cypero, secunda Rhodio, tertia Theraeo. Ita leg. Harduinus, alii perperam legebant Thracio. B. A. et F.]

*THERAMENES, is, m. Θεραμένης, civis Athe- niensis, Agnonis filius, discipulus Socratis, praecep- tor Isocratis, unus ex triginta tyrannis, qui cum a collegis multos insontes supplicio affici videret, ea de re conquerens, cum ceterorum omnium, tum prae- cipue Critiae, qui reliquis ut potentia, ita et imma- nitate antecederet, odium in se concitavit: tandem- que per calumniam circumventus, et innocens, capi- tis damnatus, quum cicutam avidè hausisset, quod reliquum erat e poculo ejiciens, Propino, inquit, hoc pulchro Critiae. Cic. Tusc. 1, 40. Meminit et- iam Id. Or. 2, 22. et 3, 16. B. A.

THERAMNAEUS. V. v. sq.

THERAPNAEUS, a, um, adj. Θεραπναίος, ad The- rapnas pertinens, quod est oppidum Laconiae, Θε- ραπναί, apud Eurotam fluvium, Amyclas, et Spar- tam: patria Helenes. Ponitur et pro Spartano. Or. Her. 15, 195. nec dedignare maritum, Rure Thera- pnaeo nata puella, Phrygem, h. e. Helena: quam Id. vocat A. Am. 3, 49. Therapnaeam maritam. Stat. Theb. 7, 793. Therapnaei fratres, h. e. Castor et Pol- lux. Id. Sil. 4, 2, 48. Membra Therapnaea resolu- tus gymnade Pollux. Mart. 9, 104. Therapnaeae Amyclae. Oc. Fast. 5, 223. Therapnaeus sanguis, h. e. Hyacinthi pueri Amyclaei. Sil. 13, 43. Non un- quam affirmat Therapnaeis Ilion armis Cessurum, h. e. Menelai regis Spartae, et sociorum Graecorum. Secunda hic syllaba corripitur more Graecorum, qui- bus m et n liquescunt. Adde 8, 414. P. Canopus, Aegypti oppidum, cur Therapnaeus dicitur a Statio Sil. 3, 2, 111. V. CANOPUS. P. Item pro Taren- tino, quia Tarentum olim Lacones tenuere. Stat. Sil. 2, 2, 111. Blanda Therapnaei placeant vineta Galesi. P. Et pro Sabino, quia Sabini a Lacedae- moniis oriundi. Sil. 8, 414. Therapnaeo a sanguine Clausi Exsultat Nero, h. e. C. Claudius Nero: nam gens Claudia ex Sabinis Romam venit. Pari ratione Amyclaeus dicitur est ab eod. 15, 546. P. Scribitur et Theramnae, Theramnaeus.

[THERAPONTIGONUS, i, m. nomen propr. fic- tum a Pl. Curc. 3, 38. a Θεραπονίς, ancilla, et γόνος, ortus, scilicet ancilla genitus. Id. ib. 50. Mul- tam me tibi salutem jussit Therapontigonus dice- re. F.]

*THERASIA, ae, f. Θηρασία, insula Cretae adja- cens. Plin. 2, 87. et 4, 12. Sen. N. Q. 6, 21. P. Alia, Siciliae adjacens, postea Hiera appellata. Plin. 3, 9. ubi Thermissa haud dubie scribi satius fuisse censet Harduinus, si exemplaria ulla faverint; cum id ei nomen fuisse, Θερασία, Strabo fateatur. Ce- terum Therasia appellatur a Martiano. Capell. 6. med. p. 208. Grot. Prima dicitur Lipara, secunda Thera- sia, etc. Sed Plinium fortasse secutus est Martia- nus. B. A.

[THERE, es, f. Θήρα et Ionice Θήρη, venatio. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1641, 2. Avillia Q. L. There. F.]

THERIACUS, a, et e, um, adj. Θηριακός, a θη- ρίων, fera, dicitur de his, quae animalium, et prae- cipue serpentum venenis remedio sunt. Plin. 29, 4, 21. Fiunt ex vipera pastilli, qui theriaci vocantur a Graecis, exemptis interaneis, etc. Id. 14, 18, 12. (et 23, 1, 11.) Vitis theriace vocatur, cujus et vinum, et uva contra serpentium ictus medetur. Pall. 3, 28. Theriacam vitem sic facies: sarmentum, quod pan-

gendum est, trium digitorum spatio in ima parte findatur, et sublata medulla, ad ejus vicem theriacae medicamen addatur, etc. Plin. 32, 6, 22. Et algam maris theriacam esse, Nicander tradit. P Absolute theriaca et theriace, f. compositio medicamenti ad serpentum morsus. Plin. 20, 24, 100. Serpylli duum denariorum pondus, opopanax, et mei tantundem, trifolii, anesi, ammii, apii, etc. Hac theriaca Antiochus adversus omnia venena usus traditur. Id. 29, 1, 8. med. Theriace vocatur excogitata compositio luxuriae. Fit ex rebus externis, cum tot remedia dederit natura, quae singula sufficerent. Tert. Anim. 24. Theriacam componere. Hieron. adv. Jovin. 2, n. 6. Carnes viperarum, unde theriaca conficitur. Scrib. Comp. 163. Ponam theriacarum compositiones. [THERIBETHRON, i, n. herba ap. Appul. Herb. 7. ubi fortasse leg. thorybethron. Bail.]

[THERICLEUS, a, um, adj. Θερίκλιος, ad Thericlem pertinens. Hinc Thericlea pocula erant fictilia a Thericle figulo quodam Corinthio elaborata, qui Aristophani coaetaneus fuit. Hujusmodi vasa terra nigra, et maximi ponderis fiebant, ad latera depressa, satis profunda, ansis hinc inde prominentibus, quibusdam etiam animalium figuris anaglyptico opere distinguebantur. Mox ad eorum similitudinem fieri coeperunt calices ex terebintho (Theophrast. mox citand.) ex vitro (Suidas, et Etym. M.), ex argento (Cic. mox citand.) et auro (Plutarch. in Philopem. et Josephus Antiquit. Jud. 11, 1.) Plin. 16, 40, 76. n. 3. Celebratur et Thericles nomine, calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur materies. Hic profecto Plin. male interpretatus est Theophrasti locum de Hist. plant. 5, 4, ubi haec habemus: Τοῦτένεσθαι δὲ ἐξ ἀνίης (τῆς τερεβίνθου) καὶ πύλλικας Θερίκλιους· ὥστε μὴδ' ἂν ἕνα διαγνώσκειν πρὸς τὴν κερκίαν. Plinius itaque Thericlem a ligno terebinthino pocula tornasse, perperam tradit, et inde ea nomen accepisse: satis enim aperte Theophrastus declarat, Thericlem figulina vasa torno confecisse: quod ipsum etiam ex Athenaeo 11, 6. et ex Hesychii Lexico evincitur. Cic. Verr. 2, 5, 18. De Diodoro Verri dicitur, habere eum perbona toreumata; in his pocula duo quaedam, quae Thericlea nominantur, Mentoris manu summo artificio facta; et mox: Abesse ab domo paulisper maluit Diodorus, quam praesens illud optime factum argentum amittere. Alii leg. Heraclea, et sic habet Olivetus; ad Lambinum, Canterus, Graevius, Lallemandus et Ernestius receperunt in textum Thericlea, tum quia sic in plurimis MSS. codicibus scriptum invenerunt, tum quia nuspam mentio est de poculis Heracleis, contra vero saepissime habetur de Thericleis, ut supra ostendimus. De his vasis Thericleis multa habet Larcherus in Act. Acad. Paris. inscript. et politior. litterar. T. XLIII. p. 196. V. Bentlejum, Dissert. de Phalarid. ep. p. 109. et sqq. F. et B. A.]

[THERIDAMAS, antis, f. nomen canis venaticae: a θῆρ, ἦρος, fera, et δαμάω, vinco. Ov. Met. 3, 232. Prima Melanchaetes in tergo vulnera fecit, Proxima Theridamas. F.]

*THERIMACHUS, i, insignis sculptor, de quo Plin. 35, 10. B. A.

[THERION, ii, n. et Theriophonon, i, n. herba eadem ac dracontea: a θῆρ, bestia, et γόνος, nex, quia necat dracones. Appul. Herb. 14. Aliqui therion, Zoroaster theriophonon, Romani dracontem dicunt. F.]

THERIONARCĀ, ae, f. Θεριονάρκη, herba magorum torporem afferens serpentibus: est a θῆρ, fera, et ἄρκη, torpor. Plin. 24, 17, 102. P Item alia a magica, et in nostro orbe nascens, fruticosa, foliis subviridibus, flore roseo, serpentes necat: cuiusque admota ferae, et haec torporem affert. Id. 25, 9, 68.

*THERIONARCE, es, f. insula Cariae adjacens. Plin. 5, 31. B. A.

THERISTRUM, i, n. Θέριστρον, vestis muliebris aestiva, teste Polluce Onomast. 7, 13.: [a θερῖον, aestatem transigo, quod a θεός, aestas. Hieron. 2. in Isai 3, 23. Mulieres habent et theristra, quae nos palliola possumus appellare: Θέριστρα ab eo, quod ἐν θεῖο, hoc est aestate et caumate corpora protegant feminarum. Adde Isid. Or. 19, 25. med. Tert. Pall. 4. Qualis ille Hercules in theristro Omphales. Pro theristro alii leg. serico. P Translate usurpat Hieron. ep. 107. n. 7. Nunquam (puella) exeat foras, ne inveniant eam qui circumeunt civitatem; ne percuciant, et vulnerent, et auferant theristrum pudicitiae, et nudam in sanguine derelinquant. F.]

THERMAE, arum, f. plur. (subanda aquae) θερμά ὕδατα, loca ubi sunt aquae sponte calentes, ut in Bais, et Aponi fonte, et aliis locis, quae memorat Mart. 6, 42.: a θερμός, calidus. Unde quaedam oppida prope hujusmodi aquas sita, eodem nomine appellantur, ut in Sicilia: de quibus V. Plin. 3, 8, 14., Cic. Verr. 2, 2, 35. et Sil. 14, 232. P Item balneae struetiles, in quibus calefit aqua fornacibus, ut Thermae Agrippae, Plin. 34, 8, 19. n. 6., 35, 4, 9. et 36, 25, 64. Neronianae, Mart. 7, 31. et 12, 84. Sen. ep. 122. med. Non vivunt contra naturam qui fundamenta thermarum in mare jaciunt; nec delicata natare ipsi sibi videntur, nisi calentia stagna flu-

ctu ac tempestate feriantur. V. BALNEUM. [Inscr. Ostiae reperta ap. Orell. Coll. inscr. Lat. n. 3327. Thermas maritimas intrasecus (sic pro intrinsecus) refectione cellarum, foris soli adjectione DDD. NNN. Valens, Gratianus, et Valentinianus Auggg. decorarunt. (Hinc Minuc. Fel. Oct. 2. Placuit ostiam petere amoenissimam civitatem, quod esset corpori meo sicandis humoribus de marinis lavacris blanda et apposita curatio; et 4. In istis ad tutelam balnearum jactis, et in altum procurrentibus petrarum obicibus residamus.) Alia Pompejana ap. eund. n. 4326. Thermae M. Crassi Frugi aqua marina, et balneum aqua dulci, Januarius L. Alia Oriculana ap. Mar. Frat. Arv. p. 582. Sex. Cluvio Martino restauratorum thermarum hiemalium, etc. Alia ap. Mur. 484, 3. M. Sentio Crispino C. V., quod opera thermarum aestivalium vetustate corrupta S. P. (h. e. sua pecunia) restituit, exornavit, etc. P Thermae Herculedicatas ab antiquis fuisse, patet ex his verbis Athenaei 12. Τα θερμά λουτρά τὰ φαινόμενα ἐκ τῆς γῆς πύλλικας Ἡρακλέους κερκίαν εἶναι ἰσχυρὰ: calida lavacra exsistentia ex terra omnes Herculi dicunt esse sacra; et Aristoph. in Nub. v. 1047. Πῶς φυχρὰ δὴτα πόσιος ἔιδες Ἡρακλῆα λουτρά; ubi frigida sane unquam vidisti Herculanam lavacra? Hinc Inscr. in thermis Herculanis detecta in Dacia, ap. Mur. 64, 7. Herculi Genio loci, Fontibus calidis Calpurnius Julianus V. C. Leg. Leg. V. Mac., Leg. Aug., Pr. Pr. Moes. V. L. S. Alia ap. eund. 43, 6. Fabius Maximus V. C. rector provinciae thermas Herculis vi terraemotus eversas a fundamentis restituit. (V. THERMOPYLAE) Rosin. Dissert. isagog. c. 3. p. 15. putat, Herculi dicatas fuisse thermas, quia Hercules Osce significat montem torrefactum, unde thermas aquae scaterere solent, Hebraice enim חר, har, mons, et חר, kali, torrefactus. F.] P Allatus Senecae locus in §. 2. illud maxime animadvertendum nos monet, quod tunc thermas ab Augustis praesertim Romae conditae memorantur, non balnea solum publica indicari, sed aedificia plane admiranda, in quibus praeter lavacra et laconica nihil eorum defuisse videtur, quae voluptatem explere, animumque relaxare possent. Nam in thermis spatiosi, natare, ludere, litteris etiam operam dare fas fuit: ibi xysti, porticus, arae, platanones, piscinae, θερμίδιον, cellae, bibliothecae tabulis pictis, status, signis omnis generis ornabantur. V. Morcell. de stil. inscr. Lat. T. 1. p. 234.

THERMAEUS Sinus idem qui Thermaicus. Tac. A. 5, 10.

THERMĀICUS Sinus, Golfo di Salonichi, sinus mari Aegaei, in Macedonia extensus, in cujus intimo recessu ad Bor. Thessalonica urbs sita est, ubi antea Thermae. Plin. 4, 10, 17.

THERMANTICUS, a, um, adj. θερμαντικός, calefaciendi vim habens: a θερμάω, calefacio. Appul. Herb. 120. Menta virtutem habet thermantiam. Pelag. Vet. 16. med. Uctiones thermantiae.

THERMAPALĀ Ora, ora calida et mollia. Theod. Prisc. 2, 10. a θερμός, calidus, et απαλός, mollis.

THERMARIUS, ii, n. thermarum artifex, vel potius custos. Inscr. ap. Grut. 636, 13. D. M. Virino Verecundi F. thermario. [Alia ap. Pratlil. Via App. p. 279. D. M. Cornelio C. L. Euhodo locator. thermar. Dianae L. Cornelius C. F. thermarius patri B. M. Prox. F.]

*THERME, es, f. Θέρμη, olim dicta est Thessalonica Macedoniae urbs. Plin. 4, 10. B. A.

[THERMENSIS, e, apj. ad Thermas pertinens, Siciliae urbem, quam memorat Plin. 3, 8, 14. Termenses, ium, absolute, sunt incolae illius urbis. Inscr. ap. Grut. 430, 6. Regio Thermensium, h. e. il rione, quem in urbe Neapoli incolebant cives ex Thermis oriundi, commercii fortasse causa. P Thermenses alii fuerunt in Pisipia, qui et Termenses, et Termessenses vocantur in Inscr. ap. Grut. 500. et Mur. 582. F.]

THERMINUS, a, um, Θέρμινος, e lupinis factus: a θερμός, lupinum. Plin. 23, 4, 49. Therminum (oleum) e lupinis emollit, proximum rosaceo effectum habens.

THERMITANUS, a, um, adj. ad Thermas pertinens, Siciliae oppidum, de quo V. in THERMAE. Cic. Verr. 2, 2, 34.

THERMODON, ontis, m. [*hodie Pormon.] Θερμόδων, fl. Cappadociae, qui in mare Euxinum inter Themiscyram ad Occ., et Polemonium ad Or. prolabitur. Eum Amazones incolere. Virg. A. 11, 659. Quales Threjiacae cum flumina Thermodontis Pulsant, et pictis bellantur Amazonis armis. Ov. Pont. 4, 19, 51. Et tu femineae, Thermodon, cognite turmae. Sil. 8, 432. Perstreperit et tellus, et Amazonius Thermodon. Prop. 4, 4, 69. celerem prope Thermodonta: τὸν Θερμόδοντα. P Ap. Plin. 11, 18, 19. et 37, 8, 37. habetur in quarto casu Thermodontem. Sic ap. Virg. l. c. quidam leg. Thermodontis: quod non placet criticis. Obstant enim loca Ovidii et Silii allata: et Stat. Sil. 1, 6, 56. Thermodontiacas calere turmas: hendecasyll.

THERMODONTIUS et THERMODONTIACUS et THERMODONTIUS, a, um, adj. ad Thermo-

dontem et Amazones pertinens, Θερμόδοντος. Prop. 3, 12, 15. Qualis Amazonidum nudatis bellica manibus Thermodonteis turma lavatur aquis. Alii leg. Thermodontiacis. Ov. Met. 12, 611. Thermodontiacae malles cecidisse bipenni; et ib. 9, 189. Thermodontiaco caelatus balteus auro. Claud. Rapt. Pros. 2, 66. Thermodontiaca Tanain fregere securi. Sen. Med. 214. Armata peltis quidquid exteret cohors Inclusa ripis vidua Thermodontiis. Id. Herc. Oct. 21. Spolia hostis Thermodontiae.

[THERMODORUS, i, m. caloris donum: a θερμός, calor, et δῶρον, donum. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 34, 7. Ti. Claudius Ti. F. Thermodorus. F.]

THERMOPOLIUM, ii, n. Θερμοπόλιον, caupona, ubi calida venduntur: a θερμός, calidus, et πώλιον, vendo. Nam calida olim in delictis erant, Qua de re vide, quae fuse notavit Fulc. Ursinus Append. de triclinio, Lips. l. Elect. 1. c. 4., Hieron. Mercurialis l. 1. Variar. lect. c. 8. et alii. Pl. Curc. 2, 3, 13. Tum isti Graeci palliati, capite aperto, qui ambulat: quos semper videas lubentes esse in thermopolio. Id. Trin. 4, 3, 6. Satin' in thermopolio condalium es oblitus, postquam thermopotasti gutturem? Adde Rud. 2, 6, 45.

THERMOPOTO, as, a. 1. calida bibo, Vox hybrida, a θερμός, calidus, et pote, bibo. Pl. Trin. 4, 3, 6. Postquam thermopotasti gutturem, h. e. calida potione gulam oblectasti.

THERMOPYLAE, arum, f. plur. angustiae Oetae montis in Thessalia, ubi ex Phthiotide in Phocidem transitus est, XXV. pedum tantum spatio, prope sinum Oetaeum, seu Maliacum. V. Liv. 36, 15. Dictae sunt a θερμός, calidus, et πύλη, porta, quia ibi sunt aquae calidae Herculi consecratae. Juxta has erat oonventus frequens totius Graeciae statis diebus. Ibi Leonidas Spartanorum rex cum quatuor millibus militum partim ex Spartanis, partim ex sociis, adversus quingenta millia et amplius Persarum, duce Xerxe rege triduum dimicavit, quarta die, dimissis sociis, cum sexcentis Spartanorum in hostium castra irrupit, per omnia castra victor vagatus est, cecidit, stravit omnia, tandem cum suis inter ingentes stratorum hostium catervas interit. Cic. Tusc. 1, 42. et Fin. 2, 30. et Just. 2, 11. Catull. 68, 54. Lymphae in Oetaeis Malia Thermopylis.

THERMOSPIDIUM, ii, n. Θερμοσπίδιον, a θερμός, calidus, et σπιδός, cinis, vas est culinarium calido cinere plenum, in quo coquantur cibi, aut ne frigeant, reponuntur. Apic. 4, 2. med.

THERMULAE, arum, f. plur. parvae thermas. Mart. 6, 42. Etrusci nisi thermulis lavaris.

[THERMUS, a, um, adj. θερμός, calidus. Est cogn. R. ut Q. Minucius M. F. Thermus in nummis ap. Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 255. F.]

THERODAMANTEUS, a, um, adj. Θεροδαμάντειος, ad Therodamantem pertinens, Scythiae regem, qui leones humano sanguine saginatos ad sui custodiam aluisse dicitur, quo saeviores haberet, si quando insidiis peteretur. Ov. Ib. 385. Therodamanteos ut qui sensere leones. Id. Pont. 1, 2, 121. Non tibi Therodamas, crudusve rogabitur Atreus. Sunt qui leg. Theromedon, et Theromedontes. [Est autem Therodomas a θῆρ, fera, et δαμάω, domo: Theromedon a μέδω, impero. F.]

[THERON, ontis, m. nomen canis: a θῆρ, venans. Ov. Met. 3, 211. Netrophonusque valens, et Prox. cum Laelape Theron. F.]

*THEROTHOES, um, populi Africae, in Troglodytica. Plin. 6, 29. B. A.

*THERSANDER, dri, m. Θέρσανδρος, Polynicis filius ex Argia, ideoque unus ex Epigonis, qui una cum ceteris Graecorum principibus ad Trojam navigavit. Hunc Virg. A. 2, 261. inter eos commemorat, qui tempore excidii Trojani in equo durateo fuerunt occulti. Adde Hygin. fab. 71. B. A.

*THERSILOCHUS, i, m. Θερσίλοχος, Antenoris filius, in bello Trojano occisus, quem Virg. A. 6, 482. inter viros fortes enumerat, qui etiam apud inferos arma tractant. B. A.

THERSITES, ae, m. Θέρσιτης, Graecorum omnium foedissimus, quem Achilles sibi procaciter conciviantem pugni ictu interfecit. Hujus insignis deformitas ab Homero l. 2. Iliad. graphicè expressa efficit, ut cum hominem vehementer foedum significare velimus, Θέρσιτιον βλέμμα, idest Thersitae faciem, eum habere dicamus. Juven. 8, 269. Malo, pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Aeacidae similis. Adde Il. 31. P Ap. Sen. Ira 3, 23. Thersites pro homine conviciatore, et maledico ponitur.

[THERUCHUS, i, m. servi nomen ap. Pl. Trin. 4, 3, 13. Videtur esse a θῆρ, ἦρος, fera, et ἔχο, habeo, teneo. F.]

THESAURARIUS, a, um, adj. θησαυριστικός, ad thesaurum pertinens. Pl. Aul. 2, 8, 23. Apollo, subveni mihi: confige sagittis fures thesaurarios. P Thesaurarius, absolute, thesauri praepositus, Θησαυροφύλαξ. Imppp. Grat., Valent. et Theodos. Cod. 10, 23, 1. Omnem summam auri, vel argenti ad thesaurarios uniuscujusque provinciae referri praecipimus. Alii leg. thesauros.

THESAURENSIS, is, m. thesauri custos, thesaurarius. Imppp. Valent., Valens et Grat. Cod. 12, 24, 2. Nullus thesaurensis, vel officialis Comitibus the-

saurosum semel deprehensus eversor, quocumque pacto repetat militiam suam.

[THESAURIZO, as, are, i. thesaurum colligo, et repono. Salo. ad. acar. 1, 2. Ut qui cupiditati et avaritiae thesaurizarent, etc. et mox: De meritis thesaurizantium. Adde ib. 4. et al. et August. C. D. 1, 10. P Translate. Id. Salo. ib. 3, 12. Disciplinam parentes thesaurizare jubet filiis, non pecuniam; et Gub. D. 5, 9. Deus enim nos vocat ad poenitentiam, sed nos thesaurizamus iram: tesaurizzano ira habet Cavale. Frutt. ling. F. et B. A.]

THESAUROCHRYSONICHOCHRYSIDES, ae, m. Θησαυροχρυσονικοχρυσιδης, nomen conflatum ex Graecis vocibus θησαυρός, χρυσονικός, χρυσοίς, significantibus thesaurum, et nomina duarum personarum Chrysonicus, et Chrysis. Pl. Capt. 2, 2, 35. Heg. Quod erat ei nomen? Phi. Thesaurouchrysonicochrysidis. Heg. Videlicet propter divitias inditum id nomen quasi est. Phi. imo edepol propter avaritiam ipsius, atque audaciam: nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine. Alii legem Thesaurouchrysonicochrysidis, a vocibus θησαυρός, χρυσοίς, χρυσοίς, significantibus thesaurum, abscondo, unguis, aurum, vel aureus. [Rectius videtur legere et interpretari Bothius, qui pro Thesaurouchrysonicochrysidis reponit Thesaurouchrysonicochrysidis, scilicet thesauro aureo vincens Croesum. Deinde tenaciam pro audaciam leg., et versum sequent. nam ille quidem etc. insitium quae recte reputat, ideoque expungit. F. Prob. Lindem. q. v.]

*THESAUROPHYLACIUM, i, n. Interpr. Iren. 4, 36. B. A.

THESAURUS, i, m. Θησαυρός, acervus, collectio rerum in futuros usus reconditarum: ἀπό τοῦ εἰς αἰῶνα κρύβειν, at Scaliger ex θείω, fut. θήσω, pono, et vetustissimo αἰῶνα, aurum, derivat. Vitr. 5, 9. f. Thesauri sunt civitatibus in necessariis rebus a majoribus constituti. P Et praesertim pecuniae, auri, argenti. Papin. Dig. 41, 2, 44. Peregre profecturus pecuniam in terra custodiens causa condiderat: cum reversus locum thesauri in memoria non repeteret, an desiit pecuniam possidere? Brut. ad Cic. Fam. 11, 10. f. Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui possem. Virg. A. 1, 362. Auxiliumque viae, veteres tellure recludit Thesaurus, ignotum argenti pondus et auri. Pl. Trin. 4, 4, 8. Thesaurum effodiebam intus, dotem, filiae tuae quae daretur. Sall. Jug. 78. Oppidum magnum ubi plerique thesauri Jugurthae erant. Id. ib. 10. Non exercitus, neque thesauri praesidia regum sunt, verum amici: γινώσκ. Cic. Sen. 7. Nec vero quemquam senum audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset. Hor. Sat. 2, 6, 11. Thesaurum invenire. P A Jctis, Paulo Dig. 41, 1, 31. accipitur pro veteri depositione pecuniae, cujus non exstat memoria, ut jam dominum non habeat. Adde eund. ib. 2, 3, Scaevol. ib. 6, 1, 67. et Callistrat. ib. 49, 14, 3. f. Similiter Imp. Leo Cod. 10, 15, 1. definit thesaurum, condita ab ignotis dominis temporis vetustioris mobilia. Javolen. Dig. 34, 2, 39. Si argentum praesentis custodiens causa, non perpetuae, veluti thesauro, depositum esset. Spart. Hadr. 18. De thesauro ita cavet, ut, si quis in suo reperisset, ipse potiretur; si quis in alieno, domino daret; si quis in publico, cum fisco aequaliter partiretur. Inscr. ap. Fabr. p. 77, n. 88. Jovi custodi, et Genio thesaurorum aram C. Julius Aug. Lib. Satyrus D. D. P Est etiam ipse locus, in quo aliquid servandum reponitur, apotheca, conditorium. Liv. 39, 50. Admonet quidam, esse thesaurum publicum sub terra, saxo quadrato septum: eo vincetus Philopomen demittitur. Virg. G. 4, 228. Siquando sedem augustam, servataque mella Thesauri relines, h. e. favis, aut alvearibus. Plin. 10, 72, 93. Condit in thesauros maxillarum cibum spongiorum et satyrorum genus. Id. 17, 14, 22. Monedula condens semina in thesauros cavernarum. Id. 34, 7, 17. Thesaurum effringere. Naevius ap. Gell. 1, 24. Orcinum thesaurum vocat vel sepulcrum, vel inferos. P Translate. Cic. Or. 1, 5. med. Thesaurus rerum omnium, memoria. Id. Part. 31. extr. Qui illos locos, tanquam thesauros aliquos argumentorum, notatos habeat. Id. Att. 15, 27. Excudam aliquid Πικρῆλειον, quod lateat in thesauris tuis, h. e. in pluteis secretioribus. Pl. Poen. 3, 3, 12. Istic este thesaurus stultis in lingua situs, ut quaestui habeant male loqui melioribus. Plin. ep. 1, 22. Nihil est, quod discere velis, quod ille docere non possit. Mihi certe, quoties aliquid abditum quaero, ille thesaurus est, h. e. promptuarium omnis doctrinae. P Acervus, cumulus. Pl. Merc. 1, 1, 51. Tu quidem thesaurum hunc mihi apportavisti mali. Id. ap. Non. 6, 45. Hunc qui domi uxorem meam impudicitia impetivit, per quem teneo thesaurum stupri, h. e. per quem domi meae multa stupra fiunt. Appul. Met. 5. Thesaurus abditae fraudis. P De libro, in quo rerum plurimarum abundans copia sit. Plin. praef. H. N. med. Quoniam, ut ait Domitius Piso, thesauros oportet esse, non libros. P Ap. Pl. Trin. prol. 18. et Ter. Eun. prol. 10. Thesaurus nomen comoediae est. P Thesaurum neutr. gen. legitur ap. Petr. fragm. Trag. 46. extr. Burm. P Olim thesaurus scripsere, et ita haberi in optimis MSS. Virg., Ter. Tom. IV.

et Livii, et in Pandectis Florentinis perpetuo, critici testantur, praecipue Pier. ad Virg. Ecl. 2, 1. et A. 1, 363. Cum enim mos fuisset veteribus supra vocalem longam circumflexi accentus notam vel lineolam appingere, qua significabatur vocalem illam esse producendam, eam postmodum imperitiores librarii compendii signum esse putarunt, et n adscripserunt. Hinc formosus, Atlans, obtusus, et multa alia, quae docti homines postea improbarunt. [Ceterum hanc scribendi rationem non omnino absurdam esse, docet ex vet. lapidib. et nummis Marini. Frat. Arv. p. 590. F.]

THESEIS, idis, f. Θησεΐς, patron. a Thesco: poema est Thesei gesta continens. Juven. 1, 2. Vexatus toties ranci Theseide Codri. P [Hoc nomine fuit etiam una ex Amazonibus. Hyg. fab. 163. F.]

THESEIUS, a, um, adj. Θησειός, ad Theseum pertinens. Or. Met. 15, 492. Theseus heros, h. e. Hippolytus Thesei filius. Stat. Th. 4, 81. Theseia Troezen, h. e. in qua Thesei majores regnarunt. Id. ib. 12, 681. dicta.

THESEUS, a, um, adj. Θησεύς, ad Theseum pertinens. Sen. Hipp. 129. Thesea conjux. Or. Fast. 3, 499. aspiciet venienti nocte coronam Gnosida. Theseo crimine facta Dea est. Id. A. Am. 3, 459. Demophoon Thesei criminis heres, h. e. quo Theseus Ariadnem deseruit. Prop. 1, 3, 1. Thesea carina, h. e. qua Theseus clam aufugit Ariadnem relicta. Tibull. 3, 6, 39. Theseae perjuria linguae, h. e. quibus Theseus Ariadnem decept. Contra Or. Trist. 1, 3, 66. O mihi Thesea pectora juncta fide! h. e. antiqua et firma, qua Theseus amavit Pirithoum. Id. Met. 8, 263. Thesea laus, h. e. ob occisum ab eo Minotaurum. P Sumitur et pro Atheniensi, Attico, quia Theseus Athenis regnavit. Mart. 13, 104. Theseus Hymettus. Sic 4, 13. Thesei favi. Prop. 3, 20, 24. Scandam ego Theseae brachia longa viae, h. e. qua itur Athenas per duplicem murum a Piraeo ad urbem ductum.

THESEUS, i, et eos, m. disyl. Θησεύς, filius Aegaei regis Athenarum, et Aethrae, nepos Pandionis. In fabulis est, filium fuisse Neptuni. Dum esset adolescens, opera Medaeae nocerae paene veneno perit. Sed post mortem patris ad regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debelleavit Amazonas una cum Hercule, earumque reginam Hippolyten cepit, quam in Graeciam duxit, et accepit in uxorem, ex qua Hippolytum genuit. Creontem regem Thebarum Argivos in bello caesos sepeliri prohibentem interfecit. Oppressit terribilem taurum in Attica, apud Marathonem, id est eum, quem Hercules in Creta domuerat, et in Graeciam adductum Atticae immiserat. Minotaurum in labyrintho occidit, et incolimus ex eo evadens Ariadnae Minois filiae opera, quae ei filii glomerem dederat, quo vias signaret, eam, sororemque ejus Phaedram secum abduxit, sed relicta Ariadna in Naxo insula, sibi conjugio Phaedram copulavit. Debelleavit Centauros. Scyronem, Procasten, et Sinin latrones Atticae, item Cercyonem Arcadiae neci dedit. Thebas domuit. Pirithoum praecipua coluit amicitia, quocum descendit ad Inferos, id est in Molossiam regionem Epiri, ad rapiendam Proserpinam, sed occiso Pirithoo, ipse captus est, et aliquandiu in vinculis a Plutone detentus, donec ab Hercule, qui illum summa prosequeretur benevolentia, liberaretur. Primus instituit Athenis Panathenaea, hoc est communem celebritatem in honorem Minervae, quae Graece Ἀθηνᾶ nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Quae omnia versibus persecuti sunt Or. Met. 7, a v. 433. et Stat. Th. 12, a v. 576. V. etiam Or. Her. 10. P Tres illi optiones Neptunus dedit, ille autem diversis temporibus optavit, ut Minotaurum conficeret, ut sibi ad Inferos daretur aditus, ut Hippolytum filium, qui a Phaedra nocera ejus amore captus, et rejecta falso accusatus fuerat, quod se de stupro interpellasset, ulcisceretur. Igitur optavit interitum filii sibi de nocera suscipi, et promissum a Neptuno exegit. Sed filii interitu impetrato in maximos luctus incidit. Postremo jam senior, tot tantisque rebus gestis, regno, patriaque pulsus, in insulam Scyrum navigavit, ubi periit, interemptus a Lycomedes (al. a Nicomede), vel ex loco edito post coenam deambulando delapsus, ut liquidam volunt. Apud Inferos eo poenae genere cruciari traditur, ut saxo affixus perpetuo sedeat, nec relevare se possit. Virg. A. 6, 618. sedet, aeternumque sedebit infelix Theseus. Or. Fast. 6, 737. Notus amor Phaedrae, nota est injuria Thesei. Id. Met. 8, 267. Sparserat Argolicae nomen vaga fama per urbes Theseos: et populi, etc. Prop. 2, 11, 7. Nec sic incolumem Minois Thesea vidit. Or. Her. 10, 3. Quae legis, ex illo, Theseu, tibi litore mitto, Unde, etc.

THESIDES, ae, m. Θησεΐδης, Hippolytus Thesei filius. Or. Her. 4, 65. Thesides, Thesuscusque duas rapere sorores, h. e. Theseus rapuit abduxitque Ariadnem: ejus sororem Phaedram Hippolytus sua pulcritudine cepit. Adde Aulon. epigr. 20. P Thesidae, arum, Athenienses, quorum rex Theseus. Virg. G. 2, 332. Praemiaque ingenuis pagos et compta circum Thesidae posuere.

THESIUM, ii, n. Θησεΐον, herba radice bulbosa, gustu aspera, purgandae alvi vim habens. Plin. 21, 17, 67. et 22, 22, 31. [*flachsblüttriges Leinkraut, Thesium linophyllum, L.]

THESIS, is, f. Θησεΐς, h. e. positio: vox Graeca a ἔθνη, pono: A rhetoribus adhibetur ad significandam quaestionem infinitam, seu materiam et argumentum disputationis infinitae, quod Latine propositum dici potest, ut Cic. Top. 21. docet. Quod si quaestio definita sit, et certis personis, locis, temporibus, actionibus determinata, hypothesis dicitur, Latine causa, ut in ea voce dictum est. Exemplum thesis est, an ducere uxorem vitae caelibi praestet: hypothesis, an Milo Clodium recte occiderit. Plura de his Quint. 3, 5., ubi haec vox aliquoties Latine scribitur et inflectitur. Sen. Contr. prooem. Declamabat Cicero, non quales nunc controversias dicimus, nec tales, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theses vocabant. P De thesi quae opponitur arsi, V. ARSIS. P De distinctionibus, et intervallis orationis, V. POSITURA. P [Thesis est etiam sacramentum, (V. Festi et Asconii l. c. in SACRAMENTUM, in.) depositum pecuniae, vel alicujus rei, quod Graece παρακαταβολή, Italice nunc caparra dicitur, quodque tunc aliquis amittit, cum voti damnatus est. Hinc Callimach. Hymn. in Cerer. v. 48. Τέρον πολὺθρασε τοκεῖσι, h. e. filii multum votis expetite parentibus. Inscr. ap. Morcell. de stil. inscr. Lat. T. 2. p. 322. Pro salute C. Caesaris Aug. Germ. et reditu, F. P. Pr. (h. e. Fortunae Primigeniae Praenestinae) thesis, Q. Cosidius Tertius D. D. (V. Viscont. Mus. Pio-Clem. T. 2. p. 88. ed. Med., et aliter vocem thesis interpretantem Marin. Frat. Arv. p. 589.) F.]

THESMOPHORIA, orum, n. plur. Θεσμοφορία, sacra Cereris, initia Latine dicta, ab Erechtheo Athenarum rege instituta, quo tempore frumenti satio a Triptolemo inventa est, ut Justin. tradit 2, 6.: ita dicta a θεσμός, lex, et φέρω, fero. Prima enim Ceres leges tulisse dicitur, ideoque θεσμοφώρα cognominata est, quia ante frumenta homines sine lege vagabantur: ex agrorum autem divisione nata sunt jura, ut Maer. Sat. 3, 12. et Serv. ad A. 4, 58. docent. Arnob. 5, 173. Vultis considerum mysteria et illa divina, quae Thesmophoria nominantur a Graecis, quibus gente ab Attica sancta illa pervigilia consecrata sunt, et pannychismi graves? Adde Maer. l. c. et Hyg. fab. 147.

THESMOPHORUS, a, um, adj. Θεσμοφορός, legifer. In Inscr., quae tamen sublestae fidei est, ap. Mur. 30, 3. dicitur Ceres frugifera, aristigera, thesmophora. V. v. praec.

[THESMUS, i, m. Θεσμός, lex. Est cogn. R. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 291, 9. L. Naevius Thesmus. F.]

THESPIACUS, a, um, adj. Θεσπιεύς, Thespius. Val. Fl. 1, 93. Thespiaca moenia. Stat. Silv. 2, 7, 16. Thespiaci luci, h. e. nemus Heliconis prope Thespias.

THESPIADES, ae, m. Θεσπιάδης, Tiphys Argus gubernator, Thespii ortus. Hic primus fuisse dicitur, qui gubernaculo, quod ipse invenit, in navi usus est. Val. Fl. 2, 367. Et lunam quarto densam videt imbribus ortu Thespiades. Adde 1, 124. P In plur. num. Thespiadae, arum, et dum, posterii filiorum, quos Hercules ex quinquaginta puellis Thespii filii suscepit. Horum quidem nomine Mysceus, Alemonis filius, in magnam Graeciam transgressus, Crotonem condidit, ut est ap. Or. Met. 15, 19. Cujus urbis cives postea Thespiadae, et Thespiades sunt appellati. Sil. 11, 17. patefecit amicas Alta Croton portas, Afrisque ad barbara jussa Thespiadum docuit submittere colla nepotes. Adde Hyg. fab. 162. P Alios Thespiades memorat Stat. Th. 2, 629. Chromin et Periphantem.

THESPIAE. V. THESPIUS.

THESPIAS, adis, f. patronym. Θεσπιεύς, filia Thespii. Thespiades fuere quinquaginta, quas omnes dicitur Hercules unus matres fecisse. V. THESPIUS. Sen. Herc. Oct. 369. nempe Thespiades vacant, Brevique in illas Arsit Alcides face. P Thespiades Deae, Musae a Thespii Boeotiae oppido, quod prope Helicon est, nobilis earum sedes. Varr. L. L. 6, 2. f. Musae ab terrestribus locis cognominatae Libethrides, Pimpleides, Thespiades, Heliconides. Or. Met. 5, 309. nobiscum, siqua est fiducia vocis, Thespiades certate Deae. Adde Cic. Verr. 2, 4, 2. et Plin. 36, 5, 4. n. 12.

THESPIENSIS, e, adj. ad Thespias oppidum Boeotiae pertinens. Thespienses, absolute, ejus incolae. Cic. Verr. 2, 4, 60.

[THESPIS, is, et idis, m. Θεσπις, primus poeta tragicus, personarum inventor, ex Icaria civitate Atticae. Vixit Solonis temporibus. Hor. A. P. 276. Ignotum tragicum genus invenisse Camenae dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespiis. F. V. et Laert. 3, 56. Cf. Bentleyum, Dissertation upon Phalaris, p. 231. seq. et Guil. Schneiderum de Originibus Tragoediae Graecae. 4. et 5. B. A.]

THESPIUS, a, um, adj. Θεσπιεύς, ad Thespias pertinens. Val. Fl. 1, 478. Thespia moenia. P Sunt autem Thespias, Θεσπιᾶ, Boeotiae oppidum in confinio Phocidis, prope Heliconem, sedem Mu-

sarum. Ibi fuit nobile signum marmoreum Cupidinis, a Praxitele factum, propter quem Thespieae visebantur: nam alia visendi causa nulla erat, inquit Cic. *Verr.* 2, 4, 2. et 60. et *Plin.* 36, 5, 4, n. 5. P. Fuit et Thespieae Thessaliae opp., in Magnesia. *Plin.* 4, 9. *Bail.* P. *Thespii, orum*, Thespiarum incolae. *Arnob.* 6, 196. P. *Thespius*, aliis *Thestius*, Teuthrantis filius, rex Mysiae, quinquaginta habuit filias, quas omnes Hercules nocte una, inquit *Arnob.* 4, 145., perdocuit et nomen virginitatis exponere, et genitricum pondera sustinere. Adde *Stat. Sil.* 3, 1, 43.

THESPROTIS, idis, adj. f. *Θεσπρωτις*, Thesprotia. *Armen. Arat.* 384. ortus Thesprotide terra.

THESPROTIUS, a, um, *Θεσπρωτιος*, ad Thesprotiam pertinens, quae est regio Epiri maritima, contra Coreyram, Chaoniae proxima, in qua Buthrotum: cujus populi Thesproti, *Θεσπρωτοι*, dicti sunt a Thesproto Pelasgi filio, Epiri rege. *Liv.* 8, 24. Thesprotius sinus; et *Sil.* 15, 297. Thesprotia arva. *Lucan.* 3, 179. Thesproti, Dryopesque ruunt. *Plin.* 4, 1, 1. Flumen Thesprotiae Tyamis.

THESPROTUS, a, um, adj. *Θεσπρωτος*, Thesprotius. V. v. praec. P. Dicitur etiam de ora Cumana in mari infero, quia eam olim occuparunt Abantes ex Euboea in Thesprotiam, indeque columba duce illo transvecti. *Prop.* 1, 11, 3. Et modo Thesproto mirantem subdita regno Proxima Misenis aequora litoribus. Alii leg. *Thesproti*. *Colum.* 10, 130. veteres Thesproto litore Cumae. Alii leg. *caesoso*, aut *caesoso*. Haec ex *Scal.* ad *Virg. Cul.* 14.

THESPROTUS, i, m. *Θεσπρωτος*, regnavit in ea regione, ubi Avernus lacus dicebatur esse. *Hygin. fab.* 88. B. A.

THESSALIA, ae, f. *Θεσσαλία*, regio ampla Macedoniae meridionali adjecta, inter Pierium montem ad septentrionem, ubi ab illa sejungitur, mare Aegaeum ad orientem, Phocidem ad meridiem, Epirum ad occidentem. In ea sunt Tempe, loca amoena; Olympus, Pierus, Ossa, Pelion, Oeta, Pindus, Othrys, montes nobilissimi, Apidanus, Pamisus, Enipeus, Peneus, celebrati amnes; Phaerae, Larissa, Gomphi, Pagasae, nobiles urbes; Pharsalici campi, et alia, quae enumerant *Plin.* 4, 8, 15. et *Mela* 2, 3. Describit etiam *Lucan.* 6, a v. 333. P. *Thessaliam* regionem adjective dixit *Appul. Met.* 1, f. V. dicta in ARABIA. P. In Thessalia herbae venenatae plurimum proveniebant: quarum occasione Thessali e beneficia male audierunt. *Prop.* 1, 5, 6. Et bibere et tona toxica Thessalia. V. THESSALUS. P. Ibi primum domiti sunt equi a Centauris, ut est ap. *Lucan.* 6, 306. V. CENTAURUS. P. Celebris est etiam pugna memorabili Caesaris et Pompeji in campis Pharsalici. *Lucan.* 8, 428. Thessalia bellum civile peractum est.

THESSALICUS, a, um, adj. *Θεσσαλικός*, ad Thessaliam pertinens. *Plin.* 16, 44, 92. Thessalica Tempe. *Id.* 12, 1, 5. Marcellus Eserinus, spado Thessalicus. *Ov. Her.* 9, 100. Thessalica juga, h. e. vertex Pelii montis, unde Centauros dejecit Hercules. *Sen. Herc. Oct.* 168. Thessalici aggeres, h. e. Pelion et Ossa montes Thessaliae. *Ov. Trist.* 4, 3, 30. Thessalicus axis, h. e. currus, ad quem alligatum Hectorem Achilles circum Trojam raptavit. *Lucan.* 4, 528. Thessalicae sagittae, h. e. signum Sagittarii, qui est Chiron. *Thessalus. Lucr.* 2, 500. Thessalicus color, h. e. purpureus. V. MELIBOEA. *Val. Fl.* 5, 219. Thessalicus dux, h. e. Jason dux Argonautarum. *Id.* 7, 1. hospes: *idem*; et 1, 244. tyrannus, h. e. Pelias rex Thessaliae. *Sen. Med.* 415. dux, h. e. Acastus Peliae filius. *Id. Troad.* 181. eodem nomine Achillem designat, Larissae in Thessalia ortum. *Id. ib.* 324. Thessalica navalia, h. e. classis Achillis. *Id. Ag.* 120. trabs, h. e. navis Argo in Thessalia facta. *Val. Fl.* 8, 161. et *Claud. in Ruf.* 1, 174. Thessalici remi, h. e. ejusdem navis Argo. *Id. Nupt. Hon. et Mar.* 19. crines, h. e. coma Achillis. *Val. Fl.* 3, 173. reges, h. e. Argonautae, inter quos multi fuere regio sanguine: itaque eos *Stat.* quoque *Achill.* 1, 156. appellat. *Sen. Hipp.* 397. Thessalicum hastile, h. e. sarissa Macedonica. P. Ad venena et incantationes pertinent haec. *Ov. Am.* 3, 7, 27. et *Val. Fl.* 7, 198. Thessalicum venenum. *Sen. Hipp.* 791. Luna tracta Thessalicis carminibus. *Id. Med.* 790. Luna vexata Thessalicis minis. *Mart.* 9, 30. Thessalico lunam deducere rhombo. P. Ad pugnam civilem Caesaris et Pompeji. *Lucan.* 7, 202. Thessalicus dies; et *ib.* 808. Thessalica flamma, h. e. quae arserit caesorum rogi; et *ib.* 448. Thessalicae caedes. *Id.* 6, 62. clades. *Id.* 8, 529. Thessalici cineres; et 9, 181. manes; et *ib.* 1019. ruinae; et 6, 409. laurus. P. Ad equos, qui in Thessalia primum domiti. *Lucan.* 6: 396. Primus ab aequorea percussis cuspide saxis Thessalicus sonipes bellis feratibus omen Exsiluit. *Varr. R. R.* 2, 7. Nobiles in Graecia Thessalici equi. *Val. Fl.* 1, 424. Oraque Thessalico melior contunderet freno Castor. P. Cum *Lucan.* Haemum montem *Thessalicum* dicit 10, 499., Thessaliam cum Thracia confundit. Sic 6, 576. Qua juga devexus Pharsalia porrigit Haemus. Vel respicit ad caedes Martis in Thracia, quarum similis fuit clades Pharsalica. Mos est veterum auctorum Thraciae, Macedoniae, Thessaliae loca, utpote

regionum vicinarum, confundere. V. PHILAPPI, OTHRYS et OSSA.

THESSALIS, idis, f. *Θεσσαλις*, quae est ex Thessalia. *Ov. Met.* 12, 190. Elateia Caenis Thessalidum virgo pulcherrima. *Id. Her.* 13, 112. Nulla caret fumo Thessalis ara meo. *Prop.* 1, 19, 10. Thessalis antiquam venerat umbra domum, h. e. manes Proteilai Thessali, Laodomiae mariti. P. De saga, et venefica. *Lucan.* 6, 451. Abducit Superos alienis Thessalis aris; et *ib.* 564. caris cognato in funere dira Thessalis incubuit membris; et *ib.* 452. Thessalidum carmen. *Claud. B. Get.* 237. Thessalidas credunt patriis lunare venenis Incestare jubar. Adde *Lucan.* 6, 605. et 628. et *Stat. Th.* 3, 140.

THESSALIUS, a, um, adj. *Θεσσαλιος*, Thessalicus, Thessalus. *Ov. Pont.* 1, 3, 74. Thessaliamque adiit hospes Achillis humum. Alii leg. *Thessalicam. Grat. Cyn.* 228. Thessalium quadriga decus, h. e. quadriga equorum Thessalicorum.

*THESSALOCE, es, dicta est olim Magnesia ad Maecandrum, teste *Plin.* 5, 29. B. A.

*THESSALONICA, ae, vel Thessalonice, es, f. *Θεσσαλονίκη*, urbs Macedoniae, V. in *Thessalonicensis*. P. Thessalonice, Philippo Alexandri M. patris filia, Cassandri uxor, ab Antipatro filio, quem frustra per ubera, quae eum lactaverant, deprecata est, interfecta est. *Justin.* 14, 6. in. et *extr.* Adde 16, 7. in. Cf. *Pausan.* in *Arcad. med.* p. 242. *Wechel.* et *Boeot. med.* p. 287. *Wechel.* Ap. *Justin.* 14, 6. *extr.* Aridae filia appellatur, sed mendose B. A.

THESSALONICENSIS, e, adj. ad Thessalonicam, seu Thessalonicen pertinens, quae est urbs Macedoniae in intimo recessu sinus Thermaici, cum portu, et navali: nunc *Salonichi*: sic appellata a Philippo rege Macedoniae, Alexandri M. patre, quia in ejus agro Thessalos ingenti clade afflixerat. *Θεσσαλονίκη*. Ejus incolae *Thessalonicenses* dicuntur a *Cic. Proc. cons.* 2. Ipsa urbs celeberrima dicitur a *Liv.* 45, 30. (Adde *Plin.* 4, 10, 17.) *Claud. in Ruf.* 2, 279. murosque subibat Thessalonica tuos.

THESSALUS, a, um, adj. *Θεσσαλός*, ad Thessaliam pertinens, Thessalicus. *Sen. Herc. Oct.* 134. Thessalum solum. *Claud. IV. cons. Hon.* 541. Thessala gens. *Plin.* 8, 45, 70. Thessalorum gens. *Stat. Achill.* 1, 100. Thessala vada, h. e. mare Thessaliam alluens. *Id. ib.* 2, 382. Thessalus senior, h. e. Chiron. *Prop.* 2, 18, 30. Thessala tela, h. e. arma Achillis. *Hor. Od.* 1, 10, 15. Thessali ignes, h. e. accensi a vigilibus in castris Achillis ad Trojam. *Stat. Sil.* 2, 7, 55. Thessali currus, h. e. Achillis Hectorem raptantis. *Sen. Troad.* 325. Thessalae nave, h. e. classis Achillis. *Stat. Th.* 3, 518. et *Achill.* 1, 156. Thessala pinus; et *Val. Fl.* 2, 445. puppis, h. e. Argo navis. *Id.* 5, 278. Thessalus dux, h. e. Iason. *Id.* 8, 380. Thessala tentoria, h. e. Argonautarum. *Id.* 4, 13. frena, h. e. optima, quia domandorum equorum ratio in Thessalia initium habuit P. In illo *Claud. Laud. Seren.* 12. consorte redempto, Casta maritali successit Thessala fato, *Thessala* est Alceste filia Peliae regis Thessaliae. V. ALCESTE, ut *Thessalus* est Achilles ap. *Ov. Am.* 2, 8, 11. Thessalus ancillae facie Briseidos arsit. P. Thessali ob copiam herbarum nocentium, veneficis et incantationibus infames fuerunt, praecipue feminae. *Tibull.* 2, 4, 55. Quidquid habet Circe, quidquid Medea veneni, Quidquid et herbarum Thessala terra gerit. *Plin.* 30, 1, 2. Menander Thessalam cognominavit fabulam, complexam ambages femininarum detrahentium lunam. *Claud. in Ruf.* 1, 136. novi quo Thessala cantu Eripiat lunare jubar. *Lucan.* 6, 519. Thessala nudis Egreditur bustis, nocturna quoque fulgura captat. *Juven.* 6, 609. Thessala philtra. Adde *Pl. Amph.* 4, 3, 10., *Prop.* 3, 23, 10. et *Lucan.* 6, 614. P. Universim pro magico. *Hor. Epod.* 5, 45. Quae sidera excantata voce Thessala, Lunamque coelo deripit. *Id. Od.* 1, 27, 21. Quae saga, quis te solvere Thessalus Magnus venenis poterit?

*THESSALUS, i, m. *Θεσσαλος*, Thesprotius, a quo Thessalia dicta. *Vellei.* 1, 3. in. etc. P. Item medicus, qui, convivio instituto, Babylone invitavit Alexandrum, ut ea occasione venenum ei ab Antipatri filii Cassandro et lolla propinaretur. *Curt.* 10, 4. P. Thessalus, Tralibus oriundus, medicus sub Nerone Imperatore, qui triduanum jejuniu aegris quibuslibet imperabat, totiusque medicinae perfectam cognitionem intra sex menses pollicebatur, contra cujus placita multis in locis disputat Galeus. Solum medicinae arcana se pernosse jactitans, scripsit *contra Hippocratis aphorismos*: cum tamen ipsemet nihil novi invenisset, sed Themisonis principii mordicus inhaereret. Obiit Romae, in via Appia sepultus. Scripsit porro *de communitatibus et Syneritica*. *Plin.* 29, 1. Cf. *Galen. Meth.* 1, 2. B. A.

THESTIADES, ae, m. *Θεστιάδης*, filius aut nepos Thestii Lacedaemonii, patris Ledaee, et Althaeae. *Ov. Fast.* 5, 305. Respice Thestiaden: flammis absentibus arsit, h. e. Meleagrum filium Althaeae Thestii filiae. *Id. Met.* 8, 303. et 434. Thestiadae clamant, h. e. Plexippus et Toxeus Thestii filii, Althaeae fratres.

THESTIAS, adis, f. *Θεστίας*, filia Thestii, nempe Althaea mater Melagri. *Ov. Trist.* 1, 7, 17. cre-

masse suum fertur sub stipite natum Thestias. V. MELEAGER.

*THESTIUS, i, m. *Θεστιος*, pater Ledaee et Althaeae. *Hygin. fab.* 77. 155. et 174. Adde *fab.* 14. V. *Thestiades*. P. Et rex Mysiae, alio nomine Thespius. V. *Thespius*, a, um, ad f. B. A.

THESTORIDES, ae, m. *Θεστοριδης*, filius aut nepos Thestoris. Fuit autem Thestor Mycenaens, pater Calchantis, celebris vatis in expeditione Trojana Graecorum. *Ov. Met.* 12, 18. veri providus augur Thestorides. *Stat. Achill.* 1, 496. O nimium Phoebi, tripodumque oblite tuorum, Thestoride! Adde *ib.* 516.

*THESTYLIS, is, f. mulier rustica ap. *Virg. Ecl.* 2, 11. B. A.

THETA, n. g. *Θήτα*, nomen litterae Graecae, quae apud nos valet th aspiratum. Haec in Graecorum iudiciis nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C., quod ea sit prima littera in dictione *θάνατος*, mors. Huc allusit *Pers.* 4, 13. Et potis es vitio nigrum praefigere theta. *Mart.* 7, 37. [Nosti mortiferum quaestoris, Castrice, signum? Est operae pretium dicere theta novum, h. e. emunctionem, quo signo quaestor ille se reos condemnare indicabat. *Auson. epigr.* 128. Miselle doctor, 8 tibi sit obsceno, tuumque nomen Θ sectilis signet, h. e. tibi sit figura Graeca diphthongi, qua significatur laqueus, et nomen hinc tuum nigrum theta notetur. P. Fuit etiam defunctorum nota in breviculis militum, et in lapidibus sepulchralibus. *Ruf. Invect. in Hieron.* 2, n. 36. Si quis accepto breviculo, in quo militum nomina continentur, nitatur inspicere, quanti ex militibus supersint, quanti in bello ceciderint, et requirens qui inspicere missus est, propriam notam Θ ad uniuscujusque defuncti nomen adscribit, et propria rursus nota (scil. V.) superstitem signat. Hinc etiam in vet. lapidibus, illud Θ videre est ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 610. P. Quandoque item erat nota critica scriptionem aliquam improban. *Sidon. Carm.* 9, 335. Isti qui valet exarationi Districtum bonus applicare theta. F.]

*THETIDIUM, t, n. *Θετιδιον*, Thessaliae oppidum, in Pharsalia. *Liv.* 3, 6. et 7. B. A.

THETIS, is, et idis, f. *Θητις*, Nympha maris, filia Nerei et Doridos, uxor Pelei Thessaliae regis, mater Achillis, neptis Tethyos. V. TETHYS. *Prisc.* 6, 709. Thetis, hujus Thetidis: quamvis ablat. ejus ab hac Theti. *Catull.* 64, 21. Tum Thetidi pater ipse jugandum Pelea sensit. *Ov. Her.* 20, 61. Et, Thetidi quales vix rear esse, pedes. *Pl. Epid.* 1, 1, 33. Tum ille prognatus Theti, sine, perdat: aliae adportabant ei Nerei filiae. *Hor. Epod.* 13, 12. de Achille: mortalis Dea nate puer Thetide. *Sen. Herc. Fur.* 734. Thetidis socer, h. e. Aeacus Pelei pater. *Stat. Achill.* 1, 80. Ne pte Dardaniam frustra, Theti, mergere classem. P. Metonymice est mare. *Virg. Ecl.* 4, 32. Tentare Thetin ratibus. *Mart.* 10, 30. Hic summa levi stringitur Thetis vento. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 148. Hic latrat Gaetula Thetis, h. e. mare Libycum. P. In illo *Mart.* 10, 13. Et Thetis unguento palleat uncta tuo. *Thetis* per hyperbolen et vastum balneum instar maris.

[THEUDALENSIS et Teudalensis, e, adj. ad Theudalen, ut *Ptolem.* l. 4. c. 3. vocat, vel ad Theudalin, ut *Plin.* 5, 4, 3. appellat, oppidum immune Africae proconsularis, Hipponi Diarrhyto finitimum. Hinc *Teudalenses*, ium, absolute, in *Inscr.* ap. *Grut.* 512. sunt incolae illius oppidi. F.]

[THEUDENSIS, e, adj. ad Theudam, sive Theuzam, pertinens, provinciae Byzaceniae urbem in Africa. *Plin.* 5, 4, 4. Theudense oppidum. F.]

*THEUDORIA, ae, opp. Athamaniae. *Liv.* 38, 1. B. A.

*THEUDORUM, n. opp. Galliae Belgicae. *Anton. Itin.* B. A.

*THEUMA, vicus Thessaliae. *Liv.* 32, 13. *extr.* B. A.

THEUMESIUS, a, um, adj. *Θευμήσιος*, ad Theumesium pertinens, qui est mons Boeotiae apud Thebas. *Stat. Th.* 4, 372. Hinc Theumesia arva, *Id. ib.* 2, 383. quae circa Thebas et eum montem jacent: et Theumesium juvenis, *ib.* 331. h. e. Polynices Thebanus. Theumesium leo, *Id. ib.* 4, 85. pellis leonina, quam gestabat Polynices, ut ostenderet, se Thebanum esse, et ex posteris Herculis, qui ut in silva Nemaea, sic in Theumesia regione immanem leonem interfecerat, ut est ap. *eund. Stat. Th.* 1, 485., ubi Theumesia Tempe sunt loca circa Thebas aequae amoena, ac Thessala Tempe. Theumesia cornus, *ib.* 3, 624. hasta Tydei, quam caeso hosti Thebano in pugna eripuerat. Theumesia Thyas, *ib.* 5, 92. mulier Orgia Bacchi Thebani celebrans. Denique Theumesium amnis, *ib.* 9, 462. est Ismenus Theumesium et Thebas alluens. P. Rectius, ut videtur, scribendum *Theumesium* vel *Theumessius*, sine aspiratione. *Steph. Byz. Τευμησιός, ὄρος Βοιωτίας.* — *Οἱ κατοικοῦντες, Τευμησιοὶ. Θευμήσιος*, quod praebent *Facc. et Forc.*, ni vehementer erro, vox nulla est. B. A.

[THEVESTINUS et Tevestinus, a, um, adj. ad Thevesten, seu Tevesten, aut Tebesten pertinens Numidiae coloniam, quam *Ptolem.* 4, 3. *Θεβόνην* appellat, et *Ant. Itin.* inter Amudaram et Alteban

recenset: et cujus mentio est in hac Inscr. ap. Donat. 214, 7. Imp. Caes. Tranatus Hadrianus Aug. viam a Carthagine Thevesten stravit per Leg. III. Aug. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 272, 10. Tyrrenus Lib. Proc. Reg. Thevestinae. Alia ap. Don. cl. 5. n. 87. M. Ulp. Augg. Lib. Probus Proc. Africae Reg. Tevest. F.]

THEURGIA, ae, f. Θεουργία, Graece sonat opus divinum: a Θεός, Deus, et ἔργον, opus. Accipitur ab August. C. D. 10, 9. et 10. pro genere magiae, qua per quaedam sacra Dii daemonesque evocantur, et ad homines accedere coguntur animae purgandae gratia.

THEURGICUS, a, um, adj. Θεουργικός, ad theurgiam pertinens, ut Consecratio theurgica teletae, August. C. D. 10, 9. Theurgica ars, ib. 10.

THEURGUS, i, m. Θεουργός, qui theurgiam tractat, et sacris Deos elicit. August. C. D. 10, 10. [THEUTALIS, f. herba ap. Plin. 27, 12. Bail.]

THEUTATES, deus Gallorum. V. Teutates. P. Et astronomus sive astrologus, Aegyptius. Arnob. 2. med. p. 116. Herald. (al. p. 92.) Quando siderum motus aut ratio coepta est genethliaca sciri? non post Theutam Aegyptium, aut post Atlantem, gestatorem — coeli? B. A.

THIA, ae, f. Θεία, Hyperionis conjux, mater Solis, ut est ap. Pind. Isthm. 5. Catull. 66, 43. Ille quoque eversus mons est, quem maximum in oris Progenies Thiae clara supervehitur, h. e. Sol. P. Item insula maris Aegaei, Cretae vicina, una ex Sporadibus. Mela 2, 7. med. Plin. 3, 12. qui in 2, 87. suis temporibus enatam refert. B. A.

THIASITES, ae, m. Θιασίτης, sodalis, idem ac Θιασώτης, qui in honorem Bacchi Θιασώτης, h. e. choreas, ducit. Paul. ex Festo: Thiasitas, sodalitas. Alii legend. recte putant sodales pro sodalitas.

THIASIUS, a, um, adj. ad thiasum, seu thiasitem pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Donat. 424. 10. C. Quinctius P. L. Thiasius. F.]

THIASUS, i, m. Θιασός, saltatio, sive chorea, quae Baccho exhibebatur: a Θιασώω, Orgia celebri. Virg. Ecl. 5, 30. Instituit Daphnis thiasos inducere Baccho. Stat. Silv. 3, 41. Confectus thiasis, h. e. saltando fessus. Catull. 63, 27. Simul haec comitibus Atys cecinit notha mulier, Thiasus repente linguis trepidantibus adulat, h. e. coetus Bacchantium, et thiasum agentium; et 64, 251. florens volitabat Iacchus cum thiaso Satyrorum, et Nysigenis Silenis. P. [Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Rosin. Dissert. isagog. tab. 16. col. 3. L. Mammius L. L. Thiasus. F.]

THIATIS, i, m. mensis apud Aegyptios. Plin. 27, 12, 80. Tradunt Aegyptii, mensis, quem thiatin vocant, die XXVII. fere in Augustum mensem incurrente, si quis etc. F.]

THIBI, orum, populi Ponti, oculis perpetuo nictantes; quod cum ἔπιον vocent Graeci, ambiguitate vocis deceptus Plinius in altero oculo geminam pupillam, in altero equinam effigiem habere scribit, 7, 2. V. Plutarch. Sympos. 5. 680. Voss. de Idolol. 3, 23. Salmas. ad Solin. p. 46. et 47. B. A.

THIBURSICENSIS, e, adj. ad Thibursicum pertinens, Buri sedem episcopalem provinciae proconsularis Africae, nunc Tubersok. Inscr. ap. Donat. 349, 5. Resp. municipii Severiani Antoniniani liberi Thibursicensium Bure, h. e. Burensium. F.]

THIGNICENSIS, e, adj. ad Thignicam pertinens, Numidiae urbem in Tab. Pent. memoratam, nunc Tunga vel Tighiba. Inscr. ap. Donat. 81, 1. C. Memmio Felici flammii Aug. perp. utriusque partis civitatis Thignicensis, etc. F.]

THIMANEI, orum, populi Arabiae. Plin. 6, 28. B. A.

THIMARUM, i, n. oppidum Thessaliae. Liv. 32, 13. B. A.

THIMIDENSIS, e, adj. ad Thimidam Regiam pertinens, urbem episcopalem Africae proconsularis. Inscr. ap. Marin. Frat. Arc. p. 400. C. Julio Regino curatori splendidissimae reipublicae Thimidensium Regionum, etc. F.]

THINITES, ae, m. Θυνίτης, praefectura seu nomos Aegypti in Thebaide, cujus caput urbs This ad occidentalem Nili ripam, quae nunc Tunah appellatur. Plin. 5, 9, 9. Summa pars, contermina Aethiopiae, Thebais vocatur. Dividitur in praefecturas oppidorum quas nomos vocant, Ombiten, Apollopoliten, Hermonthiten, Thiniten, etc.

THIODAMANTEUS, a, um, adj. Θεοδαμάντειος, ad Thiodamantem pertinens, Hylae patrem. V. DRYOPES. Prop. 1, 20, 6. Thiodamanteo proximus ardor Hylae.

THIRMIDA, ae, Numidiae oppidum. Sall. B. J. 12. B. A.

THISBAEUS, a, um, adj. ad Thisben pertinens, Boeotiae oppidum, cujus ager columbis abundat: illius meminit Stat. Th. 7, 261. Dionaeis avibus circumsona Thisbe. Ov. Met. 11, 300. Thisbaeas agita-columbas.

THISBE, es, f. Θισβή, puella Babylonia, cujus amore deperit Pyramus. Ov. Met. 4, 55. et sqq. V. PYRAMUS. P. Hoc nomine fuit etiam oppidum Boeotiae. V. v. praec. F.]

THIUS, ii, m. Θείος, patris, et matris frater,

h. e. patruus, et avunculus. Isid. Or. 9, 6. Fratruelles materterae filii sunt: sobriini consobrinorum filii: thius Graecum nomen est. F.]

THLADIAS et Thlasias, ae, m. Θλαδίας, et Θλασίας, eunuchus, cui non evulsi, ut spadoni, sed contusi et fracti sunt testes, seu fissa ferula compressi et paulatim contracti, ut Colum. 6, 26. et Pall. 6, 7. dicunt, Similis est thlibias, Θλιβίας; a Θλιβω, premo, elido. Utriusque mentio fit ab Ulp. 50, 16, 128. Spadonum generalis appellatio est: quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiae, thlasiae, sed et si quod aliud genus spadonum est, continetur. Paul. ib. 48, 8, 5. [Hi quoque, qui thlibias faciunt, in eadem causa sunt, qua hi, qui castrant. Plin. hos thladias seu thlasias ait esse, quibus franguntur testes. Is enim sic 11, 49, 110. Homini tantum injuria, aut sponte naturae franguntur testes; idque tertium, ab hermaphroditis et spadonibus semiviri genus habent. F.]

THLASPI, is, n. Θλάσπι, herba est duorum generum: unum angustis foliis, digitali longitudine, cauliculo semipedali, peltarum specie, semine incluso lenticulae effigie, nisi quod infringitur, unde et nomen (nempe a Θλάω, frango), flore albicanti: alterum latis foliis, radice magna. Haec ex Plin. 27, 13, 113. Cels. 5, 23. n. 3. Thlaspis P. X V. = = = Scrib. Comp. 170. Thlaspis X. P. VI. et victoriati.

THLIBIAS. V. THLADIAS.

THMUIS, is, Θημοῦς, Aegypti opp., in Delta. Ammian. 12, 16. ed. Vales. Adde Anton. Itin. Hieron. adv. Jovin. 2, 6. med.

THOANTEUS, a, um, adj. a Thoante, ut Diana Thoantea ap. Val. Fl. 8, 208. id est Taurica, cui hostiis humanis sacrificabant. Sic Ov. Ib. 386. Thoantea Taurica sacra Deae. Adde Sil. 14, 260.

THOANTIAS, adis, f. Hypsipyle filia Thoantis. Ov. Her. 6, 163. Haec ego conjugio fraudata Thoantias oro.

THOANTIS, idis, f. Θωαντίς, Thoantias. Stat. Th. 5, 650. laceras comitata Thoantis Advenit exsequias; et ib. 700. Secum ante ora virum fremebunda, Thoantida portans.

THOAR, oppidum in Meninge insula. Plin. 5, 7. B. A.

THOAS, antis, m. Θόας, rex Tauricae Chersonesi, ad quem delata est Iphigenia Agamemnonis filia, et ab eodem Dianae Tauricae sacris praefecta. Hunc postea occidit Orestes, a sorore adjutus, cum illum quoque Thoas Dianae arae destinasset. Ov. Pont. 3, 2, 59. Regna Thoas habuit Maetide clarus in ora, Nec fuit Euxinis notior alter aquis. P. Thoas alter filius Liberi Patris ex Ariadne Minois filia, pater Hypsipyles, rex Lemni insulae. Cum ceterae omnes Lemni mulieres viros suos, et parentes trucidassent, solus a filia servatus est, et clam navi impositus in Chium insulam pervenit. Ov. Her. 6, 135. et Stat. Th. 5. a. v. 240. P. *Alius, filius Andraemonis, unus ex prociis Helenae, qui una cum ceteris Graecis ad Trojam expugnatam ivit. Hygin. fab. 81, 97. et 114. P. Alius Thoas, cujus meminit Virg. A. 10, 415. B. A.

THOCUM. V. THROCUM.

THOLUS, i, m. Θόλος, umbilicus tecti, ubi trabes omnes conveniunt, summa et media pars camerae rotunda, aut in modum scuti: item ipsa camera rotunda forma in fastigiatum acumen desinens. Dicitur volunt ἀπό τοῦ θένει ὄλον, quia totus circumcurrit. Ov. Fast. 6, 282. de aede Vestae: Par facies templi (h. e. rotunda), nullus procurrat in illo Angulus: a pluvio vindicat imbre tholus. Vitr. 4, 7. In medio tecti ratio ita habeatur, uti quanta diametros totius operis erit futura, dimidia altitudo fiat tholi praeter florem. Id. 7, 5. med. Tholorum rotunda tecta. Claud. Idyll. 6, 62. Afflatosque vago temperat igne tholos, h. e. fornices, cameras. Adde Varr. ap. Non. 6, 2. P. In tholo sacrarum aedium suspendebantur donaria Diis oblata. Virg. A. 9, 406. siqua tuis pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit: siqua ipse meis venatibus auxi, Suspendive tholo, aut sacra ad fastigia fixi. Stat. Th. 4, 733. figamque superbis Arma tholis. Id. Silv. 1, 4, 32. dives praedae, tamen accipit omni Exsuvias Diana tholo, captivaeque tela, Bellipotens. Val. Fl. 1, 56. I, decus, et pecoris Nephelaei vellera Grajo Redde tholo. P. Per synecdochen est ipsum aedificium tholo instructum, aut rotunda figura exstructum: eujusmodi fuit aedes Vestae, et Pantheon; et ap. Varr. R. R. 3, 5. Inter eas piscinas accessus semita in tholum, qui est ultra, rotundus, columnatus, ut est in aede Catuli, si pro parietibus feceris columnas. Mart. 2, 59. Ex me Caesarem prospicis ecce tholum. Ov. Fast. 6, 295. Esse diu stultus Vestae simulacra putavi: Mox didici, curvo nulla subesse tholo. P. Tholum macelli Varro memorat ap. Non. 6, 2. significans in macello domum fuisse tholo tectam. Verba Varronis sunt: Et pater Divum tholum fulmen igni fervido acetum mittat in tholum macelli. Est qui leg. Marcelli.

THOMIX, icis, f. Θώμις, Festus: Thumices Graeco nomine appellantur cannabi impoliti, et sparto leviter tortae restes, ex quibus funes fiunt. Lucilius: Vidimus vinetum thomice cannabina. Opilius

Aurelius ait, mollem pulvillum, quem in collo habent (jumenta), restis ne laedat, thomicem vocari. Haec Festus. P. Hujusmodi funes tuniclas appellare videtur Appul. Met. 8.

*THORA, Samariae opp. Tab. Pent. B. A.

THORACATUS, a, um, adj. Θωρακωτάτος, thorace indutus. Plin. 35, 10, 36. n. 5. Parrhasius pinxit navarchum thoracatum. Id. 37, 9, 37. Formataque inde effigiem Neronis thoracatam.

[THORACIUM, ii, n. Θωρακίον, dimin. thoracis. Ampel. 8. Sicyone in Achaia sunt posita Ulyssis chlamys et thoracium. F.]

[*THORACOMACHUS, i, m. Θωρακόμαχος, vestimenti genus militaris ap. Vet. Auct. de rebus bellicis (sub Notitia utriusque imperii) p. 18. Labb. Bail.]

THORAX, acis, m. Θώραξ, pectus, totum illud corporis spatium, quod duodecim costis utrinque circumscribitur, et pertinet anteriore quidem parte ad pectorale os, et septum transversum, declinat vero posteriore ad spinam duodecim vertebrae circumscriptam. Plin. 27, 7, 28. Absinthium thoracem purgat cum iride sumptum. Cels. 5, 25. n. 8. Ad thoracis dolores catapotium. P. Accipitur item pro quovis monumento pectus tegente, sive illud laneum sit, sive ferreum, sive ex alia materia confectum, lorica. Mart. 7, 1. Accipe belligerae crudum thoraca Minervae. Val. Fl. 3, 87. densis thoracibus horrens Stat manus. Virg. A. 10, 337. thoraca simul cum pectore rupit. Suet. Aug. 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et subuculae thorace laneo, et femoralibus, et tibialibus muniatur. Sic Liv. 4, 20. In thorace linteo scriptum. Claud. in Ruf. 2, 260. Thoracum validos pulsant suspiria nexus. P. [Est etiam imago alicujus usque ad thoracem expressa, Itali busto dicunt. Treb. Claud. Goth. 3. Illi clypeum aureum, senatus totius judicio, in Romana curia collocatum est, ut etiam nunc videtur; expressa thorace vultus ejus imago. Vitr. Comp. 2. Ut est in Urbe Triton aeneus cum totidem thoracibus ventorum factus ad templi Androgei Cyrenensis similitudinem. F.]

*THORICOS vel Thoricus, i, vetus opp. Atticae. Mela 2, 3. med. Plin. 37, 5. qui locum appellat. Cf. Steph. Byz. cujus verba sunt: Θωρακός, ὄμιος τῆς Ἀκαμαντίδος γυλῆς. P. Thoricos etiam dicitur est Atticae promontorium. Plin. 4, 7. ed. Hard. ubi ed. Elzev. cum aliis Doriscum praebet. B. A.

THORIUS, a, um, adj. ut Thoria lex, cujus meminit Cic. Or. 2, 70., lata est a Sp. Thorio trib. pleb. ann. U. C. DCXLVI. de re agraria, ut, agris penes pristinos possessores manentibus, vectigal plebi agros non habenti divideretur. Qua lege vitiosa et inutili publicum, ut ait Cic. Brut. 36., vestigali levavit.

*THORONOS, i, insula inter Coryram et littus Italicum sita. Plin. 4, 12. B. A.

THOS, ois, m. Θώς, oīs, genus luporum. Plin. 8, 34, 52. Nam thoes (luporum id genus est procerius longitudine, brevitate crurum dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini) habitum, non colorem, mutant, per hiemes hirti, aestate nudi. Id. 10, 74, 95. Dissident thoes, et leones. Solin. 30. med. Aethiopicis lupis proprium est, quod in saliendo ita nisus habent alitis, ut non magis proficiant cursu, quam meatu. Homines tamen nunquam impetunt. Bruma comati sunt, aestate nudi: thoes vocant. Grat. Cyn. 253. Hic et semiferam thoum de sanguine prolem Finxit. P. Sunt, qui inter lupos cervarios numerent. Gloss. Philox. Lupus cervarius, Θώς. Sed Plinius de thoe, et lupo cervario distinctis agit locis. Alii pantheris accensent. Sane Scholiastes Homeri in 10. et 13. Iliad. Θώς exponit πανθηρας, quasi dicas, minutos pantheras. [At Cuvierius ad locum prius cit. Plinii putat, thoen esse lupi genus, quod Galli nunc chacal, Itali lupo dorato vocant. F.]

[*THORYBETHRON, i, n. herba ap. Plin. 26, 8. V. Theribethron. Bail.]

*THOSPITES, ae, lacus Armeniae majoris, in Mesopotamiae confinio, quem Tigris efficit. Plin. 6, 27. B. A.

THOTH, Θώθ, nomen Mercurii quinti apud Aegyptios, qui eodem nomine primum anni mensem vocant. Hic Argum interemisse, ob eamque causam in Aegyptum profugisse, atque Aegyptiis leges et litteras tradidisse dicitur; eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. Cic. N. D. 3, 22. et Lact. 1, 6.

THOUS, i, m. Θώς, nomen canis ap. Ov. Met. 3, 220. a Θείω, curro, vel a Θώς, velox.

THRACA, ae, et Graeca positione Thrace, es, f. Θρακία, idem quod Thracia. Virg. A. 12, 334. gemit ultima pulsu Thraca pedum. Cic. fr. (de rep. 2, 4.) ap. Serv. ib. Colonia vero, quae deducta est a Graecis in Asiam, Thraciam, Italiam: [in Cod. Vat. ap. A. Maium legitur Thraciam. F.] (Adde Hor. Ep. 1, 3, 3. et ib. 16, 13.) Ov. Fast. 5, 257. Jamque gravis Thracem, et laeva Propontidos intrat. Id. Pont. 4, 5, 5. Cum gelidam Thracem, et opertum nubibus Haemon, etc. Hor. Od. 3, 25, 10. nive candida Thrace. P. Adjective. Val. Fl. 2, 201.

Athos, et pontus, et ingens Thracia palus, h. e. palus Maeotis.

THRACAS, Italiae opp., i. q. Tarracina. Oc. Met. 15, 717. B. A.

THRACE. V. in v. praec.

THRACES. V. THRAX.

THRACIA, ae, f. Romania, Θρακία, regio ampla Europae. Terminatur a Septentr. Haemo monte, quo a Moesis se jungitur, a Mer. mari Aegaeo, ab Occ. Strymone fl., quo seceratur a Macedonia, ab Or. Ponto Euxino, Bosphoro Thracio, Propontide, et Hellesponto. Dicta est a Thrace Martis filio. Alii qui putant dictam esse ab asperitate, nempe a θραξ, asper, durus, agrestis. Est enim regio, ut Mel. 2, 2. scribit, nec coelo, nec solo tractabilis, et nisi qua mari propior est, infecunda frigidaque. Habet item feroces homines, aspero cultu et indecenti: ceterum feroces, immittesque, et ad bella proclives. Quare poetae inter eos habitare Martem, et ab iis praecipue coli dicunt. Montes in ea celebres sunt, Rhodope, Haemus, Pangaeus, Orbelos, sacris Liberi Patris, et coetu Maenadum, Orpheo primum initiante, celebrati: flumina Hebrus, Strymon, Nestos. V. plura ap. Melam l. c. et Plin. 4, 11, 18. etc. Oc. Met. 6, 434. gratata est scilicet illis Thracia. Lucan. 2, 162. non Thracia tantum vidit Bistonii stabulis pendere tyranni, etc. P. Thracia, gemma quaedam, de qua Plin. 37, 10. B. A.

THRACICUS, a, um, adj. idem ac Thracius. Inscr. ap. Fabrett. p. 172. n. 332. et Schiass. Guid. al Mus. Bologn. p. 56. D. M. Aurelii Galli Trib. Leg. VII. Cl., qui in bello Thracico acie desideratus est, etc. F.]

THRACIUS, a, um, adj. Θρακίος, qui est ex Thracia. Virg. Ecl. 4, 55. Thracius Orpheus. Id. A. 5, 565. equus, Hor. Od. 1, 25, 11. ventus. Oc. Fast. 2, 226. Rhaetica nunc praebent, Thraciaque arma metum. Sen. Thyest. 56. Thracium nefas, h. e. quale in Thracia factum est a Progne, Philomela, Tereo. Id. Herc. Fur. 149. Thracia pellex, h. e. Philomela. Id. Troad. 225. Thracii greges, h. e. oves in Syron insulam translatae saginae causa. Stat. Sil. 3, 3, 193. immitte potuit Styga vincere supplex Thracius, h. e. Orpheus supplex apud Inferos pro uxore. P. Thraciae nomine aliquando et Thessaliam significari, dictum est in voce THESSALICUS.

THRACUS, a, um, V. THRAX.

THRAECE, pro Threce, et Thraecius pro Threecius alicubi scriptum reperitur.

[THRAECIDA, ae, m. qui Thraecen occidit: a Thraex, et caedo: unde adjectivus Threecidicus. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1759, S. A. Valerius A. L. Thraecida; et 1570, S. L. Annii Thraecidae, etc. et 1754, 17. Thraecida P. Nannonii Nepotis servus. F.]

THRAEX, aecis, et Threx, ecis, m. Θραξ, et Θραξ, idem ac Thrax: et dicitur de gladiatorum genere parmula Thraciam, et sica utentium, ut Festus docet (apud quem legitur Thraex cum diphthongo), vel quia, ut alii volunt, qui primi sic pugnarunt, Thraeces erant. Sen. Q. N. 4, 1. med. Quamvis staturam habeas Threces cum Threce compositi, h. e. staturam humilem: nam Threces in pugna se demittebant, et sub brevi parma se colligebant, ut millionem adversarium, cum quo fere committebantur, subeundo confoderent. [Inscr. ap. Fabrett. p. 189. n. 434. Dis iniquis qui rapuerunt animulam tam innocuam L. Tetli Alexandri, is V. A. V. D. XI. (h. e. vixit annis quinque, diebus undecim) Threption Caes. N. doctor Thraecum fecit. Alia ap. Mur. 1751, 4. Telephus Samnes (lege Samnis) natione, Thraex. Hujusmodi gladiatoris armaturam videsis ap. Grut. p. 335., et paulo melius ap. Fabrett. Col. Traj. p. 256., ubi M. Antonius Exochus Threx, natione Alexandrinus, dextra cestum, sinistra palmam tenet, ad latus dextrum harpen, et spicas, symbolum nempe urbis Alexandrinae, et coronam lemni-scitam habet, ad sinistram vero latus gryphus est pileum, libertatis insigne, ferens. Similis etiam est Trevis figura ap. Maff. Mus. Ver. p. 443. n. 2., ubi Priscus Threx dextra cestum et harpen, sinistra parmam tenet, ad pedes vero pileum libertatis. F.]

THRANIS, is, m. Θρανίς, piscis cetacei generis, quem alii xiphiam vocant. Plin. 32, 11, 53.

THRASCIA, ae, m. Θρασκία, et Θρασκία in marmore ap. Marin. Inscr. Alb. p. 177. Θρασκία, Circius, Italice maestro tramontana, ventus flans inter septentrionem, et occasum solstitialem. Plin. 2, 47, 46. et Vitr. 1, 6. med. Caret autem Latino nomine, ut notat Sen. Q. N. 5, 16. f., ab aliquibus tamen Circius vocatur, ut supra vidimus. Cf. Veg. de re milit. 4, 38. Septentrionalem vero cardinem sortitus est Aparctias sive septentrio, cui adhaeret a dextra Θρασκίας sive Circius. Agathem. de Geogr. 2, 12. Πάντες δὲ Ἀπαρκτίων ὡς πρὸς ὄνομα Θρασκίαν ἢ Μίσην; et mox: Θρασκίας δὲ [ἀπὸ τῆς ὀνόματι καὶ ἀπὸ τῆς ἔργου]. Etyop. B. A.

[THRASEA, ae, m. Θρασιάς (a Θραξ, audacia), cogn. R.; fuit enim P. Fannius Thrasea Paetus Patavinus, philosophus Stoicus, et senator Romanus, qui a Nerone mori jussus venas utriusque brachii sibi excidendas porrexit. Hujus viri mentio est ap.

Tac. A. 16, 21. et 33. et al. Juven. 5, 36. Quale (vini) coronati Thrasea, Helvidiusque bibebant Brutorum et Cassi natalibus. F.]

THRASIMENUS. V. TRASIMENUS.

[THRASIUS, ii, m. Θράσιος, nomen viri, qui cum ad exorandas a Jove pluvias Basirum docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Oc. A. Am. 1, 649. Cum Thrasius Basirin adit, monstratque piari Hospitis effuso sanguine posse Jovem, Illi Basiris, fies Jovis hostia primus, inquit, et Aegyptu tu dabis, hospes, aquam. F.]

THRASO, onis, m. Θράσων, nomen gloriosi militis ap. Ter. Eun. a Θράσος, insolentia, jactantia, audacia. P. [Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Mur. 195, 2. M. Caesius M. F. Thraso. F. P. Fuit et Thraso, Hieronymi tyranni Siculi amicus. Liv. 24, 5. P. et nomen statuarii nobilis. Plin. 34, 8. P. Thrasonem Tyndaritanum meminit Cic. Verr. 2, 2, 22. B. A.]

THRASONIANUS, a, um, adj. ad Thrasonem pertinens, Sidon. ep. 1, 9. f. Volo paginam glorioso, id est quasi Thrasoniano fine concludere, Plautini Pyrgopolynicis imitator.

[THRASYBOLUS, i, m. Θρασύβουλος, Atheniensis exsul, comparato exercitu, triginta tyrannorum dominationem Athenis sustulit, juvante Lysandro Laedaemoniorum duce, exsulesque reduxit. Insuper plebiscitum tulit, quod ἀμνηστία, sive legem oblivionis vocant, quo injuriarum memoria deleteretur. V. AMNESTIA. Ejus vitam scripsit Cornel. Nepos, quem consule. F.]

*THRASYMACHIUS, i, m. Θρασύμαχος, Chalcedonius, sophista celeberrimus, primus cum Gorgia arte quadam verba vinxit. Scripsit etiam de rerum natura. Cic. Or. 3, 16. et 32. Id. Or. 12. Quint. 3, 1. et 3. B. A.

*THRAUSI, orum, populi Thraciae. Liv. 38, 41. B. A.

THRAUSTON, Θραυστόν. V. PHYRAMA.

THRAX, aecis, m. adj. Θραξ, aecis, qui est ex Thracia. Hor. Od. 2, 19, 16. Lycurgi Thracis exitum. Virg. A. 3, 13. Terra procul vastis colitur Mavortia campis: Thraces arant. Hor. Od. 1, 27, 1. scyphis pugnare Thracum est. Claud. in Ruf. 1, 338. Et Thracas defende tuos. Sen. Herc. Fur. 1170. et Oct. 1790. Thrax cruentus, h. e. Diomedes Thracius, qui hospites equis suis discerpandos dabat. P. Fuerunt Thraeces gladiatorum genus, de quib. V. THRAEX. Plin. 11, 43, 99. Studioso Thraci in C. Caesaris ludo notum est dextram fuisse prociorem. Alii leg. Threici. Hor. Sat. 2, 6, 44. Thrax est Gallia Syro par. Alii leg. Threx. P. Thracus pro Thrax. Gell. 19, 12. Quod cuiquam Thracio insipienti usuvenisse, fabula est. Homo Thracus, inquit, ex ultima Barbaria, etc. Val. Fl. 2, 201. Thracia palus. Rursus Gell. 10, 25. Rumpia genus teli est Thraecae nationis.

THRECE, es, f. Thraece, Thracia, Graeca positione, Θρακη. Oc. A. Am. 2, 588. Mars Threecen occupat, illa (Venus) Paphon.

[THRECEICUS et Thracicus, a, um, adj. idem ac Thracius. Capitol. Maxim. sex. 2. Hic adolescens et semibarbarus, et vix adhuc Latinae linguae (sciens), prope Threicia (lingua) imperatorem publice petit, ut sibi e. Jorand. de reb. Get. 15. Maximinus barbara lingua petit ab imperatore, ut sibi, etc. et mox: Numquid vis post cursum, Thraeciae, luctari? Fortasse legendum Thracisce. F.]

THRECEIDICUS, a, um, adj. ad Threces gladiatores pertinens: de quibus V. THRAEX. Cic. Phil. 7, 6. Mirmillo in Asia depugnavit: cum ornasset Threcedicis (armis) comitem et familiarem suum, illum miserum fugientem jugulavit. Auson. Caesar. n. 18. Threcedico princeps (Commodus) bella movens gladio. Alii male leg. Threicio. Plin. 33, 9, 45. Parma Threcedica.

THRECEISCUS, i, m. idem ac Thrax. Capitol. Maxim. 3. Quid vis, Threisce? [Numquid delectat luctari post cursum? V. THRECEICUS. F.]

THRECIUS, a, um, adj. Θρακίος, Thracius. Oc. Am. 1, 14, 21. Tum quoque erat neglecta decens, ut Thracia Bacche. V. Cic. l. c. in v. sq.

THREICUS, a, um, adj. Θρακίος Ionice pro Θρακίος, Thracius. Cic. Off. 2, 7. med. Barbarus compunctus notis Threicis, h. e. servus olim ob fugam, aliudve crimen stigmatis signatus, more Thracum, qui punctis et sanguine brachia pingebant. Alii leg. Threiciis. [Orell. cum recent. habet Thraciis. Cod. Basil. exhibet Thraeciis, quam scripturam minime aspernandam censet.] Virg. A. 11, 659. Threiciae Amazones. Id. ib. 6, 120. Orpheus Threicia fretus cithara, fidibusque canoris; et ib. 645. Threicius sacerdos, h. e. Orpheus, qui Oc. Met. 11, 2. est Threicius vates. Prop. 3, 1, 42. Threicia lyra, h. e. Orphei. Virg. A. 7, 208. Threicia Samos. V. SAMO-THRACIA. Id. ib. 5, 312. Threiciae sagittae. Oc. A. Am. 2, 431. Threicius Boreas; et ib. 3, 182. Threicia gruis. Id. Her. 9, 89. Threicii penates, h. e. Diomedis regis Thraciae, qui hospitium corporibus equos pavit. Lucan. 7, 833. Threiciae hiemes; et 9, 954. Threiciae fauces, h. e. fretum Hellesponti. Sil. 12, 525. Threicia Cales. V. CALENUM. Sen. Oed. 434. Threicius Pindi vertex, h. e. Thessalicus.

Pindus enim in Thessalia est, quae regio interdum Thraciae nomine venit apud poetas, ut in voce THESSALICUS admonuimus.

THREISSA et Thressa, ae, f. adj. quae est ex Thracia, Threicia: ut Libyssa Libyca, Cressa Cretensis, Θρηύσσα, et Θρηύσσα. Virg. A. 1, 320. qualis equos Threissa fatigat Harpalyce. Val. Fl. 2, 147. thalamisque tuis Threissa propinquat. Oc. Her. 19, 100. Ducar Abydeno Thressa puella toro. Alii aliter leg. Val. Fl. 2, 132. caraque toris inducere Thressas; et ib. 165. Ipsi urbem, Thressaeque regant. Adde ib. 239.

THRENUM, i, m. Θρηῆνος, lamentatio, luctus funebri: a Θρηῆ, clamo. Auson. Profess. n. 7, 3. Annum functi memora Leonti Nomine threnum; et n. 14, 5. tristis threnus; et n. 5, 3. flebilis; et n. 21. moestus.

[THREPTION, onis, m. dimin. threpti. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 321, 11. C. Veratius Threption. F.]

[THREPTUS, i, m. et Threpte, es, f. alumnus, altellus, et alumna, altella. V. ALUMNUS. Est cogn. R. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 268. C. Tinejus C. F. Threptus. Alia ap. Grut. 311, 7. D. M. Teiae Threptes, etc. F.]

THREX. V. THRAEX.

*THRIASII, orum, Thriantis incolae. Fuit autem Thrius, Θρηύς, opp. Peloponnesi, in Elide. Plin. 4, 6. ubi legendum videtur Thriusii, quod probat Hard. Steph. Byz. in Θρηύς: Τὸ ἐθρύνον Θρηύς καὶ Θρηύσιος. B. A.

*THRIASIIUS campus, Θρηύσιον πεδίον, in Attica erat. Plin. 4, 7. P. Oppidi nomen, unde nomen accepit, Thria, Θρία, teste Steph. Byz. B. A.

THRIDAX, aecis, f. Θρηύξ, lactuca silvestris. Seren. Sammon. 24, 448. thridaci junges ramenta carinae. [Adde Appul. Herb. 30. F.]

*THRION ab Atheniensibus jucundum quoddam edulium vocabatur, quod frondibus ficulis, quae Θρία Graece vocantur, involvebatur. Varr. L. L. 4, 22. (p. 31. ed. Bipont.) A globo farinae dilatato item in oleo cocti, dicitur a globo, ut thrion et placenta. Cf. Schol. ad Aristoph. Acharn. 1100. Pol. luc. 6, 8. Sunt et ἱρία Graecis lagana, si qui fortasse hoc loco ita legendum putet. Turn. Adv. 22, 2. Sed alia omnia Scal. B. A.

THRIPES, um, m. plur. Θρηύες, a τριψω, tero: sunt vermes culicibus similes, arborum ligna perforantes et erodentes. Plin. 16, 41, 80. P. Translate dicuntur de rebus minimis in quocumque genere: et pro quisquiliis Divorum ap. Capell. 2, 40.

THROCUM, i, n. genus sellae ap. Plaut. Festus: ubi alii rectius leg. thocum a Θρόκος, sedes, cathedra: alii thronum.

*THRONIUM vel Thronion, i, n. Θρόνον, oppid. Locridis, ad Boagrium flumen, non procul a sinu Maliaco. Plin. 4, 7. Liv. 32, 36. 33, 3. 25, 37. et 36, 20. B. A.

THRONUS, i, m. Θρόνος, sella augusta, sedes, solium: quasi Θρόνος, a θρόω, sedeo. Vet. Poeta ap. Suet. Aug. 70. Omnia se a terris tunc numina declinarunt: Fugit et auratos Jupiter ipse thronos. Alii rectius leg. toros. Plin. 35, 9, 36. n. 2. Jupiter in throno, adstantibus Diis. Id. 2, 70, 70. Item quem sub divo Augusto cognominare Caesaris thronon, h. e. sidus quoddam. Auct. Pervig. Ven. 7. Cras Dione jura dicit fulta sublimi throno. Prud. Hamart. praef. 10. Vox ecce summo missa persultat throno, h. e. summo coelo, ubi thronus Dei est.

THRYALLIS, idis, f. Θρυάλλης, herba e spicatarum genere. Plin. 21, 17, 61. P. Alia, quae et lychnitis dicitur, habet folia terna, aut, cum plurimum, quaterna, crassa et pinguis, et ad lucernarum lumina apta. Plin. 25, 10, 74.

*THRYUM, i, n. Θρύον, oppidum Peloponnesi, in Messenia. Plin. 4, 5. B. A.

*THUBUSCUM, i, n. oppidum Mauritaniae Caesariensis. Tac. A. 4, 24. P. I. fortasse q. Tubusuptus. B. A.

THUCYDIDIUS, a, um, adj. Θουκυδίδειος, ad Thucydidem pertinens, qui fuit historicus Atheniensis, summo ingenio, et maxima in enarrandis rebus eloquentia cum brevitate conjuncta: sed ad forensem orationem minime apta. Thucydidi dicti sunt, qui in dicendo eum sequuntur. Cic. Or. 9. Ecce autem aliqui se Thucydidius esse profitentur: novum quoddam imperitorum et inauditum genus. Nam Thucydides res gestas et bella narrat et proelia, graviter sane et probe: sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. Ipsae illae conciones ita multas habent obscuras abditasque sententias, vix ut intelligantur: quod est in oratione civili vitium vel maximum. Haec Cic.

[THUGGENSIS, e, adj. ad Thuggam pertinens, Africae urbem in provincia Zeugitana mediterranea, nunc Dugga: cujus mentio est in Inscr. ap. Donat. 342, 6. Municipium liberum Thugga: et Civitas Thugga. Alia ib. Perpetuus sacerdos pagi Thuggensis. Hinc corrigendum Plinius, qui inter oppida libera recenset 5, 4, 4. Theudense, Tegestense, Tigense. Lege Thuggense. F.]

THULE et Thyle, es, f. Θουλή et Θυλή, ultima insularum ad Borealem Europae plagam sitarum,

quae quidem Romanis cognitae fuerint. Unde *Virg. G. 1, 30*. tibi serviat ultima Thule. *Pytheas Massiliensis* ap. *Plin. 2, 73, 77*. et *4, 16, 30*. et *6, 33, 39*. scripsit, distare eam navigatione sex dierum in septentrionem a Britannia: ibique accedente sole ad verticem mundi, continuus dies senis mensibus esse; noctesque e diverso, ad brumam remoto. Paulo aliter *Mela 3, 6, f.* In Thule breves utique noctes sunt, sed per hiemem, sicut aliubi, obscurae, aestate lucidae, quod per id tempus jam se altius sol evehens, quamquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima illustrat: per solstitium vero nulla, quod tum jam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoque partem maxime ostentat. *Solin. 22, med.* Multae circum Britanniam insulae, e quibus Thyle ultima: in qua aestivo solstitio sole de Cancro sidere faciente transitum, nox paene nulla: brumali solstitio dies adeo conductus, ut ortus junctus sit occasui: et paulo post: Thyle larga et diutina pomona copiosa est: et mox: Ultra Thylen pigrum et concretum mare. *Tac. Agr. 10*. Disperita est et Thyle, quam hactenus nix et hiems abdebat: sed mare pigrum et grave navigantibus perhibent. *Claud. III, cons. Honor. 53*. ratibusque impervia Thule. *Stat. Silv. 4, 4, 62*. nigrae litora Thules: nigram vocat, quia creditum est, tractu illo coelum esse caliginosum, ut apud Cimmericos. *Sic ib. 3, 5, 20*. Vel super Hesperiae vada caligantia Thules. P hactenus antiquorum sententiae. Quem autem locum eo nomine designaverint, utrum Island; an Scandinaviam, quae peninsula est, et a veteribus habita pro insula; an Schetland, quae incolis Thilensell est; an Tilemarck Norvegiae tractum, variae sunt geographorum opinionones. Pro Schetlandia stat *Cellar. l. 2, Geograph. antiq. c. 4*, aut pro aliqua ex insulis del Fero, vel Faro, quae in eadem fere latitudine sunt: alii multi pro Island. P Qui scribunt Thule, deducunt vel a Thulo rege, ut *Suidas*; vel a *Θυλός*, fuscus color, caligo. Sunt etiam qui a *τῆλε*, procul. *Salmas. in Solin. negat*, Thyle unquam scribi debere. Sunt tamen opt. Codices *Taciti, Solini, Arnob.* qui id habent.

*THUMATA, ae, f. Arabiae oppidum. *Plin. 6, 28, B. A.*

THUNNUS. V. THYNNUS.

[THUNUSIDENSIS, e, adj. ad Thunusidam, seu Thunusdam (ut scribit *Ptolem. 4, 3*.) pertinens, urbem episcopalem Numidiae inter Hipponam et Tabracam. *Plin. 5, 4, 4*. Oppida civium R. Thunusidense, Tuburnicense, etc.

THURARIUS, Thurureus, Thuribulum, etc. V. TURARIUS, etc.

[THURIAS, atis, adj. omn. gen. idem ac *Thurius*. *Thuriates, ium*, absolute, sunt incolae urbis Thuriurum. *Inscr. ap. Grut. 199, 1*. Thempsani, Locrenses, Thuriates. *F.*]

THURINUS, a, um, adj. ad Thurius pertinens, quod est oppidum Magnae Graeciae, a Philoctete conditum inter duo flumina Crathin et Sybarin, non longe a loco, ubi Sybaris fuit, urbs quondam deliciis infamis. *Plin. 14, 6, 8, n. 6*. Thurina vina laudat. Memorat etiam *ib. 3, 4, n. 7*. Thurinos colles, in quibus uvae non ante demetuntur, quam gelaverit; et *16, 21, 23*. Thurinum agrum, quo coloniam deductam docet *Liv. 31, 53*. P *Thurinus sinus* pars est Tarentini, ad meridiem, ubi Thuri fuerit. *Or. Met. 15, 51*. Praeterit et Sybarin, Salentinumque Neaethum, Thurinosque sinus. P *Thurini, orum*, ejus agri et oppidi homines. *Plin. 31, 6, 15*. et *Liv. 25, 1*. P *Thurinus cognominatus* est Augustus adhuc infans in memoriam majorum originis, quia proavus ejus e pago Thurino fuit; vel quod in regione Thurina recens eo nato, pater ejus adversus fugitivos prospere rem gesserat. *V. Suet. Aug. 2, extr. et ib. 7*. P *Mela 2, 4, med.* est *Thurium, ii, n.* P Sunt qui scribunt *Turii, Turinus*, sine adspiratione.

THUS. V. TUS.

THUSCANICUS, Thusci, etc. V. TUSCANICUS, etc.

THUSSAGETAE. V. THYSAGETAE.

THYA, ae, f. *Θυα* et *Θυα*, *Θυα* et *Θυα*, arbor odorata, radicem habens admodum crispam, multis operibus utilem, in Cyrenaica interiore nascens, et circa Ammonis delubrum. Theophrastus magnum huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens temporum veterum contigiones, quamdamque immortalitatem materiae in tectis contra vitia incorruptae. (V. CITRUS.) *Plin. 13, 16, 30*. Hinc *Prop. 3, 5, 63*. Sed thyae thalamo, aut Oriaciae terebinthi Effultus pluma vesiculore caput. P Fuit etiam Thya Hyperionis conjux, mater Solis. Hinc *progenies Thyae* ap. *Catull. 66, 44*. est ipse Sol. [Alii rectius leg. *Thiae. F.*]

THYADES, um, f. plur. *Θυαδες*, mulieres Bacchi sacrificulae, Bacchae, Maenades, Bassarides: a *Θυα*, sacrificio: unde et Bacchus Thyoneus dictus est. Quidam rationem nominis referunt ad Thyam Cephisi filiam, quae prima omnium Bacchi sacris initiata, Orgia ejus celebraverit. *Hor. Od. 2, 19, 9*. Fas pervicaces sit mihi Thyadas Cantare. *Or. Fast. 6, 513*. complent ululatus auras Thyades, effusus per sua colla comis. *Stat. Th. 12, 791*. quae

les Bacchea ad bella vocatae Thyades amentes, magnum quas poscere credas, Aut fecisse nefas. *Catull. 64, 390*. Saepe vagus Liber Parnassi vertice summo Thyadas effusus cuantes cribibus egit. *Sen. Oed. 442*. Thyades oestro membra remissae. P In sing. num. *Virg. A. 4, 301*. qualis commotis excita sacris Thyas, ubi audito stimulant trieterica Baccho Orgia. *Stat. Th. 5, 92*. insano veluti Theumesia Thyas Rapta Deo, cum sacra vocant. P *Vel. Long. in Orthogr. p. 2220*. et *Pierius* in loco *Virgilii* reperit *Thyas* in Codice Mediceo. *Sic Hesych. Θυαδες, Βαζυλς*.

*THYAMIS, is, m. *Θυαμης*, Epiri fluvius, in Thesprotia. *Cic. Att. 7, 2, med.* Adde *Plin. 4, 1*. P *Thyamis restitui Cic. de Leg. 2, 3, med.* vult *Turnebus*, ubi vulgo legitur *Thebanus. B. A.*

THYANAEUS. V. TYANAEUS.

THYAS, adis, f. V. in THYADES.

THYATIRENUS, a, um, adj. ad Thyatiram (*Θυατιρα*) pertinens, Lydiae urbem, quae Lyco anni aluitur, ut *Plin. 5, 29, 31*. docet. *Thyati- reni, orum*, ejus incolae. *Id. ib. 30, 33*.

THYBRIS. V. TIBERIS.

*THYDONOS, i, Cariae oppidum. *Plin. 5, 29, B. A.*

THYENE. V. DODONIS.

THYESTES, ae, m. *Θυεστης*, filius Pelopis et Hippodamiae, nepos Tantali, frater Atrai, qui cum fratri, cui pessime cupiebat, aliter nocere non posset, uxorem ejus per adulterium polluit. Propter hujusmodi flagitium Atrous eum in exilium eiecit, deinde revocavit ab exilio, ejusque filios illi epulandos apposuit. Tunc sol retro fugisse fertur, ne scelerata illa cernens pollueretur. V. ATREUS. Thyestes Apollinem consuluit, quam ratione fratrem ulcisci posset: qui respondit, ex illo, et ejus filia Pelopea exoriri posse eorum scelus ultorem. Igitur sese cum filia commiscuit, ex eaque Aegisthum procreavit, qui Atroum primo interfecit, deinde cum Clytemnestra adulterium patravit, tandem Agamemnonem sustulit. *Pers. 5, 8*. aut si quibus olla Thyestae Fervebit. *Cic. Tusc. 3, 12*. Tu te, Thyesta, damnabis, etc. *Mart. 5, 53*. quid scribis, amice, Thyesten! *h. e.* tragoediam de Thyeste. *Sen. Thyest. 271*. Dignum est Thyeste facinus. *Lucan. 7, 451*. astra Thyestae Impulit, et subitis damnavit noctibus Argos, *h. e.* retro solem impulit. P Potest esse etiam *3*. declinat. *Thyestes, is*, ut fuse docet *Prisc. 6, 705*. V. ORESTES.

THYESTEUS, a, um, adj. *Θυεστηος*, ad Thyesten pertinens. *Lucan. 1, 544*. qualem fugiente per ortus Sole Thyestae noctem duxere Mycenaee. *Or. Pont. 4, 6, 47*. Utque Thyestae redeant si tempora mensae, Solis ad Eoas currus agetur aquas. *Id. A. Am. 1, 327*. Cressa Thyesteo si se abstinuisse amore. V. AEROPE. *Hor. Epod. 5, 86*. Thyestae preces, *h. e.* ut ait *Cic. Pis. 19*. Thyestae execratio. *Sen. Contr. 1, 1, med.* Thyesteo more furere.

THYESTIADES, ae, m. *Θυεστηαδης*, filius aut nepos Thyestae. *Or. A. Am. 2, 407*. Inde Thyestiaden thalamoque animoque recepit, *h. e.* Aegisthum Thyestae filium: de quo et *Claud. VI, cons. Honor. 113*. Ense Thyestiadae poenas exegit Orestes.

THYLE. V. THULE.

[THYMALLUS, i, m. piscis ita dictus, quod spiret thymi floris odorem: a *Θυμω*, thymum, et *halo*, *Ambros. Hexaem. 5, 2*. Neque te inhonoratum nostra prosecutione, thymalle, dimittam, cui a flore nomen inolevit; seu Ticiini unda te fluminis, seu amoeni Athesis unda nutrierit, flos es. Adde *Isid. Or. 12, 6, med. F.*]

THYMBRAE, ae, f. *Θυμβρα*, herba est grati odoris, apibus quaesita, et post thymum optima mella reddens, sapore similis satorejae, ut docet *Colum. 9, 4*. et *10, 233*. [**Satureja*, *Satureja hortensis, L.*] Graeci hoc nomine canilam appellant, *Plinio 19, 8, 50*. teste. *Virg. G. 4, 31*. graviter spirantis copia thymbrae: gravior hoc loco bene et multum significat, ut *Servius* adscripsit. *Petr. Sat. 135*. Et thymbrae veteres, et passis uva racemis. *Stat. Silv. 1, 2, 21*. artus Floribus innumeris, et olenti spargere thymbra. P *Thymbre* est etiam oppidum Troadis, teste *Plin. 5, 30, 35*, dictum a copia thymbrae in ejus agro nascentis. Unde

THYMBRAEUS, a, um, adj. *Θυμβραειος*, ad Thymbram oppidum, et agrum, et montem pertinens Apollo, quia ibi templum habuit, in quo Achilles a Paride interfectus est (unde fabulati sunt, Apollinis sagitta vulneratum fuisse) *Thymbraeus* cognominatus est. Ita *Serv. ad illud Virg. A. 3, 85*. Da proprium, Thymbraee, domum. *Festus*: Thymbraeum Apollinem Virgilius a monte Thymbraeo appellavit, qui est in agro Trojano. Hinc *Thymbrae rector* a *Stat. Silv. 4, 7, 22*. dicitur. *Maer. Sat. 1, 17, med.* aliunde ducit. *Θυμβραειος*, inquit, *Απόλλων ο τόνος Θυμβραειος θεός*: quod est Deus imbricator. P *Thymbraeam* a quibusdam dicitur *sisymbrium silvestre. Plin. 20, 22, 91*.

THYMELEAE, ae, f. *Θυμελαια*, (a *Θυμω*, thymum, et *λαδα*, olea) quia thymi odorem, et folia oleae similia habet, nomen fructicis, in quo nascitur granum Gnidium; ab aliis chamelaea, ab aliis cneoron dictus, similis oleastro, foliis angustiori-

bus, gummosis, si mordeatur, myrti magnitudine; semine, colore et specie farris, ad medicinae tantum usum. *Plin. 13, 21, 35*. V. CASIA. [**Daphne Gnidium, L.*]

THYMELE, es, et Thymela, ae, f. *Θυμελη*, Graecis est altare: a *θυω*, sacrificio: et ab ejus similitudine locus editus in orchestra, idest pulpitu illud, in quo musicis instrumentis inserviebatur scenae a citharoedis, et tibicinibus: unde *thymelici*. Quidam putant, hoc sensu dixisse *Sidon. ep. 9, 13*. in *carm. 2, 68*. Bimari remittat arbe Thymelen, Palenque doctas Citharistrias Corinthus, *h. e.* doctas artem pulsandorum instrumentorum, quibus in thymele utuntur. Verum alii volunt, respici ad Thymelen celebrem saltatricem, aut tibicinam uxorem Latini histrionis, et mimi: de qua *Juven. 1, 36*. et a trepido Thymele submissa Latino; et *8, 197*. zelotypus Thymeles: et *Mart. 1, 5*. Qua Thymelen spectas, derisoremque Latium, Illa fronte, precor, carmina nostra legas. P In *Cod. Theod. 8, 7, 21*. et *22*. memorantur actuarii thymelae, *h. e.* rerum scenicarum publicae voluptati inservientium. *Inscr. ap. Spon. Miscell. antiqu. p. 148*. Logista thymelae.

THYMELICUS, a, um, adj. *Θυμελικός*. Thymelici dicebantur citharoedi, et tibicines, qui in thymele canebant. *Isid. Or. 18, 47*. Thymelici erant musici scenici, qui in organis, et lyris, et citharis praecinebant. Et dicti thymelici, quod olim in orchestra stantes cantabant super pulpitu, quod thymele vocabatur. P Diversi erant a scenicis. *Scenici* enim dicebantur histriones, qui in scena fabulam agebant, *thymelici* vero, qui personam ex fabula non habentes, ante scenam in orchestra musicis instrumentis scenae subserviebant. *Vitr. 5, 8*. Itaque ex eo scenici, et thymelici Graece separatim nominantur. *Ulp. Dig. 3, 2, 4*. Neque thymelici, qui certaminibus sacris deservunt, ignominiosi habentur. P *Thymelicus*, aliquando ponitur generatim pro scenico. *Appul. Apol. Thymelicum chora-gium. Imppp. Grat., Valent. et Theodos. Cod. Theod. 15, tit. 7, qui est de Scenicis, 5*. Quisquis thymelicam ex urbe abduxerit; et *Imppp. Theodos., Arcad. et Honor. ib. 12*. Nulla femina, nec puer thymelici consortio imbuantur. *August. C. D. 6, 7, extr.* Thymelica obscenitas. *Inscr. ap. Grut. 332, 6*. Athenodorus xysticus Paridi thymelico benemerenti fecit. P *Thymelicus pes* pentasyllabus constat longa, tribus brevibus, et longa, ut *constituerant. Diomed. 3, 479*.

THYMIAMĀ, atis, n. *Θυμιαμα*, genus suffimenti odorati ex variis aromatibus compositum, ut ex stacte, galbano, et ex majori parte ture, quod incenditur ad suffitus: a *θυμιαω*, odores incendo. V. AMMONIACUS.

[THYMIAMUS, a, um, adj. qui thymum amat: a *thymum* et *amo*. Ita translate vocantur duo seneciones Attici, qui conveniebant meretrices, a quibus ideo et oves tonsitandae appellantur. Porro Attici thymo praecipue utebantur in cibis condiendis. *Pl. Bacch. 5, 2, 3*. *Bacch.* Quis has huc oves adegit? Ni. Oves nos vocant pessumae. *Bacch. Rer. ter* in anno has tonsitari? Vetulae sunt thymiamae. *F.*]

[THYMIATERIUM, ii, n. *Θυμιατήριον*, turibulum. *Ambros. ep. 5*. (al. 4.) Cum spiritu adoleum aureum illud thymiatarium. Alii leg. *thymiamaterium*, ut etiam in *Jerem. 52, 19. F.*]

THYMINUS, a, um, adj. *Θυμινός*, ex thymo factus. *Colum. 6, 33*. Cum melle acapno, vel, si id non est, utique thymino celeriter levatur.

THYMITES, ae, m. *Θυμιτες οϊρος*, vinum thymo conditum. *Colum. 12, 35*. Vinum absynthiten, et hyssopiten, et abrotoniten, et thymiten, et marathriten, et glechoniten sic condire oportet. V. ABROTONITES.

THYMIUM, ii, n. *Θυμιον*, species verrucae, de qua V. in ACROCHORDON. *Plin. 32, 10, 45*. Ad thymia crudis maenis utuntur.

*THYMIAS sinus Cariae adjacebat. *Plin. 5, 28, Mela 1, 16, B. A.*

*THYMOETES, ae, m. *Θυμοητης*, Priami filius ex Arisbe (ut quidam volunt), cujus uxor quom filium peperisset eodem die, quo Hecuba Paridem, asserentibus hariolis eo die natum esse puerum, cujus causa Ilium everteretur, jussit Priamus utrumque interfici. Et Paris quidem matris astu clam traditus est educandus: Thymoetis autem puer est interfectus. Cujus injuriae ultione in multos dies dilata, Thymoetes, quom equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictae tempus oblatum ratus, primus auctor fuit, ut in urbem reciperetur. Haec fere *Servius*, enarrans locum illum *Virg. A. 2, 32*. Primusque Thymoetes Duci intra muros hortatur et arce locari, Sive dolo, seu jam Trojae sic fata ferebant. V. TYMOETES. *B. A.*

[THYMOIDES, is, m. *Θυμοειδης*, qui vultu iram et animos refert, animosus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur. 1169, 6*. L. Furio Thymoite filio suo, etc. Hic *Thymoite* pro *Thymoidi* scribitur vel errore quadratarii, vel vitio pronuntiationis. *F.*]

THYMOSUS, a, um, adj. *Θυμωδης*, thymo abundans, vel ex thymo factus. *Plin. 11, 15, 15*. Thymosum mel non coit, et tractu praetenuia fila mittit.

THYMUM, i, n. θυμῶν, frutex humilis, odoratus, apibus gratissimus, et optimum mel faciens. [Thymian. Quendel.] Plin. 21, 21, 89. Thymum colligi oportet in flore, et in umbra sicari. Duo autem sunt genera ejus: candidum radice lignosa, in collibus nascens: quod et praefertur: alterum nigrius florisque nigri. Haec Plin., qui deinde recenset ejus in medicina utilitates. [*Thymus vulgaris, et Satureja capitata, L.] Hor. Od. 4, 2, 27. More apis Matinae Grata carpentis thyma. Virg. A. 1, 410. redolentque thymo fragrantia mella. Id. Ecl. 7, 37. Galatea thymo mihi dulcior Hyblae. Or. Fast. 5, 271. volucres ego mella daturas Ad violam et cythis, et thyma cana voco. Id. A. Am. 1, 96. apes per flores et thyma summa volant. Mart. 11, 42. Et thyma Cecropiae Corsica ponis api, h. e. quae amara sunt et venenatum mel creant. P Graece est etiam θυμός, ὄ: unde Aemil. Maecr. c. de satureja extr. Si desit thymus, pro thymo ponere thymbram, etc. Non imitandus; quippe qui etiam primam licenter producit.

THYNTIA, ae, f. regio Bithyniae, in qua Thyni, populi Thraciae sedem habuerunt. Catull. 31, 5. Vix mi ipse credens Thyniam atque Bithynos Liquisse campos.

THYNIACUS, a, um, adj. θυνιακός, ut Thyniacus sinus, a Thynia promontorio et oppido dictus, est in ora occidentali Ponti Euxini, in Astica regione Thraciae. Or. Trist. 1, 10, 35. Thyniacosque sinus, et ab his per Apollinis urbem, etc.

THYNIAS, adis, f. θυνιας, ἄδος. Thyniades Nymphae sunt Bithyniae: nam Bithynia a Thynis dicitur. V. THYNUS. Porro Bithynia est Phrygiae contermina, cujus provincia est Mysia, ubi Hylas a Nymphis raptus dicitur. Poetae solent regionum nomina saepe confundere, praesertim cum vicinae sunt. Itaque Prop. Hylas raptum describens, 1, 20, 34. Grata domus Nymphis humida Thyniasin, pro Thyniadibus, datus pluralis Graecae positionis, ut Dryasin, Hamadryasin habetur ib. 12. et 32. V. h. v. P Fuit et Thynias Thynorum oppidum, in Thracia, ad Pontum Euxinum. Plin. 4, 11. P et Thraciae promontorium, teste Mela 2, 2. P et insula Ponti Euxini. Plin. 5, 32. Mela 2, 7. Fortasse eadem quae Apollonia Thynias audit Plin. 6, 12. B. A.

THYNICUS, a, um, adj. θυνιακός, ad Thynos pertinens. Isid. Or. 19, 32. Thynicus (anulus) purus est, primum in Bithynia fabricatus. Id. deinde ib. affert molles versiculos Maecenatis ad Horatium Flaccum, qui cum mendose legantur in omnib. editionib., lectionem praetulimus Burmanni, qui eos ita retulit in Ant. Lat. T. 2. p. 412. Lucentes, mea vita, nec smaragdus, Beryllus mihi, Flacce, nec nitentes, Nec per candida margarita quaero, Nec quos Thynica lima perpolivit, Anellos, nec iaspis lapillos. F.]

THYNNARIUS et Thunnarius, a, um, adj. ad thynnium seu thynnium pertinens. Ulp. Dig. 8, 4, 13. Piscationem thynnariam exercere.

THYNNUS et Thynnus, i, m. θυννος, ingens piscis marinus ex genere cetario, animal pariens ut balenae, pristis, etc. [*Der Thunfisch, Scomber Thynnus, L.] Intrans thynni et magno mari Pontum verno tempore gregatim, ibique feticant. Capti membratim caeduntur, cerviceque et abdomine commendantur: cetera parte plenis pulpamentis sale asservantur. V. Plin. 9. c. 15., ubi plura de his. Hor. Sat. 2, 5, 44. Plures adnabunt thynni, et cetera crescent. Or. Hal. 98. Et pavidi magno fugientes agmine thynni. Mart. 10, 48. Et madidum thynni de sale sumen erit, h. e. muria thynni saliti. P Adhibetur thynnus ad significandum tum marem, tum feminam. Plin. 9, 15, 18. V. LUPUS.

*THYNNOS, i, oppidum Ciliciae. Plin. 5, 27. ubi MSS. habent Tyros, notante Harduino. B. A.

THYNNUS, a, um, adj. θυννος, pertinens ad Thynos Thraciae populos, qui in Asiam transgressi partem Bithyniae incoluerunt. Plin. 4, 11, 18. et 5, 32, 43. Hor. Od. 3, 7, 3. Thyna merce beatus juvenis. Id. dixit Ep. 1, 6, 33. Bithyna negotia. V. BITHYNIA.

[THYON, yi, n. θυών, suffimentum. Plin. 37, 2, 12. ait, succinum in Italia etiam thyon vocari; quia fortasse eo utebantur ad suffimenta. F.]

THYONÉ, es, uxor Nisi, et mater vel nutrix Bacchi, θυώνη. Cic. N. D. 3, 23.

THYONEUS, i, m. trisyllab., θυωνεύς, cognomen Bacchi, a θυώνη, Thyone Bacchi matre vel nutrice. Quidam a θυόν, sacrificio, deductum putant, quod illi adhuc inter homines versanti sacrificaretur. Or. Met. 4, 13. Additus his Niseus, indetonsusque Thyoneus. Hor. Od. 1, 17, 23. Semeleius Thyoneus.

THYONIÁNUS, i, m. ad Thyoneum pertinens. Catull. 27, 5. hinc abite lymphae Vini pernicies, et ad severos Migrare: hic merus est Thyonianus, h. e. hoc vinum omnino merum est, et quod Bacchum deceat. Adde Anson. praef. Idyll. 13.

[THYONOE, es, f. quae mente sacrificat: a θυόν, sacrificio, et ρόος, mens. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 41, 7. Lania C. F. Thyonoe. F.]

[THYOTES, ae, m. θυώτης, qui sacrificat: a θυόν, sacrificio. Val. Fl. 2, 437. Obvius at Minyas

terris adytisque sacerdos Excipit, hospitibus reserans secreta thyotes. F.]

[THYRAEUS, i, m. θυραῖος, janitor, qui januae praest: a θυρα, janua, ostium. Ita cognominatur Apollo ap. Tert. Cor. mil. 13. f. Ostiis diabolus affixit Janum a janua, Limentinum a limine; et apud Graecos Thyraeum Apollinem, et Antelios daemones. Id. Idol. 15. Etiam apud Graecos Apollinem θυραῖος, et Antelios daemones ostiorum praesides legimus. F.]

THYRE, es, f. θυρή, et θυρή, opp. Messeniorum. Cum de Thyreatis agri finibus bellum esset inter Argivos, et Lacedaemonios, res pugnae CCC. militum utrinque commissa est, quibus omnibus interfectis, Othryades Spartanus, qui solus evaserat, se interemit, et aliis se comitem dedit. Stat. Th. 4, 48. Et Lacedaemonium Thyre lectura cruorem.

THYREATIS, idis, f. θυραῖος, quae est ex Thyre oppido: de quo V. in v. praec. Or. Fast. 2, 663. ad Terminum: Si tu signasses olim Thyreatida terram, Corpora non leto missa trecenta forent. Alii leg. Thyreida, a Thyreis, idis, quia prima in Thyre producit. Sed quia Graece etiam θυρή scribitur, abjecta praepositiva diphthongi, potest etiam corrip. THYROMA, ātis, n. porta, θυρομα, ostium, janua: a θυρα, quod idem significat. Vitr. 4, 6. Genera sunt thyromatum haec: Doricum, Ionicum, Atticurges.

[THYRRENSIS, e, adj. ad Thurrium, seu Thyreum pertinens, Acarnaniae urbem prope Leucadem, in cujus nummis ap. Eckhel. D. N. V. T. 2. p. 187. ΘΥΡΡΕΙΩΝ vel ΘΥΡΡΗΩΝ legitur. Lib. 36, 12. Thyreum a Medione profectus. Ceterum detecta Medione fraus cautiores, non timidiore Thyrenses fecit. Alii hic leg. Thyrienses. F.]

THYRSAGĒTAE, (Θυρσαγῆται ap. Herodot. 4, 22. Thysagetae, ap. Plin. 4, 12, 26. et 6, 7, 7. Thysagetae, ap. Mel. 1, 19. f.) populi Sarmatiae, apud Maeoticam paludem finitimi Gelonis, Turcis, Budinis, Basternis, qui silvas incolunt, victumque sibi venatu comparant. Poetae fabulantur, eos ita appellatos a thyrsi Bacchicis; hinc Val. Fl. 6, 134. Non ego sanguineis gestantem tympana bellis Thyrsageten, cinctumque vagis post terga silebo Pellibus, et nexas viridantem floribus hastas. Fama, ducem Jovis, et Cadmi de sanguine Bacchum Hac quoque turiferos, felicia regna, Sabaeos, Hac Arabas fudisse manu: mox rumpet Hebraei Cum vada, Thyrsagetas gelida liquisse sub Arcto. Illis omnis adhuc veterum tenor, et sacer aeris Pulsus, et Eoae memoratrix tibia pugnae.

THYRSICŪLUS, i, m. parrus thyrsus. Appul. Herb. 68. Thyrsiculi purpurei.

[THYRSICUS, a, um, adj. ad thyrsium pertinens. Venant. praef. med. Quid ibi affabre dictum sit, ubi quis sanus vix creditur, nisi secum pariter insanitur? quo gratulari magis est, si vivere licet, post bibere? de quo convivam thyrsicum, non fatidicum licet exire, sed fatuum. F.]

THYRSIGER, ra, rum, adj. qui thyrsium gerit, Bacchi cognomen. Sen. Med. 110. Candida thyrsigeri proles generosa Lyaei. Id. Hipp. 753. Et tu thyrsiger Liber ab India. Adde Pall. de Insit. 87.

[THYRSITĒNENS, entis, part. ab inus. thyrsiteneo, qui thyrsium tenet. Vet. Poeta in Anth. Lat. T. 1. p. 11. Burm. Lenee, vitisator, Bromie, Semeleie Bacche, Thyrsitenens, etc. F.]

THYRSUS, i, m. θυρσος Graece significat quicquid sic consurgit, ut in gracilitate attenuetur, ut arbores conferae, coniferae, etc. Hesyeh. Κώνοι, οἱ θυρσοί, καὶ οἱ στρογγύλοι, καὶ οἱ στρογγύλοι. Speciatim dicitur de caule, id est de eo in herbis, quod virgulae in modum, vel tibi rectitudinem consurgit. Serv. in A. 12, 413. Caulem autem medium fruticis, qui vulgo thyrsus dicitur. Plin. 19, 8, 39. Inventum omnes thyrsos, vel folia lactucarum prorogare urceis conditos, ac recentes in patinis coquere. Id. 25, 8, 41. Cynoglossos, quae tres thyrsos seminis emittit. Id. 26, 8, 33. Herba tyrsus longo et levi. Id. 19, 8, 42. Vivet asparagus thyrsu primum emicante, qui caulem educens tempore ipso fastigatus in toros striatur. Colum. 10, 370. Et Tartessiacos, Paphiosque revellere thyrsos, h. e. lactucae. Adde Suet. Aug. 77. P Est praeterea hasta aculeata, hederis et pampinis oblecta, quam Bacchus gestare solitus fuit, et Bacchae in Orgiis quatiebant. Sane Maecr. Sat. 1, 19. ait, Liberum Patrem tenere thyrsium, quod est latens telum, cujus mucro hedera lambente protegitur. Hor. Od. 2, 19, 8. Liber gravi metuende thyrsu. Stat. Th. 9, 614. Thyrsi teretes. Sen. Herc. Fur. 904. Thyrsus virens. Id. Oed. 628. thyrsos vibrare; et Herc. Oet. 243. quater. Auct. Priap. 20. Sutilibus Liber committit proelia thyrsis. P Translato et obscuro sensu est mentula. Appul. in Axyzo. 17. Thyrsisque pangant hortulo in Cupidinis. P [Metonymice sumitur pro furore, ardore, stimulo, instinctu. Lucr. 1, 921. Percussit thyrsu laudis spes magna meum cor. Or. Trist. 4, 1, 43. Sic ubi mota calent sacro mea pectora thyrsu. P Thyrsus est etiam cogn. R. Inscr. ap. Mur. 185, 4. et ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 2337. T. Flavio C. F. Thyrsu, etc. F.]

[THYRSŪTUS, a, um, adj. θυρσωτός, thyrsu praeditus, thyrsi formam habens. Colum. 10, 373. jam tamni sponte virentes, Et scilla thyrsuta seges nunc horrida rusco Prodit. Alii aliter leg. V. RUSCUM. F.]

THYSDRITĀNUS, a, um, adj. ad Thysdrim, vel Thysdrum, aut Thudrum pertinens, θυσδρίων, oppidum Africae in Byzacena regione, prope Syrtim minorem. Plin. 7, 4, 3. Ipse in Africa vidi mutatum in marem nuptiarum die L. Cossicium civem Thysdritanum. Addit Gell. hunc ipsum locum describens 9, 4. vivebatque, cum proderem haec. P Thysdritani, orum, absolute, sunt incolae illius oppidi ap. Hirt. B. Afr. 97.

THYSSĀGĒTAE. V. THYRSAGĒTAE.

T I

[TIĀNUS, a, um, adj. ad Tium (Tlov et Tēov) pertinens, maritimam Bithyniae urbem ad Billaem fluvium, in finibus Paphlagoniae, nunc Filios, cujus meminit Mela 1, 19. Hinc Tiani, orum, absolute, incolae illius urbis. Plin. ep. 10, 79. Heraclotarum et Tianorum civitates. F.]

TIĀRĀ, ae, f. et Tiaras, ae, m. διάδα, ἡ, et διάδα, ὁ, cidaris, ornamentum capitis apud Persas: quorum reges soli recta tiara, et cum acuminibus utebantur, ut Hesyeh. in Lex. et Sen. Ben. 6, 31. extr. tradunt: ceteri sine apice, et inclinatum. Etiam apud Phrygas fuit ejus usus, sed sacerdotibus praecipue, et regibus, teste Servio ad A. 7, 247., ubi Virg. Hoc Priami gestamen erat, cum jura vocatis More daret populis, sceptrumque, sacerque tiasas. Or. Met. 11, 181. de Mida: Tempora purpureis tentat velare tiasis. Val. Fl. 6, 699. At viridem gemmis, et Eoae stamine silvae Subligat extrema patrium cervice tiamam. Juven. 6, 515. et Phrygia vestitur bucca tiara; et 10, 267. Tunc miles tremulus posita tulit arma tiara. Sidon. carn. 7, 98. Parthicus ultro Restituit mea signa pavor, positoque tiara Funera Crassorum flevit. [Id. carn. 23, 250. Tu fluxis equitata Bactra Parthis Constans, intrepidusque sic adires, Ut fastu posito tumentis aulae, Qui supra satrapas sedet tyrannus, Lunatum tibi flecteres tiamam. F.] Hieron. vulgarem tiamam ita describit ep. 64. n. 13. Quartum est genus vestimenti rotundum pileolum, quasi sphaera media sit divisa, et pars altera ponatur in capite. Hoc Graeci et nostri τιάρα, nonnulli galerum vocant. Non habet acumen in summo, nec totum usque ad comam caput tegit, sed tertiam partem a fronte inopertam relinquit; atque ita in occipito vitta constrictum est, ut non facile labatur ex capite. Est autem byssinum, et sic fabre opertum linteolo, ut nulla acus vestigia forinsecus appareant.

*TIARĀE, arum, collis nomen imminentis littori Mitylenaeorum. Plin. 19, 3. Quibusdam locis adcepta (tubera) riguis seruntur, sicut Mitylenis negant nasci, nisi exundatione fluminum, invecro semine a Tiaris. Theophrast. ap. Athen. — ἀπὸ τιαρῶν, τοῦτο δ' ἐστὶ ζωφύλον, ἐν ᾧ πολλὰ γίνεται.... B. A.

TIĀRĀTUS, a, um, adj. tiara ornatus. Sidon. ep. 8, 3. f. Inter satrapas regum tiaratorum.

[TIBĒ pro tibi olim scriptum usurpatumque fuit, ut sibe pro sibi. V. SIBE. Inscr. vetustissima P. Scipionis, qui Africani majoris filius, et minoris pater adoptivus fuit, ap. Visc. Monum. degli Scip. tab. 5. litt. G., quibus sei in longa licuisset tibe utier vita, etc. Vatt. R. R. 3, 16. Cursu lampada tibe trado. Sic aliquot opt. MSS. F.]

*TIARE, es, f. oppidum Mysiae. Plin. 5, 30. P Hinc B. A.

*TIARENI, orum, incolae sunt dicti. Plin. ib. ed. Hard. ubi antea legebatur Tyareni. B. A.

*TIBARĀNI, orum, populi Ciliciae, circa Amanum montem et Pindenissum oppidum. Cic. Fam. 15, 4. His (Eleutherocicibus) erant finitimi pari scelere et audacia Tibarani: ab his, Pindenisso capto, obsides adcepi. B. A.

*TIBARĀNUS, a, um, adj. Plin. 37, 9. Praefertur iis Indicae (chrysolithi subintellige, vel gemmae, V. Chrysolithus), et, si variae non sint, Tibaranae. Sic, post Salmasium, scripsit Harduinus, et quod Ponticas paulo post gemmas ejusdem fere generis Plinius commendat; et quod Tibareni, seu Tibarani populi, ad Pontum siti sunt. Vulgo legitur Bactrianae. MSS. Reg. et Colb. Zibaranae. B. A.

*TIBARENI, orum, Τιβαρηνοί, populi Scythici, ad Pontum Euxinum, Chalybibus vicini. Mela 1, 20. Tibareni Chalybas attingunt, quibus in risu lusque summum bonum est. Ultra Tibarenos Mossyni turres ligneas subeunt, etc. Plin. 6, 4. Aien. descript. orb. terrar. v. 947. Val. Fl. 5, 148. Cf. Apoll. Rhod. 2, 376. Orph. Argon. 739. Xenoph. Exped. Cyri 5, 5. in. B. A.

TIBĒREIUS, a, um, adj. Tiberianus. Stat. Silo. 3, 3, 66. Tiberia aula.

*TIBERIACUM, i, n. oppidum Galliae Belgicae. Anton. Itin. B. A.

TIBERIANUS, a, um, adj. ad Tiberium Imp. Rom. III. pertinens, ut Tiberianus, principatus, et

Tiberiana tempora, ap. Tert. adv. Marc. 4, 6. et 7. Tiberiana domus, Suet. Vit. 5. med. scorta, Id. ib. 3. Vetus senatusconsultum Tiberianum, Sidon. ep. 1, 7. f. V. Tac. A. 3, 51. [et Lipsii et Ernesti adnot. ad hunc locum. F.] P Tiberiana etiam dicta sunt quaedam pira, quae maxime Tiberio principi placere. Plin. 15, 15, 16.

*TIBERIAS, adis, f. Τιβεριάς, urbs Galilaeae, ab Herode condita. et sic appellata in honorem Tiberii Caesaris. Plin. 5, 15. B. A.

TIBERINIS, idis, f. Τιβερινίς, quae Tiberim incolit, vel ad Tiberim habitat. Ov. Fast. 2, 597. Dixerat: annuerunt Nymphae Tiberinides omnes, h. e. Nymphae Tiberis.

TIBERINUS, a, um, adj. Τιβερινός, ad Tiberim pertinens. Cic. Manil. 12. Ante ostium Tiberinum classem hostium videbatis. Virg. A. 1, 17. (et Ov. Fast. 4, 329.) Tiberina ostia. Id. ib. 11, 449. Tiberinum flumen. Claud. VI. cons. Hon. 182. gramen. Plin. 34, 6, 11. Tiberinus campus, h. e. qui Tiberi alluitur. Hor. Sat. 2, 2, 31. lupus, h. e. piscis in Tiberi altus. Claud. II. cons. Stil. 173. Insula Paenonia text Tiberina draconem, h. e. insula Aesculapii, nata in medio Tiberi ex corribus farris eo injectis, ut Liv. 2, 5. narrat. Id. ib. 10. et Virg. G. 4, 369. Tiberinus pater, h. e. ipse Tiberis Deus habitus, ut cetera flumina. Sic Virg. A. 8, 31. Deus ipse loci fluvio Tiberinus amoeno Populeas inter senior se attollere frondes Visus: eum tenuis glauco velabat amictu Carbasus, et crines umbrosa tegebat arundo. In Inscr. ap. Grut. 178, 6. sub Imp. Dioclet. et Maxim. dicitur Tiberinus pater aquarum omnium. Alia Hortana ap. Fabrett. p. 432. n. 6. Sex. Atusius Sex. Fil. Fabia Roma Priscus Evoc. Aug. primus omnium aram Tiberino posuit, quam caligatus voverat. P Absolute etiam de fluvio. Virg. A. 7, 30. fluvio Tiberinus amoeno Vorticibus rapidis, et multa flavus arena In mare prorumpit. Prop. 4, 2, 7. Hac quondam Tiberinus iter faciebat. Ov. Fast. 6, 105. Adjacet antiqui Tiberino lucus Helerni. Id. Fast. 4, 292. Ostia contingerat, qua se Tiberinus in altum dividit. P Fuit etiam hoc nomine nonus rex Albanorum, Capeti filius, Agrippae pater, qui in tractu Tiberis submersus, celebrare ad posterum nomen flumini dedit, cum antea Abula diceretur. Liv. 1, 3, Ov. Fast. 2, 389. et Met. 14, 614. et Varr. L. L. 4, 5. extr. Quare non audiendus Servius, qui ad A. 8, 330. negat nomen Tiberini annis a Tiberino rege ortum esse. P Tiberinus est a Tiberis, ut Tiberinus a Tiberis. Claud. Laud. Seren. 16. rediensque per undas Claudia Fibrinas. Sidon. Carm. 7, 75. Ganges, Phasis, Araxes, Tanaisque Tibrinum tremuere meum. P [Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Mur. 655, 1. et emendatior in Anth. Lat. T. 2. p. 197. Burn. Ti. Claudius Esquillina Aug. L. Tiberinus. F.]

[TIBERIOPOLITANUS, a, um, adj. ad Tiberiopolin pertinens, Phrygiae majoris urbem, a Ptol. 5, 2. memoratam. Inscr. ap. Spon. Miscell. antiqu. p. 201. Ti. Claudius Artemidorii F. Quir. Phoebus Tiberiopolitanus. F.]

TIBERIS, et per sync. Tibris, is, et idis, m. Tevere, Τιβρίς, fluvius Etruriae (olim Abula dictus, postea etiam Tybris, ut Plin. 3, 5, 4. docet, ubi et ejus cursum describit) qui ex Apennino ortus, aliusque auctus fluminibus Romam interluit, et in mare Tyrrhenum duobus ostiis influit. Nomen habuit a Tiberino rege, ut in voce praec. diximus, vel a Tybri rege Tuscorum, ut est ap. Virg. A. 8, 330., vel ἀπό τῆς ἵβριδος, quia Romae imaginem praebat illius fossae, quam intra moenia sua Syracusani olim duxerant, Atheniensium devictorum opera usi per vim et injuriam, ut Serv. ad Virg. l. c. et ad ib. 3, 500. fabulatur. Quam ob rem nonnulli Thybris, aut Tybris scribere placuit. Sed consuetudo Latina Graecae litteras abiecit, ut Lapidib. productis Manut. et Cellar. ostendunt. Et fortasse nomen regis Etrusci per thy scriptum fuit: at nomen fluvii per Latinas litteras Latini scripserunt. Hor. Od. 2, 3, 18. villa, flavus quam Tiberis lavit. Id. Sat. 2, 1, 7. ter uncti Transanto Tiberim; et ib. 3, 291. Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus In Tiberi stabit. Virg. A. 2, 782. leni fluit agmine Tibris; et ib. 3, 500. Siquando Tibrim, vicinaque Tibridis arva Intraro. Lucan. 6, 810. quam Tibridis alluat unda. Ov. Met. 15, 432. Apenninigenae quae proxima Tibridis undis. Claud. in Eutr. 2, 127. defenso Tibride. P De Deo fluvii praeside. Virg. A. 8, 72. Tuque, o Tibri, tuo genitor cum flumine sancto; et ib. 10, 421. Da nunc, Tibri pater. P Prosa scriptores integro utuntur: poetae et integro et contracto, praesertim cum de Deo sermo est.

TIBERIUS, a, um, V. v. sq. [TIBERIUS, ii, m. Τιβήριος, praenomen R., ut Ti. Sempronius Gracchus, de quo Liv., Cic. aliique permulti. Auct. Epit. nom. R. Tiberii vocitari coeperunt, qui ad Tiberim nascebantur. P Unico hoc praenomine plerumque est appellatus Ti. Claudius Ti. F. Nero, qui Liviae Drusillae matris ejus artibus, cum a priore marito Ti. Claudio Nerone repudiata Augusto nupsisset, a vitrico adoptatus, et imperii R. successor constitutus est, cujus vitam scripsit Suetonius. P Adjective usurpavit Plin. 36, 7,

II. Sic et (marmora) Augusti, ac deinde Tiberium, in Aegypto Augusti ac Tiberii primum principatu reperta; Augustum undatim crispum in vertice, Tiberium sparsa, non convoluta canitie. V. Isid. Or. 16, 5. P Licenter secundam syllabam producit Sidon. Carm. 7, 103. Capreasque Tiberi, Et caligas Caji, Claud. censura secuta est. Recte cum plerisque aliis corripuit Hor. Sat. 2, 3, 173. Te, Tiberi, numerare cavis abscondere tristem; et Phaedr. 2, 5. Caesar Tiberius cum petens Neapolim. F.]

TIBIA, ae, f. τῆλη, os cruris exterius, ut Cels. 8, 1. f. docet. Id. ib. 11. Cum os scapularum ab humero recedit, et in brachio radius a cubito, et in crure tibia a sura. P Per synecdochen accipitur pro ipso crure. Phaedr. 5, 7. concidit casu gravi Nec opinus, et sinistram fregit tibiam. Plin. ep. 1, 20. med. Genu, aut tibia, aut talus. P A similitudine ita dicitur musicum instrumentum teres et foraminosum, ex arundine aut buxo, aliave ligno, vel ex cruribus grundo, cervorum, aut asinorum, interdum ex ebore, aere, aliave materia ductili: quod ligula inflatum, et foraminibus modo digito obstructis, modo apertis, jucundum edit sonum, αὐλός. Dicitur esse inventum Palladis, quae, cum inflando nimium buccas sibi deformare videretur, abiecit: abjectam sustulit Satyrus, et usurpavit. Ov. Fast. 6. a v. 696. Hoc idem de Alcibiade narrat Gell. 15, 17. Videtur autem Phryges primi adhibuisse in sacris Magnae Deum Matris. Differt a fistula, quae multis calamis constat singula foramina habentibus: tibia uno calamo et foraminibus pluribus. V. Hor. Od. 4, 1, 22. Multus fuit ejus usus in scena canendis rebus gestis clarorum viro- rum, in funeribus, in nuptiis, et in sacris. V. Ov. Fast. 6. a v. 659. Hor. A. P. 202. Tibia non, ut nunc, orichalcho juncta, tubaeque Aemula, sed tenuis, simplexque foramine paucos Adspirare, et adesse choris erat utilis, atque Nondum spissa nimis complere sedilia flatu. Id. Od. 3, 19, 18. cur Berecynthiae Cessant flamina tibiae? Id. ib. 7, 30. Tibiae cantus. Cic. N. D. 2, 8. f. Tibiae modulate canentes. Id. Brut. 51. f. Si tibiae inflatae non referant sonum. Pl. Stich. 5, 4, 41. Age tiben, refer ad labias tibiae: suffla celeriter tibi buccas. Nep. Ep. 2. Cantare carmina tibiis. Lucr. 4, 586. tibia digitis pulsata canentum. Quint. 1, 10. Duces maximos et fidibus, et tibiis cecinisse, traditum est. Tibull. 2, 1, 86. Phrygio tibia curva sono. Virg. A. 11, 737. ubi curva choros indixit tibia Bacchi: curva dicitur, quia affixum habebat cornu, seu aereum orificium latius in extremo, ut graviorem sonum ederet. Hinc Stat. Th. 6, 120. Cum signum luctus cornu grave mugit adunco Tibia, cui teneros suctum producere Manes Lege Phrygum moesta. (teneros Manes dicit, quia tibiae cantus primum adhibitus est in funeribus puerorum, postea etiam viro- rum.) Ov. Trist. 51, 48. Tibia funeribus convenit ista meis. [Plin. 7, 56, 57. med. Obliquam tibiam Midas in Phrygia (inventi): geminas tibiae Marsyas in eadem gente. Obliquam tibiam Graeci πλαγίαν dicunt. V. PLAGIAULES. F.] P Tibiarum aliae fuere dextrae, aliae sinistrae; [seu aliae incentivae, aliae succentivae. F.] Illae dextra parte oris et manu dextra a tibiae tenebantur; hae sinistrae; et a tibiae modo singulae, modo ambae simul inflabantur, [si tamen fides habenda est Diomedii, F.] qui 3, 489. docet, si quando monodio agebatur, unam tibiam inflasse artifices; si quando synodio, utramque. Μονόδιον est cum solus agit histrio sine choro; συνόδιον, cum choro aut alia persona. [Sed verosimilius est, eas dextras fuisse appellatas, quae, ut ait Theophrast. Hist. plant. 4, 12., fiebant ex arundinis parte, quae πρὸς τοὺς βλαστῶνς, et, ut ait Plin. 16, 36, 66., quae cacumen antecedit: has Herodot. 1, 17. αὐλὸν ἀνδρητῶν vocat, et Appul. Flor. n. 3. gravi bombo concinere docet: sinistras vero, quae, ut ait Theophrast. l. c., πρὸς τῆ ἑξῆς, et, ut Plin. l. c., quae radice antecedit: has vero Herodot. l. c. αὐλὸν γυναικῶν vocat, et Appul. l. c. acuto tinnitu concinere ait. Ex his patet, tibiae dextras fuisse, quae gravi sono seriae; sinistras, quae acuto festiva argumenta pronuntiabant. Eaedem autem et pares et impares dicebantur: tibiae enim duabus tibiis simul flabant, duabus scilicet dextris, aut duabus sinistris, et tunc paribus tibiis canere dicebantur; cum vero una dextra, et altera sinistra tibia flabant, imparibus: impares porro vocabantur non solum ob sonum diversum, sed etiam quia imparem foraminum numerum habebant; plura enim in sinistra erant, quam in dextra. Hinc in διδαχαιῶς Ter. Andr. Modos fecit Flaccus Claudii (servus, vel libertus) tibiis paribus dextris et sinistris, h. e. primum duabus paribus dextris, deinde duabus paribus sinistris. Et in Ter. Heaut. Acta primum tibiis imparibus, deinde duabus dextris. V. plura de hujusmodi tibiarum differentia ap. Schneid. in Ind. Script. R. R. in V. Tibia, qui ibidem docet, Plinium perperam vertisse Theophrasti l. c., qui de iisdem tibiis classicus est. Varr. R. R. 1, 2. med. Dextra tibia alia, quam sinistra, ita ut tamen sit quodammodo conjuncta, quod est altera ejusdem carminis modo-

rum incentiva, altera succentiva. Festus: Dextrarum tibiarum genus est, quae dextra tenentur. Appul. Flor. n. 3. Primus Hyagnis manus in canendo discapedinavit, primus duas tibiae uno spiritu animavit, primis laevis et dextris foraminibus acuto tinnitu, et gravi bombo concentum musicum miscuit. F.] P De tibiis Sarranis. V. SARRANUS. P Apertae dicuntur, cum nullo ocluso foramine, plenior sonum emittunt: unde proverb. ap. Quint. 11, 3. med. Illa vero jam paene apertis, ut ajunt, tibiis, etc. h. e. clariore voce. Solin. 5. med. tibiae memorat praecentorias, vascas, puellatorias, gigninas, milvinas, Lydias, etc., quae V. suis locis. P Tibia dicitur aliquando de carmine, quod cantatur ad tibiam. Hor. Od. 1, 12, 1. Quem virum aut herosa lyra vel acri Tibia sumis celebrare, Clio? h. e. celebrandum sumis carmine ad lyram, vel tibiam decantato. P Si Nonio credimus, olim masc. gen. usurparunt. Varr. ap. eund. 3, 256. Quaero meas lubidines ad tibiae bilingos. Sed lege bilingues.

TIBIALIS, e, adj. ad tibiam instrumentum musicum pertinens. Plin. 16, 36, 66. Arundo tibialis calami, quem auleticon dicebant, h. e. faciendis tibiis idonei. Sidon. ep. 9, 13. in Carm. 2. med. Date ravulos choraulas, Quibus antra per palati Crepulis reflanda buccis Gemit aura tibialis. P Item ad crus. Hinc tibiale, is, n. περιστερῆς, tegumentum tibiae seu cruris. Suet. Aug. 82. Hieme feminalibus et tibialibus muniebatur. P De ocrea militari. Paul. Dig. 49, 16, 14. med. Si miles tibiale, vel humerale alienavit, castigari verberibus debet.

TIBIARIUS, ii, m. qui tibiae facit, αὐλοποιός. Inscr. ap. Mur. 949, 1. P. Curius Eupor. tibiarius de Sacra via.

TIBIATIM, adv. a tibia, qua crus notat. Titin. ap. Fest. in Malleos. Jam cum malleis te ostendisti, quos tibatim calceas. Ita restituit corruptum locum Jos. Scal. V. MULLEUS.

TIBICEN, inis, m. αὐλητής, qui tibia canit: ea forma, qua tiben, fidicen, carnicen, lyricen: nisi quod paenultimam producit, quia contrahitur ex tibiicen. Ov. Fast. 6, 657. Temporibus veterum tibiicinis usus avorum Magnus, et in magno semper honore fuit. Cic. Acad. 4, 7. et 27. Simul inflavit tiben, a perito carmen agnoscitur. Id. Leg. 2, 24. Honoratorum virorum laudes cantu ad tibiicinem prosequi. Id. Agr. 2, 34. Immolare hostias majores ad praecentorem, et ad tibiicinem. Plin. 28, 2, 3. In praecentibus tibiicinem canere, ne quid aliud exaudiat. Id. 10, 43, 60. Funus celebrare exsequiis, praecedente tibiicene. Gell. 1, 11. Tibicines inter exercitum (Lacedaemoniorum) positi canere inceperant. Id. 4, 13. Viperarum morsibus tibiicinem scite modulateque adhibuit mederi. P [Alii erant tibiicines Graeci, quibus lasciva modulatio; alii Latini, quibus gravitas propria erat. Sen. ep. 76. med. Habet tibiicen quoque Graecus et praeco concursus; at in illo loco, in quo vir bonus quaeritur. Adde Varr. R. R. 3, 17. F.] In illo autem Cic. Mur. 12. Transit idem jureconsultus tibiicinis Latini modo: unde tu me, inquit, etc., tangitur mos Jctorum, qui tum actori formulas petendi, tum reo exceptionem opponenti dicebant. Nam quemadmodum tibiicen in scena cum modos faceret, modo ad hunc, modo ad illum histriorem se convertebat, et cantum tibiae ad utriusque agendi rationem accommodabat; ita Jctus modo actori verba praeibat, quibus peteret; modo ei, unde petebatur, quibus exciperet. P Ex more adhibendi tibiicines in exsequiis, factum est proverb. ad tibiicines mittere, h. e. parare necessaria funeri. Petr. Sat. 129. Si idem frigus genua manusque tentaverit tuas, licet ad tibiicines mittas, h. e. actum est de te: desperata est vita tua. Alii leg. tibiicines: quia tubae quoque in funeribus locum habuerunt. V. TUBA. P Fuit Romae tibiicinum collegium, ut significat Val. Max. 2, 5. n. 4. Inscr. ap. Grut. 175, 10. Collegio tibiicinum et fidicinum Romanorum qui S. P. P. S. h. e. qui sacris publicis praesto sunt. De eorum quondam secessione et reductione lepidam historiam habes ap. eund. ib. Liv. 9, 30. et Ov. Fast. 6. a v. 657. P Praeterea tibiicen dicitur lignum stans, columella, pila rusticorum aedificium sustinens: a similitudine, inquit Festus, tibiis canentium, qui ut canentes sustinent, ita ille aedificia. Catull. 61, 158. Quo tibiicene (domus) serviat, h. e. viro tuo, qui tanquam columen est. Ov. Fast. 4, 695. Haec modo verberat stantem tibiicene villam. Juven. 3, 193. Nos urbem colimus tenui tibiicene fultam Magna parte sui. P Translate. Arnob. 2, 92. Post Atlantem gestatorem, bajulum, tibiicinem illum, ac destinam coeli.

TIBICIDA, V. CIBICIDA.

TIBICINĀ, ae, f. αὐλητρίς, quae tibia canit. Mart. 14, 64. ejus lemma Tibiae. Ebria nos madidis rumpit tibiicina buccis: Saepe duas pariter, saepe monaulon habet. Gell. 1, 11. Feminas etiam tibiicinas in exercitu habuit.

*TIBICINĀTOR, oris, m. αὐλητής Gloss. Cyrill. B. A.

TIBICINIUM, ii, n. ars tibiicinis. Appul. Flor. n.

3. Marsyas cum in artificio patrisaret tibicinii; et n. 4. Cum esset in tibicinio apprimie nobilis.

TIBICINO, as, n. 1. tibiis cano. *Fulg. Myth.* 3, 9. Ordo tibicinantium. P Item tibicine, seu columella fulcio, sustentio. *Tert. Anim.* 38. Desiderabit inquilinus profutura domui, toto inquilinatus sui tempore, non ut ipse substruendus, nec ut ipse locandus, nec ut ipse tibicinandus, sed tantummodo continendus.

***TIBIGENSE** oppidum appellatur a *Plin.* 5, 4. quod *Olype* audit *Ptolemaeo*. Fuit autem in Numidia. *B. A.*

***TIBILIS**, opp. Numidiae. *August. ep.* 128. in P. Scribitur et *Thibilis*. P Hinc

***TIBILITANUS**, a, um, adj. ad Tibilim spectans. *August. de civ. Dei* 22, 8. Aquae Tibilitanae. P *Thibilitanae* vocantur in *Tab. Pent. B. A.*

TIBINUS, a, um, adj. a *tibia*, ut Tibini modi, *Varr. ap. Non.* 4, 251. et 1, 246.

TIBISENUS, a, um, adj. ad Tibisim pertinens, qui est fluvius Scythiae, ex Haemo monte nascens, et septentrionem versus in Istrum influens. *Val. Fl.* 6, 50. viridem Myracen, Tibisenaque juxta Ostia.

***TIBISSUS**, i, m. Daciae fluvius, hodie *Theis*. *Inscr. ap. Grut.* p. 448. n. 3. P *Tibissos* est *Ptolem.* *Pathissus* autem *Plin.* 4, 12. *B. A.*

TIBRICOLA, ae, m. et f. Tibirin accolens. *Prud. aeg. vers.* 4, 174. Pascit item sanctis Tibricolas dapibus.

TIBRINUS. V. **TIBERINUS**.

TIBRIS. V. **TIBERIS**.

TIBULLUS, i, m. ex gente Albia fuit hoc cognomine poeta elegiacus, cujus annus natalis fuisse videtur U. C. DCXC. aut DCXCV., et eodem fortasse die, quo natus est Ovidius. Parentes habuit ex equestri ordine. Quod ingenio facili, et egregia forma foret, et amplo patrimonio, nobiliores civitatis sibi conciliavit, in quorum numero fuit Messala Corvinus. Familiariter dilexit Horatium, Ovidium, et Macrum poetas. In amores et delicias paulo proclivior fuit. Libros tres, vel quatuor Elegiarum, sive Amorum composuit. Obiit virenti adhuc aetate, dum pergeret cum Messala in Phaeaciam. Eum ut elegantem, ut tersum commendat *Quint.* 10, 1. cultum vocat *On. Am.* 1, 15, 28. et *ib.* 3, 9., ubi ejus mortem d'flet. V. etiam *Hor. Ep.* 1, 4., et *Vell.* 2, 36. P [*Tibullus*, a, um, adj. Hujusmodi cogn. R., nisi obstaret primae syllabae quantitas, videtur esse diminutivum Tiburtis. *Inscr. ap. Grut.* 654, 3. Antia Tibulla. *F.*]

TIBULLUS, i, f. genus pinus gracile, succinctius, et enode, liburnicarum ad usus, paene sine resina. *Plin.* 16, 10, 17. [*Pinus pinaster*, Ait.]

TIBUR, uris, n. *Tivoli*, *Tivolis*, oppidum Latii, Roma ipsa vetustius, in confinio Sabinorum, ad Anienem fluvium. Conditum fuit a Catillo, seu Catilo Arcade, vel a Tiburte, seu Tiburno ejus filio, ut est ap. *Sil.* 8, 366. et *Hor. Od.* 1, 18, 2. In ejus agro fuit maxima pomorum copia, et crebri fontes. *Id. ib.* Circa mite solum Tiburis. *Id. ib.* 4, 2, 30. circa nemus uvidique Tiburis ripas; et *ib.* 3, 10. quae Tibur aquae fertile praefluunt. *Id. ib.* 3, 4, 23. Tibur supinum, h. e. in colle situm. *Virg. A.* 7, 630. Atina potens, Tiburque superbum. *Ubi Serv.* aut nobile: aut tangit illud, quod cum aliquando a senatu auxilia poscerent Tiburtes sub commemoratione beneficiorum, hoc responsum acceperunt: superbi estis. *Mart.* 1, 13. (et 4, 62.) Herculeum Tibur, h. e. ubi Hercules praecipue colebatur. (V. **HERCULEUS**.) *Id. ib.* et 4, 64. f. vocat *gelidum*, quia in magnis caloribus jucunda ibi propter crebros fontes mansio erat. Confirmat *Stat. Sil.* 1, 3., ubi multae ejus loci laudes. P Sunt qui scrib. *Tybur*, invito *Dausqu.* et *Lapidib.*

TIBURNUS, i, m. Deus praeses Tiburis, et ipsum Tibur. *Stat. Sil.* 1, 3, 74. illa recubat Tiburnus in umbra: Illic sulphureos cupit Albula mergere crines. *Hor. Od.* 1, 7, 13. Et praiceps Anio, et Tiburni lacus, et uda Mobilibus pomaria rivis. P Adjective. *Prop.* 3, 21, 23. Hic Anio Tiburne fluis, Clitumnus ab Umbro Tramite. Alii leg. *Tiburte*.

TIBURUS, urtis, et Tiburtis, e, adj. ad Tibur pertinens, Tiburtinus. *Liv.* 8, 12. Pedanos tuebatur Tibur, Praenestinus, Veliternusque populus. *Inscr. ap. Grut.* 254, 2., 446, 3. et 1088, 12. Senatus populusque Tiburs. *Varr. R. R.* 1, 9. f. In Tiburti terra. *Hor. Sat.* 1, 6, 108. Cum Tiburte via praetorem quinque sequuntur Te pueri. V. **TIBURTINUS**. *Glaucia* ap. *Cic. Or.* 2, 65. extr. Villam in Tiburte (*subaudi* agro) habes, cortem in Palatio. *Gell.* 19, 5. In Tiburte rus concesseramus; et *mox*: Promit e bibliotheca Tiburti librum. *Liv.* 7, 11. Adversus Tiburtem hostem. *Stat. Sil.* 1, 3, 99. Tiburtes Fauni. *Hor. Sat.* 2, 4, 70. Tiburtia poma. *Virg. A.* 7, 670. moenia. P *Tiburtes*, um, incolae Tiburis. *Plin.* 16, 44, 87. Tiburtes originem multo ante Romam habent. *Liv.* 7, 11. Commeatu ab Tiburtibus adjutus; et *mox*: Tiburtes bello continere. *Virg. A.* 11, 757. praedam Tiburtum ex agmine Tarchon Portat ovans. *Tac. A.* 14, 22. Idque finibus Tiburtum acciderat. *Inscr. ap. Grut.* 1088. Saufejae Alexandriae V. V. Tiburtium calatores Tiburtes posuerunt, h. e.

Virgini Vestali Tiburtium; et 419, 5. Collegium fabrum Tiburtium. *Tiburtium* habet etiam *Front. Aquaed.* 6. et 66.

TIBURTINUS, a, um, adj. ad Tiburtes, et Tibur pertinens. *Prop.* 4, 7, 85. Hic Tiburtina jacet aurea Cynthia terra. *Mart.* 7, 28. silva Dianae Tiburtinae, h. e. silva in agro Tiburtino Dianae sacra; et *ib.* 80. Tiburtinae oves, h. e. quae in Tiburte agro pascentur; et *ib.* 13. Tiburtini soles. *Plin.* 15, 18, 19. Tiburtina ficus de praecocibus. *Sen. ep.* 119. Tiburtinus calix, h. e. fictilis Tibure factus. *Mart.* 4, 57. Tiburtina frigora. V. **TIBUR** f. et *Plin.* 36, 6, 5. et *ib.* 22, 48. Tiburtinus lapis: quem *Vitr.* 2, 7. ait, in aedificiis sufferre et ab oneribus, et a tempestatibus injuriis, sed ab igni non posse esse tutum, et ab eo tactum dissilire et dissipari. Ejus multus est Romae usus. *Pall.* 1, 10. calcem quoque ex eo structuris utilem coqui, tradit. *Inscr. ap. Mur.* 1271, 3. Loco empto, quo Tiburtini (scil. lapides, vel cippi) positi quatuor demonstrant: in Fr. P. VI. in Agr. P. VIII. *Alia* optima notae ap. *Visc. Mus. Pio-Clem. T. 1.* p. 73. ed. Mediol.: Columellam sub horologio Tiburtinam posuerunt. *Alia* ap. *Grut.* 1108, 6. Placuit lapide Tibur. ambos (*defunctos*) in se circumdare, et titulum inscribere D. C. h. e. decurionum consensu. P *Tiburtina* via Roma ab Exquilina porta Tibur ducebat. *Plin. ep.* 7, 29. P *Tiburtina* pila, locus Romae, de quo V. *Marlian.* 5, 9. et 26. Memoratur a *Mart.* 5, 22. P *Tiburtinum*, i, villa in Tiburte. *Cic. Phil.* 5, 7. et *Sen. Ben.* 4, 12.

[**TIBURTINUS**, a, um, adj. idem ac Tiburs, vel Tiburtinus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Marin. Inscriz. Alb.* p. 202. col. 1. Nonius Tiburtius. *F.*]

***TICER**, fluvius Hispaniae Tarraconensis, versus Galliae fines, in mare Mediterraneum cadens. *Mela* 2, 6. P *Tichis* est *Plin.* 3, 3. P Hodie *Ter* vocatur. *B. A.*

***TICHIUS**, untis, nomen unius ex Oetae montis cacuminibus, et fortasse castelli super illo siti. *Liv.* 36, 16, 17 et 19. *B. A.*

TICHOBATES, ae, m. qui super erectos muros graditur: a *tychos*, murus, et *patros*, gradior, quem admodum *schoenobates* est qui per funem ambulat. *Vopisc. Carin.* 18. Exhibuit tichobaten, qui per parietem eluso urso cucurrit.

[**TICIDA** et **Ticidas**, ae, m. cogn. R. incertae originis et significationis. *Aulus* autem *Ticidas* fuit poeta Latinus, Ciceroni et Caesari aequalis. *Or. Trist.* 2, 433. Quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos Rebus abest nomen, nominibusque pudor. Et quorum libris modo dissimulata Perillae Nomine, nunc legitur dicta Metella suo? *Apul. Apol.* Eadem opera accusent C. Catullum, quod Lesbiam pro Clodia nominavit; et *Ticidam* similiter, quod, quae Metella erat, Perillam scripsit. *Prisc.* 5, 673. Sole quoque vocativo usus A. Ticidas in Hymenaeo: Felix lectule talibus sole amoribus. Ita pro *Atticidas* legendum putat *Vit. M. Giovenazzi* in *Aegea* p. 26. *Suet. Gramm.* 11. Lydiae (scil. *poematis Valerii Catonis, quod Lydia appellatum fuit*) *Ticida* meminit: Lydia doctorum maxima cura liber. V. **PERILLA**. Alius fuit L. Ticida, qui C. Julii Caesaris partes est secutus, cujusque mentio est ap. *Hirt. B. Afr.* 44. et 46. *F.*]

TICINENSIS, e, et

TICINUS, a, um, adj. ad Ticinum pertinens, Insubriae urbem, nunc *Pavia*, cui nomen dedit Ticinus amnis, nunc etiam *Ticino* dictus, qui eam aluit. Eadem vero urbs, ex probabili conjectura P. V. Aldini in *Ant. Lap. Ticin.* p. 53., duplici olim nomine *Papia Ticinum* vocabatur, unde *mox*, altero compendii causa omissio, prius tantum in usu vulgi remansit. V. **PAPIA**. Urbis mentio est ap. *Plin.* 3, 17, 21. et *Tac. A.* 3, 5. et *H.* 2, 17. et 68.: fluminis vero ap. *Liv.* 21, 45. et *Plin.* 2, 103, 106. et 3, 16, 20. et *ib.* 17, 21. *Cloud. VI. cons. Hon.* 194. frontentibus humida ripis Colla levant pulcher Ticinus et Addua, etc. Adde *Sil.* 4, 81. et 82. et 7, 31., qui ubique primam et secundam producit. *Sidon.* tamen primam corripit *carm.* 7, 552. post damna Ticini. Quod vero legunt aliqui ap. *Sil.* 6, 706. Adde etiam Ticini spumantes sanguine ripas: meliores lib. habent *Addes Ticini*, etc. Hinc *Ticinenses campi* ap. *Aurel. Vict. Epit.* 35. *Sil.* 12, 548. quaeque (*umbrae*) ad Ticina fluente Oppetiere necem. [*Hujus loci amplificandi atque emendandi curam egregie gessit F.*]

[**TIFATINUS**, a, um, adj. ad Tifata pertinens, montium seriem in Campania prope Capuam, cujus meminit *Sil.* 12, 486. arduus ipse Tifata insidit; et *Liv.* 26, 5. Annibal in valle occulta post Tifata montem imminentem Capuae consedit. Hinc *Tifatina Diana* est ibi culta, ut *Vell.* 2, 25. narrat. *Inscr. ap. Mur.* 446, 4. Imp. Caesar Vespasianus Aug. Cos. VIII. fines locorum dicat. Dianae Tifatinae restituit. *Alia* ap. *Reines. cl.* 6. n. 91. C. Vellejo C. F. Pal. Urbano Mag. Fan. Dian. Tif., etc. h. e. magistro fani Dianae Tifatinae. *F.*]

TIFERNATES, um, m. plur. incolae Tiferi, duplicis generis: alii cognomine Tiberini, qui incolunt Tiferum, nunc *Citta di Castello*, oppidum Umbriae ad Tiberim fluvium, quorum meminit *Plin.* 3, 14, 19.; alii Metaurenses, quorum urbs Tiferum, nunc

S. Angelo in Vado, in eadem Umbria versus fontes Metauri amnis. *Id. ib.* P [Aliud porro fuit Tiferum oppidum situm ad fluvium cognominem, nunc *Biferno*, qui ex Tiferino monte, nunc *Matese*, in mare Adriaticum influit. Oppidi mentionem habet *Liv.* 9, 44. et 10, 44., fluvii *Plin.* 3, 11, 16. et *Mela* 2, 4., montis vero *Liv.* 10, 30. Tiferum oppidum fuisse prope pontem di *Limosano* putat *Romanelli Topogr. Napol.* t. 2. p. 477. Ex hoc oppido, monte, et fluvio adjectivus nondum repertus est. *F.*]

***TIGAVAE**, arum, opp. Mauretaniae Caesariensis. *Plin.* 5, 2. *B. A.*

[**TIGELLINUS** et **Tigillinus**, i, m. dimin. *tigilli*. Est cogn. R., ut C. Sophonius Tigellinus, patre Agrigentino, praefectus praetorio sub Nerone, de quo multa *Tac.* 14, 48. — 57. et *H.* 1, 72., *Juven.* 1, 155. et *Suet. Galb.* 15. *F.*]

[**TIGELLIVS**, ii, m. M. Tigellius Hermogenes, musicae artis scientia praeditus, C. Caesari dictatori fuit familiaris, postea Cleopatrae, quia dulciter cantabat, et jocabatur urbane; Augusto quoque ita placuit, ut inter familiares ac domesticos haberetur. Erat autem largitor adeo, ut omnibus musicis, et circulatoribus multa donaret, et ideo morte ejus tristes esse factos ait Horatius. Porro autem causam insectandi hominis non mediocri ingenii habuit Horatius, quod carmina ejus parum seise modulata esse dicebat. Haec *Porphyr.* ad *Hor. Sat.* 1, 2, 1. Ambubajarum collegia, pharmacopolae, Mendici, mimae, balatrones, hoc genus omne Moestum ac sollicitum est cantoribus Tigelli. Fuit autem hic Tigellius et tiberen et cantor, Phameae nepos, natione Sardinus, Ciceroni parum aequus; id quod ipse indicat *Fam.* 7, 24. et *Att.* 13, 49. Adde *Hof. Sat.* 1, 3, 4. *F.*]

TIGILLUM, i, n. *δοξίς, δοξίδιον*, trabecula, parvum tignum: ut *sigillum a signum*. *Tibull.* 2, 1, 39. Illi (*ruris Dii*) compositis primum docuere *tigillis* Exiguam viridi fronde operire casam. *Furcas* hoc sensu *Sen. ep.* 90. *med. dixit. Catull.* 67, 39. janua suffixa *tigillo*. *Liv.* 1, 26. f. Transmisso per viam *tigillo*, velut sub jugum misit juvenem. *Juven.* 7, 45. Nemo dabit regum quanti subsellia constant, Et quae conducto pendent anabathra *tigillo*. *Phaedr.* 1, 2. Parvum *tigillum*. *Appul. Met.* 9. Vident, e quodam *tigillo* constrictum, jamque exanimem pendere dominum; et *ib.* 1. *Tigillum*, quod fenestras subditum altrinsecus prominebat. P De *tigillo* sorrorio, V. **SORORIUS**. P De quovis ligno. *Pl. Aut.* 2, 4, 21. Clamat, suam rem perisse, de suo *tigillo* fumus siqua exit foras.

TIGILLUS, i, m. cogn. Jovis, qui tanquam *tigillum* mundum continet ac sustinet. Ita *August. C. D.* 7, 11.

[**TIGISENSIS**, e, et *F.*]

[**TIGISITANUS**, a, um, adj. ad Tigin, seu Tiginis pertinens, urbem Mauretaniae Caesariensis, a *Ptolem.* 4, 2. *Tigir*, et in *Itin. Anton.* Tiginis appellatam. *Inscr. ap. Reines. cl.* 6. n. 122. Julio Procuro V. C. patrono Tiginisensium. *August. ep.* 68, 43. (al. 162. n. 3.) Secundum Tiginisitanus, qui tunc agebat in Numidia primatum. *F.*]

TIGNARIUS, a, um, adj. ad tignum pertinens, ut *faber tignarius*, qui tigna dolat, in asseres et tabulas secat, et domorum tecta et contignationes facit, *δοκοτέκτων, δοκοποιός*, item universim qui in quocumque crassioris ligni opere artifex est: quorum fuit usus et in militia variis machinis conficiendis. *Cajus Dig.* 50, 16, 235. Fabros tignarios dicimus non eos dumtaxat, qui tigna dolant, sed omnes, qui aedificant. *Cic. Brut.* 73. f. Atheniensium plus interfuit firma tecta in domiciliis habere, quam Minervae signum ex ebore pulcherrimum: tamen ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium. P In *Inscr. ap. Grut.* 360, 2. habetur: Collegium fabrorum tignariorum Ostiensium; et 194, 2. Colleg. Fabr. tignarior. dendrophorum. Adde 45, 8. et 99, 9. P In prima allata *Inscr.*, itemque 435, 8. et in duab. aliis ap. *Fabrett.* p. 700. n. 215. et p. 707. n. 288. et in aliis ap. *Don. cl.* 3. n. 6. et *cl.* 5. n. 60. scriptum est *tignarius*.

[**TIGNOSERRARIUS**, ii, m. faber tignarius, qui tigna in asseres et tabulas serra secat. *Inscr.* prope Florentiam reperta, quam refert *Laur. Cantinius* in *Inscr. dell' Accad. Colombaria* T. 1. p. 96. D. M. C. Sevio Dec. Col. Tignos. M. Sevius Fr. D. h. e. decurioni collegii tignoserrariorum. Itaque, si fides habenda erudito viro, hic inauditi haecenus collegii mentio est. Is insuper narrat, in agro Florentino parvum quoddam esse flumen, olim *Sevis*, nunc *Sieve* appellatum, quod fortasse propter fundos gentis Seviae transiens, eidem nomen dedisse putat. *F.*]

TIGNUM, i, n. et **Tignus**, i, m. materies aedificando utilis et opportuna. *Cajus Dig.* 50, 16, 62. Tigni appellatione in lege XII. Tabularum omne genus materiae, ex qua aedificia constant, significatur. *Ulp. ib.* 47. *tit.* 3. qui est *De digno juncto*, 1 idem docet: et praeterea ea addit: Quidam ajunt, tegulam quoque, et lapidem, caementa, ceteraque, siqua aedificiis sunt utilia, (tigna enim a tegendo dicta sunt) hoc amplius et calcem et arenam appellatione tignorum contineri: sed et in vineis tigni

appellatione omnia vineis necessaria continentur, ut puta peticiae, pedamenta. Haec Ulp., quae confirmantur a Festo. Praecipue dicitur de trabeculis, palis, asseribus, *δοξος, ἰσχυρ.* Differt a trabe, quae vel proprie significat duo ligna compacta, ut ait Festus: vel dicitur de crassiore arboris trunco dolato. *Lucr.* 2, 191. Et cum subsiliunt ignes ad tecta domorum, Et celeri flamma degustant tigna, trabesque; et 6, 210. Disturbare domos, avellere tigna, trabesque. *Caes. B. C.* 2, 9. Supra eum locum duo tigna transversa iniecerunt, quibus suspenderent eam contignationem: supraque ea tigna directo transversas trabes iniecerunt, easque axibus religaverunt. *Op. Met.* 8, 617. furca levat ille bicorni sordida terga suis nigro pendentia tigno. *Lucr.* 5, 1266. levare et radere tigna, Et terebrare etiam, ac pertundere, perque forare. *Caes. B. G.* 4, 17. Tigna bina sequipedalia in flumen defigere, fistucisque adigere. *Hor. A. P.* 279. modicis instravit pulpita tignis. *Prop.* 4, 6, 50. tigna cava, h. e. naves. P In masc. *gen. Liv.* 44, 5. Longi duo validi asseres in terra defigebantur: in eos transversis incumbentes tigni ad tricenos longi pedes injungebantur. P *Tignum junctum* apud Jctos est immisum in parietem alienam. *Lex XII.* Tabularum neque solvere permittit tignum furtivum aedibus vel vineis junctum, neque vindicare. Quod providenter lex effecit, ne vel aedificia sub hoc praetextu diruantur, vel vinearum cultura turbetur. Sed in duo, qui convictus est junxisse, in duplum dat actionem. *Ulp. l. c.*

TIGRIFER, ra, rum, adj. tigres ferens. *Sidon. Carm.* 2, 444. tigriferi pharetra per arva Niphatis.

TIGRINUS, a, um, adj. ad tigrem spectans, ut Mensae tigrinae, quae longis macularum notis referunt virgatas, ut poetae vocant, tigres: quomodo etiam ab intorto macularum discursu dictae sunt mensae pantherinae. *Plin.* 13, 15, 30. Mensis praecipua dos in venam crispis, vel in vortices parvos: illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinam appellatur: hoc intorto, et ideo tales pantherinae vocantur.

TIGRIS, is, et idis, m. et f. *τιγρίς, ὄ, καὶ ἡ,* Medorum, et Armenorum lingua sagittam significat, ut *Varr. L. L.* 4, 20, et *Plin.* 6, 27, 31. docent. Hinc factum nomen ferae omnium velocissimae, saevissimae, et variis maculis pellem distinctam habenti: cujus multa copia in Armenia, India, et Hyrcania. *Varro l. c.* Tigris, qui est, ut leo, varius, qui vivus capi adhuc non potuit. *Plin.* 8, 17, 25. Augustus tigrim primus omnium Romae ostendit in cavea mansuetum. *Manil.* 5, 707. Ille tigrim rabie solvet. *Lucan.* 1, 327. Utque ferae tigres nunquam posuere furorem, Quas nemore Hyrcano, matrum dum lustra sequuntur, Altus caesorum pavit eruer armentorum, etc. *Op. Met.* 7, 32. Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam, etc. fatebor. *Virg. A.* 4, 367. Hyrcanaeque admorunt ubera tigres. *Id. Ecl.* 5, 29. Armenias curru subjungere tigres. *Sil.* 15, 81. Caucaseae tigres. *Virg. G.* 2, 151. rabidae. Alii leg. *rapidae.* *Lucan.* 5, 405. Ocius et coeli flammis, et tigride feta. *Virg. A.* 9, 730. Immanem veluti pecora inter inertia tigrim. *Id. G.* 3, 248. pessima tigris; et *ib.* 4, 407. atra. *Hor. Od.* 1, 23, 9. aspera. *Sen. Oct.* 86. trux. *Id. Hipp.* 63. varia; et *ib.* 344. virgata. *Id. Thyest.* 707. jejuna. *Op. Her.* 10, 86. Quis scit, an haec saevias tigridas insula habet? P De hac fera verba facit *Plin.* 8, 18, 25. V. dicta in RAPTOR; et *Solin.* 17, et *Melan.* 3, 5. med., ubi de ratione eam venandi multa disserunt. P De re, quae fieri non potest. *Hor. Ep.* 16, 31. tigres subsidere cervis; et *A. P.* 13. Serpentes avibus geminantur, tigribus agni. P Dicuntur tigres Bacchi currum trahere. *Virg. A.* 6, 806., *Hor. Od.* 3, 3, 13., *Op. Am.* 1, 2, 48, et *Her.* 2, 80, et *A. Am.* 1, 559., *Sil.* 15, 80, et 17, 617, et *Sen. Med.* 84. P *Tigris inanis* est pellex tigrina. *Stat. Th.* 6, 722. Tunc genitus Talao victori tigrin inane Ire jubet. *Virg. tigridis* exsuvias *A. II.* 577 dixit. Absolute *Stat. Th.* 9, 685. equus, quem discolor ambit Tigris, et auratis advertebat unguibus armos. *Claud. Rapt. Pros.* 1, 17. quem Parthica velat Tigris, et auratos in nodum colligit ungues. P Ab eadem sagittae velocitate datum est nomen fluvio Asiae celebri, qui ex montibus Armeniae ortus, Assyriam et Mesopotamiam determinans, Chaldaeam intersecans, Euphrate demum receptus in sinum Persicum influit. *V. Plin.* 6, 27, 31. Adhibetur solum in masc. *gen. Hor. Od.* 4, 14, 46. Nilusque et Ister, te rapidus Tigris, etc. *Lucan.* 3, 261. At Tigrim subito teilus absorbet hiatu, Occultosque tegit cursus, rursusque renatum Fonte novo flumen pelagi non abnegat undis. (*V. Plin. l. c.*) *Id.* 8, 370. effusaque plano Tigridis arva solo; et 6, 256. Quaque caput rapido tollit cum Tigride magnus Euphrates; et 8, 213. populosque bibentes Euphraten, et adhuc securum a Caesare Tigrim. *Manil.* 4, 804. Et tigris, et rubri radiantia litora ponti. *Sen. Herc. Fur.* 1324. Persica violentus unda Tigris. P Item cani venatico ap. *Op. Met.* 3, 217. P Est et navis hoc nomine ap. *Virg. A.* 10, 166. ab insigni ejus ferae in prora; atque etiam in *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 410. D. M. L. Va-

lerii Papiriani Mil. Cl. Pr. Mis. ex III. Tigride, natione Alex., etc.

[TIGURINUS, a, um, adj. ad Tigurum, seu Tigorum pertinens, olim Helvetiae pagum, nunc splendidam urbem, quae Zurigo dicitur. *Caes. B. G.* 1, 12. Is pagus appellatur Tigurinus, nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est. *Inscr. ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n.* 366. Genio pagi Tigor. P Gracchus Paternus Cur. Col. Fec. Hinc *Tigurini, orum*, incolae illius pagi, ap. *Caes. ib.* Tigurini eodem proelio L. Pisonem legatum interfecerant. *F.]*

***TILAVENTUM** flumen in Venetis fuit. *Plin.* 3, 18. Flumina, Romantinum, Tilaventum majus minusque. *Tilavóvτος* est *Ptolemaeo*, hodie vero *Tagliamento* dictum. *B. A.*

TILIA, ae, f. *κίλινθα*, arbor, de qua *Plin.* 16, 14, 25. In tilia mas et femina differunt omni modo. Namque et materies mari dura, rufiorque, ac nodosa, et odorator: cortex quoque crassior, ac detraclus inflexibilis. Nec semen fert, aut florem, ut femina, quae crassior arbore, materie candida, prae cellensque est. Mirum in hac arbore, fructum a nullo animalium attingi *exceptis apibus.* *Virg. G.* 3, 183.; foliorum corticisque succum esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplici membrana, et quibus vincula, tiliae vocantur: tenuissimae earum philyrae, coronarum lemniscis celebres antiquorum honore. Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis. Haec *Plin.*, qui 24, 8, 33. prosequitur ejus utilitates in medicina. *Virg. G.* 1, 173. Caeditur et tilia ante jugo levis, h. e. ad jugum faciendum, ne colla boom laedantur; et *ib.* 2, 449. Tiliae laeves; et *ib.* 4, 183. pingues. *Op. Met.* 10, 92. molles. P Tiliarum etiam philyris usi sunt veteres ad scribendum. *V. Pilyra.* P Falluntur, qui primam syllabam produci posse putant, ex illo *Seren. Sammon.* 12, 167. Fraxinea in flammis quem fundit tilia succum. *Talea* enim legendum: vel *tilia* pro *talea* est. *V. TALEA.*

TILIACEUS, a, um, adj. *κίλινθος*, qui est ex tilia. *Capitol. Anton. P.* 13. Cum esset longus, et senex, incurvareturque, tiliaceis tabulis in pectore positus fasciatur, ut rectus incederet.

TILIAGINEUS, a, um, adj. tiliaceus, *Colum.* 12, 45. med. Arculae fagineae, vel etiam tiliagineae, quales sunt, in quibus vestimenta forensia conduntur.

TILIARIS, e, adj. tiliaceus. *Coel. Aurel. Tard.* 5, 1. med. Tabula tiliaris.

TILURI PONS, locus, fortasse opp., Illyridis. *Anton. Itin. B. A.*

[TIMA, ae, et Time, es, f. *τιμή*, dignitas, honor. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1252, 6. Cn. Cornelius Alexander fecit sibi, et Corneliae Timae matri suae. *Alia ap. Gud.* 294, 4. Juniae Time Junia Mariana sorori. *F.]*

***TIMACHI**, orum, populi Moesiae. *Plin.* 3, 26. *B. A.*

***TIMACHUS**, i, m. Moesiae fluvius. *Plin.* 3, 26. *B. A.*

***TIMACUM**, (Timachum), i, n. oppidum duplex Moesiae, majus minusque. *Tab. Peuting. B. A.*

***TIMAEUS**, i, m. *Τίμαιος*, historicus Siculus, Tauromenites; regnante Agathocle vixit, temporibus Ptolemaeorum Lagi ac Philadelphii. *Cic. de Or.* 2, 14. *Id. Fam.* 5, 12. et *Nat. Deor.* 2, 27. *Nep. Alcib.* 11. P Timaeus alter, philosophus, Locrensis, Pythagoreus, Platoni aequalis, cujus nomine Plato librum inscripsit de natura s. de mundo, quem Latine convertit Cicero. *Cic. de Fin.* 5, 29. Adde *Tusc.* 1, 25. extr. P Timaeus ex amicis Alexandri Magni, qui rege in urbe Oxydraearum periclitanti subveniens, multis adverso corpore vulneribus acceptis, egregiaque edita pugna, cecidit, narrante *Curt.* 9, 5. *B. A.*

***TIMAGÈNES**, is, m. *Τιμαγῆνης*, rhetor et historicus, omnium in literis studiorum antiquissimus Musicen esse dixit, ut ait *Quint.* 1, 10. Ejus meminit *Hor. Ep.* 1, 19, 15. et cum laude *Ammian.* 15, 9. Sed ei lingua immoderatus uso Augustus domo sua interdixit, et ejus hospiti Polioni Asinio dixit: *ὑπεροχὴς*, i. e. viperam nutris. *Sen. de Ira* 3, 23. P Alius historicus, qui de rebus scripsit Alexandri Magni, ut colligitur ex *Curt.* 9, 5. *B. A.*

***TIMAGORAS**, ae, m. *Τιμαγόρας*, Atheniensis, capitali judicio affectus, quod Darium, ad quem legatus missus fuerat, more Persarum adulando adoraverat. *Val. Max.* 6, 43. P Item insignis pictor, Chalcidicus, de quo *Plin.* 35, 9. *B. A.*

***TIMANDRA**, ae, f. honorans virum: a *τιμᾶω*, honoro, et *ἀνδρῶς*, vir. Est nomen propr. R. *Inscr. ap. Grut.* 682, 1. Timandra mater. *F.]* P *Ledae* filia, Helenae soror, Echemo Arcadi nupsit. *Sere. ad Virg. A.* 8. Cl. et *Pausan.* 8, 5. *B. A.*

***TIMANTHES**, is, m. *Τιμάνθης*, pictor egregius, qui Parrhasii pictoris temporibus vixit. Hujus est Iphigenia oratorum laudibus celebrata, qua stante ad aras peritura, quum moestos pinxisset omnes, et tristitiae omnem imaginem consumsisset, patris vultum relaxavit, quem digne non poterat ostendere. Sunt et alia ingenii ejus exemplaria, veluti dormiens

Cyclops in parvula tabella, cujus et sic magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros thyroso pollicem ejus metientes: atque in omnibus ejus operibus intelligitur plus quam pingitur. Haec *Plin.* 35, 9. extr. et 10. Adde *Cic. Brut.* 18. et *Or.* 22. *Quint.* 2, 13. *B. A.*

***TIMARCHIDES**, is, nobilis statuarius, cujus meminit *Plin.* 34, 8. *B. A.*

***TIMARCHUS**, i, statuarius quidam ap. *Plin. ib.* *B. A.*

***TIMARÈTE**, es, f. *Τιμαρέτη*, filia Myconis pictoris, qui minoris cognomine distinctus est, quae et ipsa pinxit. *Plin.* 35, 9. et 11. *B. A.*

***TIMARIS**, idis, f. regina quaedam, memorata a *Plin.* 37, 10. *B. A.*

***TIMARISTUS**, i, scriptor quidam, fortasse medicus, qui de plantis scripsisse dicitur a *Plin.* 21, 31. *B. A.*

TIMAVUS, i, m. *Τίμαυος*, fluvius Carnorum ultra Aquilejam, et prope Tergeste in Tergestinum sinum maris Adriatici influens. *Plin.* 2, 103, 106. et 3, 18, 22. P Novem ei capita seu fontes tribuunt. *Mela* 2, 4. Interfluit Timavus novem capitibus exurgens, uno ostio emissus. (*Adde Strab. l. 7.*) *Virg. A.* 1, 249. fontem superare Timavi, Unde per ora novem It mare proruptum, etc. *Claud. VI. cons. Hon.* 197. inque novem consurgens ora Timavus. Hinc *Timavum multifidum* dixit *Mart.* 8, 28. Idem *Ledaem* cognominat 4, 25. *V. LEDAEUS.* P *Virg.* post descriptum *l. c.* Timavum subdit v. 251. Hic tamen ille (*Antenor*) urbem Patavi, sedesque locavit Teucrorum, etc. Ex quo creditum est, esse Medoacum, qui Patavium interfluit, nunc *Erenta*. Certe *Mart.* 13, 89. Euganeum; *Lucan.* 7, 194. Antenorium appellat; et *Stat. Sil.* 4, 7, 55. T. Livium Patavinum, Timavi alumnus. Mens tamen *Virgili* non fuit Timavum Euganeum et Patavinum facere, cum nimis procul ab ea urbe sit: sed cum Venus ibi cum Jove in aethere summo, et vertice coeli (ut ait v. 227. et 229.) loquens indicatur, atque inde terras jacentes despiciens, postquam, Antenor navigationem in ultimum usque maris Adriatici sinum descripsit, conversis paulum oculis Euganeam oram monstrat, et subdit: Hic tamen ille urbem Patavi, etc. Accedunt prope hinc interpretationi, qui v. hic non adverb., sed pronomen putant.

[TIMBRIANUS, a, um, adj. ad Timbriam pertinens, Phrigiae oppidum, in cujus nummis ap. *Sestini. class. gen. p.* 127. *ΤΙΜΒΡΙΑΙΩΝ.* *Plin.* 5, 27, 25. Philomelienses, Timbriani. Alii perperam leg. *Tymbriani. F.]*

TIMEFACIUS, a, um, part. ab inus. *timefacio*: *Lucr.* 2, 43. His tibi tum religio timefactae religiones Effugiunt animo. *Cic. Off.* 2, 7. timefacta libertas. Alii leg. *tremefacta.*

TIMENS, entis, part. a *timeo*: *Op. Met.* 14, 215. mortem timens. *Lucr.* 6, 1237. Vitai nimium cupidi, mortisque timentes. *Virg. A.* 2, 729. comiti timens.

TIMÉO, es, ui, a. 2. *φοβῶμαι*, vereor, formido, horreo, metuo. Volunt quidam esse a *δέω*, metus. Quid a *metuo* differat, V. *ibi. Ter. Ph.* 5, 8, 9. Non pol temere est, quod tu tam times. *Cic. Fam.* 1, 5. Quamquam omnia sunt metuenda, nihil magis quam peridium timeamus. *Ter. Andr.* 2, 5, 8. Nunc nostrae parti timeo, quid hic respondeat. *Caes. B. C.* 3, 27. Qui modo sibi timebant. *Sall. Jug.* 43. Timere libertati. *Ter. Heaut.* 3, 2, 20. Syre, tibi timui male. *Cic. Att.* 7, 6. De republica valde timeo. *Caes. B. G.* 5, 57. De suo ac legionis periculo nihil timebat. *Gell.* 19, 1. med. Timere pro anima alicujus. *Nep. Dion.* 4. Ne cum inter se timerent, alteruter alterum praecoccuparet, h. e. alter alterum timeret. *Cic. Sull.* 20. f. A quo quidem genere ego nunquam timui. *Ter. Andr.* 1, 5, 29. Misera timco incertum hoc quorsum accidat. *Cic. Att.* 12, 24. Neque ei deesse volebam, et quid possem, timebam; et *ib.* 2, 20. med. Haec quo sint eruptura, timeo. *Id. Div. Verr.* 13. Jam nunc timeo, quidnam pro expectatione omnium, et magnitudine rerum dignum eloqui possim. *Brut. ad Cic. Fam.* 11, 10. f. Haec quemadmodum explicari possint: aut, a te cum explicabuntur, ne, impediatur, timeo. *Cic. Att.* 3, 8. Istic quid agatur, magnopere timeo. P *Timeo* ut de iis, quae fieri cupimus: *timeo* ne de iis, quae nollemus. *Cic. Fam.* 14, 2. f. Omnes labores te excipere video, timeo, ut sustineas. *Ter. Andr.* 1, 5, 34. Hoc timet, ne deserat se. P Cum infinito. *Plin.* 17, 14, 24. Timebant prisci truncum findere. *Hor. Ep.* 1, 5, 2. Nec modica coenare times olus omne patella, h. e. aversaris, dedignaris. *Op. Pont.* 3, 1, 119. Quid tepidas! quid adire times? *Id. Her.* 15, 172. nec saxo desiluisse time. *Tibull.* 1, 4, 17. Nec jurare time. *Sen. Ag.* 73. Metui cupi, metuique timent. P *Timere quippiam alicui*, h. e. ne noceat. *Plin.* 14, 16, 19. n. 1. Timent aegris vini noxam. *Juvenal.* 6, 17. Furem timere caulibus aut pomis. *Quint.* 4, 1. Judex religiosus libentissime patronum audit, quem justitiae suae non timet, h. e. ne suae justitiae insidietur. P De rebus inanimis. *Pall.* 3, 24. Caulis solum pingue diligunt, arenam et glaream timent. P Passive. *Lucan.* 8, 300. pila timentur Parthis. *Mart.* 3, 41. Mentoris manu ducta Lacerta

vivit, et timetur argentum; et 11, 18. Fines mus populatur, et colono Tanquam sus Calydonius timetur. *Or. Her.* 4, 104. dente timendus aper. *Id. Met.* 14, 256. ursa timenda. *Hor. Epod.* 6, 9. Voce timenda complere nemus. *Id. Od.* 3, 1, 5. Reges timendi. P Impersonaliter. *Sen. Med.* 885. Avidus furit ignis: jam domus tota occidit: urbi timetur. *Adde Lucan.* 7, 138. P Part. *Timens* V. s. l.

[TIMESCO, is, n. 3. idem ac timeo. *Not Tir.* p. 71. Timet, timescit. Hinc part. *timescens* ap. *Amniam.* 31, 4. f. Athanaricus paria timescens abscessit. Alii leg. *pertimescens*. F.]

[TIMESITHEUS et Timasitheus, i, m. aestimans seu honorans Deum: a *τίμω*, et Dorice *τίμω*, aestimatio, et *θεός*, Deus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Spon. Miscell. antiq.* p. 148. C. Furius Sabinus Aquila Timesitheus. Hic idem videtur esse pater Furiae Sabiniae Tranquillinae, uxoris M. Antonii Gordiani Imp., qui a *Capitol. Gord.* 27. perperam dicitur *Misitheus*. V. *Eckhel. D. N. F. T.* 7, p. 319. P Hoc etiam nomine appellatus est Liparensium seu Liparitanorum vir princeps. *Liv.* 5, 28. Forte eo anno in summo magistratu erat Timesitheus quidam. *Adde Val. Max.* 1, 1, 4. *extr. F.*

*TIMICHI, opp. Mauretaniae Caesariensis. *Plin.* 5, 2. P *Timich* est *Ptolemaeo*. P Hinc

*TIMICITANUS, a, um, ad oppidum illud spectans. *Notit. Afric.* (inter *Episcop. Mauritan.*) Honoratus Timicitanus. B. A.

TIMIDE, adv. *φοβερῶς*, pavide, verecunde, minus audacter. *Cic. Fin.* 5, 2. *extr.* Tum ille timide, vel potius verecunde, Facio, inquit, equidem. *Id. Tusc.* 2, 53. Nequid abjecte, nequid timide, nequid ignave, nequid serviliter, muliebriterve faciamus. *Quint.* 11, 1. *med.* Timidissime dicere. *Caes. B. C.* 1, 19. Omnia timidusque trepidantius agere. *Cic. Quint.* 16. Timide, et pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inviti. *Caecin.* ad *Cic. Fam.* 6, 7. Parce et timide de aliquo scribere. *Cic. Sull.* 29. Timide modiceque dicere de aliquo. *Hor. A. P.* 171. de sen: res omnes timide gelideque ministrat. *Sen. Hipp.* 593. timide qui rogat, Docet negare. P Contrarium est *fidenter*. *Cic. Div.* 2, 31. *med.* Timide fortasse signifer (*signum*) evellebat, quod fidenter infixerat.

TIMIDITAS, atis, f. *δειλία*, proclivitas ad timorem, angustus et parvus animus. [Discrimen est inter *timor* et *timiditas*: hoc sumitur ethice estque habitus vitiosus; *timor* physice estque affectus. Ignavia cum *timiditate* congruit, ut genus cum specie: fieri potest, ut, *timiditas* excusari queat, *ignavia* nunquam. Cf. *Doedert.* 2, 196.] *Cic. Tusc.* 5, 18. In quem cadit metus, in eundem formido, *timiditas*, pavor, *ignavia*. *Id. Part.* 23. Verecundiam *timiditas* imitatur. *Id. Fin.* 4, 19. Ex rebus *timiditas*, non ex vocabulis nascitur. *Pacuv.* ap. *Non.* 3, 246. Fare, quae cor tuum *timiditas* territat. *Cic. Or.* 2, 74. Cautio et *timiditas* in causis; et *ib.* 3. Pudore a dicendo, et *timiditate* ingenua quadam refugisti. *Id. Tusc.* 3, 7. *Timiditas* et *ignavia*. *Id. Mil.* 16. Quantae in libris fugae proximorum, quantae *timiditates*. *Plin. ep.* 2, 10. *extr.* Cunctatio cum modum excedit, verendum est, ne inertiae et desidiae, vel etiam *timiditatis* nomen accipiat.

TIMIDULE, adv. aliquantum timide. *Appul. Met.* 4. *Timidule* per balneas reptare.

TIMIDUS, a, um, adj. *δειλός*, *ἐπιδής*, qui est angusti animi, meticulosus, pavidus. *Sen. Ben.* 4, 26. f. *Timidus* dicitur aliquis, quia stultus est: dicitur *timidus* proprie, natura etiam ad inanes sonos pavidus. *Cic. Fam.* 2, 18. Molesto ferebat, se a te, quem omnium fortissimum iudicaret, *timidum* atque *ignavam* iudicari. *Id. Pis.* 50. *med.* *Timidus* ac *tremens*. *Id. Off.* 1, 24. Nunquam periculi fuga committendum est, ut imbelles *timidique* videamur; et *ib.* 3, 32. f. Quae *timido* animo, humili, demisso, fractoque sunt. *Id. Fam.* 7, 17. *Timidus* in labore militari. *Id. Fin.* 2, 20. Ita non *timidus* ad mortem, ut in acie sit ob rempublicam interfectus. *Hirt. B. G.* 8, 13. Utrum secundis rebus insolentiores, an adversis *timidiores* essent. *Or. Met.* 5, 224. *timidissime* Phineu; et *A. Am.* 1, 117. *timidissima* turba columbae. (*Varr. R. R.* 3, 7. Nihil enim *timidius* columbae.) *Id. Her.* 19, 172. *Timidus* amor. *Id. Met.* 1, 525. *Timido* cursu fugere. *Id. Am.* 1, 5, 8. *timidus* lacubras sperat habere pudor. *Id. Met.* 6, 791. *Timida* fides. *Id. Her.* 16, 375. spes. *Id. Pont.* 2, 8, 51. vota. *Id. Trist.* 5, 8, 28. *Timidae* preces; et *Fast.* 1, 4. *Timida* navis; et *Trist.* 2, 228. manus. P Cum infinito. *Hor. Od.* 4, 9, 52. Pro patria *timidus* perire; et *ib.* 3, 19, 2. mori. *Adde Sil.* 16, 575. Cum genitivo. *Hor. A. P.* 28. *Timidus* procellae. *Sen. V. B.* 21. Nocturna animalia abduuntur in aliquas rimas *timida* lucis. P *Mater timidi* flere non solet ap. *Nep. Thras.* 2. proverb.

*TIMOCHARES, is, m. *Τιμοχάρης*, Ambracien-sis quispiam regis Pyrrhi amicus, qui ad C. Fabricium Consulem furim venit, ac praemium petivit: et si de praemio conveniret, promisit regem venenecare: idque facile esse factu dixit; quoniam filii sui pocula in convivio regi ministrarent. Eam rem Fabricius ad senatum scripsit. Senatus legatos ad regem misit: mandavitque, ut de Timochare nihil

proderent, sed monerent, uti rex circumspectus ageret, atque a proximorum insidiis salutem tutaretur. Refert *Gell.* 3, 8. ex Valerii Antiatii historia. B. A.

*TIMOCLES, is, statuarius quidam. *Plin.* 34, 8. P Et saltator. *Cic. in Pis.* 36. B. A.

[TIMOCRATES, is, m. *Τιμοκράτης*, censu potens: a *τιμή*, census, et *κρατέω*, potens sum. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arc.* p. 334. T. Flavius T. F. Fab. Timocrates Roma. F.] P *Metrodori Epicurei frater, qui, quia nescio quid ab Epicuro dissentiebat, totis voluminibus ab eo concidebatur. *Cic. Nat. Deor.* 1, 33. B. A.

[TIMOLAUS, i, m. honorans populum: a *τιμῶ*, laos, populus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 560. n. 77. D. M. Licinii Timolai. F.]

TIMOLEONTEUS, a, um, adj. *Τιμολεόντειος*, ad Timoleonem pertinens, qui fuit vir Corinthius, pacis et belli artibus nobilis: ut Timoleonem gymnasium, *Nep. Timol.* 5.

TIMOLITES. V. TMOLITES.

TIMOLUS. V. TMOLUS.

*TIMOMACHUS, i, m. *Τιμομάχος*, pictor nobilis, Byzantius, Caesaris dictatoris aetate fecit Medeam et Ajacem, quos ipse Caesar LXXX talentis emit, in temploque Veneris dicavit. *Plin.* 7, 38. et 35, 11. *Auson. Epigr.* 121. et 122. B. A.

*TIMON, onis, m. *Τίμων*, Atheniensis, temporibus vixit belli Peloponnesiaci, ut ex Aristophane ac Platone perspicere licet; a quibus describitur ut inhumanus, ac vitans hominum congressus, praeterquam unius Alcibiadis adolescentis. Interrogatus quae cum illo causa esset amicitiae, *Quod sciam*, inquit, *illum quandoque multorum malorum Atheniensibus causam futurum*. Quum semel in concionem ascendisset, facto silentio mirantibus omnibus inquit, *Est mihi, O viri Athenienses, pone domum parvus hortus, ubi ficus coaluit quaedam, in qua per multi nostri cives se suspendunt. In eodem nunc ego loco aedificare volo. Quamobrem visum est mihi vobis publice admonere, si quis forte sit, qui se prius velit suspendere, antequam arbor excidatur*. His igitur de causis ab Atheniensibus *μισάνθρωπος* est appellatus, quasi genus hominum infensum habuerit. Sed et mortuo mirum contigit, ut sepulcrum ejus, quod erat in litore, mare quasi perosum, exundatione ab se absteruerit, longaque expulserit. In ejus sepulcro hoc erat epitaphium, quod ipse sibi fecit: *Ἐνθάδ' ἀποθνήσκων ψυχὴν βαρυνάμενον κείμαι Τύνηρα δ' οὐ πενοῦμαι, κικλήσκω δὲ κακῶς ἀπολοῦσθαι*. Hic sum post vitam miseramque inopemque sepultus. Nomen non quaeras: Dii, lector, te male perdant. Haec et plura *Plutarchus* in *Antonio* p. 948. De hoc etiam *Cic. de Amicit.* 23. et *Tusc.* 4, 11. *extr.* P Item insignis pictor, de quo *Plin.* 34, 8. P Timon, Apolloniates seu Nicenus philosophus, apud Chalcedonem philosophiam et oratoriam exercuit, temporibus Ptolemaei Philadelphi. Scripsit tragoedias, comoedias et satyras. *Gell.* 3, 17. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, qui *ἄλλος* inscribitur. In eo libro Platonem philosophum, quem dixeram tenui admodum pecunia familiari fuisse, contumeliose appellat, quod impenso pretio librum Pythagoricae disciplinae emisisset, ex quo Timaeum nobilem illum dialogum continuasset. P Alius, hoc nomine, ap. *Liv.* 33, 5. et 37, 44. B. A.

[TIMONIACENSIS, e, adj. ad Timoniacum pertinens, Galatae oppidum. *Plin.* 5, 32, 42. *Sebasteni*, Timoniacenses. F.]

*TIMONIUS, a, um, adj. ad Timonem pertinens. Huc refertur de *Turnebi* sententia (*Advers.* 24, 33.) *Sen. ep.* 8, 66. Non est quod nunc existimes me dicere Timoneas (Timonias) coenas, et pauperum cellas, h. e. solitarias, coenas non coenas, non *ζωϊκῶς* s. communes. Sed variat lectio Gronov. ad *modicas coenas*. V. *Chiliad.* B. A.

TIMOR, oris, m. *φόβος*, opinio mali impendentis, metus, formido, pavor. [*Etymon. *Pseudo-Fronto* facit ita, ut hoc voc. et *timor* uno nomine comprehendat; negante *Doedert.* l. mox l.: alii ad Gr. *δειδῶς* referunt. *Thiersch.* Gr. p. 387. originem vidit in *τῶ*, quod vehementer prob. *Doedert.* 2, 194. ubi v.] *Cic. Tusc.* 4, 8. Timor est metus mali appropinquantis. *Pl. Cas.* 3, 5, 25. et 59. Timor praepedit linguae dicta. *Id. Rud.* 1, 2, 85. Prae timore in genua concidit. *Cic. Phil.* 2, 36. Bonum te timor faciebat, non diuturnus magister officii. *Id. Att.* 5, 20. Cassio animus accessit, Parthis timor injectus est. *Id. Agr.* 1, 8. Spem improbis ostendistis, timorem injecistis. *Sall. in or. Lep. ad pop. R.* et *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 18. Timorem facere alicui. *Cic. Or.* 2, 51. *extr.* incutere. *Brutus* et *Cassius* ad *Anton.* *Fam.* 11, 2. *med.* Maximo timore affici de aliquo. *Val. Fl.* 8, 35. icta timore gravi. *Caes. B. G.* 1, 22. f. timore perterritus. *Id. ib.* 39. Timor exercitum occupavit. *Sall. Cat.* 32. mihi incessit. *Petr. Sat.* 128. mentem altus habet. *Tac. A.* 12, 51. Timor aeger. *Cic. ad Brut.* 1, 3. percussus. *Id. Fam.* 2, 10. f. Haec aestas habuit hunc exitum satis felicem: ea quae sequitur, magno est in timore. *Id. Att.* 5, 14. Magno timore esse, h. e. valde timere. *Lucan.* 3, 82. et 6, 671. Timori esse alicui, h. e. terribilem esse. *Colum.* 11, 3. f. Ubi timor est, ne

autumnalis satio hiemis gelicidiis peruratur. *Pl. Truc.* 4, 3, 50. Timore torpere. *Ter. Ad.* 4, 4, 3. obstupescere. *Or. Met.* 7, 630. pavidus mihi membra timore horruerant. *Cic. in Sen.* 8. Timorem alicui depellere. *Id. Cat.* 1, 7. *extr.* eripere. *Id. Fam.* 11, 21. f. omnem abjicere; et *Sonn. Scip.* 1. omittere. *Or. Her.* 18, 57. deponere. *Virg. A.* 1, 202. mittere; et *ib.* 454. lenire. *Hirt. B. Alex.* 8. minuere. *Or. Met.* 9, 774. Mederi timori. *Caes. B. C.* 3, 65. Colligere se ex timore. *Or. Met.* 14, 490. sors autem ubi pessima rerum, Sub pedibus timor est, h. e. victus est, nullus. P In plur. num. *Catull.* 64, 69. Quantos illa tulit languenti corde timores! *Hor. Ep.* 1, 4, 12. timores inter et iras. *Adde Od.* 1, 31, 15. P Metonymice est causa timoris, terror. *Prop.* 3, 5, 40. et audaci tu timor esse potes. *Or. Fast.* 1, 551. Cacus Aventinae timor atque infamia silvae. *Plin.* 8, 32, 50. Febrium morbus non sentit hoc animal, quin et medetur huic timori. P De his, quorum causa timemus. *Stat. Silv.* 3, 2, 78. fugit ecce vagas ratis acta per undas etc. tot gracili ligno complexa timores. P *Timor*, religio, *δεδωκυῖστα*. *Sil.* 3, 30. Sed nulla effigies, simulacra nota Deorum Majestate locum, et sacro implere timore. *Petr. in fragm.* *Or. Stat.* Th. 3, 661. Primus in orbe Deos fecit timor. [*Discrimen inter *timor* et *timiditas* v. in h. v. — Ab *horror* vv. *timor* et *metus* eo differunt, quod his causa efficiens semper observatur: illud talem animi statum significat, ubi causa non intelligitur. Plura habes ap. *Doedert.* 2, 200. sq.] P In fabulis Deus est, filius Aetheris et Terrae, ut habet *Hyg. praef.*; aut Erebi et Noctis, ut *Cic. N. D.* 3, 17. *extr.* P *Timos* pro *timor*, ut *vapos, odos, labos, colos*, dici potest. *Non.* 8, 27. V. COLOR.

[TIMORATUS, a, um, adj. qui Deum timet. *Hieron. in Isai* 14, 50, 10. Hos vulgo appellant timoratos in religione Dei. Protegit enim Dominus iter eorum, et viam timoratorum custodit. F.] **Vulgat. Luc.* 2, 25. *Act.* 8, 2. et *Esdr.* 4, 3, 3. B. A.

*TIMOSTHĒNES, is, m. *Τιμοσθένης*, Rhodius, Ptolemaei secundi navarchus, scripsit de portibus libros decem, itemque Periplos quosdam. *Plin.* 5, 9. B. A.

[TIMOTHĒUS, i, m. *τιμόθεος*, honorans Deum: a *τιμῶ*, honoro, et *θεός*, Deus. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Marin. Frat. Arc.* p. 343. T. Aelius Timotheus. F.] **Timotheus*, i, m. *Τιμόθεος*, Atheniensis, dux potentissimus ac dives, muros Athenis aedificavit. Hujus imaginem pictores assentionis gratia fecerunt, juxtaque Fortunam rebus civitates ei inclusas deferentem, illum autem ipsas excipientem: quamobrem indignatum eum ferunt pictori fuisse, quod felicitati potius ejus res gestas quam virtuti videretur adscribere. Haud multo post hoc factum, Fortuna quasi aegre ferente, rebus excidit. Auctor *Suidas*. Hujus et docti hominis meminit *Cic. de Off.* 1, 32. *Adde et de Or.* 3, 34. *Tusc.* 5, 41. Vitam ejus scripsit *Nepos*. P *Timotheus*, Milesius, musicus, qui decimam et undecimam chordam lyrae addidit, et antiquam musicam in molliorem modum mutavit. Emicuit tempore Philippi Macedonis, eujus filius Alexander sono excitabatur, et ad res bellicas alacrius instruebatur. Scripsit de musica libros XVI, encomia, dithyrambos. Haec *Suidas*. V. et *Cic. de Leg.* 2, 15. *Quint.* 2, 3. *Maer.* *Sat.* 5, 22. addito *Athen.* 14, 9. Cf. et *Leopard. Emend.* 8, 14. ubi decretum Lacedaemoniorum in hunc *Timotheum* (quod servavit *Boeth. de Mus.* 1, 1. p. 1372. quoque *Timotheum* sua terra Lacedaemonii exegere, quod multipliciore fecisset musicam,) emendatur et explicatur, itemque doctissimum *T. Burgessium*, Episcopum nuper Menevensem, hodie autem Sarisburiensem, in *A Vindication of Bishop Cleaver's Edition of the Decretum Lacedaemoniorum contra Timotheum*, etc. P Item insignis sculptor, de quo *Plin.* 34, 8. B. A.

[TIMOXĒNUS, i, m. *τιμόξενος*, honorans hospitem: a *τιμῶ*, honoro, et *ξένος*, hospes. Est cogn. R. *Inscr.* ap. *Fabr.* p. 137. n. 127. Aelius Timoxenus. F.]

*TIMPORUM, i, Thraciae oppidum, medio loco inter Hebrum Nessumque flumina. *Anton. Itin.* ubi *Cellarius* legit *Tempyrum*. Cf. *Tempyra*. B. A.

TINĀ, ae, f. et Tinum, i, n. vas vinarium eorum genere, quae mensae infunduntur, ex quibus vinum in pocula defunditur: videtur esse a *δῆνη*, et *δῆνος*, vasculi species, scil. a *δῆνω*, in gyrum ago, quia rotundum est: hinc etiam repetenda fortasse Italorum *tina* et *tino*, quae idem vas significant. *Varr.* ap. *Non.* 15, 7. Antiquissimi in conviviis utres vini primo, postea tinas ponebant. *Paul.* ex *Fest.* *Tinia* (lege *tina*), vasa vinaria. [Not. *Tir.* p. 149. Canava, camea (fortasse cavea), tinum. F.]

TINCA, ae, f. piscis palustris, et fluvialis sine squamis. [*Fortasse is, quem nos dicimus *Schleike*, Cyprinus *Tinca*, L.] *Auson. Idyll.* 10, 125. Quis non et virides, vulgi solatia, tinceas Norit? P [Et etiam cogn. R. *Cic. Brut.* 46. *med.* Ego memini *T. Tincam* Placentinum, etc. F.]

TINCTILIS, e, adj. *βαρκός*, tinctus. *Or. Trist.*

3, 10, 64. Nam volucris ferro tinctile virus inest. [Adde Not. Tir. p. 82. F.]

[TINCTIO, onis, f. baptismus. Tert. Cor. Mil. 13. [Semel jam (causae) in sacramenti tinctione ejetatae. Alii leg. testatione. F.]

TINCTOR, oris, m. βαπτιστής, infector. Vitr. 7, 14. Tinctores cum volunt silimitari, violam aridam cum aqua confervescere faciunt, etc. Inscr. ap. Marin. Papir. dipl. p. 251. Hic quiescit Seberus tinctor. F.]

TINCTORIOUS, a, um, adj. ad tingendum pertinens. Tinctorium mentem habere, ap. Plin. 7, 7, 5. dicitur, qui caedes meditatatur, et gladiatorio animo (ut ait Ter. Ph. 5, 7, 71.) ferrum sanguine tingere quaerit. Ita Hard. Alii aliter leg. Hinc tinctorium in Gloss. Isid. est gladius. Mela 2, 1. f. Deo pro simulacris enses et tinctoria dedicant. Alii rectius leg. cinctoria. P [Tinctorium, ii, absolute, est locus, in quo vestes tinguntur, Itali tintoria dicunt. Not. Tir. p. 82. Tinctilis, tinctorium, tinctura. F.]

TINCTURA, ae, f. βαφή, infectio, inductio coloris. Plin. 37, 9, 38. Adulteratur maxime tinctura. Id. 31, 10, 46. n. 2. Ad inficiendas purpuras, tincturae omnes. V. v. praec.

TINCTUS, a, um, part. a tingo: βαπτός, βαπτέος, aspersus, madefactus, instinctus, imbutus. Ov. Met. 9, 170. gelido ceu lamina candens Tincta lacu stridit. Plin. 17, 14, 24. Calamus tinctus aqua. Cels. 8, 4. med. Sanguis spongia subinde in aceto tincta cohibendus. Cic. N. D. 3, 23. Tunica sanguine Centauri tincta. Hor. Od. 2, 16, 35. Lanae bis Afro murice tinctae. Tibull. 1, 9, 44. coma viridi cortice tincta nucis. Hor. Od. 3, 10, 14. tinctus viola pallor amantium. Ov. Pont. 3, 3, 106. spicula mordaci felle tincta; et ib. 1, 26. Tinctaque mortifera tabe sagitta madet. P Tincta, absolute, sunt colores quilibet non nativi. Cic. Leg. 2, 18. Color albus praecipue decorus Deo est, tum in ceteris, tum maxime in textilibus. Tincta vero absint, nisi a bellicis insignibus. P Tinctus lumine, illustratus. Lucr. 5, 719. globus si forte pilai Dimidia ex parte candenti lumine tinctus. P Translate. Cic. Or. 2, 20. Orator sit mihi tinctus litteris, audierit aliquid, legerit, etc. Brut. 58. Auditus est nobis Laeliae C. F. saepe sermo. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus. Quint. 4, 2. med. Verba expressa, et ut vult Zeno, sensu tincta esse debebunt, h. e. non vana, et ad ornatum fusa, sed significantia. Mart. 3, 20. Sales lepore Attico tincti. Id. 10, 33. versus viridi aerygine tincti, h. e. mordaces et contumeliosii. Pers. 3, 36. cum dira libido Moverit ingenium ferventi tincta veneno. Ov. Pont. 4, 6, 34. Verba velut tinctum singula virus habent.

TINCTUS, us, m. βαμμα, intinctus. In sexto casu sing. Plin. 10, 48, 68. Avis croceo tinctu cibus gratissima.

TINEA, ae, f. οΐς, vermiculus in pulvere et situ nascens, et erodens chartas, vestes, et similia. Hor. Ep. 1, 20, 12. ad libr. suum: tineas pascas taciturnus inertes. Cato R. R. 98. Vestimenta tineae ne tangant, amuream decoquito, ea ungitio fundum arcae, etc. Ov. Pont. 1, 1, 72. Conditus tineae carpitur ore liber. Hor. Sat. 2, 3, 118. cui stragula vestis, Blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca. Vitr. 5, 12. f. tinearum cum carie et teredine conjungit, quibus ligna exeduntur. P Metonymia est in illo Mart. 11, 1, ubi libellos suos vocat nostrarum tineas ineptiarum, quasi tinea ludibrium debeant, earumque toti futuri sint. P Est a τινάω, extrita praepositiva diphthongi, qua voce proprie fascia aut vitia tenuis et oblonga significatur; metaphorice, praeter alia, vermiculus tenuis et oblongus, cujusmodi sunt, quos Plin. scribit 31, 3, 22. in gelidis fontibus nasci. Hard. autem in MSS. suis legit taenias. Etiam lumbrici, ἐλμύθες, qui in hominum visceribus gignuntur, et praecipue pueros vexant, tineae sunt eidem Plin. 27, 13, 120. et 21, 20, 83. et 23, 8, 77. et 24, 10, 47. etc. Similiter Ov. Met. 14, 373. agrestes tineas vocat bombyces, qui solent canis frondes intexere filis: Nemes. Cyn. 209. vermiculos infestos auribus canum: Colum. 9, 14. (et Virg. G. 4, 246.) vermiculos ex stercore papilionum nascentes, et apum alveis inimicos; et 5, 10. med. vermes molestos seminibus ficulneis. Quin et pediculos, hoc nomine appellat Claud. in Eutrop. 1, 113. miserabile turpes Exedere caput tineae: deserta patebant Intervalla comae; et ib. 260. Pulvere respersus tineas, h. e. caput tineosum. Hinc Italarum tigna. P Creditor Seren. Sammon. primam syllabam produxisse 30, 564. intanto cum viscere tinea serpens, etc. Sed plerique alii leg. taenia.

[TINEARIA et Tiniaria, ae, f. Scrib. Comp. 83. Prodest et herbae, quam πόλιον vocant, nos, ut opinor, tiniariam, fasciculus. Theophrast. Hist. plant. 1, 16. ait, πόλιον utile esse πρὸς τοὺς οΐτας (h. e. tineas) ἐν τοῖς ἰματίοις. V. POLION. F.]

[TINEATICA et Tiniatica, ae, f. herba eadem videtur esse ac tinearia, cujusque meminit Marcell. Empir. 17. med. F.]

TINEOLA, ae, f. parva tinea. Veg. Vet. 1, 4. Lumbrici, vermes, et tineolae, quas alii pediculos appellant.

TINEOSUS, a, um, adj. λιμυρόδης, plenus tineis, ut Alvei tineosi, ap. Colum. 9, 14. f. Not. Tir. p. 176. Tinea, tineosus.

TINGENS, endis, part. a tingo: Absolute est tinctor, βαπτήτωρ. Plin. 9, 28, 62. Sed id tingentium officinae ignorant. Adde 37, 9, 40.

[TINGENS, is, e, adj. idem ac Tingitanus. Coripp. Johann. 5, 278. Abylae Tingensis ad arva improba tendit iter. F.]

TINGITANUS, a, um, adj. ad Tingin pertinens, quod est oppidum Mauretaniae, nunc Tanger, ad fretum Gaditanum, Oceano obversum. Mamert. Genethl. Maxim. 16. f. Tingitanum litus. [Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 241, 5. T. Vario Clementi Praef. auxiliorum in Mauretanium Tingitanam missorum. F.] P *Tingitanus, a, um, i. q. Tingitanus. Plin. 5, 2. Tingitaniae provinciae longitudo CLXX. M. passuum est: ubi codd. quidam antiqui Tingitanae. Inscr. ap. Grut. p. 482. n. 7. Tempore expeditionis in Tingitaniam. Potest autem utrobique esse substantivum, nempe Tingitania, ae, f. B. A.

TINGO et Tinguo, is, nxi, nctum, a. 3. τίνγω, βρέζω, ὑγραίνω, βίπτω, madefacio, inficio, humore imbuo: a prima Graeca voce allata. Sen. Oed. 42. tenuis Ismenos fluit, Et tingit inopi nuda vix unda vada. Prop. 1, 6, 32. Lydia Pactoli tinguit arata liquor; et 4, 4, 22. Et sibi tinguendas dixit in amne comas. Ov. Met. 4, 342. in undis Summa pedum taloque tenus vestigia tingit; et ib. 2, 621. Tingere ora lacrimis. Id. ib. 172. et Virg. G. 1, 246. Arctos Oceani metuentes aequore tingi. Just. 44, 3. f. et Mart. 14, 33. Ferrum aqua tingere; et Virg. G. 4, 172. stridentia aera lacu. Ov. Rem. Am. 700. in amne faces: extingere. Id. Her. 19, 44. Pallade membra; et Mart. 2, 59. tingi nardo. P Item colorem induco, inficio. Sen. Hipp. 376. et Ov. Her. 4, 72. Flava verecundus tinxerat ora rubor. Tibull. 2, 4, 28. Et niveam Tyrio murice tingit ovem. Ov. Met. 6, 9. Phocaico bibulas tingeat murice lanas. Mart. 1, 78. Tingit cutem Charinus; et tamen palat. Plin. 6, 19, 22. Tinguuntur sole populi. Ov. Am. 1, 14, 2. Tingere comam; et ib. 2, 5, 40. ebur. Id. A. Am. 3, 269. pallidum corpus purpureis virgis. Id. Fast. 1, 321. (et Met. 7, 599.) calido strictos tincturus sanguine cultros. Hor. Od. 3, 23, 11. Victimam pontificum securim Cervice tinget. P [Item laborare a smalto. Plin. 33, 9, 46. Tingit et Aegyptus argentum, ut in vasis Anubim suum spectet; pingitque, non caelat argentum. P Tingere numeros, est eos ex aere cusos argento vel auro ita inficere, ut aurei vel argentei videantur. Ulp. Dig. 48, 10, 8. Quicumque numeros aureos raserit, tinxerit, fixerit, si quidem liberi sunt, ad bestias dentur; si servi, summo supplicio afficiantur. F.] P Tingere lumine, illustrare, quia lumen colores aperit. Lucr. 6, 172. volucris loca lumine tingunt Nubes. P Ipse etiam colori tingi dicitur, h. e. induci. Plin. 21, 26, 97. Hoc fucio hyssiginum tingunt. Id. 16, 18, 31, et 6, 31, 36. Purpuram tingere. Id. 33, 13, 57. caeruleum. P Tingere universim pro imbuere. Ov. Met. 11, 142. de Mida: Rex jussae cecidit aquae: vis aurea flumen Tinxit; et ib. 4, 388. incerto fontem medicamine tinxit. Plin. 18, 1, 1. Tingere tela venenis. Id. 14, 6, 8. n. 5. Tingentes vinum fumo: utinam non et herbas, ac medicaminibus noxiis. P Translate. Mart. 8, 3. Romano lepidos sale tinge libellos. Sen. ep. 66. Virtus quidquid attingit, in similitudinem sui adducit, et tingit. V. TINCTUS, a, um. P Tinguo pro tingo recte scribi docent Manut., Pier., Dausqu., Brochous, ad Prop. etc. ex lib. veterib., unde distinguo, extinguo.

TINGOMENE. V. TANGOMENAS.

TINIA, ae, m. Umbriae fluvius, in Tiberim cadens hodie Topino dicitur. Plin. 3, 5. Sil. 8, 453. Tivias est Straboni. B. A.

TINETIO, onis, vicus Rhaetiae. Anton. Itin. B. A.

TINIBULATUS. V. TINTINNABULATUS.

TINIMENTUM, i, n. καθάρσιον, idem quod tintinnus. Pl. Rud. 3, 5, 26. Illud quidem edepol tintinnimentum est auribus.

TINNIO, is, ivi, et ii, n. καθάρσιον, sonum edo: et proprie dicitur de metallis, cum pulsata resonant; ab ipso sono fictum, qui tin tin referre videtur. Varr. R. R. 3, 16. de apib.: Cum evoluturae sunt, stant, argento, plumbo, aut ex omnibus his una jaciendo in eas pulverem, aut circum tinniendo aere admixtis constatum, quod percussum tintinnum edit: perterritas, quo voluerit, perducet. Pl. Trin. 4 a tintinno. Ejus usus fuit apud antiquos in balneis; 2, 62. Nunquam temere tinnit tintinnabulum. V. eo enim lavaturi convocantur, et qui in balneo essent, evocabantur, ut aliis locum darent. Hinc Mart. 14, 163. cujus lemma Tintinnabulum. Redde pilam: sonat aes thermarum: Sudere pergis? etc. Juven. 6, 440. Tot pariter pelves, et tintinnabula dicas Pulsari. Pl. Trin. 4, 2, 162. Nunquam edepol temere tinnit tintinnabulum. Nisi qui illud tractat, aut movet, mutum est, tacet. Plin. 36, 13, 13. n. 4. Pendeant exapta catenis tintinnabula, quae vento agitata longe sonitus referant. Suet. Aug. 91. Tintinnabulis fastigium aedis redimit, quod ea fere januis dependebant. Paul. Nol. Carm. 18, 336 ut praesepia vidit Nuda boum, et nullos dare tintinnabula pulsus, Excussa ut cervice boum crepitare solebant; Mollius aut lentis cava linguis aera ferire, Armentum reduces dum gutture ruminat escas. P

laudare, antequam audiretur. Sic Calp. Ecl. 5, 16. vere novo, cum jam tinnire volucres incipient. P Aures tinnire dicuntur, cum aut acutam vocem audiunt, aut quippiam intus habent tympanum acute feriens: quod morbi genus est. V. TINNITUS. Catull. 51, 10. sonitu suoapte Tinnunt aures. Alii leg. tintinant. [M. Aurel. ad Front. ad M. Caes. (ed. A. Maio) 2, 5. Longus sermo nobis super te exortus est; itaque nec tibi dubito ibidem in foro diu tinnisse auriculas. V. Plinii l. c. in TINNITUS. F.] P Translate. Cic. Att. 14, 21. extr. Exspecto maxime, equid Dolabella tinniat, h. e. pecuniam mihi debitam solvat, quae numerando tinnire solet. Ita Graevius. Pers. 5, 105. veri speciem dignoscere calles, Nequa subaerato mendosum tinniat auro, h. e. solidum non crepet, sed vana specie et inani sonitu.

TINNITO, as, n. 1. frequent. a tinnio. Auct. Carm. de Philom. 9. Parus enim quamvis per noctem tinnit omnem. Alii leg. tinniat. [Adde Commod. Instruct. 61. Nec enim dico, ut te in trivio tinnites, h. e. gloriae captandae causa te jaectites. Bail.]

TINNITUS, us, m. καθάρσιον, sonor metalli tinnientis. Virg. G. 4, 64. Tinnitusque cie, et Matris quate cymbala circum. Id. A. 9, 809. strepit assiduo cava tempora circum Tinnitu galea. Ov. Met. 5, 204. sonuit tinnitibus ensis acutus. Id. Fast. 4, 183. Ibunt seminariae, et inania tympana tudent: Aeraque tinnitus aere repulsa dabunt. Plin. 34, 8, 19. n. 15. Dracones in Gorgone Minervae ad ictus citharae tinnitu resonant. Id. 19, 1, 2. n. 1. de lino: Nervositas filo aequalior paene, quam araneis, tinnitusque, cum dente libeat experiri. Id. 2, 3, 3. Circumactorum tinnitus siderum. Sil. 13, 146. tinnitus lituum, h. e. acutus sonitus. P Tinnitus aurium est sonor quidam exilis et acutus, quasi aeris tinnientis, qui praeter naturam sentitur in auribus, βόρρησις οΐσις. Plin. 20, 15, 57. Cuminum silvestre auribus instillatur ad sonitus atque tinnitus. Id. 23, 4, 42. Oleum amygdalinum gravitatem auditus discuit, sonos incertos et tinnitus. Id. 28, 2, 5. Absentes tinnitu aurium praesentire sermones de se, receptum est. V. TINNIO. P Translate. Auct. dial. de Or. 26. Malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam calamitros Maecentis, aut tinnitus Gallionis, h. e. verba et sententiae acute sonoras, sed vi et sensu carentes: [*Worcklingel.]

TINNULUS, a, um, adj. λιμυρός, διαβροχών, tinniens, acut resonans. Ov. Pont. 1, 1, 38. Jactantem Phari: tinnula sistra manu. Id. Met. 4, 393. Tinnulaque aera sonant. Sen. Troad. 833. Tinnulus plectro fiente chordas. Calpurn. Ecl. 4, 74. tinnula fistra. Catull. 61, 12. Nuptialia concinens Voce camina tinnula. Pomp. ap. Macr. Sat. 6, 4. med. Vcem reddere tenuem et tinnulam. Stat. Sil. 1, 6, 1. Illic cymbala tinnulaeque Gades, Illic agmin confremunt Syrorum, h. e. puellae Gaditanae choro choro prurientes, ut ait Juven. 11, 162. P Translate. Quint. 2, 3. med. Rhetores tumidos, et eruptos, et tinnulos, et quocumque alio cacozelia genere peccantes, certum habeo, non virium, sed infirmitatis vitio laborare, ut corpora non robore sed valetudine inflantur. V. v. praec.

TINNUNCULUS, i, m. κέγγις, genus accipitris, quod in aedificiis nidificare solet, et libenter cum cubibus versatur, easque ab aliorum accipitrum iniuriis defendit. Ferunt, ejus pullos singulos fictilius ollis condi, spirantibusque opercula superponi, egypto lita vasa in angulis columbarii suspendi: quam rem avibus amorem loci sic conciliare, ne unquam deserant. Colum. 8, 8. et Plin. 10, 37, 52. [Scribitur et tinunculus.]

[TINTINNABELLUM, i, n. dimin. tintinnabuli. ot. Tir. p. 128. Tintinnabulum, tintinnabellum. F.] TINTINNABULATUS, a, um, adj. qui tintinnabulum habet. Sidon. ep. 2, 2. med. Cui concentui scabit adjungas fistulae septiformis armentalem canenam, quam nostrorum montium Tityri exercent inter greges tintinnabulatos, inter depasta buceta reboantes. Alii leg. tinnibulatos, eodem sensu.

TINTINNABULUM, i, n. καθάρσιον, καθάρσιον, instrumentum plerumque aeneum, interdum etiam ex stanno, argento, plumbo, aut ex omnibus his una admixtis constatum, quod percussum tintinnum edit: Eius usus fuit apud antiquos in balneis; eo enim lavaturi convocantur, et qui in balneo essent, evocabantur, ut aliis locum darent. Hinc Mart. 14, 163. cujus lemma Tintinnabulum. Redde pilam: sonat aes thermarum: Sudere pergis? etc. Juven. 6, 440. Tot pariter pelves, et tintinnabula dicas Pulsari. Pl. Trin. 4, 2, 162. Nunquam edepol temere tinnit tintinnabulum. Nisi qui illud tractat, aut movet, mutum est, tacet. Plin. 36, 13, 13. n. 4. Pendeant exapta catenis tintinnabula, quae vento agitata longe sonitus referant. Suet. Aug. 91. Tintinnabulis fastigium aedis redimit, quod ea fere januis dependebant. Paul. Nol. Carm. 18, 336 ut praesepia vidit Nuda boum, et nullos dare tintinnabula pulsus, Excussa ut cervice boum crepitare solebant; Mollius aut lentis cava linguis aera ferire, Armentum reduces dum gutture ruminat escas. P

In domibus tintinnabuli sonitu familia excitabatur, janitores praesertim, ut indicat *Suet. Aug. 91.* P In sacrificiis quoque adhibebantur tintinnabula. *V. Pl. Ps. 1, 3, 98. et sqq.* P Alios praeterea usus tintinnabulorum recensuit *Hier. Magius* in libello hac de re conscripto, quem *V.*

TINTINNACULUS, i, m. *κροτάλλων*, flagrator, lorarius, carnifex: a *tintinnio*, quia caedendo loris corpora tintinnus quidam excitabatur. *Pl. Truc. 4, 3, 8.* Nisi ad tintinnaculos vultis vos educi viros. *Turneb. Advers. 11, 21.* scribit, tintinnaculos dictos fuisse carnifices, qui tintinnabula habebant, quibus utebantur in sumendis suppliciis, nam qui ad supplicium ducebantur, tintinnabula gerebant, teste *Zonara.*

[TINTINNIALA, ae, m. qui alis suis tintinnum edit. *Vet. Schol. Crug. ad Hor. Sat. 1, 5, 14.* Culices tintinniales vocant plebeji a sonitu alarum. *F.*]

TINTINNO, is, n. 4. et Tintinno, as, n. 1. et Titinnio, is, ac Titinno, as, tintinnum edo, tintinnio, resono instar tintinnabuli. *Naev. ap. Fest.* Tantum ubi molae crepitum faciebant, tintinnabant compedes. *Afran. ib. et ap. Non. 1, 188.* Ostiarii impedimenta tintinnare audio. *Nig. ap. Non. ib.* Itaque ex aere in Saliaribus Albanus tintinnat.

TINTINNUM, i, n. tintinnabulum. *Ven. Carm. 2, 20, 49.* Tintinnum rapit alter inops, magis improbus ille, qui jumentorum colla tenere solet.

TINTINO, as. *V. TINNIO.*

TINUS, i, f. genus lauri silvestris. *Plin. 15, 30, 39.* Tinus: hanc silvestrem laurum aliqui intelligunt: nonnulli sui generis arborem. Differt color: est enim ei caerulea bacca. *Adde 17, 10, 11. et Or. Met. 10, 98. et A. Am. 3, 692.* ubi alii legunt: ut et ap. *Colum. 9, 4.* [*der lorbeerartige Schneeball, Viburnum Tinus, L.]

*TIOS, i, oppidum Bithyniae, Milesiorum colonia. *Mela 1, 19. med.* P *Tium* vocatur a *Plin. 6, 1.* Tior a *Ptolemaeo.* *Tior* appellat *Strabo. B. A.*

*TIPARENUS, i, insula maris Aegaei, Argolidi objecta. *Plin. 4, 12. B. A.*

*TIPASA, oppidum Mauritaniae Caesariensis. *Plin. 5, 2.* P Aliud, in Numidia. *Anton. Itin. B. A.*

TIPHE, es, f. *τίφη*, genus frumentum Graecis peculiare, ex quo fit in nostro orbe oryza. *Plin. 18, 8, 29. et ib. 10, 20. n. 4.* [*Secundum *Spreng. Trietium monocoecum, L., Peterskorn, Einkorn.*]

*TIPHICENSE oppidum in Africa fut. Meminit *Plin. 5, 4. B. A.*

[TIPHUS, i, m. *τίφος*, locus palustris, palus. Est nomen propr. serv. *R. Inscr. ap. Doat. 412, 7.* *Palinuro L.* Aponii posuit Tiphus frat. caiss. Alia ap. *Mur. 933, 1.* Tiphus Aetiae supra juncta. *F.*]

TIPHYNUM, i, n. collyrium ex floribus liliaceis, *τίφυνος* enim Graecis est liliaceus, ut *lirinus*: a *τίφυνος*, tiphynon, herba coronaria, cujus *Pin. 21, 11, 39.* meminit. *Inscr. ap. Töcheron, Cactus des ocul. p. 6.* M. Ulpii Heraclitis tipinum. *Vit. Op. var. T. 3. p. 328.* putat, scribendum *tiphinum*, quod est pro *tiphynum. F.*

TIPHYON, ii, n. *τίφυνος*, et *τίφυνος*, genus oris aestivi, nunc incogniti. *Plin. 21, 11, 39.*

TIPHYS, yos, m. *Τίφυς*, Phorbantis (al. *Hagis*) et Hymanes filius, Boeotius, vir arte carpentaria celebris, qui primus gubernandi naves adminicula instituit, Argonautarumque in Colchica expeditione gubernator fuit. *Virg. Ecl. 4, 34.* Alter erit tuus Tiphys, et altera, quae vehat, Argo Delectos heros. *Or. Her. 6, 48.* Quid tibi cum patria, navis Tiphys, mea? *Vet. Poeta ap. Charis. 4, 243.* Tiphyn aurigam celeris fecere carinae.

TIPPOLA, ae, f. genus insecti se pedes habentis, sed tantae levitatis, ut super aqua currens non desinat. *Varr. ap. Non. 2, 857.* Levitippula linitici frigidus transit lacus. *Pl. Pers. 2, 2, 62.* Neque tippulae levius pondus est, quam fides lenonia. [*Legitur et *tipula. Bail.*]

*TIQUADRA, ae, insula Hispaniae adiacens, una e Balearibus. *Plin. 3, 5. B. A.*

*TIRACIENSES, ium, populi Siciliae, a Tiracia quodam oppido fortasse nomen trahentes. *Plin. 3, 8. si lectio certa. B. A.*

*TIRENUS pons fuit Minturnis, fortasse in fluvio Liri; nam is Minturnas praeterlabitur. *Cic. Att. 16, 13.* ubi codd. in hoc nomine variant. *B. A.*

*TIRESIAS, ae, m. *Τειρεσίας*, vates Thebanus, mutatus quondam, ut Poetae tradunt, in feminam, post septem annos in virilem formam rediit. Excaecatus est a Junone, quod pro Jove in re Venerea sententiam tulisset. Sunt tamen qui excaecatum asserant, ob Palladem in lavaero nudam visam. *V. Spanhem. ad Callim. lavacr. Pallad. 82. Broukh. ad Prop. 4, 9, 57. et copiose admodum Burm. ad Or. Met. 3, 322.* De eo *Hygin. fab. 68. et 75. Cic. Tusc. 5, 39. de Divin. 1, 40. et 2, 3. Hor. Sat. 2, 5, 1. Stat. Th. 2, 96.* ubi consule *Lact. sive Lutat. Scholiastam.* P Pro caeco Tiresiae nomen a *Juvendale* positum est *Sat. 13, 248.* Tandemque fatebere laetus, Nec surdum nec Tiresiam quenquam esse deorum. P Avium auspicia invenit, teste *Plin. 7, 56. B. A.*

*TIRIDA, ae, Thraciae oppidum, sed excisum,

cujus meminit *Plin. 3, 11. ed. Hard.* ubi ed. *Elzev.* habet *Tinda. B. A.*

*TIRIDATES, is, m. nomen regis Parthiae atque Armeniae. *Hor. Od. 1, 26, 5. Suet. Ner. 13. Justin. 42, 5. Plin. 7, 39. et 30, 2.* P Scribitur et *Teridates* (Gr. *Τηριδάτης*) v. g. in ed. *Jani Horat. B. A.*

*TIRIS, insula Italiae inferiori objecta, ad Brutios, recentiorum temporibus aquis obruta. *Plin. 3, 10. B. A.*

*TIRISTASIS, is, Thraciae oppidum, ad Propontidem. *Plin. 4, 11. B. A.*

TIRO, onis, m. *ἀπειροπόλεμος, νεοστράτευτος*, miles novus, et rudis militiae. *Cic. Tusc. 2, 16.* Aetas tironem plerumque melior: sed ferre laborem, contemnere vulnus, consuetudo docet. *Caes. B. C. 3, 28.* Altera navis ducentos viginti ex legione tironum sustulerat: altera ex veterana paulo minus ducentis. P Adjective. *Liv. 21, 43. med.* Pugnantes cum exercitu tironum. *Cic. Fam. 7, 3. med.* Signa, tironem et collectio exercitu, cum legionibus robustissimis contulit. *Id. Phil. 11, 15.* Non tam veteranos intuentibus vobis arbitror, quam tirones milites. *Hirt. B. Afr. 16.* Quid tu, miles tiro, tam feroculus es? P *Tiro* translate dicitur, quicumque in qualibet arte novus et rudis est. *Cic. Or. 1, 50. extr.* Fateor, callidum quemdam hunc, et nulla in re tironem ac rudem, nec peregrinum atque hospitem in agendo esse debere. *Id. Verr. 2, 2, 6. med.* Tametsi non provinciae rudis erat et tiro. *Id. Rosc. Am. 6. f.* Qui cum ante hanc pugnam tiro esset scientia, facile ipsum magistrum scelere audaciaque superavit. *Id. Div. Verr. 15.* Video L. Appulejum, hominem non aetate, sed usu forensi atque exercitatione tironem. *Or. A. Am. 3, 565.* Ille vetus miles sensim et sapienter amabit, Multaque tironi non patienda feret. *Varr. R. R. 1, 20.* Ut tironem bovem cum veterano adjungant, imitando enim facilius domatur. P Praecipue tiro dicitur adolescens, quo primum tempore, sumpta virili toga, in forum prodit. *V. TIROCINIUM. Plin. 8, 48, 74.* Cum toga pura tirones induuntur. *Or. Fast. 3, 788.* Ergo ut tironem celebrare frequentia possit, Visa dies danda non aliena togae. *Suet. Ner. 7.* Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donativum proposuit. P Et orator, in foro primum verba facturus. *Sen. Excerpt. contr. prooem. 2. med.* P [Tiro est etiam cogn. *R. Inscr. ap. Grut. 1178, 2. Q. Aemilius T. F. Pol. Tiro.* P Hinc celebris fuit hoc nomine servus primum, deinde huc eodem cognomine libertus M. Tullii Ciceronis, qui in omni litterarum genere exercitissimus patroni a studiis fuit: ab eo impense dilectus, et a filio ejus, quod plures epistolae *l. 16. ad Fam.* satis ostendunt. *V. Gell. 7, 3. et 13, 9.* Ille etiam, teste *Isid. Or. 1, 22.*, auctor fuit notarum, quae nunc *Tironianae* appellantur, a *Grutero* editae iterum *Amstael. ann. 1707.*, quasque eodem item ordine dispositas fuisse jam ante *Isidori* tempora, evincitur ex hujus *Glossis* ad *V. Dramea*, et *Mutilus*, ubi nunc legitur: *Dramea post framearum* (corrige *frameam*), et *Mutilus post rufum, ante rubrum* (corrige *rubeum*); cum reapse nunc habeant *Not. Tir. p. 126. Framea, dramea*; et p. 128. *Rufus, mutilus, rubens.* De hisce notis consulenda est *Ulrici Frid. Koppii Palaographia critica, Manheimii ann. 1827. et sqq. edita. F.* P *Fuit et Tiro nomen proprium virorum R.; v. g. *Numisius Tiro*, et de sicariis Antonii triumviri, cujus meminit *Cic. Phil. 2, 4. et Phil. 5, 6.* item *Sabinus Tiro*, auctor libri *κρηνοικίων* sive rerum hortensium, quem *Maecenati* dicasse dicitur a *Plin. 19, 10.* Calestrium Tironem meminit *Plin. alter 7, 16. et 32. B. A.* P Sunt quibus placet scribi *tiro*, inter quos est *Manut. in Orthogr. ex vet. Inscr. diligenter a se descripta*: quam tamen viri docti spuriam esse contendunt. Contra in alia optima notae ita scribitur ap. *Grut. 358, 3. Praef. Chor. novae tironum.* Adde alias ap. *eund. 152, 4. et 335, 5. et aliam ap. Marin. Inscriz. Alb. p. 12.*, in qua octies tiro scribitur. Has sequuntur *Cellar., Voss., Dausqu.* et alii.

TIROCINIUM, ii, n. *πρωτοπειρία, μάθησις*, primum rudimentum, seu experimentum militiae: et significat etiam ipsam imperitiam novi militis. *Hirt. B. Afr. 31.* Atque haec propter exercitus sui praentium paucitatem et tirocinium praeparaverat, non ostium vi et metu commotus. *Flor. 2, 3.* Quotiani, et quasi domestici hostes tirocinia militum buebant. *Sic Val. Max. 5, 4. n. 2.* Neque illum t aetatis infirmitas, aut militiae tirocinium, aut felicis proelii exitus interpellare valuit. Et transle. *Liv. 39, 47.* Cum senatus simul et tirocinio, epturbatione juvenis moveretur. *Manil. 1, 188.* Itaque per totidem lucas mutatur, et orbes, Nec tincinio peccat. P *Tirocinium* pro ipsis tironibus ut *servitium* pro ipsis servis. *Liv. 40, 35. f. C.* contemptum tirocinium etiam meliores barbaroexcitare ad rebellandum possit. P *Tirocinium* pro, aut deponere, primum experimentum militi dare, militiam addiscere, stipendia mereri inere. *Just. 12, 4.* Constantiores futuri, si non soh tirocinia, verum et incunabula in ipsis castriposuissent. *Id. 9, 1.* Ut sub militia patris

tirocinii rudimenta deponeret. P Transfertur ad alia. *Plin. 7, 48, 49.* Galeria Copiola reducta est in scenam ludis pro salute divi Augusti votivis, annum centesimum quartum agens: quae producta fuerat tirocinio a M. Pomponio aedili plebis, ante annos nonaginta unum; et *Sen. Contr. 3, 20.* Potest tirocinium esse homicidium, parricidium non potest. P *Tirocinium fori* dicebatur, cum primum in forum adolescentes, sumpta virili toga, deducebantur, ut publice versari, et agere cum populo inciperent: et *tirocinium eloquentiae*, cum oratores futuri oratoriae arti et agendis causis initiabantur. *Suet. Aug. 26.* Ut *Cajum* et *Lucium* filios, amplissimo praeditus magistratu, suo quemque tirocinio deduceret in forum. *Id. Tib. 54.* *Neronem* et *Drusum* patribus commendavit, diemque utriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. *Id. Cal. 10.* Uno eodemque die togam sumpsit, barbarnaque posuit, sine ullo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum ejus. *Liv. 45, 37.* Si in L. Paulo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiae dare voluit. P *Tirocinium navium*, cum primum mari committuntur. *Plin. 24, 7, 26.* *Zopissam* eradi navibus, diximus, cera marino sale macerata, optima haec a tirocinio navium.

TIROCINATUS, us, m. tirocinium. *Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 7, 13, 21.* Tempore tironatus eorum procuratores, qui refugas occultandos putaverint, in iudicio praesententur.

TIROCIANUS, a, um, adj. ad Tironem Ciceronis libertum spectans. *Gell. 1, 7.* In oratione Ciceronis quinta in Verrem, in libro spectatae fidei, Tironiana cura atque disciplina facta. *Adde 13, 20.*

TIROCINULA, ae, f. quae in arte aliqua adhuc rudis est, nova, adolescens. *Colum. 7, 12. f. de cane:* Quoniam *tirocinula* nec recte nutrit, et educatio totius habitus auferit incrementum, *h. e.* quae primum peperit. *Hieron. ep. 31. n. 14.* *Saluta Blaesillam* et *Eustochium*, *tirocinulas nostras.*

TIROCINULUS, i, m. parvus tiro, juvenulus rudis in militia, aliave re quapiam. *Sen. ep. 108. med.* Ut probarem tibi, quam vehementes haberent tiroculi impetus primos ad optima quaeque. *Colum. 11, 1. f.* *Villicum* familiae praeponi convenit aetatis nec primae, nec ultimae: nam servitia sic tirocinulum contemnunt, ut senem. *Plin. ep. 3, 6.* Quod me, quamquam tirocinulum, sollicitavit ad emendum, *h. e.* rudem in cognitione signorum. *Suet. Ner. 21. f.* *Tirocinulus miles.* *Juven. 11, 142.* Nec frustum capreae subducere, nec latus *Afrae* Novit avis noster tirocinulus, *h. e.* rudis servulus. [*Hieron. Vit. Hilar. n. 5.* *Tirocinulus Christi. F.*]

TIROCIANUS, ynthos, f. *Τίροκος, υνθος*, oppidum Peloponnesi in Argolide, Argis vicinum, ubi *Herculem* educatum fuisse tradit *Serv. ad A. 7, 662.*, postea excisum ab Argivis. *Stat. Th. 4, 146.* suus excit in arma Antiquum *Tiryntia* Deus: non fortibus illa infucunda viris, fama que immanis alumni Degenerat. *Plin. 4, 5, 9.* Et ubi fuisse *Tiryntia* tradunt.

TIROCIANTHUS, a, um, adj. *Τίροκνθιος*, ad *Tiryntia* pertinens: et saepe de *Hercule* dicitur, et aliis ad eum pertinentibus. *Virg. A. 7, 661. et ib. 8, 228.* postquam *Laurentia* victor, *Geryone* extincto, *Tiryntius* attigit arva. *Val. Fl. 3, 133.* totusque ruit *Tiryntius* arcu. *Ov. A. Am. 1, 187.* manibusque duos *Tiryntius* angus Pressit. *Id. Met. 13, 401.* *Tiryntia* tela. *Id. Met. 7, 410.* *Tiryntius* heros. (At *Tiryntius* heros ap. *Stat. Th. 6, 489.* est *Chromis* filius *Herculis*, ut *ib. 346.* dicitur.) *Id. Fast. 2, 305.* juvenis. *Id. Met. 6, 112.* de *Jove*: *Amphitryon* fuerit, cum te, *Tiryntia*, cepit, *h. e.* *Alcmena* *Herculis* mater. *Stat. Th. 11, 45.* *Tiryntia* pubes, *h. e.* milites *Tiryntii* sub duce *Agyleo* *Herculis* filio, ut est ap. *eund. 4. a v. 146.* *Rursus Id. Sil. 4, 6, 17.* O bona nox, junctaque utinam *Tiryntia* luna! *h. e.* geminata, ut fuit, cum conceptus est *Hercules* ab *Alcmena.* *Id. ib. 2, 2, 109.* *Tiryntia* aula, *h. e.* *Herculanum* ab *Hercule* conditum. *Sil. 2, 300. et 1, 661.* *Externas* acies quatit ut, *Tiryntia* tecta, *h. e.* *Saguntum*, ab *Hercule* conditum, ut in *SAGUNTOS* dictum est. Est autem ordo; quatit *Tiryntia* tecta, ut *externas* acies. *Rursus Id. 7, 35.* *Tiryntia* gens, *h. e.* gens *Fabia*, quae originem trahebat ab *Hercule.* *V. FABII.* *Sic Id. 8, 218.* *Tiryntius* heros, *h. e.* *Q. Fabius* *Max.* cunctator: de quo *Id. 2, 3.* *Fabius*, *Tiryntia* proles. P *Tiryntii, orum*, cives *Tiryntis*, quos *Theophrast.* ap. *Plin. 7, 56, 57.* turrim primas aedificasse tradit. P Sunt qui scrib. *Tyrins*, et *Tyrinthius.*

TIS, V. TU.

*TISAEUS, sc. mons, vel *Tisaeum*, sc. *ἵος* (ad *Tisaeum* *Polyb.*), i, in Thessalia fuit. *Liv. 38, 5. extr. B. A.*

*TISAGORAS, ae, m. *Τισαγόρας*, frater *Miltiadis*, ducis celeberrimi. *Nep. Mill. 7. B. A.*

*TISAMENES, V. v. sq. *B. A.*

*TISAMENUS, i, *Τισαμενος*, rex *Argivus*, *Orestis* filius, ab *Heraclidis* expulsus. *Hyg. fab. 124. Ov. in Ibin 348.* Adde *Front. Strateg. 1, 2.* ubi ed. *Wichel. (1553.) Thyamenus.* P Reperitur et *Tisamenus. B. A.*

*TISAMENUS, V. v. sq. *B. A.*

*TISAMENUS, i, *Τισαμενος*, rex *Argivus*, *Orestis* filius, ab *Heraclidis* expulsus. *Hyg. fab. 124. Ov. in Ibin 348.* Adde *Front. Strateg. 1, 2.* ubi ed. *Wichel. (1553.) Thyamenus.* P Reperitur et *Tisamenus. B. A.*

*TISAMENUS, V. v. sq. *B. A.*

*TISANUSA, ae, f. Capriae opp., cum portu. Mela 1, 16. Plin. 5, 28. B. A.

[TISDRITANUS, a, um, adj. ad Tisdrum pertinens, Africae propriae urbem inter Thapsum et Usellam. Plin. 7, 4, 3. L. Cossicius civis Tisdritanus. Hinc Tisdritanorum, absolute, incolae illius urbis. Hirt. B. Afr. 97. Tisdritanos propter humilitatem civitatis certo numero frumenti multat. F.]

*TISIAS, ae, m. Siculus, primus rhetoricam scripsit. Cic. Or. 1, 20. med. Brut. 12. in. et Inv. 2, 2. med. Quint. 2, 16. et 17. et 3, 1. P Et sculptor eximius, de quo Plin. 34, 8. B. A.

*TISICRATES, is, insignis sculptor, Sicyonius. Plin. 34, 8. B. A.

TISIPHONE, es, f. Τισιφώνη, Aetheris et Terrae filia, secundum Hyg. praef., vel Plutonis, vel Erebi et Noctis, una ex tribus Furiis: a τίσω, punio, et φόνος, caedes, quia caedibus gaudet: vel a τίσις, ultio, et φόνος, mors. Ejus cultum Stat. Th. 1. a. v. 100. describit. Virg. A. 6, 570. Continuo sontes ultrix accincta flagello Tisiphone quatit insultans, torvosque sinistra Intentans angues, vocat agmina saeva sororum; et ib. 10, 761. Pallida Tisiphone media inter millia saevit. Id. Cat. 217. Obvia Tisiphone, serpentibus undique compta, Et flammis, et saeva quatit mihi verbera poenae. Sen. Herc. Fur. 984. Saeva Tisiphone caput Serpentibus vallata. Claud. Rapt. Pros. 1, 39. crinitaque sontibus hydrys Tisiphone. Prop. 3, 3, 62. Tisiphones atro si fuit angue caput. Ov. Met. 4, 480. Tisiphone madefactam sanguine sumit Importuna facem. Id. Her. 2, 117. Pronuba Tisiphone thalamis ululavit in illis.

TISIPHONEUS, a, um, adj. Τισιφώνεος, ad Tisiphonem pertinens. Ov. Trist. 4, 9, 5. Fac modo te damnes, cupiasque eradere vitae Tempora, si possis, Tisiphonea tuae, h. e. furialia, et scelerata, quibus mihi malum creare studuisti.

*TISSANA, ae, f. Isid. 20, 3. Tissana, zema, apozema, Graeca vocabula sunt. P Sed librariorum fortasse peccatum potius, quam ipsius auctoris barbaries, qui dedit Ptisana, ut putat Gesnerus. B. A.

*TISSAPHERNES, is, m. Τισσαφέρνης, satraps Persicus, cui filiam nuptum dedit rex Artaxerxes. Nep. Con. 3. et Ages. 2. Justin. 5, 1, 6, 1. etc. B. A.

*TISSE, es, f. opp. Siciliae, Aetnae monti vicinum, v. v. sq. P Hinc

[TISSENSIS, e, et F.]

[TISSINENSIS, e, adj. ad Tissen pertinens, Siciliae urbem, ad radices Aetnae, nunc fortasse Raudazzo, cujus ita meminit Sil. 14, 267. Venit Amastra viris, et parvo nomine Tisse. Cic. Veror. 2, 3, 38. A Tissenibus perparva civitate, sed aratoribus laboriosissimis. Plin. 3, 8, 14. eosdem vocat Tissenenses, quod fortasse mendum scriptiois pro Tissenens. F.]

TITAN, ānis, m. Τίταν, et Titanus, i, m. frater Iapeti, pater Asteris. Lactant. 2, 10. Hyg. fab. 53. Aliis Titan est Asteris maritus, ex qua genuit Hecaten. Serv. ad A. 4, 511. P Item filius Coeli et Vestae, frater Saturni, pater Titanum, seu Titanorum, qui bellum patruo in Tartessorum saltibus (ut ait Just. 44, 4.) indixerunt, ut regnum ei eriperent, et patri redderent: sed victi sunt ab Jove Saturni filio, cui post Saturnum cessit hereditario jure regia coeli. Pl. Pers. 1, 1, 26. Quid faciam? Diisne advorser? quasi Titani, cum Diis belligerem? Cic. Leg. 3, 2. f. Plato Titanum e genere statuit eos, qui ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus. Id. N. D. 2, 28. Dii cum Titanis, cum gigantibus propria bella gesserunt. Hor. Od. 3, 4, 42. scimus, ut impios Titanas, immanemque turmam Fulmine sustulerit caduco. Ov. Fast. 3, 796. dicit Titanas a Saturno immissos fuisse contra Jovem filium, qui se regno spoliaverat. Serv. ad A. 6, 580. scribit, Titanas esse filios Terrae, contra Saturnum tulisse arma, et dictos esse, από τῆς τίσιος, ab ultione: ex his unum Solem abstinuisse ab injuria Deorum, et ob id coelum meruisse. Sen. Med. 410. Titana vocat Enceladum sub Aetna sepultum. P Item filius Hyperionis, Titanis nepos: qui passim pro Sole ponitur. Tibull. 4, 1, 50. de Nestore: Vixerit ille senex quamvis, dum terna per orbem Saecula fertilibus Titan decurrerit horis. Virg. A. 4, 118. ubi primos crastinus ortus Extulerit Titan. Ov. Fast. 1, 617. Respiciet Titan actas ubi tertius idus, h. e. tertius dies post idus. P De Prometheo, qui Titanis nepos est. Juven. 14, 34. quibus arte benigna, Et meliore luto finxit praecordia Titan.

TITANES, V. in v. praec.

TITANIACUS, a, um, adj. idem ac Titanus. Ov. Met. 7, 399. de Medea: Hinc Titaniacis ablata draconibus intrat Palladas arces, h. e. qui ex Titanum sanguine nati esse dicebantur.

TITANIS, idis, f. adj. Τίτανίς, quae ad Titanas, aut Titanem pertinet. Juven. 8, 132. omnem Titanida pugnam Inter majores, ipsumque Promethea ponas. Ov. Met. 13, 968. Prodigiosa petit Titanidos atria Circes, h. e. filiae Titanis; et ib. 14, 376. et Val. Fl. 7, 212. nec durus Titanida despice Circeen. Et absolute. Ov. Ib. 14. Quanta sit herbarum, Titani, potentia, nulli, Quam mihi cognitius. Id. Tom. IV.

Fast. 5, 81. Duxerat Oceanus quondam Titanida Tethyn, h. e. filiam Coeli et Vestae, sororem Titanis, seu Titani.

TITANIUS, a, um, adj. ad Titanem, vel Titanes pertinens. Virg. A. 6, 580. Hic genus antiquum Terrae, Titania pubes, Fulmine dejecti. Sil. 12, 725. Titania bella. Val. Fl. 5, 464. tellus, h. e. Colchi, ubi Sol praecipue colebatur, et Aetes Solis filius regnavit. Alii leg. proles, h. e. ipse Aetes. Id. 4, 91. antra, h. e. ubi Sol nocte sub Oceano cubat. Ov. Met. 1, 395. Conjugis augurio Titania mota est, h. e. Pyrrha neptis Promethei, qui Titanis nepos fuit. Id. ib. 3, 173. perluitur solito Titania lympha, h. e. Diana, soror Titanis, h. e. Solis; et ib. 6, 346.positoque genu Titania terram Pressit, h. e. Latona filia Cei, qui fuit unus ex Titanibus. Ap. eund. ib. 14, 382. et 438. Titania est Circe Solis filia; et Fast. 4, 943. Luna soror Solis. P Titanus, absolute, Sol. Avien. in Arat. 127. immerso cum jam Titanus orbe imbuit, et tremulo Tartesia terga rubore. P Titanus ales ap. Claud. Idyll. 1, 7. est phoenix Soli sacra.

TITANUS, V. TITAN. Tremulus Titanus est convicium in senem, ap. Pl. Men. 5, 2, 101., ubi alii mallet Tithonus.

*TITARESUS vel Titaresus, i, m. fluvius Thessaliae, Olympum montem praeterfluens. Lucan. 6, 376. Defendit Titaresus aquas, lapsusque superne Gurgite Penei pro siccis utitur arvis. B. A.

[TITHASUS, a, um, adj. τῖθασός, mansuetus. Est cogn. R. Inscr. in Giorn. Arcad. T. 9. p. 284. P. Marcus Tithasus. F.]

TITHONAEUS, a, um, adj. ad Tithonum pertinens, ut Memnon Tithonaeus, h. e. Tithoni filius. Avien. Periég. 368. Memnon ubi Tithonaeus Suspectat roseas Aurorae matris habenas.

*TITHOES, is, rex Aegypti, labyrinthum exstruxit. Plin. 36, 13. B. A.

TITHONIS, idis, f. Τίθωνίς, Aurora uxor Tithoni. Stat. Silv. 5, 1, 34. citius Tithonida moesti Deficient rores, h. e. lacrimae, quibus Aurora Memnonem filium ad Trojam occisum deslet.

TITHONIUS, a, um, adj. ad Tithonum pertinens, ut Tithonia conjux, h. e. Aurora. Ov. Fast. 3, 403. quae et Tithonia absolute dicitur a Val. Fl. 1, 311. et 3, 1. et a Stat. Th. 12, 3. senectus, Stat. Silv. 4, 3, 151.

TITHONUS, i, m. Τίθωνός, filius Laomedontis, frater Priami. Serv. ad A. 1, 493. fratrem Laomedontis facit. Cum juvenis esset et decorus, ab Aurora, ut fabulae ferunt, dilectus et raptus fuit, ex qua Memnonem genuit. Virg. A. 4, 585. Tithoni croceum linquens Aurora cubile. P Immortalitatem impetravit a Diis, non tamen caruit infelici senecta. Hor. Od. 2, 16, 30. Longa Tithonum minuit senecta. P Audita Memnonis filii morte, in cicadam versus est. Id. ib. 28, 8. Tithonusque remotus in auras.

*TITHRONE, es, f. opp. Phocidis. Plin. 4, 3. ed. Hard. ubi ed. Elzev. habet Trichone. B. A.

[*TITHYMALIS, idis. V. v. sq.]

TITHYMALUS, i, m. et f. τῖθυμάλος, planta, quam Latini herbam lactariam appellant, alii lactucam caprinam (marinam dicunt Cels. 5, 7. et Appul. Herb. 108.), narratque, lacte ejus inscripto corpore, cum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere litteras. Genera ejus multa, quae enumerat, ac describit Plin. 26, 8, 39. et sqq., simulque singulorum vires et utilitates in medicina. [*Wolfsmilch, Euphorbia, L.] Eorum unum appellatione feminina tithymalis, idis, τῖθυμάλις, dicitur. [*Euphorbia paralias, L.] Id. ib. 41. P Scribitur et Tithymalus. Seren. Sammon. 46, 841. Aut tithymallus atrox vulnus contrita perungit; et 64, 1106. Et tithymalus item tali satis apta medela.

TITHIALIS, e, adj. Titiensis. Inscr. ap. Grut. 304, 9. Caecilio Feroci kalatori sacerdoti Tithialium Flavialium, etc. h. e. sacerdotum institutum in honorem Vespasiani et Titi Imp. ex gente Flavia.

TITIĀNUS, a, um, adj. ad Titium aliquem pertinens. Afr. Dig. 23, 3, 50. et Paul. ib. 45, 1, 85. f. Titianus fundus. P Charis. 1, 73. a Tito derivat. Titus, inquit, ut lupus. Thermas Titinas, ut pelles lupinas, non dicimus, sed Titianas.

TITIENSIS, e, adj. Sodales Titienses iidem sunt, qui sodales Titii. V. TITIUS. Inscr. ap. Mur. 299, 5. Septemviro epuloni, sodali Titiensi, etc. P Titienses dicti sunt vel turba equitum, vel tribus ex Sabinis hominibus a Romulo instituta. Titiensis tribus, inquit Fest., a praenomine Tatii regis appellata videtur. Liv. 1, 13. Eodem tempore et centuriae tres equitum conscriptae sunt: Ramnenses ab Romulo, ab Tito Tatius Titienses appellati. Lucrum nominis et originis causa incerta est. Id. 10, 6. Ut tres antiquae tribus, Ramnenses, Titienses, Luceres, suum quaeque augerem habeant. Adde Ov. Fast. 3, 131. Sed Varr. L. L. 4, 9, 14. et 16. appellat Tatiensem, nempe a nomine Tatius, ut Titiensis est a Titius. V. TATIENSES.

TITIES, iidem qui Titienses, h. e. tribus, aut equitum turma ex Sabinis hominibus instituta a Romulo, et a Titi Tatii eorum regis praenomine appel-

lata. Prop. 4, 1, 31. Hinc Tities, Ramnesque viri, Luceresque coloni. In quibusdam libris legitur Titiens inserto n, ut in totiens etc.

TITILLAMENTUM, i, n. idem ac titillatio. Fulg. Myth. 2, 18. Tantalus, cui fallax aqua gulosis labia titillamentis attingit.

TITILLATIO, onis, f. τῖτῖλλισμός, actus titillandi. Cic. N. D. 1, 40. med. At has leviores ducis voluptates, quibus quasi titillatio (Epicuri enim hoc verbum) sensibus adhibetur. Id. Sen. 14. At non est voluptatum tanta quasi titillatio in senibus. Hieron. ep. 52. n. 3. Adolescentia inter incentiva vitiorum, et carnis titillationes, quasi ignis in lignis viridibus, suffocatur.

TITILLATUS, a, um, part. a titillo. Auson. epigr. 108, 16. Titillata brevi cum jam sub fine voluptas Fervet, et ingesto peragit ludibria morsu. Tert. Pud. 22. med. Mulier titillatam prosternens carnem. P Translate. Capell. 2, 42. Femina nulla prorsus invidia titillata.

TITILLATUS, us, m. titillatio. In sexto casu sing. Plin. 11, 37, 77. de membrana praecordiorum, h. e. septo transverso: In eadem praecipua hilaritatis sedes: quod titillatu maxime intelligitur alarum.

TITILLO, as, a. i. τῖτῖλλω, est levi attractione alarum, aliarumve mollium corporis parium risum cuiquam movere: a τῖλλω, vello, seu vellicio, geminatione primae syllabae. Nam ex levi vellicitatione, sive tractatione provenit titillatio. [*Aliam hujus v. derivationem habet Doederl. 3, 1. qui a tigtigulo contractum putat titillo; ita ut in tetigisse prima verbi origo quaerenda sit.] Lucr. 2, 429. quae Titillare magis sensus, quam laedere possunt, h. e. quae nec omnino laevia sunt, nec omnino aspera, sed angelis paulum prostantibus. P Per translationem accipitur pro commovere, provocare, blandiri. Cic. Fin. 1, 11. f. Nam si ea sola voluptas esset, quae quasi titillaret sensus, ut ita dicam, et ad eos cum suavitate afflueret. Id. Off. 2, 18. med. Multitudinis levitatem voluptate quasi titillantes. Hor. Sat. 2, 3, 179. Praeterea ne vos titillet gloria.

*TITILLOSUS, a, um, adj. τῖτῖλλος ἔχων Gloss. Gr. Lat. i. e. qui nimis facile a quocumque tactu ridet. B. A.

TITILLUS, i, m. titillatio. Imp. Constant. Cod. Theod. 8, 5, 2. Flagrum, ejus in cuspide infixus brevis aculeus pigrescentes artus (animalis publici) innoxio titillo poterit admonere.

*TITINIA, ae, f. uxor Cottae, pro qua contra Serv. Naevium dixit M. Cicero. Cic. Brut. 60. B. A.

TITINIUS, ii, m. nomen proprium veteris poetae Latini, comoediarum togatarum scriptoris, cujus plurima fragmenta ad nos pervenerunt per Nonium, Charisium, Priscianum, Servium, aliosque servata. [Sunt qui perperam Titinnius scribunt, et a verbo titinnio pro tintinnio deducunt; sed unica littera n scribendum esse hujusmodi nomen, arguunt tum nummi G. Titinae ap. Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 325., tum locus Sereu. Sammon. 59, 1043. Praeterea si forte premit strix atra puellos, Virosa immulgens exsertis ubera labris, Allia praecipit Titini sententia necti, Qui veteri claras expressit more togatas. Hujus porro nominis etymon B. Borghesius in N. Franck. de Fast. cons. T. 2. p. 93. recte deducit a praenomine Titus, cum certo constet, plura alia praenomina ab eodem fonte fuisse derivata, ut a Publio est Publicius, a Marco est Marcius, a Sexto est Sextus, etc. F.]

TITINNIO, V. TINTINNIO.

TITIO, onis, m. δαίλος, torris, lignum adustum, quod ab igne extrahitur. Lactant. 4, 14. med. Titionem vulgus appellat extractum furo torrem semiustum, et extinctum: extinctum intellige sine flamma: nam sive ignem habeat, sive non, titio est. Varr. ap. Non. 2, 874. et 4, 184. A novo marito cum item e foco in titione ex felici arbore ignis, et in aequali aqua allata esset. Cels. 2, 17. Extincti titiones, involutique panniculis. Appul. Met. 7. f. Ardentem titionem gerens. Adde Hyg. fab. 171.

TITIVILLITIUM, ii, n. vox est nullius significationis, inquit Festus, ut apud Graecos βλῖνσι, et οκνιδάσις. At Fulg. de prisco serm. n. 20. titivillitium dici voluerunt fila putrida, quae de telis cadunt: quasi textivillitium, a texo et villus. Pl. Cas. 2, 5, 39. Non ego istuc verbum emissim (empsitem habet Fest.) titivillitio. M. Cornutus ap. Fulg. ib. Titivilles, Flacce, do tibi. [Gronovius compositam vocem putat ex Titi, nomine proprio pastoris, vel caprarii, qui ex ovibus vel capris male curatis villitium, h. e. villos pro lana colligere solitus esset: mox ap. M. Cornutus legit Titi villos pro Titivilles. F.]

TITIUS, ii, m. nomen fuit cujusdam incompositae saltationis, et gesticulationis, de qua ita Cic. Brut. 62. f. Sextus Titius homo loquax sane, et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi Titius nomen esset. P Est autem Titius nomen R. gentil. ut supra. Sex. Titius. P Adjective etiam Titium atrium memorat Liv. 39, 44. a nomine possessoris dictum. P Titia lex non una fuit. Unam refert Cic. Mur. 8., sed qua de re, et a quo lata sit, non constat. Id.

Leg. 2, 6. leges Titias et Appulejas memorat, quae videntur agrariae fuisse. Alia fuit de muneribus, nequis pecuniam donumve ob causam orandam accipiat, ut est ap. Tac. A. 11, 5., sed ibi plerique omnes leg. Cincia pro Titia. Videtur tamen designari ab Auson. epigr. 89. de Jcto: Scatiniam metuens non metuit Titiam: nempe accipiebat ille a moechis uxoris, quod lex Titia non vetabat, non a clientibus, quod illa cavebat. Alia fuit lata a Sex. Titio trib. pleb., ut vectigal agris publicis assignatis impositum quaestor colligeret. Val. Max. 8, 1. damnat. n. 3. Videtur hic esse idem, a quo saltationis genus nomen habuisse supra diximus. Alia fuit de lusu, nequis in pecuniam luderet, sponsionemve in ludo, nisi qui virtutis causa susceptus esset, faceret. Hanc memorat Mart. Dig. 11, 5, 3. Denique alia fuit de tutoribus in provinciis a praeside dandis. V. ATILIA. P. Titii sodales retinendis Sabinorum sacris quondam instituti sunt a Tito Tatio rege, ut ait Tac. A. 1, 54., et a Romulo post ejus mortem ad colendam memoriam confirmati. Id. H. 2, 95. De his Lucan. 1, 602. Septemvirque epulis festis, Titique sodales. Adde Inscr. ap. Grut. 19, 4, 243, 5. et 7., 305, 1. et 2. etc. Hos Varro L. L. 4, 15. non a Tito Tatio, sed a Titii avibus dictos docet, quas ii in auguriis certis observare solebant, ceteri augures non solebant. V. TITUS. P. Titia curia itidem a Tito Tatio dicta est, teste Festo in Titiensis.

TITUBANS, antis, part. a titubo: ὑποπερόμενος, vacillans. Cic. Dom. 54. Nedum valeat id, quod imperitus adolescens mente ac lingua titubante fecisse dicatur. Or. Met. 4, 26. de Sileno: Quique senex ferula titubantes ebrius artus sustinet. Id. ib. 11, 90. Silenus titubans annisque meroque. Id. Fast. 6, 677. convivae valido titubantia vino Membra movent. P. Translate. Pl. Ps. 1, 1, 42. Lacrimans titubanti animo, corde, et pectore.

TITUBANTER, adv. παραπόρος, θολερῶς, inconstanter. Cic. Coel. 7. Posuistis enim, atque id tamen titubanter et strictim, conjurationis hunc propter amicitiam Catilinae participem fuisse. Auct. ad Her. 4, 41. Titubanter et inconstanter de aliqua re loqui.

TITUBANTIĀ, ae, f. idem ac titubatio. Suet. Vit. 6. De hac tulit marem titubantia oris prope mutum et elinguem. Id. Claud. 30. Titubantia linguae.

TITUBATIO, onis, f. actus titubandi. Auct. ad Her. 2, 8. f. Ut ne parvula quidem titubatione, aut offensione impediremur. Macr. Sat. 7, 6. med. Titubatio linguae.

TITUBATUS, a, um, part. a titubo: περιπερόμενος. Passive. Virg. A. 5, 331. Ille juvenis jam victor ovans vestigia presso Haud tenuit titubata solo: ἀελλήσμε.

TITUBO, as, avi, atum, n. 1. παρατρέφωμαι, πείνω, ἀπάλλομαι, instabilis sum, insistere nequeo, trepido, subinde haereo, vacillo: et proprie de pedibus et lingua dicitur. [*Discrimen inter h. v. et vacillare, nutare, labare, exposuit Doederl. 3, 62.] Cic. Coel. 28. Quaero, cur Licinium titubantem, haesitantem, cedentem, fugere conantem mulieraria manus ista de manibus emiserit? Phaedr. 4, 14. irrigatus multo venas neclare, Sero domum est reversus titubanti pede. Cic. Fl. 10. Testes, si verbo titubarint, quo revertantur non habebunt. Or. Met. 3, 607. Ille mero somnoque gravis titubare videtur, Vixque sequi. Id. A. Am. 1, 597. Ebrietas ut vera nocet, sic ficta juvabit. Fac, titubet blaeso subdola lingua sono. Sen. Herc. Oct. 1599. Lassus an pondus titubavit Atlas? h. e. quod attinet ad pondus. Hellenismus. Pall. 1, 9. Solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremorem fabricae titubantis excutiat. P. Transfertur ad animum. Nep. Eum. 9. Hic omnibus titubantibus, et de rebus summis desperantibus. Eumenes ait, etc. Sen. Med. 937. Quid, anime, titubas? et Hor. Ep. 1, 13, 19. cave, ne titubes, mandataque frangas. Ter. Haut. 2, 3, 129. Verum illa ne quid titubet. P. Passive impersonaliter. Pl. Mil. 3, 3, 70. Ne quid, ubi miles venerit, titubetur. Cic. Or. 3, 50. Versus aequae prima et media et extrema pars attenditur: qui debilitatur, in quacumque sit parte titubatum. P. [*De etym. hujus verbi nihil certi proferri potest. Duplicem quidem conjecturam proponit Doederl. 3, 60. sq. unam: posse syllabam ti pro radice accipi, tuboque eadem ratione terminationis locum tenere, ut, in statuo, fatuo; in quibus elisio litterae b non magis offenderet, quam in oriundus, etc. Alteram: posse etiam tub fundamenti loco haberi, et ti reduplicationis genus esse, ita ut duo, dubius primam fortasse originem facerent, cujus saltem rei vestigia cognatio sensus in vv. titubanter et dubitanter praebere videretur. Sed pari verisimilitudine etiam stupere et titubare uno cognationis nomine comprehendere posse.]

TITULATUS, a, um, part. a titulo: titulo instructus, insignitus. Pomp. ap. Non. 1, 68. Mulier ubi aspexit tam mirifice titulata truem. V. TRUA f. Vet. Schol. ad Juven. 6, 459. Magnarum gemmarum elencho, quos et titulos appellant. V. ELENCHIUS.

TITULCIA, ae, oppidum Hispaniae Tarraco-

nensis, inter Complutum ac Toletum. Anton. Itin. B. A.

[TITULLUS, a, um, adj. dimin. Titi. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1507, 7. T. Tanejus Titullus. Alia ap. Maff. Mus. Ver. 417, 7. Numeria Titulla. Adde Mart. 8, 44. F.]

TITULO, as, a. 1. titulum seu nomen indo. Tert. adv. Jud. 9. med. Magos quoque Samaritanorum appellatione titulavit. Id. Anim. 13. Animae nomine totius hominis mentio titulata est. Id. Carm. de Judic. Dom. 2. Et vernas roseis titulabit floribus aurās, h. e. ornabit, et quasi titulo insignes faciet. [Capell. 1, 15. f. Licet per zodiacum tractum nonnulli (Dii) singulas, vel binas domos animalibus titularint. F.]

TITULUS, i, m. ἐπιγραφή, χαρῆκη, inscriptio, nota, index, elogium, quo res dignoscitur, et quid valeat, contineat, cujus sit, cur facta sit, monstratur, ut titulus sepulcri, aedium, libri, statuae, picturae, et hujusmodi. Voluit esse diminutivum a Titus praenomine R., quod a τῆρος, honoratus, a τῶ: quia honor et pretium suum rebus a titulo accedit. Or. Rem. Am. 1. Legerat hujus Amor titulum nomenque libelli. Plin. ep. 5, 13. Materiam ex titulo cognoscere: cetera liber explicabit. Colum. praef. 9. Tituli, quem scripsimus huic disputationi, ratio reddita est. Suet. Dom. 10. Patremfamilias detractum et spectaculis in arenam, canibus obiectum, cum hoc titulo: Impie locutus parmularius, h. e. elogio. Mart. 13, 3. Adhuc per titulos sua nomina rebus habebis, h. e. lemmata. Or. Met. 9, 791. dant munera templis: Addunt et titulum: titulus breve carmen habebat. Id. Trist. 4, 2, 20. Ergo omnis poterit populus spectare triumphos: Cumque ducum titulis oppida capta leget. Juven. 5, 34. (vinum) cujus patriam titulumque senectus Delevit multa veteris fuligine testae, h. e. pittacium. Suet. Dom. 5. Plurima et amplissima opera incendio absumpta restituit: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristini auctoris memoria. Liv. 28, 46. f. Aram condidit dedicavitque, cum ingenti rerum ab se gestarum titulo. Juven. 6, 123. titulum mentita Lycisciae, h. e. proscibens in foribus fornicis, illic prostrare Lyciscam, cum esset Messalina. Prop. 4, 5, 51. Aut quorum titulus per barbara colla pependit, h. e. servi venales, qui praeferebant tabellam indicantem, quid valeret, quo vitio laborarent, et hujusmodi, ut cautum fuit edicto aedilicio, quod Gell. 4, 2. recitat. P. De aedibus conducticiis aut venalibus. Plin. ep. 7, 27. med. Domus proscibebatur, seu quis emere, seu quis conducere vellet. Venit Athenodorus, legit titulum, auditoque pretio, etc. et Or. Rem. Am. 301. nec ea contenta rapina, Sub titulum nostros misit avara lares, h. e. cogit me aedes venales proscibere proposito titulo, scil. tabella, qua pretium indicabatur. Sic Tibull. 2, 4, 53. Quin etiam sedes jubeat si vendere avitas, Ite sub imperium, sub titulumque lares. P. Translate. Or. A. Am. 2, 625. At nos nocturnis titulos imponimus actis, h. e. quasi adjecto titulo omnibus noscenda proponimus. P. De epigraphe sepulchrali. Plin. ep. 6, 10. Post decimum mortis annum reliquias neglectae cinerem sine titulo, sine nomine jacere. Id. ep. 9, 19. Victuri nominis famam supremis etiam titulis prorogare. Juven. 6, 239. Titulo res digna sepulchri. Inscr. ap. Mur. 863, 1. D. Valer. Pastor Eq. Publ. heres titulum fecit: (in hac, et in sequentibus, potest significare etiam ipsum sepulchrum cum titulo: quod et in aliis lapidibus non paucis observavi.) Alia ap. eund. 856, 2. Ego filiis titulum posui, quod mei mihi filii debuerunt. Alia ib. 913, 4. Flavia Nice conjunx B. M. titulum cum valvis aeneis D. S. P. P. Huc pertinet formula titulo usus, quae legitur in aliquot vetustis lapidibus, quaeque idem significat ac illae titulo honoris usus (Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 145, 1.) vel honore usus impensam remisit (Alia ap. eund. 422, 1.), vel honore decreti usus impendium remisit, et statuam de suo posuit (Alia ap. Grut. 445, 6.). Hic vero formulis indicatur is, qui inscriptionem lapidi apposuit, usus quidem fuisse causa et facultate statuae in sui alteriusve honorem erigendae, remisso tamen civitati vel collegio, cujus jussu ea posita est, impendio, si bique tantum reservato. Inscr. ap. Grut. 458, 8. L. Postumio P. F. Fab. Fuscino Eq. Publ. pontifici ordo piissimus funus publicum et statuam equestrem auratam decrevit, P. Postumius Marianus curator reipubl. Augustan. Taur. pater titulo usus. Alia ap. eund. 1091, 11. Bedusiae Q. F. Justae collegia Fabr. et Centonarior., Q. Lucretius Amianus maritus titulo usus; et 322, 1. Aemiliae C. F. Aequae Sacerd. divae Plotinae Coll. Cent. titulo usa; et 390, 7. C. Claudio C. F. Fab. Sabiniano equo publico collegia Fabr. et Cent., titulo usus; et 419, 7. Pietati Hostiliae Hostilianae VI. vir. Aug. socii primae benemerenti T. V. h. e. titulo usae. Alia ap. Don. cl. 9. n. 10. L. Antestio L. F. Fab. Sabino equo publico, VI. vir. Quinq., patrono Colleg. Fabr., titulo usus. Rem porro conficiunt binae Inscr. ap. Grut. 471, 1. et 2., in quarum quidem prima P. Statio P. F. Fab. Paulo Postumio juniore, etc. mox additur titulo usus D. D.; in altera eidem P. Statio P. F. Fab. Paulo, etc. additur P. Cominius Aufilenus Minicianus optimo

ac rarissimae fidei amico. Ex his evincitur, priorem quidem statuam cum inscriptione positam fuisse P. Statio ex decreto decurionum, cujus tamen impensam ipse P. Statio decurionibus remisit, ac de suo solvit; alteram vero eidem P. Statio a P. Cominio, et ipsius Cominii impensis, statutam fuisse. P. De brevi scriptura, aut voce indicante honores, magistratus, res gestas, quibus homo clarus habetur, et nobilis: item de ipsis honoribus. Cic. Pis. 9. Qui tanquam truncus atque stipes, si stettisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus. Hor. Od. 4, 14, 1. Quae cura patrum, quaeve Quiritium Plenis honorum muneribus tuas, Auguste, virtutes in aevum Per titulos memoresque factos Aeternet? Tibull. 4, 1, 33. At tua non titulus capiet sub nomine facta: Aeterno sed erunt tibi magna volumina versu. Hor. Sat. 1, 6, 17. Qui stupet in titulis, et imaginibus. Prop. 4, 11, 32. Et domus est titulis utraque fulta suis. Lucan. 8, 73. Femina tantorum titulis insignis avorum. Or. Fast. 2, 15. At tua prosequitur studioso pectore, Caesar, Nomina, per titulos ingredimurque tuos; et ib. 1, 601. quidam celebres aut torques adeptae, Aut corvi titulos auxiliari habent, h. e. Torquati, aut Corvini cognomen habent. Id. Met. 7, 56. Magna sequar: titulum servatae puppis Achivae, etc. Juven. 11, 86. Cognatorum aliquis titulo, ter consulis, atque Castrorum imperiis, et dictatoris honore Functus. Id. 8, 240. Tantum igitur muros intra toga contulit illi Nominis et tituli. De Cicerone loquitur, quem Roma patriam patriae dixit. Or. Met. 4, 643. Tempus, Atla, veniet, tua quo spoliabitur auro Arbor: et hunc praedae titulum Jove natus habebit; et Liv. 28, 40. Et sicut penes C. Lutatum Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te hujus fuerit. Or. Her. 7, 75. Nec mihi parcatur: puero parcatur Iulo. Te satis est titulum mortis habere meae. P. Ironia est in illo ejusd. Fast. 6, 190. de T. Manlio: Vixit, ut occideret damnatus crimine regni: Hunc illi titulum longa senecta dabat. P. Titulus, dignitas, nobilitas, clarus sanguis. Stat. Silv. 2, 7, 62. Tu castae titulum decusque Pollae Jucunda dabis allocatione. P. Nonnunquam est causa, praetextus, species. Liv. 36, 17. f. Illud proponere animo vestro debetis, non vos pro Graecia libertate tantum dimicare: quamquam is quoque egregius titulus esset, etc. Id. 37, 54. Licet vobis meminisse, quem titulum praetenderitis adversus Philippum belli. Or. Sat. 2, 3, 212. prudens scelus ob titulos admittis inanes. Vell. 2, 45. Clodius sub honorificentissimo ministerii titulo M. Catonem a republica relegavit. Plin. ep. 2, 11. f. Ipse probatur accepisse sestertium decem millia, foedissimo quidem titulo, nomine unguentarii, qui titulus a vita hominis compta semper et punicatis non abhorrebat. Just. 5, 1. Et erat hic quidem titulus cum Graecis coeundi, re autem timebat, ne, etc. Id. 9, 7. med. Olympias, audita regis nece, cum titulo officii ad exsequias ecurrisset, in cruce pendens Pausaniae capiti coronam auream imposuit. Id. 3, 3. Statim, titulo ferendi socii auxiliarii, bellum adversus Philippum decernitur. P. Item nomen, appellatio. Cic. Tusc. 5, 10. Dicant, semper beatum esse sapientem. Quod si titulus hic delectat, insignis et pulcher, Pythagora, Socrate, Platone dignissimus, inducant animum, etc. Or. Her. 6, 100. titulo conjugis uxor obest. Just. 12, 11. Insignis haec munificentia non summa tantum, verum etiam titulo muneris fuit. P. Item index, signum. Petr. Sat. 55. Ciconia, avis exsul hiemis, titulus tepidi temporis. P. Tituli, milites appellantur, quasi tutuli, quod patriam tuerentur, unde et Titi praenomen ortum est: Festus. P. [Etiam neutro genere usurpatur. Inscr. ap. Fabrett. p. 8. n. XLVII. Amphio mi frater hoc titulum posuit. F.]

TITURIANUS, a, um, adj. ad Titurium pertinet, quod est nomen propr. R., ut Tituriana clades, Suet. Caes. 67. V. Caes. B. G. 5, 26. et sqq.

TITURNIUS, i, m. nomen proprium Romanum; ut M. Titurnius Rufus, de quo Cic. Fam. 13, 39. P. Titurnius, a, um, adj. Id. ib. Titurnia familia. B. A.

TITUS, i, m. praenomen Rom., quod Fest. dicit ait, quasi titus a tuendo. V. TITULUS. Auct. de nomin. ratione, e Sabino nomine Titurio fluxisse tradit: alii a τῶ, honore, unde τῆρος. P. Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Grut. 532, 1. M. Ulpius Titus. P. Item nomen avis, scil. columbae agrestis, teste Isid. Or. 12, 7. med., quae et titia avis dicitur a Varr. L. L. 4, 15. Hanc laudat Isid. a castitate: alii contra salacem valde esse affirmant.

TITYRUS, i, m. τίτρος, animal ex ove et hircu genitum, ut musico est ex capra et ariete. Alii est aries major, Laconum lingua: alii hircus lingua Afrorum: alii satyrus: item cercopithecus: item calamus, avena: item otiosus, quae notiones Graecorum sunt. Eugen. Tolet. Carm. 22. in Anth. Lat. T. 2. p. 453. Burm. Tityrus ex ovibus oritur, hircoque parente. P. Pastoris nomen celebre Virgilii carminibus Bucolicis, quibus etiam nomen dedit. Or. Am. 1, 15, 25. Tityrus, et

Segetes, Aeneiaque arma legentur, Roma triumphati dum caput orbis erit. P. Ipse Virgilius. Prop. 2, 25, 72. Huic licet ingratae Tityrus ipse canat. P. Quilibet rudis pastor. Virg. Ecl. 8, 55. Certent et cyenis ululae: sit Tityrus Orpheus.

TITYUS, i, m. Τιτυός, filius Jovis ex Elara filia Orchomeni, quam praegnantem Juppiter, timens Junonis iram, occultavit in terram, ex quo factum est, ut nascens puer ex terra natus videretur. Cum ad integram aetatem pervenisset, tanta magnitudinis gigas evasit, ut jacens novem jugera occuparet. Aliquando captus amore Latoniae Apollinis matris, eam de stupro interpellavit. Quamobrem Apollo iratus, sagittis ipsum confodit, et apud inferos religavit, ejusque jecur vulturibus lancinandum apposuit, hac lege, ut consumptum renasceretur illi, et sic nunquam vultures a disperendo cessarent, nec ipse a patiando. Virg. A. 6, 595. Nec non et Tityon terrae omniparentis alumnum Cerere erat. Ov. Pont. 1, 2, 41. Sic inconsumptum Tityi, semperque renascens Non perit, ut possit saepe perire, jecur. Tibull. 1, 3, 75. Porrectusque novem Tityus per jugera terrae Assiduas atro viscere pascit aves. Servius ad Virg. l. c. hac fabula amorem et libidinem significari ait. V. HEPATARIUS.

T L

*TLEPOLĒMUS, i, Τληπόλεμος, Herculis filius ex Asyocho Phylae filia, Polyxus maritus. Ov. Met. 12, 537. Unus fuit de prociis Helenae, et ad Trojam una cum ceteris Graecis expugnatum ivit, teste Hygin. fab. 81. et 97. B. A.

*TLOS, Τλως, Lyciae oppidum. Plin. 5, 27. B. A.

T M

TMARIUS, a, um, adj. Τμάριος, ad Tmarum pertinens, qui est mons Epiri cum nemore, centum fontibus nobilis, prope Dodonam, ubi et quercus, et columbae fatidicae fuisse dicuntur, et Jovis Dodonaei templum. Claud. B. Get. 18. caeso Tmarii Jovis argure luco, Arbore praesaga, fabulas animasse loquaces. P. Ipse mons Tomarus dicitur a Plin. praef. 4. Graece et Τόμαρος, et Τομοδος, et Τμάριος, et Τμάρος.

TMESIS, is, f. τμησις, species hyperbatii, qua aliqua vox, praesertim composita, dividitur, et inter utramque partem alia interponitur. Virg. G. 1, 381. septem subjecta trioni, pro septentrioli. Id. A. 1, 416. Et multo nebulae circum Dea fudit amictu: pro circumfudit. Ubi Servius: Figura tmesis est, quae fit, cum secto uno sermone aliquid interponimus. Sed hoc tolerabile est in sermone composito: ceterum in simplici nimis est asperum, quod tamen faciebat antiquitas, ut (Ennius) Saxo cere comminuit brum. P. Oratores etiam hac figura utuntur. Cic. Sext. 31. med. Quod iudicium cumque subierat, damnabatur. V. CEREBRUM.

TMOLITES, ae, m. et is, m. [et Timolites, ae, qui ad Tmolum seu Timolum pertinet, montem, et urbem cognominem Lydiae, quae nunc Baz-Daghi dicitur, ita appellata a Tmolo Martis filio, ut Plutarch. in Flumin. in Pactol. tradit. F.] Plin. 14, 7, 9. Nec Tmoliti per se gratia, ut vino, sed cuius dulci admixto reliquorum suavitate accipiat, simul et aetatem, quoniam vetustiora protinus videntur. Vitr. 7, 3. Sed animadvertimus, Lydiam Tmoliten, Siciliam Mamertinum, Campaniam Falernum (vinum) procreare. Cic. Fl. 3. Timolites ille vicinus. Plin. 5, 29, 30. hujus orbis cives vocat Mesotimolitas, quod nempe in medio monte Tmolo habitabant.

TMOLIUS, a, um, adj. ad Tmolum pertinens. Ov. Pont. 4, 15, 9. Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos. Virg. G. 2, 97. Sunt et Ammineae vites, fortissima vina, Tmolius assurgit quibus, et rex ipse Phanaeus: subaudi mons. Sunt qui putant Virg. Graecam vocem οἶνος in mente habuisse: et ad eam τὸ Tmolius retulisse. V. similem loquendi rationem in ABROTONITES.

TMOLUS et Timolus, i, m. Τμολός, mons Phrygiae Magnae, in confinio Lydiae, ad fl. cognominem, in agro Trallensi, et Sardensi, vitibus consitus. Inter alia crocum plurimum gignit. Ex eo Pactolus amnis profluit, aureas arenas ferens. Or. Met. 11, 150. riget arduus alto Tmolus in ascensu, clivoque extensus utroque Sardibus hinc, parvis illinc finitur Hypaepis. Id. ib. 6, 15. Deseruere sui Nymphae vineta Timoli. Plin. 5, 29, 30. Celebratur Lydia maxime Sardibus in latere Tmoli montis, qui antea Timolus dicebatur. Virg. G. 1, 56. nonne vides, croceos ut Tmolus odores, India mittit ebur, molles sua tura Sabaci? P. Est et fluvius eo nomine, ex ipso monte nascens, et in Maeandrum influens: in quo solum inveniri lapidem, quem cotinulam appellant, auctor est Theophrastus ap. Plin. 33, 8, 43. P. Sunt qui scrib. Tymolus.

T O

*TOANI, orum, populi Arabiae, quorum meminit Plin. 5, 28. B. A.

*TOCHARI, orum, Τόχαροι, populi Asiae, trans Caspium mare. Plin. 6, 17. V. et Dionys. Perieg. 752. B. A.

[TOCITES, ae, m. ita appellatur herba aristolochia ap. Appul. Herb. 19. Videtur esse a τοκίης, quod a τίκω, pario. Bail.]

*TOCOLOSIDA, oppidum Mauritaniae Tingitanae. Anton. Itin. B. A.

TOCULIO, vel Toculio, onis, m. τοκυλίωπος, parvus fenerator: a τόκος, usura. Cic. Att. 2, 1. extr. Neque enim ista tua negotia provincialia esse putabam, neque te in toculionibus habebam, h. e. non putabam, te esse in iis, qui usuram exercent, pecuniam cum fenore exigentes a provincialibus. Utitur autem Cic. verbo a Graeca lingua derivato, quia ad Atticum scribit Graecae linguae studiosissimum. In quibusd. libris legitur decurionibus, quod sane mendosum videtur.

[TODILLUS, vel Todinus, a, um, adj. ad todum, seu todillum pertinens, parvam quandam avem, de qua ita Festus in Todi. Aves parvae, quarum meminit Plautus in Syro: Cum exstritis (al. extortis) talis, cum todillis crusculis. Haec eadem fere habet Id. in Succrotilla. Hinc B. Borghesius in Giorn. Arcad. T. 15. p. 306. seu Dec. numism. 7. oss. 2. hujusmodi avem deprehendere sibi visus est in nummo ap. Morell. Thes. fam. R. tab. 6. incert. n. l., cui subscriptum est TOD., quibus litteris cognomen Todillus indicari videtur, iis proprium, qui brevibus cruribus praediti sunt. Illa eadem Plauti verba habentur ap. Prisc. 3, 611., sed Aug. Krehlius in sua Prisciani editione pro todillis legit ex MS. todinis, et hanc refert notam interlinearem ibidem repertam: Todus genus parvissimae avis tibias habens perexignas. V. SCHOENICULAS. F.]

TOECHARCHUS, i, m. τοιζαρχος, qui in navi praest remigibus, τοιζος enim dicitur de lateribus navis, ubi sunt remiges. Hyg. fab. 14. f. de Argonaut: Toecharchi autem fuerunt Zetes et Calais Aquilonis filii. Scheff. s. f. l. 4. de mil. nav. legit tucharchi, quod si aliquando in u. Latinum transeat.

TOFACĒUS et Tofacius, et Tophaceus, a, um, adj. τῶφακος, qui ex tofo est. Plin. 17, 7, 4. Est argilla alba, rufa, columbina, argillacea, tofacea, arenacea. Pall. 9, 9. Structus lapide tofacio.

TOFICIUS et Tophicius, a, um, adj.

TOFINUS et Tophinus, a, um, adj. qui est ex tofo, τῶφος. Capitol. Maxim. 6. Lapidis toficios friare. Suet. Claud. 21. Circo marmoreis carceribus, auratisque metis, quae utraque et tofina, ac lignea ante fuerant, exulto.

TOFOSUS et Tophosus, a, um, adj. idem quod tofaceus. Sidon. ep. 3, 13. Verruca humore tofosa.

TOFUS, i, m. τῶφος, lapis cavernosus, et scaber, qui facile in arenam resolvitur. Pro eo etiam tophus scribitur, quasi plane Graecum sit. Virg. G. 2, 214. Et tofus scaber, et nigris exesa chelydri Creta. Plin. 17, 4, 3. Nam tofus scaber natura friabilis. Id. 36, 22, 48. Tofus aedificiis inutilis est mortalitate materiae. Vitr. 2, 7. In Campania ruber, et niger tofus in Umbria, et Piceno, et Venetia albus, qui etiam serra dentata, ut lignum, secatur. Or. Met. 8, 561. Pumice multicaevo, nec laevibus atria tophis Structa subit; et ib. 3, 159. de antro: nam pumice vivo, Et levibus tophis nativum duxerat arcum. Stat. Silv. 4, 3, 52. de via Domitiana: Illi saxa ligant, opusque textunt Cocto pulvere sordidoque topho. Front. Aquaed. 122. Pilae topho extractae.

TOGA, ae, f. τήβεννος, τήβεννα, exterior vestis communis omnium Romanorum, tum nobilium, tum ignobilium, tum locupletum, tum inopum. Unde togatam gentem pro Romanis posuit Virg. A. 1, 285. atque hinc carebant togae jure, quibus aqua et igni interdictum erat, ut docet Plin. ep. 4, 11. Dicta est a legendo, tum quia totum tegebant corpus, tum quia aliis interioribus vestibus superinjiciebatur: tum etiam quia olim straguli vice lectos ea sternebant, ut dicere videtur Varr. ap. Non. 14, 25. Hinc est ut togam pro tecto etiam usurpaverit Titinius ap. eund. 1, 3., quae tamen notio jam obsolevit. Igitur toga vestis fuit rotunda, et usque ad pedes demissa, clausa, et sine manicis, quae uno conceptu totum corpus, et utrumque brachium operiebat. Ea in superiori parte, qua ad cervicem sedebat, ita laxa aperiebatur, ut dextrum brachium commode exseri, imo et totus humerus ostendi posset: brachium vero sinistrum non per eundem hiatus exseriebatur, sed ex inferiori parte sub ipsa toga extensum extremam oram in rugas plicaturasque contractam colligebat, subducebatque ad sinistrum latus, laeva manu exstante. Rugas eas et plicaturas, tam quae superne a dextra cervicis parte cadentes exserto brachio colligebantur ad pectus, atque oblique ad sinistrum humerum instar baltei decurrerant, quam quae ex ima ora sinistro brachio collecta subductae contrahantur, sinum togae appellabant. Quint. 11, 3. med. Sinus decentissimus, si aliquando supra imam togam fuerit, nunquam certe sit inferior: ille, qui sub humero dextro ad sinistrum oblique ducitur, velut balteus, nec strangulet, nec fluat. Suet. Caes. 82. Sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte ve-

lata. Gell. 4, 17. f. Prolato e sinu togae libro. P. Neque tamen semper, neque omnibus idem mos fuit togae gestandae, nam antiquissimis temporibus nulli sinus fuere, tum quia brachium sub toga tunc tenere solebant (oratores in principiis dicendi), quod praeter ceteros diserte notat Quint. l. c., tum quia ipsa toga angustior illis fuit, et magis corpori adstricta. Itaque gestu alio, quam postea, eos necesse est usos esse, quorum brachium (inquit Id. ib.) sicut Graecorum, veste continebatur. Postea fusior laxiorque adhiberi coepta est, maxime vero ab iis, qui molli vestitu gauderent, ex qua majores sinus fiebant, adeo ut interdum a dextera parte totum humerum usque ad lumbos detegerent, ad ostendam pretiosam tunicam, vel latum clavum in ea intextum; a sinistra vero laciniam in humerum usque rejicerent. Praeterea adolescentes cum primum virilem togam sumebant, solebant priore illo anno brachium (dextrum intellige; nam sinistrum semper collectam togae laciniam sustinendo quodammodo impeditum erat) non exserere, praesertim si forensia stipendia auspicarentur, ut loquitur Sen. Excerpt. contror. 5, 6., qui tamen mos etiam temporibus Ciceronis exoleverat, ut ex ipsius oratione Coel. 5. colligitur. Candidati quoque in honorum petitionibus brachium continebant, et tunc solum exserere, cum prensandi causa manus porrigenda esset: quod est trans pondera dextram porrigere ap. Hor. Ep. 1, 6, 49. h. e. dexteram togae pondere cohibitam exserere, et extendere. V. PONDUS. P. Cum Romanis mos esset aperto semper capite, praesertim in Urbe, incedere, (extra Urbem enim in itinere pileos, petasos, aut aliud tegumenti genus contra aeris injurias adhibebant) facile tamen erat, si opus esset, caput toga operire, quod fiebat partem superiorem togae sub dextrum humerum dejectae revocando, et supra caput adducendo: atque ea positione toga super utrumque humerum aequaliter sedebat, et nihilominus satis adhuc patebat ante pectus ad brachium exserendum: hac ratione caput obvolvebant sacra facturi, quod videre est in icone veteris lapidis ap. Ferrar. de re vestiar. l. 1. c. 10. Caesar quoque a conjuratis impetitus eodem modo caput obnupsit, ut est ap. Suet. Caes. 82. Verum tamen est, aliquando non superiorem oram, sed inferiorem laciniam ad caput tegendum fuisse adhibitam, quod Lipsius ap. eund. Ferrar. l. c. multis ostendit. P. An toga cingeretur, quaestio est. Afirmat Macrobius, quem satis refellit Ferrar. l. c. c. 12. At Manut. de quaesit. per epist. de tunica Macrobius, non de toga locutum fuisse putat. Sane in omnibus togatorum hominum imaginibus, quas affert Id. Ferrar., nullus cinctus apparet, sed toga partim sinistro humero, partim sinistro brachio fulta sustinetur. P. Materia togae fuit lana coacta, quae si longiore pilo esset, toga pexa dicebatur, scilicet ob villorum densitatem: hinc tritam togam pexae opponit Martial. 2, 41. et 3, 36. P. Toga rosa dicebatur, quae ex lana minime villosa confecta erat, eratque apta aestivo tempori, sicut pexa hiemali, Id. 2, 85. P. A texturae etiam et lanuae genere togae dicebantur rallaes, densae, etc. P. Color togae albus fuit, h. e. nativus albae lanuae, qui nonnihil ad fuscum accedit; propterea ut non alba solum, sed etiam candida esset, amplius adhuc dealbatur, creta adhibita ad id apta; quam ob rem cretatam ambitionem dixit Pers. 5, 177. candidatos intelligens. P. Toga vero atrata, seu pulla adhibebatur in privato luctu. V. PULLUS. Nam in luctu publico, togis depositis, saga sumebant. Cic. Phil. 12. et 14. P. Toga palmata dicebatur quae palmas intextas habebat. V. PALMATUS. P. Toga picta, h. e. acu elaborata. V. PICTUS. P. Alia praeterea fuere togarum genera, Praetexta, de qua V. suo loco; Pura, quae Praetextae opponitur, quia scilicet nullo purpurae praetextu distincta, quam sumebant adolescentes, cum praetextam deponebant. Cic. Att. 9, 6. Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem. Eadem dicebatur virilis, quia virilitatis initium indicabat: libera, quia initium quoddam erat libertatis ut ait Ov. Fast. 3, 771. Quo autem die sumebatur, is dies celebrabatur magna propinquorum amicorumque frequentia: ascendebantque in Capitolium, religionis, et boni ominis causa, teste Val. Max. 5, 4. Atque hoc est quod Plin. ep. 1, 9. vocat officium togae virilis, et Tert. Idol. 16. solemnitates togae. Inscr. ap. Grut. 463, 2. L. Ragonio L. F. Pop. Urinatio domino ob honorem togae virilis Ofellius ser. arcarius. P. Toga purpurea fuit inter regum insignia, ut patet ex Liv. 31, 11. P. Quod ad usum togae attinet, certum est ex testimonio Varr. ap. Non. 14, 25. virorum aequae et mulierum communem fuisse; postea vero stolis uti matronae coepere, togas reliquere meretricibus, quod praeter alia satis ostendit illud Hor. Sat. 1, 2, 62. quid inter Est, in matrona, ancilla, peccesse togata? Viri vero omnium ordinum promiscue togis usi sunt, tenuiores etiam: modo sumptus ad eam commendam suppeteret, praecipue vero clientes, qui patronorum, et potentiorum limina frequentabant, togati huc illuc cursitabant salutaturi sportulasque accepturi: qua de re saepissime Martialis, qui propterea 10, 47. inter ea, quae vitam faciunt beatio-

rem, *togam raram* enumerat, h. e. rara officia salutationum; et *ib.* 18. togas ipsas usurpat pro clientibus salutationum officia obeuntibus. V. etiam **TOGATUS**. Plura de toga dicenda essent, an extra Urbem adhiberetur, an in castris, conviviis, etc. de quibus ex professo, et luculenter *Ferrar. de re vestiari.*: neque enim nobis omnia complecti in animo fuit. Quod in castris quoque usus togae fuerit, apparet ex *Liv.* 44, 16., ubi narrat, sex millia togarum missa Roma ad exercitum in Macedonia hibernantem: sed arcendo frigori, non ad proelia in eunda missa esse, arbitrari licet. P. Translate toga pro pace accipitur: hinc notum illud *Cic.* carmen in *Pis.* 30. Cedant arma togae, h. e. pacis artibus. *Id.* *Or.* 3, 42. Vir omnibus belli, ac togae dotibus eminentissimus. *Tert. Pall.* 5. Plus laesere rempublicam togae, quam loricae. P. Et pro adolescentia. *Prud. Cath. praef.* 7. Aetas prima crepantibus Flevit sub ferulis: mox docuit toga Infectum vitii falsa loqui. P. De involuero. *Mart.* 13, 1. Ne toga cordylis, et paenula desit olivis. P. De meretrice plebeja. *Tibull.* 4, 10, 3. Si tibi cura toga est potior, pressumque quasillo Scortum, h. e. si tibi curae est togata mulier. V. supra.

TOGATARIUS, ii, m. qui fabulas agit, quae togatae appellantur. *Suet. Aug.* 45. Histrionum licentiam adeo compefcuit, ut Stephanionem togatarium per trina theatra virgis caesum relegaverit. Alii leg. *togatarum*, nempe comoediarum togatarum actorem. V. **TOGATUS**.

TOGATULUS, a, um, adj. pauperculus, dimin. a *togatus*: qua dicitur de tenuioribus, qui principes civitatis officii gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant ad sportulam captandam. *Mart.* 10, 74. quamdiu saluator Antambulones, et togatulos inter Centum merebor plumbeos die toto?

TOGATUS, a, um, adj. *τηβεννοφόρος*, toga indutus. *Togati* Romani appellati sunt, quoniam usus togae proprius Romanorum fuit: ut Graeci dicebantur *palliatii*, quod pallio uterentur. *Virg. A.* 1, 286. Romanos rerum dominos, gentemque togatam. *Cic. Phil.* 5, 5. Graeculus iudex modo palliatius, modo togatus. P. Interdum speciatim *togati* dicti sunt homines tenuiores, qui Principes civitatis officii gratia in forum ducebant, ac deinde domum reducebant. *Togis* enim amicti erant, non tunicis tantum, ut turba forensis. *Juven.* 1, 95. sportula primo Limine parva sedet turbae rapienda togatae. *Id.* 7, 142. an tibi servi Octo, decem comites post te, an sit sella, togati Ante pedes. *Mart.* 3, 46. Exigis a nobis operam sine fine togatam, h. e. officium saluatoris et anteambulonis. P. Interdum *togatus* accipitur pro urbano, cui *sagatus*, id est militaris, opponitur. Nam toga pacis, sagum belli insigne fuit. *Cic. Sull.* 30. *med.* Cui uni togato senatus supplicationem decrevit, h. e. civilem magistratum gerenti. *Id.* *Or.* 1, 24. Quasi unus e togatorum numero, atque ex forensi usu homo mediocris. P. *Ap. Hor. Sat.* 1, 2, 63. et 82. *togata* est meretrix: quia *stolata* est matrona. V. **STOLA** et **STOLATUS**. *Ap. Mart.* 6, 64. mater togata est adultera: quod colligitur etiam ex *cod.* 2, 39. et ex *Juven.* 2, 70. P. *Togata* etiam dicta est ea Galliae pars, quae togis Romano more utebatur, nempe Cisalpiniae pars Cispadana, a Placentia Anconam usque. *Plin.* 3, 14, 19., *Mela* 2, 4. P. *Togatae fabulae* dupliciter intelliguntur: vel universim de omnibus fabulis Romani argumenti: in quibus comprehenduntur praetextatae, tabernariae, atellanae, planipediae. His opponuntur palliatae, h. e. Graecae. Vel peculiari ratione de iis Romanis fabulis dicuntur, in quibus res levioris argumenti agebantur, et viliores personae Romano more inducebantur: quibus opponuntur praetextatae, quae regum et magistratum res, mores, et personas continebant. *Sen. ep.* 8. f. Non attingam tragicos, aut togatas nostras, habent enim hae quoque aliquid severitatis, et sunt inter comoedias et tragoedias mediae. *Vell.* 2, 9. Clara etiam fuere ingenia, in togatis Afranii, in tragoediis Pacuvii, etc. *Hor. A. P.* 287. Vel qui praetextas, vel qui docuere togatas. *Cic. Sext.* 55. Cum ageretur togata, Simulans, ut opinor. Adde *Fest.* in *Togatarum*, et *Diomed.* 3, 487.

***TOGIENSES**, ium, populi Istriae, vel Istriae saltem vicini, a Tugio quodam oppido sic dicto fortasse nomen trahentes. *Plin.* 3, 19. *B. A.*

***TOGISONUS**, i, Italiae fluvius, in Gallia Transpadana, in Venetorum terra. *Plin.* 3, 16. *B. A.*

TOGULĀ, ae, f. *τηβεννία*, parva toga. *Cic. Pis.* 23. Togulae lictoribus ad portam praesto fuerunt. *Mart.* 9, 101. Trita quidem nobis togula est, vilisque, putrisque.

***TOLBIACUM**, i, n. oppidum Galliae Belgicae. *Tac. H.* 4, 79. P. *Tolpiacum* audit *Anton. Itin.* hodie vero *Zulpich* vel *Zulch*. *B. A.*

***TOLE**, es, f. oppidum Aethiopiae, sub Aegypto, a Meroe quinque dierum itinere, in Boream. *Plin.* 6, 30. *B. A.*

TOLENTINAS et *Tollentinas*, atis, adj. qui est ex oppido Tolentino in Piceno, ad Cluentum fluvium. Hinc *Tollentinas* ejus incolae. *Plin.* 3, 13, 18. P. *Tolentinus* et *Tollentinus*, a, um, adj. *Inscr.*

ap. Grut. 410, 2. T. Flaminio pontifici Tolentin. Alia 194, 2. C. Junius Minatius Praef. Fabr. Municip. Tollentini. Alia *ap. Reines. cl.* 6. n. 68. L. Metello VI. Vir. Tolentin. P. *Tolentinensis*, e, idem. *Inscr. ap. Reines. in Append. n.* 8. Pagani pagi Tolentinens.

TOLENTINENSIS, et **TOLENTINUS**. V. in v. praec.

TOLERABILIS, e, adj. *εὐφρόντος*, qui facile ferri, et tolerari potest, probabilis, non contemnendus. *Cic. Cat.* 4, 8. Servus est nemo, qui modo tolerabili conditione sit servitutis. *Id.* *Or.* 1, 2. *med.* Cum boni perdit nulli, vix autem singulis aetatibus singuli tolerabiles oratores invenirentur. *Id.* *Sen.* 3. Tibi propter opes, et copias, et dignitatem tuam, tolerabiliorem senectutem videri. *Id.* *ad Brut.* 1, 18. Rei familiaris jactura tolerabilis. *Liv.* 22, 27. Minucius cum jam ante vix tolerabilis fuisset secundis rebus: tum utique immodice immodesteque gloriari. *Virg. A.* 5, 767. quibus aspera quondam Visa maris facies, et non tolerabile nomen. *Juven.* 7, 69. Tolerabile hospitium. *Plin.* *ep.* 5, 5. Sed hoc utcumque tolerabile: gravius illud, quod, etc. *Paul. Dig.* 28, 5, 18. Hanc esse tolerabilissimam sententiam puto. P. Active, qui tolerare potest. *Ter. Heaut.* 1, 2, 30. Nam parentum injuriae uniusmodi sunt ferme: paulo qui est homo tolerabilis. Alii *interpretantur*: qui est paulo tractabilior. *Colum.* 7, 3. Saepe hiemis saevitia pastorem decipit, et eas oves interimit, quas ille tempore autumnii ratus adhuc esse tolerabiles, non submoverat, h. e. posse hiemem ferre, et superstitis esse. Alii exponunt, adhuc posse tolerari, h. e. ali in annum sequentem.

***TOLERABILITAS**, atis, f. *ἀνεκτότης* *Gloss. Gr. Lat. B. A.*

TOLÉRABILITER, adv. *ἀνεκτῶς*, cum tolerantia, patienter, facile. *Colum.* 2, 2. Quas Graeci *ἀνεκτῶς ἐπιεικτικῶν*, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. *Cic. Fam.* 15, 20. Quo tolerabilis feramus igniculum desiderii tui, crebris nos litteris appellato. *Cels.* 2, 13. *med.* Veratrum datur optime vere, tolerabiliter autumno. *Colum.* 11, 2. His diebus quae superiore mense facere non poteris, adhuc tolerabiliter efficies.

TOLÉRANDUS, a, um, part. a *tolero*: *ἀνεκτός*, qui tolerari potest, aut debet, ferendus, tolerabilis. *Cic. Att.* 1, 17. *med.* Nobis inter nos nostra sive incommoda, sive vitia, sive injurias esse tolerandas. *Sen. Octav.* 100. Toleranda pati. *Claud. epigr.* 39. Paupertas me saeva domat, dirisque Cupido: Sed toleranda fames, non tolerandus amor. *Tac. H.* 1, 21. Othoni luxuria etiam principi onerosa, inopia vix privato toleranda. *Stat. Th.* 1, 195. tolerandaque nullis Aspera sors populis.

TOLÉRANS, antis, part. a *tolero*: *καρτερικός*, patiens, sufferens. *Colum.* 8, 16. Piscium genera dulcis undae tolerantia. *Tac. A.* 4, 1. f. Corpus laborum tolerans; et *ib.* 14, 42. Aemulum non tolerans. *Colum.* 6, 22. Externi frigoris tolerantior equino genere vacca est. *Id.* 7, 1. Asellus plagurum et penuriae tolerantissimus. *Aurel. Vict. Caes.* 11. Iners domi, bello toleranter.

TOLÉRANTER, adv. *καρτερικῶς*, tolerabiliter, patienter. *Cic. Fam.* 4, 6. *med.* Et cum frangerem jam ipse me, cogeremque illa ferre toleranter. *Id. Tusc.* 2, 18. Toleranter dolorem pati. *Plin.* 8, 45, 70. At nunc anniculae fecunditatem poseuntur, tolerantiam tamen bimae.

TOLÉRANTIA, ae, f. *καρτερία*, *ἀνοχή*, *ὑπομονή*, *ἐλπίς*, patientia. *Cic. Par.* 4, 1. Sapientis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemptio fortunae, virtutibus denique omnibus, septus, vincetur et expugnabitur? *Quint.* 2, 20. *extr.* Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. *Tac. Agr.* 20. Pax vel incuria, vel tolerantia priorum, haud minus quam bellum, timebatur. **TOLÉRATIO**, onis, f. *ἀνίασις*, actus tolerandi. *Cic. Fin.* 2, 29. Toleratio doloris. **TOLÉRATUS**, a, um, part. a *tolero*: quod patienter ferimus. *Tac. A.* 4, 44. Lentulo gloriae fuerat bene tolerata paupertas. *Id. H.* 1, 3. Ipsa necessitas fortiter tolerata, h. e. mors. *Id. A.* 12, 11. Clementiam ac justitiam, quanto ignara Barbaris, tanto toleratiora capesseret. Alii leg. *tolerantiora*.

[**TOLÉRATUS**, us, m. idem ac tolerantio. *Salo. Gub. D.* 3, 7. *med.* Ut quae ipsi toleratu humano indigna credimus, Deum a nobis digne haec tolerare credamus. *F.*]

***TOLERIENSES**, ium, populi Latii, a Tolerio vel Toleria oppido quodam nomen fortasse trahentes. *Plin.* 3, 5. *B. A.*

TOLÉRO, as, avi, atum, a. 1. *ἀνέχομαι*, *καρτερώ*, patienter fero, sustineo, perfero, patior. *Cic. Fam.* 7, 18. Forti animo istam tolera militiam. *Id. Cat.* 2, 10. f. Se facilius hiemem toleraturos putant. *Id. Q. Fr.* 1, 1, 8. f. Sumptus et tributa civitatum ab omnibus tolerari aequabiliter. *Ter. Hec.* 3, 5, 28. Tolerari alicujus mores sua modestia. *Sall. Cat.* 10. facile labores, pericula, dubias atque asperas res. *Id. Jug.* 34. aequo animo servitutum. *Tac. G.* 4. sitim, aestumque. *Id. H.* 2, 56.

extr. aegre damus et injurias. P. Cum infinito. *Id. A.* 3, 3. Magnitudinem mali perferre visu non toleravit. *Plin.* 26, 1, 3. Qui perpeti medicinam toleraverant. P. Tribuitur et rebus inanimis, quae adversus externam injuriam durant, nec deficiunt. *Id.* 33, 4, 21. Tasconium tolerat afflatum, ignemque, et ardentem materiam. *Id.* 14, 2, 4. n. 4. Vitis aestus austrosque tolerat; et *ib.* n. 6. Tolerat et annos moerica (*vitis*) contra omne sidus firmissima; et *ib.* n. 1. Germana imbres tempestatesque tolerat. *Id.* 36, 22, 48. de tophis: Hi tractabiles in opere, laborem quoque tolerant, sub tecto dumtaxat: aspergine, et gelu, pruinisque rumpuntur in testas. *Id.* 35, 14, 49. Sesquipedalis paries non plus quam unam contignationem tolerat. Sic *tolerare pondus*, virium satis habere ferendo. *Plin.* 10, 3, 3. Aquilae non tolerantes pondus apprehensum, una merguntur. P. Est etiam sustentare, alere. *Virg. A.* 8, 409. tolerare colo vitam, tenuique Minerva. *Tac. A.* 15, 45. *extr.* Persimplici victu, et agrestibus pomis vitam tolerare. *Plin.* 33, 10, 47. Octona millia equitum sua pecunia tolerare. *Caes. B. C.* 3, 58. f. Pabulo et hordeo equitatum tolerare; et *ib.* 49. Ex perfugis cognoscebant, equos eorum vix tolerari, reliqua vero jumenta interire. *Tac. A.* 2, 24. Miles fame absumptus, nisi quos corpora equorum toleraverant. *Colum.* 6, 24. f. Faba fresa et vinum recte tolerat vaccam fetam. *Id.* 8, 17. f. Pisces, etiam diu clausi, semetipsos tolerare possunt. *Ulp. Dig.* 50, 16, 203. *med.* Agri, ex quibus paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret. *Mart.* 7, 64. Qua nunc arte graves tolerabis inutilis annos? *Plin.* 7, 43, 44. Juventam inopem in caliga militari tolerare. *Caes. B. G.* 7, 71. Frumentum se exigue dierum triginta habere: sed paulo etiam longius tolerare posse parcendo; et *ib.* 5, 45. Frumentum, quod eo tolerandae hiemis causa devexerat. P. *Tolerare inopiam, famem*, utcumque sustinere. *Pl. Trin.* 2, 2, 57. et 77. Tolerare egestatem ejus volo. *Caes. B. G.* 1, 28. Domi nihil erat, quo famem tolerarent. *Sall. Cat.* 38. Juventus, quae in agris manu mercede inopiam toleraverat. P. *Tolerare sumptus*, utcumque sufficere sumptibus. *Sall. Cat.* 25. Mulieres, quae ingentes sumptus stupro corporis toleraverant. *Ter. Heaut.* 3, 2, 33. Cum tolerare hujus sumptus non queat. P. *Tolerare absolute*, h. e. tolerare vitam, utcumque vitam agere. *Tac. A.* 4, 40. Posse ipsam Liviam statueret, nubendum post Drosum, an in penatibus iisdem tolerandum haberet. P. *Toleror, aris*, dep. etiam dixisse veteres, *Prisc.* 8, 800. sine ullo tamen teste, confirmat.

TOLES, ium, m. et f. plur. *Festus*. Toles, tumor in faucibus, quae per diminutionem tonsillae dicuntur. *Tolae, arum* in *Gloss. Philox.* Tolae, *παρορθμία*. Item. Tolia, tonsillae, *παρορθμία*. *Veg. Vet.* 1, 38. A tolibus, et glandulis, et arteriis humor erit candidus et viscosus. *Id. ib.* 3, 64. Tussis a tolibus si fuerit, his signis agnoscitur. P. Etiam *tolles*, et *tollae* scribitur. *Ser. Sam.* 16, 289. Quos autem vocitant tolles, attingere dextra Debebis, qua gryllus erit pressante preemptus. *Marcell. Empir.* 15. *med.* Has tolles, has tonsillas evoco, educo, exanto de istis membris, medullis. Adde *Isid. Or.* 11, 1. *med. Plin. Val.* 2, 43. Lupini ex aceto cocti fomentum optimum est, et tollis et parothetis (lege *parotidis* Graeca positione pro *parotidibus*) utile est [*Multis hunc locum auxit *F.*]

TOLÉTANUS, a, um, adj. ad Toletum, nunc *Toledo*, pertinens, quae est urbs Hispaniae Tarracensis, ad Tagum fluvium. *Grat. Cyn.* 341. Ima Toletano praecingant ilia cultro, h. e. gladio brevi Hispaniensi, cultro venatorio. P. *Toletani, orum*, ejus urbis incolae. *Liv.* 35, 22. *Plin.* 3, 3. et *Inscr. ap. Grut.* 273, 1.

***TOLISTOBOGI**. V. v. sq. *B. A.*

***TOLISTOBOII**, orum, *Τολιστοβόιοι*, populi Galliae (Gallograeciae) quorum meminit *Liv.* 38, 15. et 19. P. *Tolistobogii* audiunt *Plin.* 5, 32. *Τολιστοβόιοι* *Ptolemaeo*; *Straboni* autem *Τολιστοβόιοι* et *Τολιστοβόιοι*: porro *Flor.* 2. 11. *Tolistobogi. B. A.*

TOLLENO, onis, m. *κηλόνειον*, genus machinae, quo trahitur aqua, alteram partem praegravante pondere: dictus a tollendo. Ita describit *Festus*, ex cuius verbis non obscure colligitur, tollenonem esse, cum trahi in terram defixae superne imponitur et deligatur altera transversa, quae nunc sustollitur, nunc deorsum agitur, cuius rei exemplum videmus in quibusdam ruralibus puteis. *Plaut. fragm. ap. Fest.* in *Reciprocare*. Quasi tolleno, aut pilum Graecum reciprocare. Quasi tolleno, aut pilum Hortos e puteo rota organivae pneumaticis, vel tollenonum haustu rigandis. P. Eiusdem machinae usus fuit etiam in urbium propugnationibus, qua Archimedes in obsidione Syracusarum Romanas naves ferrea manu in proram injecta extollebat, et in puppim statuebat, gravi ex altera parte plumbi libramento ad solum recellente, ut legere est *ap. Liv.* 24, 34., qui similis tollenonis meminit etiam 38, 5.: eundem graphice describit *Veg. Mil.* 4, 21. et poëte *Sil.* 14, 320. et sqq., quos consule. In quibusdam editionib. legitur *ap. Sen. Q. N.* 2, 9. Atqui vero nec tolleno magis, nec ullum aliud tormentum,

etc., ubi tamen optima editiones pro tolleno habent manus.

TOLLES. V. TOLES.

TOLLIO, is, sustuli, sublatum, a. 3. ἀπο. ἀνα-
γνώ, sursum erigo, elevo, extollo. [Cf. Doederl.
1, 175.] Varr. ap. Plin. 7, 20, 19. Mulum suum
tollebat Fufius. Pl. Truc. 2, 6, 45. Nequeo caput
tollere: ita nunc doleo. Id. Most. 1, 4, 17. Tollere
aliquem jacentem. Cic. Har. resp. 15. extr. Tollam
altius tectum. Hor. Od. 3, 4, 21. in arduos tollor
Sabino. Plin. 35, 10, 36. n. 10. Protogenes manu
de tabula non sciebat tollere. Plaut. fragm. ap.
Non. 3, 178. Pileum quem habuit, deripuit, eum-
que ad coelum tollit. Phaedr. 2, 6. Aquila in subli-
me sustulit testudinem. Cic. Phil. 11, 10. med. Vos
in coelum, si fieri poterit, humeris nostris tollemus.
Id. Verr. 2, 1, 3. Cives R. in crucem sustulit. Pl.
Bacch. 3, 6, 42. Tollam ego te in collum, atque
intro hinc auferam. Cic. Off. 3, 25. Phaethon opta-
vit, ut in currum patris tolleretur: sublatus est. Id.
Verr. 2, 4, 43. med. Clamor a vigilibus tollitur.
Virg. A. 2, 222. Clamorem tollere ad sidera: et ib.
11, 745. in coelum. Cic. Fat. 5. f. In quo Alcibiades
cachinum dicitur sustulisse. Hor. A. P. 381. Ne
spissae risum tollant impune coronae. Virg. A. 11,
455. clamor magnus se tollit in auras. Cic. Tusc. 5,
13. Se tollere a terra altius possunt. Id. Caecin. 21.
med. Qui saxa jacerent, quae de terra ipsi tollerent.
Pl. Merc. prol. 75. Parare navim, metretas quae
trecentas tollerent; et Cic. Fam. 16, 10. Litterulae
meae tui desiderio oblanguerunt: hac tamen episto-
la oculos paulum sustulerunt, h. e. recreatae sunt.
P. Tollere aliquem rheda, Hor. Sat. 2, 6, 42. Sic
Cic. Q. Fr. 2, 2, 10. Tunc certe sustulissim: scilicet
in lecticam. Sic tollere in navim, Liv. 45, 6. et
tollere absolute eod. sensu Virg. A. 3, 601., Or.
Met. 11, 441. et Sil. 6, 500. Sic tollere aliquem in
currum, Ov. A. Am. 3, 157. P. Tollere liberos, de
terra tollere, et nutrire atque educare. Mos olim
fuit filios recens natos per obstetricem in terram
communem omnium parentem deponere, et quos
nolent alere, expositos ibi relinquere: si contra, de
terra levare, et matri aut nutrici tradere: unde et
Ital. allevare: et Levanam Deam commenti sunt,
quae adesset et faveret levantibus. Ter. Heaut. 4, 1,
15. Meministi, mihi te maximo opere dicere, si
puellam parerem, nolle tolli? Chre. Scio quid feceris:
sustulisti. Id. Andr. 1, 3, 14. Quidquid peperisset,
deceverunt tollere. Pl. Truc. 2, 4, 45. Si
quod peperissem, id educarem ac tollerem. Adde
Amph. 1, 3, 3. et Vet. Poeta ap. Cic. Div. 1, 21.
P. Hinc tollere liberos universim, procreare, gignere.
Cic. Phil. 13, 10. extr. Is autem humilitatem despicere
audet cujusquam, qui ex Fadia sustulerit liberos?
Suet. Ner. 5. extr. Decessit morbo aquae inter-
cutis, sublato filio Nerone ex Agrippina. P. Tolle-
re gradum, ambulare. Pl. Bacch. 3, 6, 6. Is est:
adibo contra, et tollam gradum. P. Tollere ma-
num, pedem. V. MANUS, PES. P. Translate. Pl.
Truc. 2, 8, 10. Postquam filiolum peperit, animos
sustulit. Ter. Hec. 3, 5, 56. Qui paulum vobis ac-
cessit pecuniae, sublatis animi sunt. Lucil. ap. Non.
4, 134. Re in secunda tollere animos, et in mala
demittere. Cic. Or. 3, 26. extr. Dicendo augere ali-
quid, et tollere altius. Id. fragm. ap. Non. 1, 4.
Nihil esse, in quo se animus excellens tollat. Id.
Fam. 15, 9. Ad coelum aliquem tollere verissimis
et justissimis laudibus. Id. Att. 2, 25. Nostras lau-
des in coelum sustulit. Virg. Ecl. 5, 51. Daphni-
que tuum tollemus ad astra. Hor. Od. 1, 1, 8. Tolle-
re aliquem honoribus. Virg. G. 3, 421. de angue:
Tollentemque minas, et sibila colla tumentem. Id.
A. 6, 876. Nec puer Iliaca quisquam de gente Latino
In tantum spe tollet avos. Liv. 3, 7. Tollere
animos alicui. P. Pro solari, erigere, excitare.
Hor. Sat. 2, 8, 59. quis esset Finis, ni sapiens sic
Nomentanus amicum Tolleret? P. Item auferre, re-
move. Virg. A. 8, 439. Tollite cuncta, inquit, coe-
ptosque auferite labores. Phaedr. 2, 8. tollere haec
aranea, Quantum est laboris! et ib. 1. Et quae de-
betur pars tuae modestiae, Audacter tolle. Sic Mart.
6, 30. sume, tolle: dono; et Cic. Div. Verr. 1. f.
Quod eorum simulacra Verres ex delubris religiosis-
simum sustulisset. Id. Am. 13. Solem e mundo tollere
videntur, qui amicitiam e vita tollunt. Id. Verr. 2,
3, 14. Ne quis frumentum de area tolleret, ante-
quam cum decumano pactus esset. Id. Rosc. Am. 7.
Perfacile hunc hominem incautum et rusticum de
medio tolli posse; et Liv. 24, 6. Aliquem e medio
tollere, h. e. evertere, exterminare, occidere. Cic.
N. D. 3, 33. Q. Varius Drusum ferro, Metellum
veneno sustulerat; et Lucil. ap. Non. 1, 4. Audivi,
quem febris una, vini cyathus unus potuit tollere.
Pers. 4, 2. sorbitio tollit quem dira civitae. Brutus
ad Cic. Fam. 11, 20. Adolescens laudandus, tollendus,
h. e. occidendus. Contra Cels. 2, 14. et 4, 18.
Morbus facile tollitur. Plin. 26, 12, 75. Dolores et
tumores tollunt folia plantaginis. Id. 33, 6, 35. Ad
cicatricum foeditates tollendas, maculasque. P.
Translate. Cic. Quint. 21. extr. Cujus rei memoriam
omnem tolli funditus ac deleri arbitror oportere. Id.
Att. 12, 6. f. Ubi mihi dubitationem omnem tolle-
ret. Id. Rosc. Am. 2. med. Delere ex animo alicui-

jus suspicionem omnem, metumque tollere. Id. Or.
62. Genus hoc orationis detrahit actionis dolorem,
aufert humanum sensum actoris, tollit funditus ver-
ritatem et fidem. Id. Leg. 2, 12. f. Legem, si non
jure rogata est, tollere. P. Pro demoliri, diruere.
Ulp. Dig. 43, 8, 2. med. Si quis in publico aedifi-
caverit, non esse eum cogendum tollere, ne ruinis
urbs deformetur. Adde ib. 8, 2, 16. et 6, 1, 27.
et 37. P. Item destruere, delere. Cic. Off. 1, 11.
Majores nostri Carthaginem, et Numantiam fundi-
tus sustulerunt. Id. Phil. 1, 1. f. Dictaturam fundi-
tus ex republica sustulit. P. Tollere diem est ad-
mere tempus agendi cum populo, aut iudicii finiendi,
ferendaeque sententiae. Cic. Leg. 3, 18. P. e
cante senatu, quod fit ambitione saepissime, nullo
magistratu adjuvante, tolli diem utile est. Id. Dom.
17. extr. Signa res illum diem aut auspiciis, aut ex-
cusatione sustulit, tota causa iudiciumque sublata
est. Liv. 25, 3. f. concilio diem eximere, dixit. P.
Pro inducere, delere, emendare quod scriptum est.
Caecin. ad Cic. Fam. 6, 7. Cum mendum scrip-
turae litura tollatur. Cic. Att. 13, 44. extr. Ut id
nomen ex omnibus libris tollatur. Hor. Sat. 1, 10,
51. de Lucilio: dixi fluere hunc lutulentum, saepe
ferentem Plura quidem tollenda relinquendis. Id.
Ep. 2, 2, 122. Luxuriantia compeacet, nimis aspe-
ra sano Levabit cultu, virtute, carentia tollet. P.
Quidam huic verbo praeteritum tetuli, ut tuli tribue-
runt, ut a pello pepuli, sed tuli verbo fero datur.
Diomed. 1, 376. et Prisc. 10, 896. P. Est etiam
qui tolli, sed sine idoneo auctore. Dubia est enim
lectio in illo Ulp. Dig. 46, 4, 13. med. Acceptationem
aliquid egisse, tollisseque totam obligatio-
nem: nam tulisse alii leg.

TOLLO, onis, m. idem quod tolleno. Fuerunt,
qui fulcissent auctoritate Plauti Rud. 2, 5, 24. et
Colum. 10, 26., sed frustra: nam priore loco pro
tolloni gratia legendum Ptolemaerata, in altero pro
tollonibus rectius tendentibus.

TOLOSANUS, a, um, adj. ad Tolosam (nunc
Gallice Toulouse, Italice Tolosa) pertinens, quae
est urbs Galliae Narbonensis, in limite Aquitaniae,
ad Garumnam fluvium, olim litterarum studiis
celebris, ob idque Palladia cognominata a Mart. 9,
100. Marcus Palladiae non inficienda Tolosae Glo-
ria. Tōlōssa. Hinc Tolosani, orum, ap. Plin. 4, 19,
33. ejus civis. P. Aurum Tolosanum proverbio
dictum est de re exitiosa et habenti funesta: eadem
ratione qua equus Sejanus. Narrat Just. 32, 3. Gal-
los Tectosagos, cum in Asia grandem vim auri sa-
cilega praeda collegissent, reversos in antiquam
patriam Tolosam, pestifera lue fuisse comprehen-
sus, nec ante solutos, quam illud aurum, monitu
haruspicum, in Tolosensem lacum mergerent. Id.
postea Q. Servilius Caepio consul R. expiscari jussit,
excidiumque sui atque exercitus sibi ipse molitus
est. Romanos vero insecutus est Cimbricus tumultus,
velut ultor illius pecuniae. Fuere argenti pondo
centum decem millia, auri quinque decies centum
millia. Adde Gell. 3, 9. Meminit et Cic. N.
D. 3, 30.

TOLOSAS, atis, adj. omn. gen. Tolosanus. Mart.
12, 32. Nec quadra deerat casei Tolosatis. Sidon.
ep. 9, 16. in carm. Qui Tolosatem tenuit cathedram.
P. Tolosates, ium, Tolosani. Caes. B. G. 1, 9. Qui
non longe a Tolosatium finibus absunt; et ib. 7, 7.
Praesidia in Ruthenis, et Tolosatibus constituit.
TULOSENSIS, e, adj. idem ac Tolosanus. Just.
32, 3. Tolosensis lacus. Inscr. ap. Grut. 939, 3.
Diis Manibus C. Fabricii C. L. Vol. Proximi Tolo-
sensis etc. Adde 1093, 5.

TOLUMNIUS, i, rex Veientium. Liv. 4, 19.
Prop. 4, 11, 23. P. Item augur, qui pro Turno
bellavit adversus Aeneam. Virg. A. 11, 429. et 12,
258. et 460. B. A.

TOLUTARIUS, e, adj. idem ac tolutilis, seu qui
tolutum incidit. Translate utitur Fronto, cujus locum
vide in QUADRUPEDUS. F.]

TOLUTARIUS Equus, ἐπιπορευός, εὐδομος, a to-
lutum, quia tollit alterno glomeratu pedes, ambo
enim ejusdem lateris crura simul movet. Aliqui vol-
unt, dictum esse a pedum volubilitate, quasi volu-
tarium. Hujus generis equi etiam gradarii dicuntur,
quia gradu non vulgari incedant, sed alternis
crura molliter explicantes, commodam sessori praebent
vectionem, circa ullam succussionis molestiam: quod
Virg. dixit G. 3, 117. Insultare solo, et gressus glomerare superbos; et Mart. 14, 199.
ad numerum rapidos qui colligit unguis; et Sil. 3,
336. Aut inconcusso glomerat (equus) vestigia dorso.
Aut molli pacata celer rapit esseda collo. Sen. ep.
87. med. Ita non omnibus obesis mannis, et astur-
conibus, et tolutariis praefertes unicum illum equum
a Catone defricatum? *In loco Senecae notari potest
edd. Gron. Lips. et Grut. habere tolutariis. B. A.

TOLUTILIS, e, adj. ut Tolutilis gradus, Varr.
ap. Non. 1, 60. h. e. tolutum incedens.

TOLUTHOQUENTIA, ac, f. linguae volubilitas:
a tolutum, et loquendo. Naeus ap. Non. 1, 12.
O pestifera trux toluthoquentia.

TOLUTIM, adverb. εὐποροῦσθην, εὐδομος, pedes
molliter tollendo, quod proprie ad equorum gradariorum
incessum attinet, qui alternis crura molliter

explicantes, commodissimam sessori praebent vectationem,
quinque a Polluc. Onom. l. 1. §. 193. εὐδομο-
μοι appellantur. Varr. ap. Non. 1, 12. Ut equus,
qui ad vehendum est natus, tamen traditur magistro,
ut equiso doceat totum incedere. Plin. 8, 42, 67.
In eadem Hispania Callaica gens est, et Asturica:
equini generis (hi sunt, quos thieldones vocamus,
minori forma appellatos asturcones) gignunt, qui-
bus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno
crurum explicatu glomeratio: unde equis totum
carpere incursus traditur arte. Pl. As. 3, 3, 116.
Demam hercle jam hordeo, totum ni badizas. Lucil.
ap. Non. l. c. Si omne iter evadit, stadiumque
acclive totum. Varr. ib. de equitante: Haec post-
quam dixit, cedit citu', celsu' totum. Novius ib.
ib. Edixi iterum hominem in Tuscos totum.

*TOMABEI, orum, populi Arabiae, quorum meminit
Plin. 6, 28.

TOMACINA, ae, f. idem ac tomaculum, nempe
a τμή, quia est segmentum carnis, et in primis
porcinae. Varr. R. R. 2, 4. med. Quotannis e Gal-
lia apportantur Romam pernae, tomacinae, et tani-
acae, et petasones. V. TANIACAE.

TOMACULUM, i, n. vel per syncopen Toma-
cium, ἀλλῶς, τεμάχιον, genus edulii, quod fere fit
ex jecore, abdomine, testiculis, et vulvis suum mi-
nutim concisis et jam semicoctis, infusus ovis cru-
dis, et caseo optimo, et liquamine, pipere, aniso,
gingibere, tegiturque omento suillo. Est a τέμνω,
seco, concido, unde τμή, sectio, et τὸ τεμάχιον,
et diminut. τεμάχιον. Juven. 10, 355. Extā, et candi-
duli divina tomacula porci. Mart. 1, 42. fuman-
tia qui tomacula raucus Circumfert tepidis cocus po-
pinis. Petr. Sat. 31. extr. Tomacula ferventia supra
craticulam argenteam posita. Adde ib. 49. extr.
Theod. Prisc. 2, 10. Cibis congruis digestilibus
nutrio; ut sunt ova, tomacula, buccellae candidae
in aqua calida maceratae.

*TOMALA, opp. Arabiae Felicis. Plin. 6, 28. B. A.

TOME, es, f. sectio, incisio, τμή: a τέμνω, se-
co. Auson. epist. 4, 90. Tum quod bucolice tome re-
linquit, h. e. caesura, quae in bucolicis versibus
adhibetur, h. e. cum versus hexametri pes quartus
est dactylus dictionem finiens, ut in illo Virg. Ecl.
1, 8. Saepe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
P. Universim tome est sectio, et divisio cujusque ver-
sus. Hinc primam, secundam, tertiam tomen ver-
sus hendecasyllabi pluribus exponit Terent. p. 2440.

TOMENTUM, i, n. τριχάλον, et γνάφαλον, pro-
prie sunt flocci ex texta lana derasi a fullonibus, et
in culcitas farti: inventum Galliarum: quare varia
tomentorum genera Gallicis nominibus discernuntur,
ut Plin. ait 8, 48, 73. et 19, 1, 2. n. 1. Eodem vo-
cabulo appellari possunt etiam acus, palea, pluma,
qua farciuntur culcitrae. Isid. Or. 19, 27. Tomentum
appellatum, quod aut in filo, aut in tela tumeat,
nec subtilitatem habeat. Varr. L. L. 4, 35. In cul-
citas tomentum, aliudve quid calcare. Suet. Tib.
54. Adeo alimenta Druso subducta, ut tomentum ex
culcita tentaverit mandere. (Adde Tac. A. 6, 23.)
Mart. 14, 159., cujus lemma Tomentum Lingoni-
cum: Oppressae nimium vicina est fascia plumae.
Vellera Lingonicis accipe rasa sagis; et ib. 160., cu-
jus lemma Tomentum Circense: Tomentum concisa
palus Circense vocatur. Haec pro Lingonico stra-
mina pauper emit. V. CIRCENSIS. De tomento
ex pluma, et foeno est epigr. 16. et 162. ib. Fiebat
et ex foliis albis, et mollibus herbae, quae gnapha-
lion ob id appellata est. Plin. 27, 10, 61. Appul.
Apol. Capillus stuppeo tomento assimilis. Alii per-
peram legunt tomento.

TOMIS, is. V. TOMOS.

TOMITAE, arum, m. plur. Tomi oppidi incolae.
Or. Trist. 1, 2, 85. Nescio quo videam positos ut in
orbe Tomitas.

TOMITANUS, a, um, adj. ad Tomum oppidum,
seu Tomitas pertinens, ut Tomitana terra. Ov. Pont.
1, 1, 1. Id. ib. 3, 8, 9. et Palladis uti Arte Tomi-
tanae non dedicere nurus.

TOMIX, icis, f. θόμιξ, restis, funiculus ex can-
nabe, junco, sparto, palma, aliave materia. Vitr.
7, 3. Asseribus dispositis, tum tomice ex sparto
Hispanico arundines Graecae tusae ad eos religun-
tur. Colum. 12, 32. Marrubii caules teneros in sole
siccato, deinde fasciculos facito, et tomice palmea,
aut juncea ligato. Plin. 17, 10, 11. Sic et spinas
sepis causa serunt, tomice moris spinarum circumli-
ta. (Enarrant hoc fusius Colum. 11, 3. in. et Pall.
1, 34.) Pall. 1, 13. Binas perlicas erigemus tomici-
bus alligatas. P. Sunt qui scrib. thomix Graecas lit-
teras secuti. V. THOMIX.

TOMOS, seu Tomus, i, f. Kiow, urbs Moesiae inf.
in ora Ponti Euxini, celebris exilio P. Ovidii Naso-
nis. Dicta est a τμή, sectio, vel a τόμος, h. e. frustum
sectione ablatum: quia ibi Medea, cum fugeret ex
Colchide una cum Iasone, Absyrtum fratrem secum
adductum in membra discerpit, eaque in variis locis
sparsit, ut patrem persequentem in illi membris col-
ligendis occupatum retardaret. Or. Trist. 3, 9, 33.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui. Alii leg. In-
de Tomis dictus, etc. ut sit Tomis, is. Sic Pont. 4,
14, 59. Jam mihi cara Tomos. Alii leg. Tomos. P

Est etiam *Tomi, orum, Topol. Stat. Silo. 1, 2, 254.* nec tristis in ipsis Naso Tomis. *Claud. Epith. Pall. et Celer. 70.* Danubius veteresque Tomi. *Sidon. Carm. 23, 159.* et te Notum, Naso tener, Tomosque missum.

TOMUS, i, m. τόμος, Graece est sectio, pars: tomus itaque est operis longioris, in partes secti, pars quaedam. *Mart. 1, 67.* Erras, meorum fur avare librorum, Fieri poetam posse qui putas tanti, Scriptura quanti constat, et tomus vilis. [*M. Aurel. ad Front. ad Caes. (ed. A. Maio) ep. 2, 13.* Fe-ci tamen mihi per hos dies excerpta ex libris sexaginta in quinque tomis. *F.*] *Hieron. ep. 22, n. 38.* Accipe tibi tomum magnum novum, et scribe in eo. *P.* Item piscis nomen ap. *Plin. 32, ult. ubi ed. Hard.* habet thynnus. *P.* Tomus, urbs Moesiae. *V. Tomos. B. A.*

***TOMYRIS, is, f.** Τόμυρις, regina nobilis Massagetarum in Scythia, quae Cyrum debellavit et interemisset, si fides *Herodoto (1, 205. sq.)*, ex quo *Justinus* repetit 1, 8. Nam alia omnia *Xenophon. Tibull. 4, 1, 143.* Nec qua regna vago Tomyris finivit Araxe. *P. Thamyris, audit Val. Max. 9, 10.* *Tomyris (Tamyris) autem Frontin. Strateg. 2, 5.* *P.* De orthographia hujus vocis. *V. Broukhus. ad Tibull. B. A.*

TONANS, antis, part. a tono: βροντῶν, qui tonat. In *commentar. augur. ap. Cic. Div. 2, 18, et Phil. 5, 3.* Jove tonante, fulgurante, comitia populi habere nefas. *Plin. 15, 30, 40.* Tonante coelo coronari lauro contra fulminum metus. *Virg. A. 5, 820.* sub axe tonanti. *Or. Her. 19, 81.* tonantes venti. *Hor. Od. 1, 34, 7.* Diespiter per purum tonantes Egit equos. *P. Tonans absolute, Juppiter. Or. Her. 9, 7.* velit hoc germana Tonantis. *Id. Fast. 2, 69.* Tonans Capitolinus, h. e. Juppiter tonans, cui Augustus aedem exstruxerat in clivo Capitolino, cuius meminit *Suet. Aug. 29, et 91. Or. Met. 1, 170.* Hac iter est Superis ad magni tecta Tonantis. *Adde Lucan., Val. Fl., Mart., Sen. Trag., Claud. etc. P. Falxifer Tonans ap. Mart. 5, 16.* est Saturnus. *Sceptraferi Tonantes ap. Sen. Med. 59.* Juppiter, et Juno. *P. Translate. Just. 32, 4.* Annibalem Romano tonantem bello Italia contremuit.

TONATIO, onis, f. tonandi actus. *V. CONATIO.*

TONDEO, es, tóndō, tonsum, a. 2. xelō, lamam, capillos, barbam, et hujusmodi caedo. *Cic. Tusc. 5, 20.* Ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit: ita regiae virgines, ut tonsorialae tondebant barbam et capillum patris. *Cels. 6, 6, n. 8.* Sed ante tondere ad cutem convenit. *Pl. Merc. 3, 1, 29.* et *Plin. 18, 27, 67, n. 4.* Tondere oves. *Catull. 61, 138.* nunc tuum cinerarius tondet os, h. e. capillum et barbam. *Tibull. 3, 1, 9.* Lutea sed niveum involvat membrana libellum: Pumex et canas tondeat ante comas, h. e. abradat pilos membranae, et laeviget. *Plin. 28, 4, 6.* Tondere naevos in facie, religiosus habent etiam nunc multi. *P. Tondere dicitur etiam qui tondetur: ut lavare, qui lavatur. Varr. R. R. 1, 37.* Ne decrescente luna tondens calvefiat. *Suet. Aug. 79.* In capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret, ac modo tonderet, modo raderet barbam. *Virg. Ecl. 1, 29.* Candidior postquam tondenti barba cadebat. *Quint. 1, 6, f.* Lavamus, et tondemus, et convivimus. *P. Pro metere, secare. Tibull. 4, 1, 172.* Tondeturque seges maturos annua partus: ἄλλοτριός. *Virg. G. 1, 289.* Nocte leves melius stipulae, nocte arida prata Tondentur. *Sen. Phoen. 130.* Colonus agros uberis tondet soli. *P. Item putare. Colum. 4, 21.* Vitis in pollicem tondeatur. *Plin. 15, 1, 2.* Oleae tondentur, cum et vites. *Id. 12, 25, 54.* Tondetur balsamum fruticans. *Virg. G. 4, 137.* Ille comam mollis jam tum tondebat acanthi. *P. Item carpere, pasci. Virg. Cul. 50.* Tondentur tenero viridantia gramina mosu. *Lucr. 2, 659.* tondentes gramina lanigeras pecudes. *Virg. A. 3, 537.* equos in gramine vidi Tondentes campum late. *Id. G. 1, 15.* tondent dumeta juveni. *Prop. 3, 11, 29.* violas tondere manu, h. e. decerpere, legere. *Sil. 13, 839.* Illa autem, quae tondetur praecordia rostro Alitis, h. e. laceratur et carpitur. *Sic Virg. A. 6, 597.* rostroque immanis vultur obunco Immortale jecur tondens. Alii leg. *tundens; et Sen. Ag. 18.* Ubi tondet ales avida fecundum jecur. *P. Translate est spoliare, privare. Pl. Bacch. 2, 3, 8.* Hunc tondebo auro usque ad cutem. *Prop. 3, 17, 22.* de Scylla: Tondens purpurea regna paterna coma. *P. Praeteritum agnoscitur ab omnibus grammaticis. V. DETONDEO.* *P. Etiam tondo, is, in tertia conjug. usurpatur. Vet. Calendar. ap. Grut. 138.* mense Majo: Oves tonduntur.

***TONDEROS, i,** Asiae ulterioris fluvius, de quo *Plin. 6, 23.* Ariana regio—cultores congregat circa duos maxime fluvios, Tonderonem et Arosapan. *B. A.*

TONESCO, is, n. 3. idem ac tono. *Varr. ap. Non. 2, 858.* Tunc repente coelitem altum tonitribus templum tonescit.

TONGERÉ, Aelius Stilo ait, noscere, esse, quod Praenestini tongitionem dicant pro notione. Significat et latius dominari. *Ennius:* Alii rhetorica tongent. Et, vincere, etiam quandoque videtur significare. *Haec Festus.*

TONGITIO, onis, f. V. v. praec.

TONITRALIS, e, adj. βροντικός, in quo fit tonitru. *Lucr. 1, 1096.* Neve ruant coeli tonitralia templa superne.

TONITRUALIS, e, adj. qui tonitrua immittit, h. e. Juppiter. *Appul. de Mundo.* Dicitur (Juppiter) et fulgurator, et tonitrualis, et fulminator. *V. RITUALIS f.*

[TONITRŪO, as, n. 1. idem ac tono. *Commod. Instruct. 6, 7.* Insipiens Jovem tonitruare tu credis. *F.]*

TŌNITRUS, us, m. in abl. sing. Tonitru, et in dat. plur. Tonitribus: item Tonitruum, i, n. et in plur. Tonitrua, βροντή, βρόμος, sonus nubes ictae, fragor ille, qui fit in nubes: a tono. *Virg. A. 4, 122.* tonitru coelum omne ciebo. *Cic. Div. 2, 18.* Nonne perspicuum est ex prima admiratione hominum, quod tonitrua, jactusque fulminum extimuisent, credidisse ea efficere rerum omnium praepotentem Jovem? *Liv. 1, 16.* Subito coorta tempestas, cum magno fragore tonitribusque, tam denso regem operuit nimbo, etc. *Juven. 5, 117.* facient optata tonitrua coenas, h. e. optatas propter tubera, quae erant in deliciis ciborum, et dicebantur crescere praecipue tempore crebrorum tonitruum. *Festus in Claudiana tonitrua.* Ut veri tonitrus similitudinem imitaretur. *Plin. 8, 47, 72.* Tonitrua solitariis ovibus abortus inferunt. *Sen. Q. N. 2, 56.* Haec antiqui fulgetra dicebant, tonitrua nos pluraliter dicimus: antiqui aut tonitruum dixerunt, aut tonum. *Stat. Th. 1, 258.* tonitrus agis, et mea fulmina torques. *Plin. 36, 13, 19, n. 2.* Tonitruum terribile existit. *Gell. 10, 12.* Tonitrus et imbres fieri derepente. *Trebell. Gall. 5.* Auditum praeterea tonitruum, terra mugiente, non Jove tonante. *P. Genitivus plur. sumitur saepius a tonitrus, quam a tonitruum. Pacuv. ap. Coel. ad Cic. Fam. 8, 2.* Clamor tonitruum et rudentum sibilus. *P. Reperitur etiam tonitruus, i, m. Hieron. adv. Jo. Hierosol. n. 10.* Tonitrus Gentium, flumen eloquentiae Christianae. *P. Tonitrua quoque pro tonitrua sunt qui leg. in fragmento Accii ap. Prisc. 6, 686.* *P. Afferitur a quibusdam Lexicographis et a Charis. 1, 23.* tonitru n. 4., sed hujus positionis nullum adhuc exemplum vidimus.

TŌNO, as, nui, n. 1. βροντῶ, strepo: et proprie de nubibus dicitur: a τόνος, sonus intentus et vehemens. *Enn. ap. Sen. ep. 118.* et *Virg. G. 3, 260.* quem super ingens Porta tonat coeli. *Pl. Amph. 5, 1, 10, et 78.* Ut subito, ut prope, ut valide tonuit! *Cic. Div. 2, 72.* Si fulserit, si tonuerit, si tactum aliquid erit de coelo. *Sen. Med. 531.* Nunc summe toto Juppiter coelo tona. *Id. Hipp. 682.* Divum rector, in me tona. [*Front. ad Verum Imp. (ed. A. Maio) ep. 1. med.* Ea ipsa tonandi potestas non Diti patri, neque Neptuno, neque Diis ceteris, sed imperatori summo Jovi tradita est, ut fragoribus nubium, et sonoribus procellarum, velut quibusdam coelestibus vocibus, altissimum imperium a contemptu vindicaret. *F.]* *P. Transferitur ad significandum quemlibet sonum vehementem, boatum, fragorem. Lucr. 2, 618.* Tympana tenta tonant. *Virg. A. 3, 571.* horrificis juxta tonat Aetna ruinis; et *ib. 9, 540.* pondere turris Procubuit subito, et coelum tonat omne fragore; et *ib. 12, 757.* Exoritur clamor: coelum tonat omne tumultu. *Sen. Tro. 173.* excelsum nemus Fragore vasto tonuit. *Mart. 9, 69.* Murnure jam saevo verberibusque tonas. *Val. Fl. 4, 612.* Et tonat afflicta semper domus ignea massa. *P. Tonare dicuntur grandia loquentes, et eloquio insignes: nam, ut ait Plin. ep. 1, 21, med., oratio lata, et magnifica, et excelsa tonat, fulgurat, omnia denique perturbat ac miscet. Itali dicunt, fa strepito e impressione negli animi. Cic. Or. 9.* Pericles ab Aristophane poeta fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus est. *Colum. praef. 1, f.* Neque ille ipse Cicero territus cesserat tonantibus Demostheni Platonique. *Prop. 3, 15, 40.* Qualis Pindarico spiritus ore tonat. *Virg. A. 11, 383.* Proinde tona eloquio, solitum tibi. *P. Regit etiam accusativum. Virg. A. 4, 510.* Tercentum tonat ore Deos, h. e. magna voce inlclamat. *Prop. 4, 1, 134.* Et vetat insano verba tonare foro. *Mart. 8, 3.* Aspera vel paribus verba tonare modis. *Claud. Rapt. Pros. 1, 83.* tunc talia celso Ore tonat. *Id. epist. 3, 4.* Carmina seu fundis, seu Cicerona tonas. *Id. Cons. Prob. et Olybr. 218.* gratamque facem per inane rotantes Prospera vibrati tonuerunt omnia nimbi. *P. In tert. conjugat. Varr. ap. Non. 1, 245.* Tibi tympana non inani sonitu Matris Deum tonimus.

TŌNOR, oris, m. ita dictus est ab antiquis tenor, hoc est accentus, teste *Quint. 1, 5, V. TENOR.*

[TONOTICUS, a, um, adj. τονωτικός, vim habens intendendi, seu roborandi et firmandi. *Theod. Prisc. de dialect. 9.* Mastix foris tonotica. *F.]*

TONSĀ, ae, f. κόπη, remus: ita dictus quia quasi tondetur ferro, ut ait *Fest.* Alii ducunt a *tundendo*, quia tundit aquam: *Serv. ad A. 7, 28.* a decutiendis fluctibus, sicut tonsores a decutiendis capillis. *Enn. ap. Fest.* Alius in mari vult magno tenere tonsam. *Val. Fl. 1, 369.* Tum valida Clymenus percusso pectore tonsa, Frater et Iphiclus puppim trahit. *P. Saepius adhibetur in plur. Enn. ap. Fest.*

Poste recumbite, vestraque pectora pellite tonsis. (*Pro poste est qui mallet pone.*) *Id. ib.* exin referunt ad pectora tonsas. *Virg. A. 7, 28.* in lento luctantur marmore tonsae; et *ib. 10, 299.* socii consurgere tonsis. *Lucan. 3, 527.* impulsae tonsis tremuere carinae. *Adde 5, 448., Sil. 11, 491., Sen. Ag. 443.* et *Lucr. 2, 554.* *P.* Sunt qui docent, tonsam proprie esse remi palmulam: et per synecdochē de toto remo dici. *Manil.* hac ratione usus videtur 4, 284. Aut remos agitare, et lentas flectere tonsas.

[*TONSICULA, ae, f. piscis ap. *Cassiod. Var. Ep. 12, 4. Bail.]*

TONSILIS, e, adj. qui tonderi potest. *Plin. 8, 50, 76.* Caprae in Cilicia circaque Syrtes villo tonsili vestiuntur, h. e. oblongo, et ad texendum apto. Ex eo enim fit pannus, qui dicitur *Camelot.* *Rursum Id. 16, 10, 18.* Picea jam in domos recepta, tonsili facilitate. *P. Item tonsus: ut rasilis, rasus. Mart. 3, 58.* de villa: Non otiosis ordinata myrtetis, Viduaque platano, tonsilique buxeto. *Plin. 12, 2, 6.* Primus C. Matus memora tonsilia invenit. *Cn. Mattius ap. Gell. 20, 9.* Tonsiles tapetes ebrii fuco, h. e. villo brevi admodum, aut nullo.

TONSILLĀ, ae, f. palus, ad quem naves ligantur: diminut. tonsae. *Fest.* Tonsillam ait esse Verrius palum dolatum in acumen, et cuspidē praefectum, ut existimat, quem configi in litore navis religandae causa. *Pacuvius in Medo:* Accessi ad eam, et tonsillam pegi laevo in litore. *Accius:* Tacite tonsillas litora in lecta indite. *Haec Festus.* Locum *Pacuvii* descripsit etiam *Prisc. 10, 894.*

TONSILLAE, arum, f. plur. τασίλλαι, ἀνιάδες, glandulae in summis faucibus, quae interdum inflammantur et intumescunt, deglutendi facultatem impediunt, et nonnunquam exulcerantur. Earum curationem *Cels. 6, 10, et 7, 12, n. 2.* tradit. *Plin. 11, 37, 66.* Tonsillae in homine, in sue glandulae: quod inter eas urvae nomine ultimo dependet palato, homini tantum est. *Cic. N. D. 2, 54.* Linguam, ad radices ejus haerens, excipit stomachus: oris utraque ex parte tonsillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur.

TONSIO, onis, f. *Cato R. R. 2, f.* Pecus consideret, tonsionem uti faciat. Alii leg. *auctionem.*

TONSITO, as, a. 1. saepe tondeo. *Pl. [Bacch.] 5, 2, 9.* Rerit', ter in anno tu has (oves) tonsitari!

TONSOR, oris, m. τουργός, qui capillum et barbam aut forfice tondet, aut cultro radit. Romani prioribus annis sine tonsoribus fuere (ut narrat *Plin. 7, 59, 59.*), intonsi enim vivebant: quod significat (inquit *Varro R. R. 2, 11, med.*) antiquorum staturae, pleraeque capillum et barbam magnum habentes. Inducti sunt Romam primum ex Sicilia a *P. Ticinio Mena* ann. U. C. CCCCLIV. Prius vero ap. Romanos barbam tonsores forfice tondebant, unde is nomen factum, deinde cultro seu novacula radebant, tandem volsellis vellebant. *Hinc Mart. 8, 47.* Pars maxillarum tonsa est tibi, pars tibi rasa est, Pars vulsa est: unum quis putet esse caput! Primus omnium radii quotidie instituit Africanus sequens: Augustus cultris semper usus est, ut *Varr. R. R. 2, 11, et Plin. l. c.* narrat. *Cic. Tusc. 5, 20.* Dionysius ne tonsori collum committeret, tondere filias suas docuit. *Hor. Ep. 1, 1, 94.* Si curatus inaequali tonsore capillos Occurro, rides. *Mart. 6, 57.* Tonsorem capiti adhibere. *Suet. Aug. 79.* Tonsori operam dare, h. e. tonsorem adhibere. *P. Inter officia domus Augustae. Inscr. ap. Mur. 897, 8.* Donatus *Ti. Germanici* tonsor. *P. Non solum barbam, aut capillum, sed etiam unguis curabant. Pl. Aul. 2, 4, 33.* Quin ipsi pridem tonsor unguis dempserrat: collegit, omnia abstulit praesequina. *V. Val. Max. l. c.* in v. sq. *P. Lepidum* epigramma in tonsorem imperitum habes ap. *Mart. 11, 84.* *P. Pro putatore. Arnob. 6, 197.* Saturnus cum obunca falce ramorum luxuriantium tonsor. *P. Res nota est lippis, et tonsoribus, inquit Hor. Sat. 1, 7, 3.,* significans pervalgatam, et in ore omnium esse. *V. LIPPUS.*

TONSORIUS, a, um, adj. τουργικός, ad tonsorem, et ad tondendum pertinens. *Cic. Off. 2, 7.* et *Petr. Sat. 108, med.* Cultros metuens tonsorios, i. e. novaculas. *Val. Max. 3, 2, n. 15.* Cultellum tonsorium, quasi unguium reseccandorum causa poposcit. *Mart. 14, 36.,* cuius lemma *Ferramenta tonsoria:* Tondendis haec arma tibi sunt apta capillis: Unguibus haec longis, utilis illa genis. *Pall. 1, 43.* Castratoria ferramenta, atque tonsoria, h. e. tondendis ovibus.

TONSTRICŪLĀ, ae, f. τουργεῖδιον, dimin. tonstricis. *Cic. Tusc. 5, 20.* Regiae virgines, ut tonstriculae, tondebant barbam et capillum patris.

TONSTRINĀ, ae, f. τουργεῖον, officina tonsoris. *Pl. Epid. 2, 2, 13.* Per omnem urbem quem sum defessus quaerere, per medicinas, per tonstrinas, in gymnasiis, atque in foro. (*Adde Amph. 4, 1, 5.*) *Id. As. 2, 2, 86.* In tonstrina ut sedebam, me inquit percontarier. *Plin. 36, 22, 47.* Cotes saliva hominis proficientes in tonstrinarum officinis. *Id. 29, 6, 36.* Aranei tela vulneribus tonstrinarum sanguinem sistit, h. e. novacula factis in radendo.

*TONSTRINUS, i, m. tonsor. Petr. 46. sec. Burm. et Scheff. Al. tonsorium, sc. virum. B. A.

TONSTRIX, icis, f. xovστρία, quae tondet, mulier tonsoris officio fungens. Pl. Truc. 2, 4, 51. Tonstricem Syram novisti nostram. Adde ib. 4, 2, 59. et 4, 4, 3. et Mart. 2, 17. Inscr. ap. Grut. 594, 3. Sextiae L. Tertiae tonstrici Sextia Xanta Ser. (Fabr. p. 214. n. 547. legit Ser.) libraria Em. Oll. II. V. TOSTRIX.

TONSURĀ, ae, f. xovστῆ, xovστῆς, actus tondendi. Varr. R. 2, 11. Quidam in anno bis tondent (oves), ac semestres faciunt tonsuras. Plin. 28, 8, 29. Nigra lana primae tonsurae. (V. APTATURA.) Or. A. Am. 1, 517. Nec male deformet rigidos tonsura capillos. P Item putatio. Plin. 17, 27, 46. Vitis tantum tonsuram annuam quaerit, alternam myrtus, puniceae, oleae. Adde 16, 37, 68.

TONSUS, a, um, part. a tondere: xovστῆς, xovστῆς, cui coma, barba, aut lana resecta est. Hor. Ep. 1, 18, 7. Tonsa cutis. Ov. Met. 8, 151. Tonsus capillus. Mart. 11, 39. Tonsa barba. Plin. 8, 42, 66. equarum juba. Virg. G. 3, 443. Tonsae oves. Hor. Od. 3, 5, 14. lanae. Mart. 6, 64. Vir tonsus ad speculum. Cic. Pis. 8. f. Tu ex popina consul extractus cum illa saltatrice tonsa, h. e. cum Gabinio consule, quem ut saltatorem reprehendit ib. 10. et 11: tonsam vero dicit, non quod nullam haberet comam: cum e. 11. tribuat ei comptos capillos, et madentes cincinnorum fimbrias; sed quia brevior coma utebatur lasciviae causa; pueri enim meritorii ita tondebantur. Hinc Suet. Aug. 45. Matriona in puerilem habitum circumtonsa; et Ner. 44. Concubinas tondere ad virilem modum. Prop. 4, 11, 38. Sub quorum titulis Africa tonsa jaces, h. e. captiva: bello enim subactos tondere comam, et victori crimem porrigere (ut est ap. Ov. Am. 1, 14, 45. et Fast. 1, 645.) mos fuit. Allegorice omni decore spoliata. P Tonsus puer, minister, est simplex, purus, rudis: nam quos habebat delicatos, comatos habebant, et comptos. Mart. 10, 98. Suspectus tibi ne tamen recumbam, Praesta de grege sordidaque villa Tonsos, horridulos, rudes, pusillos Hircosi mihi filios bubulci; et 11, 12. pocula trade tonsa pura ministro. P Tonsus reus, absolutus: quia, durante iudicio, rei sordidati capillum et barbam submittebant ad captandam misericordiam: absoluti tondabant. Id. 2, 74. Ad alta tonsam templa cum reum misit. P Est etiam putatus. Hor. Od. 4, 4, 57. duris ilex tonsa bipennibus. Quint. 8, 3. Sterilem platanum, tonsasque myrtos, quam maritam ulmum, et uberes oleas praetoverim, h. e. ad speciem putatas, ut in hortis ornati sint. Sic Plin. ep. 5, 6. med. Ambulatio pressis, varieque tonsis viridibus inclusa. Virg. A. 5, 774. et G. 3, 21. caput tonsae foliis ornatus olivae. Ubi Serv.: minutis foliis compositae, ut A. 1, 706. tonsisque ferunt mantilia villis. Ubi Id. vel minutis, vel compositis, ut ib. 5, 556. Omnibus in morem tonsa coma pressa corona, h. e. ex minutis, aut apte compositis foliis conserta. (Fallitur hic Serv. v. tonsa cum coma componens.) Ov. Rem. Am. 191. tonsa humus, h. e. foenisechia facta. Virg. G. 1, 71. alternis tonsas cessare novalis, h. e. messura facta; et ib. 4, 277. tonsae valles, h. e. non silvosae, sed cultae, resectis superfluis fruticibus, et arboribus silvescentibus.

TONSUS, us, m. idem ac tonsura. Pl. Amph. 1, 1, 288. Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasus, vel labra. Accius ap. Non. 2, 850. Sed quaenam haec est mulier, funesta veste, tonsu lugubri?

TONUM, i, n. Vitr. 9, 9. med. Moventur sigilla, vertuntur metae, calculi, aut tona projiciuntur, buccinae canunt. Alii rectius leg. ova.

TONUS, i, m. accentus, tenor: a τόπος, quod proprie est intentio, et speciatim soni intentio. Vitr. 5, 4. vocat sonitum. Id. ib. Harmonia tetrachordorum et tonos, et dieses habet binas: diesis autem est toni pars quarta. Adde Macr. Somn. Scip. 2, 1. med. et Capell. 9, 315., ubi de tonis plura. P In re grammatica est accentus, πρῶτος ὄδιον. Nig. ap. Gell. 13, 25. Secunda syllaba superiore tono est, quam prima: deinde novissima deicitur, at in casu vocandi summo tono est prima. Ipse Gell. ib. Summum tonum πρῶτος ὄδιον acutam dicit. V. ACCENTUS. P In picturis splendor intermedius inter lumen et umbram tonus dicitur. [V. Winckelmann, Stor. dell' arte 7, 4. §. 6.] Plin. 35, 5, 11. Deinde adjectus est splendor, alius hic quam lumen, quem, quia inter hoc et umbram esset, appellaverunt Graeci tonon: commissuras vero et transitus armoen. P Sen. Q. N. 2, 56. Tonitrua nos pluraliter dicimus: antiqui aut tonitruum dixerunt aut tonum. Hoc ap. Caecinam inventio, facundum virum, qui habuisset aliquod in eloquentia nomen, nisi illum Ciceronis umbra pressisset.

TÓPARCHĀ, ae, m. τοπάρχης, regionis praefectus: est a τόπος, locus, regio, et ἀρχή, principatus. Spart. Hadr. 13. med. Toparchus, et reges ad amicitiam invitavit.

TÓPARCHĪA, ae, f. τοπαρχία, regionis praefectura. Plin. 5, 14, 15. Reliqua Judaea dividitur in toparchias decem.

TOPAZIĀCUS, a, um, adj. ad topazion pertinens.

Venant. carn. 8, 6, 273. Pulcra topaziaciis oneratur zona lapillis.

TÓPAZĪON, ii, n. vel Topazios, ii, f. τοπάζιον, et τοπάζιος, gemma suo genere virens, in insula Rubri maris Topazo primum reperta: cujus duo genera faciunt, prasoiden, et chrysopteron, similem chrysopraso. Ejus enim tota similitudo ad porri succum dirigitur. Est autem amplissima gemmarum: et sola nobilium limam sentit, et usu atteritur. Haec ex Plin. 37, 8, 32. P A Prudentio dicitur topazon, τόπαζιον, in Psych. 861. Sardoum juxta appositum, pulcherque topazon. P Narrat Plin. l. c. eam insulam a Troglodytis ita dictam, quia valde nebulosa sit, ideoque saepe quaesita a navigantibus: nam topazion (τοπάζειν) illorum lingua significationem habere quaerendi. Hinc etiam Graecis τοπάζω est quaero.

[TOPAZUS, a, um, adj. idem ac topaziacus, seu topaziis ornatus. Venant. Vit. S. Mart. 2. f. Hos chlamys, ast illos armilla topaza decorat. F.]

TOPER et Topper, adv. prisca et obsoleta vox, et, ut ait Quint. 1, 6. f., ab ultimis et jam oblitteratis petita temporibus, quae et cito, et fortasse significare dicitur a Festo: qui utramque significationem adstruit ex Naevio, Coelio, Accio, Ennio, Pacuvio. Si notationem spectas, qua a toto opere deducunt etymologi, unico p scribi debet: si libros veteres sequeris, duplici. V. NUPER in.

TOPHUS cum derivatis. V. TOFUS.

TOPIĀ, orum, n. plur. picturae, in quibus regiones, nemora, portus, litora, flumina, et alia id genus repraesentantur. Vitr. 7, 5. agens de ratione pingendi in aedificiis, cum dixisset, antiquos primum tectorio opere, et coloribus crustarum marmorearum varietates imitatos fuisse; postea, inquit, ingressi sunt, ut etiam aedificiorum figuras, columnarumque et fastigiorum eminentes projecturas imitarentur; patentibus autem locis, ut exhedris, propter amplitudinem parietum, scenarum frontes tragico more, aut comico, aut satyrico designarent: ambulationibus vero, propter spatia longitudinis, varietatibus topiorum ornant, ab certis locorum proprietatibus imagines exprimentes. Pinguntur enim portus, promontoria, litora, flumina, fontes, euripi, fana, luci, montes, pecora, pastores: nonnullis locis item signorum megalographiam, habentem Deorum simulacra, seu fabularum expositas explicationes, non minus Trojanas pugnas, seu Ulyssis errationes per topia, ceteraque, quae sunt eorum similibus rationibus ab rerum natura procreata. Hactenus Vitr., cujus verba longiora huc transtulimus, tum ut facile intelligi posset, de pictura hic sermonem esse, non de topiario opere (de quo V. v. sq.), quod nonnulli putarunt; tum ut quid topiorum nomine veniat, clare ex ipsius Vitruvii verbis explicaretur. P Est tamen ubi topia sunt topiario opere ex arborum frondibus loca contexta: ut ap. Spart. Hadr. 10. med. Triclinia de castris, et porticus, et cryptas, et topia diruit.

TOPIĀRIUS, a, um, adj. Topiarius opus. Hujusmodi opus ex arbore, aut frutice, aut herba, aut vitandi aestus causa factum, ut sunt testudines, camerae, naves, aviculae, et hujusmodi, quae ex buxo, vel hedera, et aliis, quorum natura sequax est et flexibilis, fieri consueverunt. Quidam topiarium dici ex eo volunt, quia funiculos Graeci τόπια, et τοπία appellat. Ratio appellationis est, quod in opere topiario frutices, et arbusculae tonsiles, quae varie torquentur et flectuntur, usque dum animalium, vel aliarum rerum similitudinem repraesentent, topiis sive funiculis soleant religari. Id magis placet, quam ut dicantur ita, quia arbusculae illae flexiles et sequaces sint instar funiculorum: quod quibusdam aliis videtur. Haec Voss. in Etym. Alii tamen ita dici censent a τόπος, locus, eo quod varia in eo loca constituuntur: sive per excellentiam, quod loca istiusmodi ad voluptatem mire faciunt. Plin. 15, 30, 39. Accedit in topiario opere lauri genus, quae taxa dicitur. Id. 21, 11, 39. Vincaperuvina semper virens, topiaria herba; et 18, 28, 69. n. 1. Arborea urbanae, et quae topiario tantum quaeruntur. Id. 22, 22, 34. Acanthos topiaria et urbana herba, elato longoque folio, crepidines marginum, assurgentiumque pulvinorum toros vestiens. P Topiaria ars, quae versatur circa topiaria opera. Cic. Q. Fr. 3, 1, 2. f. Ut denique illi palliati topiariam facere videantur, et hederam vendere. P Topiarius, ii, absolute, qui topiaria opera facit: ut sunt, inquit Firm. Math. 8, 10. f., qui buxas arboreas tondentes, in belluas fingunt, aut virides porticus in circulum flexis vitibus faciunt. Cic. l. c. Topiarium laudavi: ita omnia convestivit hedera, qua basim villae, qua intercolumnia ambulationis. Adde Plin. 18, 26, 65. n. 2. et Plin. jun. ep. 3, 19. V. QUARTILLA.

TOPIAS ficus Colum. 5, 10. med. recenset inter varia ejus arboris genera, quae praecipua bonitate commendantur. Ubi vel ficus significat, quae topiario operi inservire possunt, vel legendum est Chias, ut mallet Pontedera.

TÓPICĀ, orum, n. plur. τοπικά, libri, in quibus de inventionem argumentorum disseritur: a τόπος, locus, quod in iis doceatur, quemadmodum ex certis

locis argumenta eruuntur. Ita inscripti sunt libri Aristotelis, et Ciceronis. Cic. Fam. 7, 19. Institui topica Aristotelea conscribere.

TÓPICĒ, es, f. τοπική, ars inveniendorum argumentorum. Cic. Top. 2. Inveniendi vero artem, quae topicè dicitur, quae ad usum potior erat, et ordine naturae certe prior, totam reliquerunt

*TOPIRIS, idis, oppidum Thraciae, vel Macedoniae Adjectae, inter Strymonem Nestumque flumina. Plin. 4, 11. P In nummis Getae est Topirus, cum Ulpiae cognomento. P Topiis appellatur a Ptolemaeo, a Procopio Τόπιρος, Τόπηρος autem in Act. Concil. Ephes. B. A.

TOPOGRAPHĪA, ae, f. τοπογραφία, a τόπος, locus, et γράφω, scribo, pingo. Est descriptio veri loci. At

TÓPOTHĒSIĀ, ae, f. τοποθεσία, a τόπος, et τίθημι, pono, est descriptio loci ficti. Ita inter duo haec distinguit Serr. ad A. 1, 163. Priore describendi ratione utuntur oratores, ut Cic. Verr. 2, 4, 52. et ib. 2, 5, 37. et Lin. 44, 6; posteriore poetae, ut Virg. l. c. et Stat. Th. 2, 32. P Graece utraque vox usurpatur. Cic. Att. 1, 13. Τοποθεσίαν quam postulas, Miseni et Puteolorum, includam orationi meae; et ib. 16. f. Velim ad me scribas, cujusmodi sit Αμάλθειον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσία.

TOPPER. V. TOPER.

TORAL, ālis, et Torale, is, n. περιέλιον, stragulum, quod circa torum apponitur ornatus gratia. Varr. L. L. 4, 35. Quibus operiebantur, operimenta, et pallia, et opercula dixerunt. In his multa peregrina, ut sagum, etc. Contra Latinum torale, quod ante torum. Petr. fragm. Trag. 40. Burn. Advenerunt ministri, ac toralia proposuerunt toris, in quibus retia erant picta, subseorsque cum venabulis, et totus venationis apparatus. P Est alius Varronis locus, quo significatur stragulum toro superpositum: ap. Non. 1, 35. Quod frontem lecticae struebant, ex ea herba torta torum appellatur: hoc quod injicitur, etiamnum toral dicitur. Lampr. Elag. 19. Primus omnium, privatorum toros aureis toralibus textit. Hor. Ep. 1, 5, 22. ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget nares. Id. Sat. 2, 4, 84. Et Tyrias dare circum illota toralia vestes. Inscr. ap. Mur. 341. lin. 31. Discumbentes, toralibus segmentatis, etc.

*TORALLĪBA, insula maris Indici. Plin. 6, 21. Crocala—Bibaga—deinde Toralliba VIII mill. pass. a supra dicta. B. A.

*TORANIUS, i, m. Τοράνιος, mango quidam, qui, ut auctor est Plin. 7, 12. M. Antonio jam triumpho, eximios forma pueros, alterum in Asia genitum, alterum trans Alpes, ut geminos vendidit; tanta unitas erat, etc. B. A.

TORCŪLA, ae, f. i. q. torcular. Gloss. Vet. Torculae, ελαιουργία. B. A.

TORCŪLAR, aris, n. et Torcularium, ii, n. locus in villa, ubi prelo uva, aut olea premitur: a torquendo. Vitr. 6, 9. Torcular proximum sit culinae. Colum. 1, 6. med. Torcularia praecipue, cellaeque oleariae calidae esse debent, quia commodius omnis liquor vapore solvitur. Plin. 15, 1, 2. Distat, an maturitas illa (oleae) in torcularibus fiat, an ramis. Id. 15, 3, 3. Omnino esse olei causa calor: quare et in torcularibus, et jam in cellis multo igne quaeritur. Colum. 12, 50. med. Oleam diligenter mundatam protinus in torcular deferri, et integrum in fiscinis novis includi, prelisque subijci, ut quantum possit, paulisper exprimat. Id. ib. med. Ut neque fumus, neque fuligo in torcular admittatur: et mox: Ad eum statum coeli et torcular, et cella olearia constituenda est, qui maxime a frigidis ventis aversus est. [M. Aurel. ad Front ad M. Caes. (ed. A. Maio) 4, 6. Loti igitur in torculari cenavimus; non loti in torculari, sed loti cenavimus. F.] P Item tota illa machina, qua prelum constat, ut videre est ap. Cat. R. R. 13. et 18., ubi torcularii aedificandi rationem tradens, omnia vasa et ligna, quae ad illud construendam requiruntur, recenset. Adde Vitr. 6, 9. P Sumitur et pro lacu, in quo reponuntur uvae, aut oleae prelo elidendae, ληρός. Plin. 18, 26, 62. Torcular lavare, et recondere. Id. ib. 31, 74. Inventum parvis prelis, et minori torculari, aedificio breviori, etc. V. integr. loc. in PRELUM. P Quidam posuerunt in recto torcularē, a quo sit torcularis in patrio paenult. producta: torcular autem dici per ἀποτολήν. Charis. 1. p. 14. et 65. et 118. P Lis est de quantitate paenultimae. Produci ajunt Charis. 1, 14. et Prisc., ut in lacunar. Et produxisse videtur Venant. carn. 8, 5, 169. Calcaturus erat qui torcularia solus. Sed in MSS. legitur: Calcaturus erat qui solus torcular altum. Voss. l. 2. de Gram. c. 23. et Scal. corripit volunt.

TORCŪLĀRIUS, a, um, adj. ad torcular pertinens. Varr. R. R. 1, 22. Vasa torcularia trina. Colum. 1, 6. med. Cella olearia, torcularia, vinaria, defrutaria. Id. 12, 18. Lacus vinarii et torcularii. P Torcularius, ii, absolute, qui in torculari uvas aut oleas premit. Colum. 12, 50. Immodica multitudo baccae torculariorum vincit laborem.

*TORCULATOR, oris, m. *Gloss. Gr. Lat.* ἡροβαρῆς, calcator, torculator. *B. A.*

TORCULO, as, a. l. in torculari exprimo. *Venant. epist. praef. carm.* 6. l. 5. Quod ille torculari in fletu, iste apothecaret in fructu.

TORCULUM, i, n. torcular, prelum. *Varr. R. R.* 1, 55. Amurcam e torculis oleariis fluere in agros. *Plin.* 18, 31, 74. Viginti jugeribus unum sufficit torculum. *Plin. alter 9. ep.* 20. Decerpere uvam, torculum invisere. P Videtur his locis significare locum, in quo prelum est, ut de torcular diximus. Non item in illo *Varr. ap. Non.* 1, 233. Vineis ubi ampla cella torculum reponant.

TORCULUS, a, um, adj. ad torcular et prelum pertinens. *Cato R. R.* 1. et 11. et 14. Vasa torcula instructa tria. *Id. ib.* 68. et 135. Funem torculum siquis faciet, eo indere oportet coria bona octo, etc. et *ib.* 63. Funem torculum esse oportet extantum pedes quinquaginta quinque.

TORDYLION et Tordylon, i, n. τὸρδύλιον, et τὸρδύλιον, semen silis, seu seselis. Alii dicunt, esse herbam per se, quam et syreon vocaverunt, in montibus nascentem. *Plin.* 20, 22, 87. et 24, 19, 117.

TORES pro torques, ut aureus tores dictum est a *Servitio ap. Charis.* 1, 118.

*TORÉTAE, arum, populi Asiatici, circa Pontum Euxinum et Maecotum lacum. *Mela* 1, 19. *med. Plin.* 6, 5. P Fortasse iidem, qui *Toqéeta* appellantur a *Strabone.* *B. A.*

TORÉUMA, atis, n. τὸρῆμα, vas, vel aliud quippiam caelatum, insculptumque, ita ut figurae parum exstant: sive scalpro aut torno id fiat; sive fuso metallo in formis; sive opere figulino ex argilla, vel gypso: a τὸρῆω, perforo, trajicio, penetro; atque adeo caelo, sculpo. V. CAELATURA. *Sall. Cat.* 21. Tabulas, signa, toreumata emunt. *Cic. Pis.* 27. *med.* Nihil apud hunc lautum, nihil elegans: toreuma nullum, maximi calices, etc. *Id. Verr.* 2, 4, 18. Habere eum perbona toreumata: in his pocula duo Mentoris manu, summo artificio, facta; et *ib.* 2, 2, 52. Toreumata sane nota ac pretiosa auferuntur. *Mart.* 4, 46. Hispanae luteum rotae toreuma. *Id.* 14, 102. Accipe non vili calices de pulvere natos, Sed Surrentinae leve toreuma rotae. *Id.* 4, 39. et 10, 87. Phidiaci toreuma coeli. Adde alia *Mart.* loca, in quibus fere semper de poculis sermo est. P In dat. plur. habet *toreumatis*. [*Appul. Flor. n. 7.* Eo igitur factum, solus Alexander ut ubique imaginum suus esset, utque omnibus staturis, et tabulis, et toreumatis idem rigor acerrimi bellatoris cerneretur. V. EMBLEMA. P *Toreuma*, ae, f. est cogn. R. (V. SCHEMA.) *Inscr.* Patavina, paucis abhinc annis reperta, edita vero in *Giorn. dell' Ital. lett.* T. 24. p. 309. Dis Manibus Claudiae Ti. Augusti L. Toreumae annor. XVIII. Hac ego bis denos nondum matura per annos Condor humo multis nota Toreuma jocis, etc. F.]

[TORÉUMATUS, a, um, part. ab inusit. *toreumo*: toreumate caelatus. *Not. Tir.* p. 157. *Toreuma*, toreumatus. F.]

TORÉUTA, ae, m. τὸρῆτης, qui toreumata facit. *Plin.* 35, 8, 34. Celebrando pictores, statuarios, toreutas.

TORÉUTICE, es, f. τὸρῆτικῆ, ars faciendi toreumata. *Plin.* 34, 8, 19. n. 2. de Phidia: Primus artem toreuticen aperuisse atque demonstrasse merito iudicatur. *Id.* 35, 10, 36. n. 9. Neque in pictura, neque in toreutice, ullius qui servierit, opera celebrantur.

[TORÉUTUS, a et e, um, adj. τὸρῆτός, ἢ, ὄν, toreumate caelatus. Est nomen serv. R. *Inscr. ap. Mur.* 994, 11. Bacchilo Caesaris Ser. fecit Toreute conjugi karissimo. F.]

*TORINI, orum, populi Scythiae, seu Sarmatiae Europaeae, laxamatis proximi, ubi perfecti mellis copia. *Val. Fl.* 6, 145. Mellis honos Torinis, dicitur sua melletra Satarchen. *B. A.*

TORMEN. V. TORMINA.

TORMENTUOSUS, a, um, adj. tormentum et cruciatum afferens. *Coel. Aurcl. Acut.* 3, 6. *med.* Ligaciones tormentuosi organi.

TORMENTUM, i, n. στρεβλωτήριον, machina, qua tela, saxa, aliave missilia nervo aut fune contento torquentur et jaciuntur: a τὸρῆω. Hujusmodi sunt, quae in bello et obsidionibus, ad longius ferendum, et muros deruendos adhibere, ballistae, catapultae, etc. *Cic. Tusc.* 2, 24. Ballistae lapidum, et reliqua tormenta telorum eo graviore emissiones habent, quo sunt contenta et adducta vehementius. *Liv.* 24, 34. Archimedes inventor et machinator bellicorum tormentorum. *Caes. B. C.* 1, 17. Tormenta in muris disponere. *Id. B. G.* 2, 8. Ad extremas fossas castella constituit, ibique tormenta collocavit. *Id. ib.* 5, 25. Fundis, tormentis, sagittis hostes propellere. *Hirt. ib.* 8, 14. *extr.* Tormento missa tela in hostium cuneos conjicere. *Liv.* 44, 10. Temere appropinquantes saxis tormento emicantibus percutiebantur. *Cic. Phil.* 8, 7. Tormentis verberare urbem. *Sil.* 6, 279. Donec tormentis stridens magnoque fragore Discussit trabs acta caput. *Plin.* 8, 53, 79. Tormento rotare aliquid. *Id.* 34, 14, 39. Tormentis ferrum excutere. *Tac. A.* 2, 81. Tormentis hastas, saxa, et faces in-

gerere. *Id. H.* 4, 23. f. Adactae tormentis ardentibus hastae; et *ib.* 3, 20. f. Tormenta et machinas advehere. *Plin.* 8, 14, 14. Ballistis, tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens. *Ov. Met.* 9, 217. hunc Corripit Alcides, et terque quaterque rotatum Mittit in Euboicas tormenta fortius undas. *Virg. A.* 11, 616. Fulminis in morem, aut tormento ponderis acti, Praecipitat longe. *Id. ib.* 12, 921. Murali tormento concita saxa fremunt. P Sunt qui putant, metonymice poni pro ipso telo, quod tormento jacitur. *Caes. B. C.* 2, 9. *med.* Quod unum genus tegumenti nullo telo, neque tormento transjici potest; et *ib.* 3, 51. *extr.* et *ib.* 56. Tantum a vallo prima acies aberat, uti ne in eam telum tormentumve adjici posset. *Plin.* 8, 23, 35. Nec pedibus tantum pavendas serpentes, sed missili volare tormento. *Stat. Th.* 9, 145. non illum impacta moverent Tormenta oppositum. P Dicitur et de inuento fune, aut vinculo, quia intorquendo fit. *Auct. Priap.* 6. Tormento citharaque tensiorem. Hic *Scaliger* putat, hanc esse primam hujus vocis sententiam. *Grat. Cyn.* 26. quadruplici tormento adstringere limbos: scil. retis. *Petr. Sat.* 102. *med.* Praesto tibi erimus sine tormentorum injuria, h. e. sine vinculoque loreorum incommodo. *Quint. decl.* 19, 15. Non tamen tormenta laxavi, etc. *Appul. Apol.* Capillus horrore impexus atque impeditus, stuppeo tormento assimilis. *Pl. Curc.* 2, 1, 12. Tormento non retineri potuit ferreo, quin reciperet se huc eum ad praesepim suam, h. e. vinculo, aut catena, qua in catapultis adducta, magna pondera jaciuntur. P Praeterea tormentum est cruciatum, qui alicui adhibetur eliciendae veritatis gratia, aut puniendi, aut saeviendi, igne, eucleo, fiduculis, fune, et hujusmodi, *βασανος*. V. TORQUEO. *Cic. Dej.* 1. f. More majorum de servo in dominum ne tormentis quidem quaeri licet. *Id. Phil.* 11, 2. Verberibus ac tormentis quaestionem habuit pecuniae publicae. *Plin. ep.* 10, 97. Per tormenta quaerere, quid viderit. *Just.* 2, 9. Per tormenta conscios caedis nominare cogi. *Suet. Tib.* 19. *extr.* Tormentis exprime confessionem cogitati facinoris. *Cic. Cluent.* 63. Tormentis omnibus vehementissimis quaerere: et *mox*: Vi tormentorum adducti in veritate manserunt. *Id. Part.* 14. f. Metu mortis vim tormentorum perferre. *Id. Mil.* 21. f. Tormentis cogi confiteri; et *ib.* 22. Dedere aliquem tormentis. *Id. Tusc.* 5, 28. Dare se in tormenta. *Suet. Cal.* 16. f. Excruciare aliquem gravissimis tormentis. *Id. Tib.* 62. Veretris deligatis, fiducularum simul urinaeque tormento distendere. *Caes. B. G.* 6, 18. Igni atque omnibus tormentis cruciatum aliquem interficere. *Sen. ep.* 67. *med.* Tormenta patienter ferre. *Just.* 44, 2. Inter tormenta risu exsultare. *Suet. Tib.* 62. Longa et exquisita tormenta. P De ipsa machina, aut instrumento, quo torquentur homines. *Plin.* 34, 8, 19. n. 32. de tauro Perilli: Ideone tot conditores artis statuariae elaboraverant, ut ex ea tormenta fierent? *Curt.* 6, 11. *med.* Admovere tormenta. *Plin.* tibiham vocat tormentum, quia per ejus foramina quodammodo torquetur aer, ut varios sonos edat: 10, 29, 43. de cantu luscinae: Omnia tam parvulis in faucibus, quae exquisitis tibiham tormentis ars hominum excogitavit. P Transfertur ad significandos cruciatum-acres ex morbo. *Plin. ep.* 1, 12. Cruciatum et indignissima tormenta pati. (*ex podagra*.) *Plin. alter* 22, 22, 37. Inflationes discutere, et coli tormenta. *Id.* 20, 4, 13. Napis super umbilicum imponi contra tormenta vulvae. *Id.* 19, 8, 44. Nasturtium nomen accepit a narium tormento. Adde *Cels.* 7, 11. et *Colum.* 6, 7. P De curis et doloribus animi. *Hor. Ep.* 1, 2, 58. Invidia Siculi non invenerunt tyranni Majus tormentum. *Ov. Trist.* 5, 13, 3. Aeger enim traxi contagia corpore mentis: Libera tormento pars mihi nequa foret. *Cic. Tusc.* 5, 1. Varia et multa tormenta fortunae. *Juven.* 2, 137. tormentum ingens nubentibus haeret, Quod nequeunt parere, et partu retinere maritos. *Id.* 9, 18. Dependas animi tormenta latentis in aegro Corpore, dependas et gaudia. *Plin. ep.* 8, 23. *extr.* In tantis tormentis eram, cum scriberem haec. *Id. Pan.* 86. Operae pretium esse referre, quod tormentum tibi injunxeris, nequid amico negares, h. e. quantum tibi vim feceris, quam te ipse torseris. P De amore. *Mart.* 7, 29. Testile, Victoris tormentum dulce Voconi. *Ov. Am.* 3, 10, 15. de Cerere: Hanc quisquam lacrimis laetari credit amantum? Et bene tormentis, secubitque coli? *Juven.* 6, 208. Ardeat ipsa licet, tormentis gaudet amantis.

TORMINA, um, n. plur. δυνεργία, acria intestinorum tormenta. *Cels.* 4, 15. Proxima his, inter intestinorum mala, tormina esse consueverunt: δυνεργία Graece vocatur. Intus intestina exulcerantur: ex his cruor manat: isque modo cum stercore aliquo semper liquido, modo cum quibusdam quasi mucosis excernitur: interdum simul quaedam carnosa descendunt. Frequens deiciendi cupiditas, dolorque in ano est. Cum eodem dolore exiguum aliquid emittitur, atque eo quoque tormentum intenditur, etc. *Colum.* 6, 7. Sequitur torminum vitium, quorum signum est cruenta et mucosa ventris proluvia. *Cato R. R.* 156. et 157. Quibus tormina molesta erunt. *Cic. Tusc.* 2, 19. f. Quamvis idem

forticulum se in torminibus, et in stranguria sua praebat. *Plin.* 29, 5, 33. Inflationibus, et torminibus affici. *Id.* 22, 25, 72. Inflationes et tormina contrahere. *Id.* 26, 8, 47. Tormina discutere. *Id. ib.* 28. Aizoom torminibus resistit. P De acri dolore ex alio morbo. *Id.* 20, 8, 30. Cichorium urinae tormina discutit. *Id.* 30, 15, 50. Jumentorum urinae tormina finiuntur. P *Tormines*, m. in recto plurali posuit *Non.* 1, 135. non imitandus. P In num. Sing. non est in usu: nisi quod *Alcim.* pro quovis tormento posuit illo carmine: Carnis delicias immenso tormine pendit. Ita *Ricciol.* in *Prosod. Bonon.* designans *Carmen ad Fuscina. soror.* In ejus tamen editionib. castigatiorib. nihil hujusmodi invenitur.

TORMINALIS, e, adj. ad tormina pertinens, ut Sorba torminalia, quae medentur torminibus. *Cels.* 2, 30. *med.* Sorba, quae torminalia vocantur. *Plin.* 15, 21, 23. Quartum genus (*sorborum*) torminale appellat, remedio tantum probabile, assiduum proventu, minimumque pomo, arbore dissimile, foliis paene platani. *Celsus* quoque 4, 30. et 19. inter remedia contra fluxum ventris ponit et sorba torminalia.

TORMINOSUS, a, um, adj. δυνεργικός, dysentericus, qui tormina patitur. *Cic. Tusc.* 4, 12. Itaque dicimus gravedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia saepe sint.

*TORNADOTUS, i, Assyriae fluvius, in Sittace-na. *Plin.* 6, 27. Antiochia inter duo flumina, Tigrin et Tornadotum. *B. A.*

*TORNATES, ium, populi Galliae Aquitanicae. *Plin.* 4, 19. *B. A.*

*TORNATILIS, e, adj. τὸρῆνός, qui torno factus est. *Vulg. Interpr. Cant.* 5, 14. Manus illius (*sunt*) tornatiles aureae, plenae hyacinthis: venter ejus burneus etc. *B. A.*

TORNATOR, oris, m. τὸρῆνης, qui tornat. *Firm. Math.* 4, 7. f. Facit quoque tornatores, aut simulacrorum sculptores.

*TORNATURA, ae, f. actus tornandi. *Vulg. Interpr.* 1 *Reg.* 18, 18. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, et juncturas suas fabrefactas. Adde *Vulg.* 3 *Esdr.* 6, 18. *B. A.*

TORNATUS, a, um, part. a torno: τὸρῆνός, torno factus, rotundus. *Lucr.* 4, 361. Fit, quasi tornata ut saxorum structa tuantur. Alii leg. *Fit*, quasi ut ad rotundum, etc. [*Cic. de rep.* (ed. A. Maio) 1, 14. Dicebat enim Gallus, sphaeram a Thalete Milesio primum esse tornatam. F.] *Calpurn. Ecl.* 6, 55. de equo: Terga sedent, micat acre caput, sine pondere cervix, Et tornata brevi substringitur ungula cornu, h. e. rotunda. P Translate. *Hor. A. P.* 440. delere jubebat, Et male tornatos incedi reddere versus, h. e. elaboratos. *Bentl. leg. ter natos*, et acriter defendit. [*August. de catechiz. rudib.* 48. n. 12. Stilus sonantioris, et quasi tornatoris eloquii. F.]

TORNO, as, a. l. τὸρῆνός, torno polio, rotundo. *Cic. Univ.* 6. Idque ita tornavit, ut nihil effici possit rotundius. *Plin.* 36, 13, 19. n. 3. Columnarum in officina turbines ita librati pependerit, ut puro circumagente tornarentur; et *ib.* 22, 43. Lapis cavatur, tornaturque in vasa coquendis cibis utilia. *Id.* 11, 39, 92. Hippopotami corii crassitudo talis, ut inde torquentur hastae. *Seren. Sammon.* 23, 408. Mollibus ex hederæ torquentur pocula lignis. P [Translate est ita affabre aliquid fingere, ut torno videatur politum. *Hieron. ep.* 50. n. 2. Nam si appropinasset pedem, intendisset oculos, rugasset frontem, jactasset manum, barbam tornasset, tenebras illico ob oculos offudisset iudicibus, h. e. barbam manibus palpasset; qui gestus proprius est orientalium cum locuturi sunt. F.]

TORNUS, i, m. τὸρῆνος, instrumentum fabrile, quo ligna, ebur, et hujusmodi circumagendo rotundantur, ac poliuntur: a voce Graeca allata. *Plin.* 7, 56, 57. Normam, et libellam, et tornum, et clavem Theodoros Samius invenit. *Id.* 16, 40, 76. n. 3. Calices ex terebintho facere torno. *Id.* 26, 26, 66. Vitrum torno teritur. *Vitr.* 10, 19. *med.* Perficere aliquid in torno. *Virg. G.* 2, 449. torno rasile buxum. *Id. Ecl.* 3, 38. pocula fagina, Lenta quibus torno facili superaddita vitis, h. e. postquam pocula torno polita sunt, superaddita est iis vitis per sculpturam. *Seb. vero Ciampius* in *Diss. dell' ant. toreat.* p. 43. putat, veteres etiam, ut recentiores, tornandi artem ita calluisse, ut unius ope torni pocula anaglypticis ejusque generis distinguerent figuris. P Translate *Auct. Pan. ad Pis.* 83. hinc exornata figuris Advolat excusso velox sententia torna, h. e. sententia periodo circumscripta, et quodam verborum ambitu veluti rotundata. *Prop.* 2, 25, 43. Incipe jam angusto versus includere torno.

[TORONAEUS, et F.]

*TORONAEUS, a, um, adj. Τὸρωναῖος, et Τὸρωναῖός, ad Toronen seu Toronam pertinens, Macedoniae urbem, de qua *Plin.* 4, 10, 17. et 9, 31, 51. Hinc mare *Toronaeum* ap. *Tac. A.* 5, 10., et *Toronaeum* ap. *Liv.* 44, 11. P *Toronaei*, orum, absolute, incolae illius urbis ap. *Plin.* 4, 10, 17. F.]

*TORONE, es, f. Τὸρὼν, Macedoniae oppidum, in Chalcidica, in sinu inde nominato *Toronaeo.* *Mela* 2, 3. in. *Plin.* 4, 10. Adde 9, 31. et 45.

torus, certus, torosa vice long. vice. Dicitur. Sc. Q. bus ang. leg. torosior. TORI. grilia, extr. Si. detrimen. lippico. pressit, Lepido. Occupat. gloria. extr. T. si princ. oblivisc. eorum, quod to. dine vo. pleraqu. asellus. pedo. ipsa n. piscium. piens. et e. quam. ad cur. extr. tantur. nes. [*Kra. TO. torpi. pefect. TOI. sensur. ripior. 4, 22. pere. ad id. aridit. eet, rocab. corpus. A. 9. Aug. rem. tem. plem. Quid. Her. ante. lingu. acies. ferun. bra. t. pen. gla. ineb. Tor. P. T. Tim. rum. tum. 1, 1. no. 29. miti. At. sab. Vel. 41. Th. tu. rob. 9, 9. ib. pen. lum. pet. gor. pen. 10. No.

Liv. 28, 7, 44, 12, et 45, 30. P Dicitur et Torona. Liv. 31, 45. Toronae promontorium. P Fuit et lacus illic viciniae sic dictus. Plin. 18, 12. In Torone Chalcidis lacu. B. A.

TOROSULUS, a, um, adj. diminut. torosi. Hieron. in Jovin. 2. n. 14. f. Formosuli nostri, et torosuli, et vix summis pedibus adumbrantes vestigia. [Id. ep. 117. n. 8. Dolet sibi praelatum juvenem torosulum, et in sordibus delicatum. F.]

TOROSUS, a, um, adj. μώδης, ελωμος, qui toros in corpore exstantes habet, musculosus, laertotus. Ov. Met. 7, 428. feriuntque secures Colla torosa boum. Colum. 6, 1. Parandi sunt boves cervix longa et torosa; et ib. 20. Tauris torosior cervix. Pers. 3, 86. multumque torosa juvenus. P Dicitur et de aliis rebus. Albinos. 2, 79. de Hercule: Clava torosa tibi pariter cum pelle jacebat. Sen. Q. N. 1, 7. Virgula vitrea, striata, vel pluribus angulis in modum clavae torosa. Alii rectius leg. tortuosa. Plin. 21, 15, 53. Herba hirsutior, torosiore caule, h. e. carnosiore. Adde 19, 5, 29.

TORPEDO, inis, f. τάρπηος, torpor, stupor, pigritia, tarditas, segnitias. Cato ap. Gell. 11, 2. extr. Si nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti facit, quam exercitio. Sall. in or. Philippi contra Lepid. f. Si tanta torpedo animos oppressit, ut oblitum scelorum Cinnae, nihilo minus vos Lepido permissuri sitis; et in or. Licinii ad pleb. f. Occupavit vos nescio quae torpedo, quia neque gloria movemini, neque flagitio. Tac. H. 3, 63. extr. Tanta torpedo invaserat Vitellii animum, ut si principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse oblivisceretur. P Hoc nomine est piscis ex genere eorum, qui cartilagineum pro spina habent, ita dicta, quod torpedinem accedentibus infert, Italiam torpedine vocatur. Varr. L. L. 4, 12. Vocabula piscium pleraque translata a terrestribus: alia a colore, ut asellus: alia a vi quadam, ut lupus, canicula, torpedo. Plin. 9, 42, 67. Novit torpedo vim suam, ipsa non torpens: mersaque in limo se occultat, piscium qui securi supernatantes obstupere, corripit. Id. 32, 1, 2. de ead.: Torpedo etiam procul et e longinquo, vel si hasta virgave attingatur, quamvis praevaleas lacertos torpescere, quamlibet ad cursum veloces alligari pedes. Cic. N. D. 2, 50. extr. Bestiae aliae fuga se, aliae occultatione tumentur: atramenti effusione sepiae, torpore torpedines. Exstat Claudiani hoc de pisce carmen. [*Krampfroche, Zitterroche, Raja Torpedo, L.]

TORPEFACIO, is, eci, a. 3. torpore induco, torpidum reddo. Non. 2, 870. Torporavit pro torpefecit.

TORPEO, es, ui, n. 2. τάρπηος, ἀνεπαθήτως ἔχω, sensum aut motum amitto, stupore et tarditate corripior, languo, obtorpesco. [*Etymon Doederl. 4, 227. sq. facit a torrere, ut discriminis inter torpere et rigere ratione habita, nostrum vocabulum ad id referendum censent, quod propter siccitatem ariditatemque moveri non possit; rigere id significet, cujus vires gelu sint constrictae. — A stupere vocabulum torpendi distat eo, quod hoc proprie ad corpus, illud ad animum pertinet. Id. ib.] Virg. A. 9, 499. torpent infractae ad proelia vires. Suet. Aug. 80. de eodem: Dextrae manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore, vix cornei circuli supplemento scripturae admoveret. Ov. Am. 3, 7, 35. Quid vetat et nervos magicas torpere per artes? Id. Her. 10, 43. tum denique flevi: Torpuerant molles ante dolore genae; et ib. 11, 82. Torpuerat gelido lingua retenta metu. Sen. Herc. Fur. 652. Torpet acies luminum Hebetesque visus vix diem insuetum ferunt. Plin. 7, 50, 51. Hebescent sensus, membra torpent, praemortui visus. Id. 24, 4, 7. Torpentes membrorum partes corroborat decoctum glandis; et ib. 16, 92. Radix ariaspidae fugat, aut inebriat, ita ut torpentes inveniantur. Liv. 21, 56. f. Torpentes gelu; et ib. 58. f. Torpentes rigore nervi. P Transfertur ad animum. Pl. Amph. 1, 1, 179. Timeo: totus torpeo: non edepol nunc, ubi terrarum sim, scio. Cic. N. D. 1, 37. Deum sic feriatum volumus cessatione torpere, ut, etc. Virg. G. 1, 124. Nec torpere gravi passus tua regna vetero, h. e. pigritia, otio, desidia languere. Liv. 28, 29. f. Adeo torpentibus metu qui aderant, ut ne gemitus quidem exaudiretur. Claud. in Ruf. 1, 58. At nos indecores longo torpebimus aevo, h. e. cessabimus, otio marcebitur. Hor. Sat. 2, 7, 95. Vel cum Pausiaca torpes insane tabella; et Liv. 1, 41, et 5, 23. Frigere ac torpere senis consilia. Stat. Th. 10, 90. Et nunquam vigili torpens Ignavia vultu. Claud. in Eutr. 2, 156. in nostro jam milite robur Torpuit. P Et ad res inanimas. Stat. Th. 9, 452. torpentesque lacus, pigraeque paludes; et ib. 4, 172. et Claud. Rapt. Pros. praef. 2, 18. Torpens amnis, h. e. nullo, aut lentissimo cursu. Colum. 1, 4. extr. Locus depressus hieme pruinis torpet. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 169. Hiems frigore torpens. Id. Rapt. Pros. 1, 262. Plagae torpentes, h. e. zonae frigidae coeli; et ib. praef. 2. f. Antraque Musarum longo torpentina somno. Juven. 10, 203. Torpens palatum. Ov. Pont. 1, 10, 13. Non tamen exacuet torpens sapor ille palatum, h. e.

tardus, obtusus. Sen. Med. 348. Orpheus tacuit torpente lyra. Claud. in Eutr. 1, 513. et adductus sub verbera torpuit ensis, h. e. hebes fuit.

TORPESCO, is, n. 3. τάρπηος, torpere incipio, torpeo, languesco, stupore et tarditate corripior, hebesco. Sen. Med. 926. Cor pepulit horror: membra torpescunt gelu. Plin. 11, 37, 89. Arteriae carent sensu: praecisisque torpescit tantum pars ea corporis. Id. 23, 4, 50. Elaeomeli qui bibere, torpescunt. Id. 21, 26, 98. Scorpiones visa lychnide torpescunt. Id. 8, 16, 21. de leonib.: Vix credibili modo torpescunt tanta illa feritate, quamvis levi injectu aperto capite. Sen. Herc. Fur. 763. de Styge: Stupent undae, segne torpescit fretum. P Translate. Sil. 16, 14. vigor cogitur senio torpescere rerum. Sall. Cat. 16. Ne per otium torpesceret manus, aut animus. Id. Jug. 2. Ingenium incultu atque socordia torpescere sinunt. Tac. H. 1, 71. Delicis et desidia torpescere. P De rebus inanimis. Plin. de margaritis, 9, 35, 54. Flavescunt tamen et illae senecta, rugisque torpescunt.

TORPIDUS, a, um, adj. τάρπηος, qui non sentit, torpens stupidus, tardus, languens. Liv. 7, 36, et 25, 38. med. Torpido somno, paventesque ad necopinatum tumultum. Id. 22, 53. Quod malum cum stupore ac miraculo torpidos defixisset, etc. Auson. Idyll. 10, 264. de pisce moribundo: Torpida supremo patitur jam cauda tremores. Lactant. 2, 8. med. Quod insensibile est, iners et torpidum semper jacet.

[TORPITUDO, inis, f. idem ac torpedo. Not. Tir. p. 94. Torpidus, torpitudine. F.]

TORPOR, oris, m. τάρπη, τάρπηος, stupor ex defectu sensus, tarditas, languor. Cic. N. D. 2, 50. extr. Tutantur se atramenti effusione sepiae, torpore torpedines. Val. Max. 3, 8. extr. n. 6. Torpore hebetati artus. Cels. 2, 8. med. In coxae doloribus si vehemens torpor est, frigidisque crus, et coxa, etc. Ov. Pont. 1, 2, 29. Fine carent lacrimae, nisi cum stupor obstitit illis, Et similis morti pectora torpor habet. Id. Met. 1, 548. torpor gravis alligat artus. Plin. 29, 4, 7. Aspides percussos torpore et somno necant. Id. 20, 21, 84. Torporem afferre. Id. 22, 25, 71. obducere. Id. 2, 101, 104. contrahere. Id. 30, 10, 27. exsuere. Id. 28, 4, 7. sedare. Id. 19, 8, 44. excitare. Virg. A. 12, 867. Illi membra novus solvit formidine torpor. P Transfertur ad animum. Tac. H. 2, 99. Accedebat huc Caecinae ambitio vetus, torpor recens nimia fortunae indolentia soluti in luxum: [*et ep. 77. torpor Vitellii oppon. vigilantiae Vespasiani. Porro Germ. 46. sordes omnium et torpor procerum.]

TORPORATUS, a, um, part. a torporo, torpidus factus, stupefactus. Lactant. 2, 8. f. Humida nimis rigoribus torporata concreverunt.

TORPORO, as, a. 1. τάρπηος, torporem induco, torpefacio. Turpil. ap. Non. 2, 870. Stupidus astat: ita ejus aspectus repens cor torporavit hominamore.

[TORQUATIUS, a, um, adj. ad Torquatum aliquem pertinens. Front. Aquaed. 5. Torquatiani horti. Inscr. ap. Marin. Iscriz. Alb. p. 6. Fortunae Torquatianae Q. Caecilius Narcissus D. D. h. e. Fortunae, quae praecipue a familia Torquatorum colebatur. F.]

TORQUATUS, a, um, adj. στρεπτοπόρος, torque ornatus. Ov. Her. 2, 119. Adluit Alecto brevibus torquata colubris. P Palumbus torquatus, cujus collium circulo quodam pennarum alterius coloris, quasi torque cingitur, γύσσα, γύσσα. Mart. 13, 67. Inguina torquati tardant hebetantque palumbi. P Torquatus miles, torque ob virtutem ab imperatore donatus. Plin. 33, 2, 10. docet, olim auxilia et externos aureis torquibus donatos fuisse, at civis non nisi argenteis. P Fuere torquati simplices et duplures: illi postquam torque meruerant, simplicem annonam consequantur: hi duplicem. Veg. Mil. 2, 7. f. Torquatus cognomen habuit T. Manlius L. F., qui singulari certamine cum Gallo praevaleo ad Anienem congressus, prostrato occisoque torque detractum, respersumque cruore collo suo circumdedit, et ita in castra rediit: quod cognomen ad posterum ejus transiit. Rem narrat Claud. Quadrig. ap. Gell. 9, 13., Cic. Fin. 1, 7. et Off. 3, 21., Liv. 7, 10. et Flor. 1, 13. Hinc Lucan. 7, 583. caeduntque Metellos, Corvinosque simul, Torquataque nomina.

TORQUEO, es, rsi, rtum, et rsum, a. 2. τάρπηος, cum quadam vi flecto, inflecto, verto. Virg. G. 2, 448. Ityraeos taxi torquentur in arcus. Cic. Leg. 2, 15. f. Cervices, oculosque pariter cum modorum flexionibus torquere. Sen. Brev. Vit. 12. Vocem inflexu modulationis inertissimae torquere. Hor. Ep. 2, 1, 127. Torquet ab obscenis jam nunc sermonibus aurem. Ov. Her. 4, 46. Torquentem frenis ora serquacis equi. Virg. G. 1, 174. Stivaque, quae curvus a tergo torqueat imos. Plin. 16, 40, 79. Quercus supra terram rimosam facit opera, torquendo sese. Ov. A. Am. 1, 505. ferro torquere capillos, h. e. crispare. Id. Met. 3, 41. de serpente: Ille volubilibus squamosos nexibus orbes Torquet. Virg. A. 3, 669. Sensit, et ad sonitum vocis vestigia torsit; et ib. 4, 220. oculosque ad moenia torsit. Stat. Th. 11, 312. paulum si devius hostis Torsit iter; et Virg.

A. 9, 724. Portam vi multa converso cardine torquet, Obnixus latis humeris. Cic. Off. 1, 36. f. Cavendum, ne in festinationibus suscipiamus nimias celeritates: quae cum fiunt, anhelitus moventur, vultus mutantur, ora torquentur, h. e. deformiter flectuntur, distorquentur. Virg. A. 3, 208. nautae Adnixi torquent spumas, et caerulea verrunt, h. e. vi vertunt, frangunt miscent. Sic Ov. Fast. 5, 644. Ille meas remis advena torsit aquas, h. e. adverso flumine navigavit. Virg. A. 5, 738. torquet medius nox humida cursus, h. e. ad occasum, accedens ad auroram. Ulp. Dig. 21, 1, 23. Torquere laqueum, h. e. circa gulam adstringere. Liv. 4, 54. collum alicui, h. e. injectis in collum manibus constringere, et obtorquere. V. OBTORTUS. P Translate. Cic. Or. 16. Oratio ita flexibilis, ut sequatur, quocumque torqueas. Id. Coel. 6. Versare suam naturam, et regere ad tempus, atque huc et illuc torquere et flectere. Alii leg. flectere et torquere. [*Locus est de homine omnium obsequi studiis volente, et prout res et locus postulat, ita mores et vitam instituentem.] Id. Leg. 1, 10. Opinionum vanitas imbecillitatem animorum torquet et flectit, quocumque coepit. Id. Caecin. 27. Juris retineri sententiam, an verbo et littera jus omne torqueri, statuere, utrum utilius esse videatur, h. e. detorqueri, perverti, corrumpi. P [*Auct. ad Her. 3, 14. vocem quoque jungere oportebit, et torquere sonum, i. e. cum aliquo impetu et laterum viribus inclinandum, inflectendum, immutandum. Cf. Ernest. lex. technol. lat. rhet. p. 396. sq.] P Est etiam circumflectere, circumagere, versare. Juven. 2, 55. et Plin. 28, 2, 5. Torquere praegnantem stamine fusum. Id. 35, 11, 40. n. 31. Piger torquens spartum. Petr. Sat. 29. Parcae aurea pensa torquentes. Ov. Met. 12, 475. Torquere stamina pollice. Pers. 3, 51. buxum flagello. Virg. A. 9, 93. torquet qui sidera mundi. Cic. Acad. 4, 39. med. Terra circum axem se summa celeritate convertit et torquet. Id. Univ. 7. med. Torquere aliquid in orbem. Ov. Met. 2, 70. assidua rapitur vertigine coelum, Sideraque alta trahit, celerique volumine torquet. Sen. Med. 744. Rota resistat membra torquens: tangat Ixion humum. P Flumina dicuntur torquere undas, saxa, etc. cum torrente cursu volvunt, et secum abripiunt. Virg. A. 6, 550. Tartareus Phlegethon torquet sonantia saxa. Sic Lucan. 4, 767. Quantus Bistonio torquetur turbine pulvis; et Hor. Ep. 2, 2, 73. Torquet nunc lapidem, nunc ingens machina tignum, h. e. volvit, trahit, aut tollit. P Translate. Virg. A. 12, 179. tuque, inclycte Mavors, Cuncta tuo qui bella, pater, sub numine torques; et ib. 4, 269. Regnator, coelum et terras qui numine torquet. P Pro sustinere, gestare, sed cum versatione aliqua. Id. ib. 7, 666. tegumen torquens immane leonis; et ib. 4, 482. Axem humero torquet stellis candentibus aptum. P Saepe est jaculari, jacere: ductum a funda, quae antequam jaciatur, circumagitur. Virg. G. 1, 309. Stuppa torquentem Balearis verbera fundae. Id. A. 4, 208. Juppiter torquet fulmina; et ib. 9, 670. cum Juppiter humidus austris Torquet aquosam hiemem. Lucan. 4, 62. de Euro: Ille suo nubem, quascumque invenit in axe, Torsit in occiduum Nabathaeis flatibus orbem; et Virg. A. 10, 585. jaculum torquet in hostem; et ib. 12, 536. telumque ad tempora torquet. Val. Fl. 3, 193. Torquere hastam alicui, h. e. in aliquem. Ov. Met. 11, 29. glebas, ramos, silices. Id. Fast. 2, 11. valido pila lacerto. P Torquere sibila, instar teli acuta emittere. Prop. 4, 8, 8. draco ex ima sibila torquet humo. Val. Fl. 7, 525. anguis stetit, et trepidantia torsit Sibila. P Frequentissime est cruciatus afficere adhibitis tormentis fideularum, eulei, ignis, rotae, verberum, et hujusmodi, vel eliciendae veritatis, vel puniendi, vel saeviendi causa: βασιλιζω: ductum ex eo, quod reorum membra praeter naturam flectuntur et curvantur. Pl. Curc. 5, 3, 12. Ita te nervo torquebo, itidem uti catapultae solent. Cic. Fin. 3, 13. Non posse sapientem beatum esse, cum euleo torqueatur. Suet. Aug. 27. Q. Gallium praetorem, per centuriones et milites raptum de tribunali, servilem in modum torsit, ac fatentem nihil jussit occidi. Tac. A. 15, 57. Epicharim tormentis dilacerari jubet: at illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium, ne a femina spernerentur, pervicere, quia objecta denegaret. Ulp. Dig. 2, 1, 7. In servos autem, et eos, qui inopia laborant, corpus torquendum est. Id. ib. 48, 18, 1. Torquere servum in caput domini, h. e. contra dominum. P Translate est cruciare, molestiam afferre, angere, vexare. Cic. Att. 7, 9. extr. Equidem dies noctesque torqueor. Plin. ep. 9, 21. Ne torseris illum, ne torseris etiam te: torqueris enim, cum tam lenis irasceris. Id. ep. 7, 30. Torqueor, quod discipulum optima spei amisisti. Ov. Her. 9, 36. Torqueor, infesto ne vir ab hoste cadat. Hor. Sat. 2, 8, 67. torquerier omni sollicitudine districtum, ne panis adustus, Ne male conditum jus apponatur. Id. Ep. 1, 2, 37. Torqueri invidia, vel amore. Ov. Her. 20, 123. Torqueor ex aequo, vel te nubente vel aegra. Id. Met. 11, 130. de Mida: et in viso meritis torqueor ab auro. Id. Pont. 1, 1, 60. Poenitet, et facto torqueor ipse meo. Quint. 12, 1. Sceleris compos sollicitudine, poenitentia, poe-

narum omnium expectatione torquetur. *Cic. Or. 3, 9.* Aliquanto me major in verbis et in sententiis eligendis, quam cum labor et cura torquet. *Id. Par. 2, f.* Tuas libidines te torquent. *Id. Or. 1, 11.* Verbi controversia jamdiu torquet Graeculos homines, contentione cupidores, quam veritatis. *Phaedr. 3, 14.* ille se torquet diu, Nec quaestione positae causam intelligit. *Or. A. Am. 1, 176.* Eheu, quam multos advena torquet amor! *Id. Pont. 1, 5, 21.* torquet me Fortuna. *Id. A. Am. 2, 124.* Ulysses aequoreas torsit amore Deas. *Hor. A. P. 435.* Torquere aliquem mero, h. e. ebrium facere, ut verum dicat. *Phaedr. 1, 26.* convivam fame. [*Idem habes ap. *Plin. Pan. 31, 6.* P A tormentis deductum etiam hoc est ap. *Cic. Sull. 28.* torqueatur vita Sullae, i. e. examinetur, accurate exploretur. Cf. de hoc loco *intpp. ap. Frotzsch. p. 163.*] P De rebus inanibus. *Virg. G. 2, 247.* ora Tristia tentantum sensu torquet amaror; et *Val. Fl. 4, 508.* de Vesuvio: vix dum ignea montem Torsit hiems, h. e. vexavit, laceravit. P Alterum supinum *torsum* agnoscit *Prisc. 9, 871.*, et confirmat particip. *Detorsus.*

TORQUIS, is, m. et f. *τορξίς*, circulus aureus, vel argenteus, aliquando gemmis ornatus, qui ex pluribus filis in se retortis in collo et ante pectus pro ornamento gestatur: a *torqueo*. Hinc *Claud. Cons. Prob. et Olybr. 86.* Colla nec ornata patitur mollire retorto, h. e. torque. *Naevis ap. Charis. 1, 118.* Collum marmoreum torques gemmata coronat. *Quadrig. ap. Gell. 9, 13, et Non. 3, 245.* Torquem detraxit, eamque sanguinolentam sibi in collo imponit. *Or. Fast. 1, 601.* aut torquis ademptae, Aut corvi titulos auxiliariis habent. *Prop. 4, 10, 44.* Torquis ab incisa decidit unca gula. *Stat. Th. 10, 517.* colloque decorus Torquis in hostiles cecidit per vulnus arenas. *Claud. Laud. Stil. 2, 240.* tum flava repexo Gallia crine ferox, evinctaque torque decoro. *Calpurn. Ecl. 6, 43.* rutiloque monilia torque Extrema cervicis natant. *Cic. Off. 3, 21, f.* T. Manlius Galli torque detracto, cognomen invenit. *Quint. 6, 3, med.* Cum Augusto Galli torqueum aureum centum pondo dedissent. *Varr. ap. Non. 1, c.* Torques aureae, et scuta caelata argento. *Lucil. ib.* Torques magni. *Cic. Verr. 2, 4, 80.* Corona, et phaleris, et torque donare aliquem. *Inscr. ap. Mur. 799, 6.* M. Blossio Pudenti donis militaribus donato ab Imp. Vespasiano Aug., torquibus, armillis, phaleris, corona aurea, etc. P A similitudine est circulus, quo ligantur boves. *Virg. G. 3, 166.* Ac primum laxos tenui de vimine circulos Cervici subnecte: dehinc, ubi libera colla Servitio adsuerint, ipsis e torquibus aptos Junge pares. P Item quilibet circulus, corona. *Id. ib. 4, 276.* Saepe Deum nexis ornatae torquibus arae. *Manil. 5, 584.* de ceto natante: Hinc vastis urgent immensi torquibus orbes, h. e. sinuosis fluctibus in morem torquis cetum circumagentem se cingentibus. *Plin. 10, 42, 58.* Avis viridis toto corpore, torque tantum miniato in cervice distincta. P *Torques* in recto sing. ponit *Charis. 1, c.* Sic *Val. Fl. 2, 111.* ita barbara vestis, Et torques insigne loci. Sunt qui leg. *torquis*, ut producat vi caesurae, velut *sanguis*.

TORREFACIO, is, a. 3. *τορξίω, ξηραίνω*, torridum reddo, arefacio, ad ignem solemve sicco. *Colum. 6, 7, med.* Quidam vinaceorum duas libras torrefaciunt, et ita conterunt.

TORREFACTUS, a, um, part. a *torrefacio*. *Colum. 2, 21.* Et subinde opportunis solibus (*seges*) torrefacta proteritur. *Id. 12, 15.* Torrefacto sesama; et *ib. 57.* Nuces avellanae torrefactae.

TORRENS, entis, part. a *torreo*: urens. *Pacuv. ap. Fest.* Flammeo vapore torrens terrae fetum exusserit. *Virg. G. 4, 425.* Jam rapidus torrens sitientes Sirius Indos Ardebat. *Id. A. 6, 550.* Torrenes flammae. *Hor. Od. 3, 1, 31.* Sidera torrentia agros. *Claud. Fesc. 19.* gelido specu torrentiorem fallere Sirium. *Stat. Sil. 3, 1, 52.* coeli cum torrentissimus axis Incumbit terris. *Virg. A. 9, 105, et ib. 10, 113.* Per pice torrentes, atraque voragine ripas. P Item redundans, exaestuans, et defluens cum impetu, concitatus, rapidus, ut amnes imbribus aucti, et de montibus decurrentes. *Virg. A. 10, 603.* torrentis aquae, vel turbinis atri More furens. *Id. G. 2, 451.* Torrens unda. *Id. Ecl. 7, 52.* torrentia flumina: *χαράδραι ποταμοί*; et *Varr. R. R. 1, 12, extr.* Torrenes fluvii. *Just. 44, 1.* Cursus amnium torrentes rapidique. *Val. Fl. 4, 409.* Nilus toto gurgite torrens. *Plin. 3, 16, 20.* de Pado: Augetur ad Canis ortus liquidis nivibus, agris, quamvis torrentior, nihil tamen ex raptu sibi vindicans. *Id. 2, 103, 106.* Fluvius Novanus omnibus solstitiis torrens, bruma siccatur. *Id. 3, 4, 5.* Rhodanus deferens Ararim, nec minus se ipso torrentes Isaram et Druentiam. *Sen. ep. 23.* Eorum, quae fluminibus innatant, alia lenior unda detinuit, alia vehementior rapuit: alia proxime ripam, cursu languescente, deposuit, alia torrens impetus ejecit in mare. *Stat. Th. 7, 316.* abruptis cum torrentissimus exit Pontibus. P Hyperbole est poetica, in magna caede *torrens cruor* ap. *Lucan. 7, 637.* Sic ap. *eund. 2, 220.* Sanguine caeruleum torrenti dividit aequor. *Juven. 6, 318.* quantus Ille meri veteris per crura madentia torrens! P *Torrens* absolute, fluvius subitis imbribus

bus concitatus, qui alioquin siccitibus exarescit, *χαράδρα, χελμαίφος, ξηροπόταμος*, vel ab aestu, quo fertur, vel quia cito torrescit et siccatur. *Or. Rem. Am. 651.* Flumine perpetuo torrens solet acrius ire: Sed tamen haec brevis est, illa perennis aqua. *Id. Am. 1, 7, 43.* tumidi ritu torrentis agebar. *Virg. A. 2, 305.* rapidus montano flumine torrens Sternit agros, sternit sata laeta, boumque labores. *Id. ib. 7, 567.* fragosus Dat sonitum saxis et toto vortice torrens. *Sen. Phoen. 71.* Rapax torrens. P Translate. *Sil. 12, 189.* Torrens armorum et virorum; et *13, 760.* abundans Umbrarum huc agitur torrens. *Quint. decl. 17, 18, f.* Nihil est improviorum dolore torrentius, h. e. concitatus. *Lucan. 7, 505.* de Fortuna: Abstulit ingentes, fato torrente, ruinas, h. e. ruente impetu se ferente praecipiti. *Prisc. 8, 804.* hunc ipsum recitans versum, interpretatur, vertente, volvente. *Val. Fl. 4, 262.* vix ora virum, vix tollere passus Brachia torrenti praecipit agit undique nimbo. P Proverbium est illud *Juven. 4, 89.* dirigere brachia contra torrentem. V. BRACHIUM. P Commodere refertur ad copiam verborum, et abundantiam orationis. *Cic. Fin. 2, 1, f.* Cum fertur, quasi torrens, oratio, multa cujusmodi rapit. *Quint. 3, 8, med.* Torrens et aequaliter concitata oratio; et *10, 7, med.* Inanis verborum torrens. *Juven. 10, 9.* torrens dicendi copia; et *ib. 126.* saevus et illum Exitus eripuit, quem mirabantur Athenae Torrentem, et pleni moderantem frena theatri, h. e. Demosthenem. *Id. 3, 74.* sermo promptus, et Isaeo torrentior. *Plin. 26, 3, 7.* Torrenti et meditata oratione blandiens.

TORRETER, adv. *Claud. Rapt. Pros. 2, 198.* torrentius amne Hiberno, tortaque ruunt pernicis hasta.

TORREO, es, ui, tostum, a. 2. *ξηραίνω*, proprie significat siccare, arefacere: ab antiquo *torrus*, vel, ut prisci scribebant, *torus*, aridus, torridus, ut *Festus* docet. *Virg. A. 7, 720.* cum sole novo densae torrentur aristae; et *ib. 1, 183.* frugesque receptas Et torrere parant flammis, et frangere saxo. *Plin. 7, 2, 2.* Pisces unguibus dissectos sole torrere. *Id. 12, 7, 11.* succum pomi expressum ad solem. *Id. 14, 9, 11.* uvam in tegulis. *Id. 11, 20, 22.* sole veno apes mortuas. P Est etiam igne urere, ita tamen ne in cinerem redigas, sed ut coquendo fit, *τορξίω*. *Cic. Somn. Scip. 6.* Terram quasi quibusdam circumdatam cingulis: e quibus medium illum et maximum solis ardore torreri. *Id. Pis. 18.* In Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. *Pl. Cas. 2, 5, 1.* In furnum calidum condito, atque ibi torreto me pro pane rubido. *Virg. G. 2, 396.* Pinguiaque in veribus torrebimus exta colurnis. *Or. Fast. 2, 578.* Torrere aliquid in igne. *Id. ib. 6, 313.* furnis torrebant farra coloni. *Plin. 32, 7, 27.* Delphini jecur in fetili torrent, donec pinguitudo similis oleo fluat. *Id. 30, 6, 15.* Cochleas in pruna torrere. *Id. 15, 23, 25.* Torrere castaneas. *Id. 33, 4, 25.* aurum, h. e. candefacere, liquare, excoquere. *Id. 26, 3, 8.* ad ignes corpora, h. e. vehementer calefacere. *Liv. 35, 5.* Sol ingenti ardore torrebat minime patientia aestus corpora Gallorum. P Tribuitur et frigori ut *uro*. *Varr. ap. Non. 6, 23.* Capite aperto esse jubet, ante lucem suscitatur, frigore torret, venatum ejicit. *Hor. Sat. 1, 5, 78.* montes torret Atabulus. *Aeron.* exponit *incendit*, quia, inquit, nimio calore flans ventus illam regionem exsiccat. Sed V. ATABULUS. P Poetae ad amoris aestum transferunt. *Hor. Od. 4, 1, 12.* Venus torret jecur. *Id. ib. 3, 9, 13.* Me torret face mutua Thurini Calais filius Ornyti; et *ib. 19, 28.* Me lentus Glycerae torret amor. *Prop. 3, 23, 13.* Corruptus saevo Veneris torrebat alieno. Adde *Or. Am. 3, 2, 40.* et *Sen. Hipp. 641.* P *Torrere* dicuntur sitis, febris, et hujusmodi. *Tibull. 1, 4, 36.* Et Canis areniti torreat arva siti. *Prop. 4, 9, 21.* sicco torret sitis ora palato. *Or. Her. 21, 169.* At mihi (vae miserae!) torrentur febribus artus. Adde *Juven. 9, 17.* Pro comburere. *Tibull. 1, 10, 49.* Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma Torreat, et liquida deleat amnis aqua. *Or. Pont. 2, 9, 44.* Quique reptorem torruit arte sua, h. e. Phalaris Perillum. P *Torreo* neutrorum more, torreo, uror. *Colum. 1, 4, f.* Collis medius neque hie me pruinis torpet, aut torret aestate vaporibus. Alii leg. *torretur*. *Id. 4, 19.* Exilis terra, et acclivis torrensque aestu, humiliter jugum poscit. *Liv. 44, 38, f.* Militem itinere fatigatum, onere fessum, madentem sudore, ardentibus siti faucibus, ore atque oculis repletis pulvere, torrentem meridiano sole, hosti objicere recenti, quieto. Alii leg. *torrente*.

TORRESCO, is, n. 3. *Lucr. 3, 904.* Ignibus impositum calidis torrescere flammis.

TORRIDATUS, a, um, part. a *torrido*: combustus. *Capell. 6, 196.* Anhelis ardoribus torridatus.

TORRIDO, as, a. 1. comburo, aduro. *Non. 1, 51.* Torris dicitur fax, unde et torridare dicimus comburere.

TORRIDUS, a, um, adj. *ξηρός*, siccus, aridus ex nimio calore: a *torreo*. [**Aridus* et *torridus*, de iis quae nihil humoris, succi intrinsecus continent, omnes fere notiones communes habent: a *siccus* differunt, quod hoc non nisi ad superficiem pertinet. *Arida* et *torrida* opp. *humidis*: *sicca*, opp. *madidis*. *Doederl. 4, 244.*] *Liv. 4, 30.* Siccitate eo anno la-

boratum est: defectus aquarum circa torridos fontes rivosque stragem siti pecorum morientium dedit. *Id. 22, 43, f.* Campi siccitate torridi. *Colum. 7, 5.* et 8. Torridus sal, h. e. sole, aut igne siccatus, ut facilius teri possit. *Sil. 12, 372.* tellus saxoso torrida dorso. *Sen. Herc. Oct. 135.* saxa rigentia, Et dumeta jugis horrida torridis. *Lucan. 4, 239.* Torrida ora, h. e. siti arida. Sic *Vet. Poeta* in *Anth. Lat. T. 2, p. 365.* *Burm.* de mense Augusto: Fontanos latices, et lucida pocula vitro Cerne ut demerso torridus ore bibat. *Lucan. 9, 718.* Torrida dipsas; et *ib. 790.* Torridus prester. P Item igne accensus, ustus, torrens. *Prop. 2, 21, 5.* torridus aestuat aer, Incipit et sicco fervere terra Cane. *Id. 3, 11, 51.* Torrida sacrilegum testantur limina Brennum. *Virg. G. 1, 234.* Zona corusco Semper sole rubens, et torrida semper ab igni. *Id. Ecl. 7, 48.* Torrida aestas. *Or. Fast. 2, 24.* farra, h. e. tosta. *Lucr. 5, 1219.* fulminis plaga torrida tellus. *Claud. in Ruf. 2, 41.* Libya torrida semper solibus. *Calpurn. Ecl. 1, 7.* Torrida cur solo defendimus ora galero? P Transfertur ad ea, quae usta videntur. *Cic. Agr. 2, 34, med.* Homo vegrandi macie torridus. *Plin. 12, 20, 43.* Torridus sole color. P Tribuitur et frigori. *Liv. 21, 32.* Pecora jumentaque horrida frigore. *Calpurn. Ecl. 5, 107.* ne torrida nimbis Instet hiems. P *Torrida vox* ap. *Calpurn. Ecl. 3, 59.* est sicca, anhela, et exilis. Sic *Ecl. 6, 23.* qui vix stillantes, aride, voces Rumpis, et expellis male singultantia verba.

TORRIS, is, m. *δαλός*, lignum semiustum, titio: sive ardens adhuc sit, ut ap. *Virg. A. 12, 298.* ambustum torrem Corynaeus ab ara Corripit, et venientibus Ebuso, plagamque ferenti Occupat os flammis: olli ingens barba reluxit, etc. *Val. Fl. 3, 115.* Vivus torris. *Sidon. ep. 3, 13, med.* Cadaver sidente truce torrium devolutum reddere pyrae jam fastidiosus pollinctor exhorret. *Or. Met. 8, 456.* flagrantem mater ab igne Eripuit torrem, sparsitque liquentibus undis. P Sive extinctus, ut ap. *eund. ib. 512.* Funerem torrem medios coniecit in ignes.

TORROR, oris, m. qualitas rei torridae, siccitas. *Coel. Aurel. Tard. 5, 4, med.* Solis terror, aut arena ignita; et *ib. 3, 6, f.* *ἠλλωσις*, quam nos corporis torrorem dicimus.

TORRUS. V. TORREO.

TORSIO, onis, f. *στροφή*, actus torquendi, tormentum. *Hieron. in Isai. 6, 13, 8.* Tunc strophomata, quae nos torsiones ventris interpretati sumus, tenebunt eos. *Plin. 20, 17, 67.* Privatim ejus usus contra torsiones stomachi in tepida aqua, et cruditates, h. e. tormina ab humoribus acribus provenientia. *Hard.* habet *rosiones*: ut et *28, 7, 21.* **Vulgat. Esai. 13, 8.* Torsiones et dolores. *B. A.* **TORTA*, ae, f. i. q. tracta. *Vulgat. Exod. 29, 23.* et *Sam. 1, 10, 3.* *Ausonius* vindicat etiam *Scalig. Auson. Lect. 2, 13, p. 122. B. A.*

TORTE, adv. *επιτορξίως, χαλκός*, oblique, transverse. *Lucr. 4, 303.* Fit quoque, de speculo in speculo ut tradatur imago. Nam quaecumque retro parte interiore latebunt, Inde tamen, quamvis torte, penitusque remota, Omnia per flexus aditus educta licebit Pluribus haec speculis videantur in aedibus esse.

TORTICIUS. V. TORTIVUS.

TORTICORDIUS. V. PRATICORDIUS.

TORTILIS, e, adj. *ελακός, εὐστραφής, στρεπτός*, qui torqueri potest, flexilis, tortus: a *torqueo*. *Virg. A. 7, 351.* fit tortile collo Aurum ingens coluber, h. e. monile, torquis aurea. *Or. Her. 16, 252.* Tortilis e digitis excidit ansa meis. *Lucan. 6, 198.* tortilibus vibrata falarica nervis. *Or. Met. 1, 335.* Bucina tortilis; et *ib. 13, 915.* piscis. *Plin. 9, 51, 74.* Polypi pariunt ova tortili vibrata pampino.

***TORTILOQUIUM**, i, n. *διήλεκτος συνεστραφμένη, συνεστραφμένη ὀρθία* *Gloss. Cyrill. B. A.*

TORTIO, onis, f. *στρίψις, στρέψις*, actus torquendi, inflexio. *Firm. Math. 8, 15.* Publicis tormentis lacerati, aut ignibus exusti, seu tortione legitima peribunt. *Veg. Vet. 1, 46, extr.* Ex corruptione vesicae tortione moriuntur. Addunt quidam locum *Senecae Contr. 1, 4, med.*, sed ibi leg. *torpor*: neque *tortio* locum habere potest.

TORTIVUS, a, um, adj. *Tertivum mustum*, quod appellat *Cato R. R. 23.*, vocatur etiam *circumciscium*, et *circumcidanum*: et est illud, quod novissime pressum est. Fiebat autem hoc modo: Cum desierat sub prelo fluere, circumcidebant pedes vinearum, et rursus premebant, ut *Varr. R. R. 1, 54.* et *Colum. 12, 36.* docent. *Ap. Colum. ib.* et *Plin. 14, 20, 25.* quidam leg. *torticium*.

TORTO, as, a. 1. frequent. a *torqueo*, crucio. *Pomp. ap. Non. 2, 872.* Ubi insilui in cochleatum euleum, ibi totulum tortor. *Lucr. 3, 661.* Omnia jam seorsum cernas ancisa recenti Vulnere tortari, h. e. partes anguis membratim discissi torqueri, et sensum doloris ostendere. *Arnob. 3, 106.* Avet animus videre Deas gravidas dolorum acuminibus fixas ejulate, tortari. *Id. 1, 30.* Sub eorum (*daemonum*) tortantes et illi se casibus jussione non alia sanitati et constantiae restituerunt, h. e. Apostoli daemones, a daemone tortos, sanitati restituerunt. Alii leg. *portantes*.

TORTOR, oris, m. βασανιστής, qui torquet et cruciat, sive ad eliciendam veritatem, sive ad puniendum, sive ad saeviendum. Cic. Cluent. 63. med. Cum jam tortor, atque essent tormenta ipsa defessa. Id. Phil. 11, 3. Ponite ante oculos verbera, euleum, tortorem carnificemque Samiarum. Sen. ep. 14. med. Plus agit tortor, quo plura instrumenta doloris exposuit. Juven. 14, 21. quoties aliquis tortore vocato, Uritur ardenti propter duo lintea ferro. Hor. Od. 3, 5, 49. de Regulo: Atqui sciebat, quae sibi barbarus Tortor pararet. P Apollo cognomine tortor colebatur Romae in quadam parte urbis, teste Suet. Aug. 70., fortasse in primis faucibus Suburae, cruenta pendebant ubi flagella tortorum, ut est ap. Mart. 2, 17., vel potius ita cognominatus, quia Marsyas sua manu excorians visebatur. P Translate. Juven. 13, 195. Occultum quatiente animo tortore flagellum.

[TORTULUS, a, um, adj. diminut. torti. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 250, 12. Albugia Tortula Virridiae Tortulae matris dignissima. F.]

TORTUM. V. TORTUS.

*TORTUNI, orum, populi Arcadiae. Plin. 4, 6. B. A.

TORTUOSE, adv. Tert. adv. Valent. 3. Serpens per anfractus seriem suam evolvat, tortuose procedat.

TORTUOSITAS, atis, f. Translate. Tert. adv. Marc. 4, 43. f. Et quae ratio tortuositatis istius? Cum simpliciter pronunciare potuisset, etc. Adde Carn. Chr. 20.

TORTUOSUS, a, um, adj. εὐλακώδης, multis flexibus sinuosus, anfractuosus, obliquus, flexuosus. Cic. N. D. 2, 54. f. Est autem alvus multiplex, et tortuosa; et ib. 57. f. Soni ex tortuosis locis et inclusis referuntur ampliores. Id. Cluent. 64. Serrula adunca et tortuosa. Plin. 11, 46, 106. Lynx simile quiddam talo habet, leo etiam tortuosus. Id. 21, 27, 100. Rusci radix bibitur in calculorum valetudine, et tortuosiore urina, h. e. turbidiore, atque adeo hominem torquente, dum quasi tortuosa exit. P Translate. Cic. Acad. 4, 31. Ut omnes istos aculeos, et tortuosum genus disputandi relinquamus, h. e. longe petitum, implicatum, difficile. Id. Dio. 2, 63. Visa quaedam tortuosa et obscura. Id. Am. 18. Neque enim fidem potest esse multiplex ingenium, et tortuosum; et August. Conf. 2, 10. Quis aperit tortuosissimam istam et implicatissimam nodositatem? Gell. 13, 11. Res anxiae aut tortuosae.

TORTURA, ae, f. tortio, torsio. Pall. 3, 9. Caput sarmenti cum deponitur, torquendum non est, nec aliquo modo vexandum, etc. quoniam ipsa tortura vexatio est, etc. Veg. Vet. 1, 40. extr. Hinc tortura et extensio ventris, dolorque generatur. Id. ib. 2, 55. Ex tortura quoque, si in aspero vel lapidoso itinere jumenta coguntur ad cursum, indignationes oriuntur.

TORTUS, a, um, part. a torqueo: στρεπτός, in-tortus, inflexus, implexus, tortilis, flexus. Virg. A. 4, 575. tortos incidere funes. Cels. 7, 4. n. 4. Linum duplex triplexque, sic tortum, ut unitas in eo facta sit. Calpurn. Ecl. 3, 71. Tortum vimen; et Ecl. 7, 53. Retia auro torta. Ov. Her. 19, 37. Tortaque versato ducentes stamina fuso. Virg. G. 1, 349. torta redimitus tempora quercu; et ib. 3, 38. Tortus anguis; et ib. 4, 121. tortusque per herbam Cresceret in ventrem cucumis; et ib. 3, 106. illi instant verbera torto, Et proni dant lora. Id. A. 7, 567. Dat sonitum saxis, et torto vortice torrens. Tac. H. 5, 22. Circum brachia torta veste; et Prop. 4, 4, 40. Cum patuit lecto stamine torta via, h. e. labyrinthi; et ib. 3, 65. Plumbea cum tortae sparguntur pondera fundae; et ib. 7, 41. Torti capilli. Sic Ov. Am. 1, 14, 25. de capillis: Quam se praebuerunt ferro patienter, et igni, Ut fieret torto flexilis orbe sinus! Sen. Med. 718. Tortae radices. Id. Herc. Fur. 787. Longus torta cauda draco. Nemes. Ecl. 4, 40. torto non squamea tractu Signat humum serpens. Petr. fragm. Trag. 67. Burm. Torta periscelis. Varr. ap. Non. 2, 846. Aqua torta, h. e. pluvia agitata vento, et transversim defluens. P Translate. Pl. Men. 4, 2, 25. Conditiones tetuli tortas, confregosas, h. e. obscuras, perplexas. P Est etiam in gyrum actus, tornatus. Ov. Am. 1, 8, 7. torto concita rhombo Licia. Stat. Silv. 4, 9, 43. Cumano patinas in orbe tortas, h. e. Cumis rota figuli corrente fabricatas. Mart. 13, 28., cujus lemma Coetana. Haec tibi quae torta venerunt condita meta, h. e. vase fictili in modum metae facta. Alii aliter expon. Alii pro meta leg. mentha. P Item jactus. Ov. Her. 4, 158. proavi fulmina torta manu. Id. Met. 4, 708. quantum Balearica torto Funda potest plumbo medii transmitters coeli. Sil. 11, 419. non ulla per auras Lancea nudatos exercet torta lacertos. Adde Mart. Spect. 11. P Item cruciatus, βασανιστής. Suet. Aug. 40. f. Cavit, ne vincetus unquam, tortusve quis, ullo libertatis genere civitatem adipisceretur. Just. 22, 1. f. Socii capti tortique, de illo negaverunt. P Translate. Hor. Ep. 1, 18, 38. Commissumque teges et vino tortus et ira. V. A. P. 435. P Tortum absolute, vel tormentum, vel funis tortus, quo utuntur torquentes, vel ipsa tortura. Pacuv. ap. Non. 2, 819. Nam te

in tenebris saepe lacerabo fame Clausum, et fatigans artus torto distraham.

TORTUS, us, m. idem ac torsio. Cic., vertens carmina Sophocli, Tusc. 2, 9. Tortu multiplicabili draco. Virg. A. 5, 276. serpens Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus. Stat. Achill. 2, 419. flexae Balearicus actor habenae Quo suspensa trahens libraret vulnera tortu, h. e. circumactione fundae. Arnob. 6, 196. Buccinarum tortus animare, h. e. tortuosas buccinas inflare.

[TORVIDUS, a, um, adj. idem ac torvus. Arnob. 6, 196. Leo fremebundus hiatibus torvidis. F.]

TORVITAS, atis, f. ἄποδοσία, torvus aspectus, et severitatis aut irae indicium: a ferocia taurorum dicta, ut Fest. docet: unde τανυρόν, torviter. Tac. H. 2, 9. Corpus insigne oculis, comaque, et torvitate vultus. Plin. 8, 17, 23. de pantheris: Ferunt odore earum mire sollicitari quadrupes cunctas, sed capitis torvitate terreri. Ammian. 31, 2. med. Alani oclorum temperata torvitate terribiles. P Transfertur ad animum pro severitate, austeritate, asperitate, rusticitate. Plin. 35, 4, 9. M. Agrippa, vir rusticitati propior, quam deliciis, etc. Verum eadem illa torvitas tabulas duas mercata est, etc. Plin. 7, 19, 18. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, torvitateque naturae duram et inflexibilem.

TORVITER, adv. τανυρόν, rigide, severe, rustice. Enn. ap. Non. 11, 57. Quem nunc tu tam torviter increpavisti. Adde Pomp. ib.

TORULUS, i, m. ὀζονίον, funiculus: diminut. a torus, quod proprie funem notat. Pl. Amph. prol. 144. Tum meo patri autem torulus inerat aureus sub petaso. Ammian. 29, 1. med. Torulo capiti circumflexo. Sunt, qui his locis torulum interpretantur parvum conum in capite ex capillis contortis factum, quod ornamentum praecipue mulierum est, ut legitur ap. Varr. L. L. 4, 35. f. Torulus in mulieris capite ornatus. Et ad Plautum quidem quod attinet, putant respexisse eum ad morem Atheniensem, qui ut se ἀνύθρονας, h. e. antiquissimae originis, et terrae filios declararent, capillos torquebant in conum, aureasque cicadas innectebant: nam cicadae et terra procreari dicebantur. Non desunt tamen qui Plauti et Varronis loca aliter omnino legunt. V. Taubmann. ad Plaut. l. c. P Toruli in animalibus sunt parvi tori, hoc est partes carnosae, seu pulposae. Appul. Met. 7. Terga pulposis torulis obesa. Alii leg. toris. P Hinc ap. Vitr. 2, 9. med. torulus accipitur pro ea ligni parte, quae medulla etiam appellatur, quae magis albescit, tenerior quoque est, et teredinibus, et putredini magis obnoxia, quae idcirco rejici jubetur, cum ad aliquod intestinum opus lignum secatur. Verba Vitruvii sunt: Ima autem (pars arboris) cum excisa quadriluvius disparatur, ejecto torulo ex eadem arbore, ad intestina opera comparatur. Similia horum ante dixerat, post in ejusd. cap.

TORUS, i, m. ὀζονίον, funiculus tortus, qui duplicatus, aut triplicatus funem facit. Varr. ap. Non. 1, 35. videtur deducere a tortus, sed est potius a τόρος, viriculum, unde τούρος, et τούρου, torno; proprie enim tortus significat rotundum quid, nulla habita ratione materiae, ex qua idem fit. V. infra. Cato R. R. 135. Funem exordiri oportet longum pedes LXXII., toros tres habeat, lora in toros singulos novem, lata digitos duos. Cum tortus erit, longus pedes XLIX. (Itali vulgo dicunt tre cordoli.) Colum. 11, 3. is. Semina spinarum, quae inhaerent toris funicularum. P De vitium vinculo. Id. Arb. 16. Vitis diutius perennat, quae firmis toris, et idoneis locis religata est. Id. 5, 6. med. Vitis novella tribus toris ad arborem religetur, uno, qui est in crure arboris, a terra quatuor pedibus distans: altero, qui summa parte vitem capit: tertio, qui mediam vitem complectitur. P In architectura est membrum turgens, rotundum et oblongum instar funis, Italice bastone, et bastoncino, ut videre est in basi Tuscanica, in qua unus, et in Dorica ac reliquis, in quibus duo tori sunt. Vitr. 3, 3. med. Demptra plintho, reliquum dividatur in partes quatuor, fiatque superior torus quartae: reliquae tres aequaliter dividantur, et una sit inferior torus, etc. P In animali est pars carnosae exstans, sive pulpa carnis musculosae, bonam habitudinem, et vires ac robur indicans, ut in lacertis brachiorum. Cic., vertens carmen Sophocli, Tusc. 2, 8. f. O pectora, o terga, o lacertorum tori! Val. Fl. 4, 244. Ingentes humeros, spatiosaque pectoris ossa Protulit, horrendosque toris informibus artus. Ov. Her. 9, 59. Non puduit fortes auro cohibere lacertos, Et solidis gemmas apposuisse toris. Id. Met. 15, 229. flet Milo, cum spectat inanes illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos. Id. ib. 14, 283. de sue: Colla tument toris. Sen. Hipp. 1042. de tauro: Opima cervix arduos tollit toros. Virg. A. 12, 7. movet arma leo, gaudetque comantes Excitans cervice toros. Id. G. 3, 51. de equo: Luxuriatque toris animosum pectus. Adde Stat. Th. 6, 872. et Plin. 18, 7, 18. P De venis tumentibus. Cels. 7, 18. f. Et tumoris aliquid est, ac per ipsos venarum toros inaequale est. P De arboribus. Plin. 17, 23, 35. n. 28. Alias utile,

toros futuri draconis pasci, h. e. nutrir, et crescere crassitudinem et robur draconis futuri in vite. Id. 19, 8, 42. Asparagus viret thyrso primum emicante, qui caulem educens, tempore ipso fastigatus, in toros striatur, h. e. in ramulos teretes et oblongos instar funicularum. P Transfertur ad orationem, ut nervus. Cic. Or. 6. f. de stilo mediocri: Uno tenore in dicendo fluit, nihil afferens praeter facilitatem et aequabilitatem: aut addit aliquos, ut in corona, toros, omnemque orationem ornamentis modicis distinguit. P Est etiam torus culcita, quae lecto imponitur, sive discubitorio, s. funebri, s. coenatorio. Putant alii esse a tortus, quia, ut ait Serv. ad A. 1, 712. et ib. 2, 2., veteres discumbant super herbam tortam. Alii a tortis funibus dici volunt, quia lecti super extentos funes ponebantur: sed alii rectius a rotunditate pulvinorum, quibus discumbentes incumbant. Plin. 8, 48, 73. Antiquis torus e stramento erat, qualiter etiam nunc in castris. Virg. A. 5, 388. viridante toro consederat herbae; et Juven. 6, 5. Silvestrem montana torum cum sterneret uxor Frondibus et culmis, vicinarumque ferarum Pellibus. Ov. Her. 5, 14. Mixtaque cum foliis praebuit herba torum. Id. Met. 10, 556. Datque torum caespes. Id. Fast. 1, 401. Dulcia qui dignum nemus in convivia nacti, Gramine vestitis accubuerunt toris. Virg. A. 2, 2. Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto. Ov. Met. 6, 431. Torum sternere. Id. Fast. 2, 795. premere. Id. Her. 3, 118. Toro jacere. Id. Fast. 5, 520. discumbere. Id. Met. 11, 472. ponere se. Id. A. Am. 2, 370. In toro cubare. Stat. Silo. 3, 1, 37. ad Hercule. Hic tibi Sidonio celsum pulvinar acantho Textitur, et signis crescit torus asper eburnis, h. e. lectus collocandis signis Deorum in lectisternio. Virg. A. 6, 603. Lucent genialibus altis Aurea fulcra toris, epulaeque ante ora paratae. Ov. Met. 12, 578. repetito munere Bacchi, Surrexere toris; et ib. 9, 502. peream, precor, ante, toroque Mortua componar. Hieron. in Helo. n. 20. Nunciatur interim vir venisse cum sociis. Illa (uxor) ad hirundinis modum lustrat universa penetralia, si torus rigeat, si pavimenta vererint (servi), si ornata sint pocula, si prandium praeparatum. P Saepere refertur ad conjugium, ut thalamus. Ov. Met. 1, 318. Hic ubi Deucalion, etc. Cum consorte tori, parva rate vectus adhaesit. Id. Pont. 3, 3, 50. legitimos sollicitare toros. Id. Her. 2, 41. Junonemque toris quae praesidet alma maritis. Sab. 2, 9. Prima meis tu pacta toris. Ov. Fast. 3, 511. Tu mihi juncta toro. Id. Pont. 2, 8, 29. Tori socia; et Her. 21, 140. pollicitis debita jura tori. Id. Am. 3, 6, 82. Socii tori jura dare alicui. Id. Fast. 5, 206. Inque meo non est ulla querela toro. Plin. 34, 3, 6. Receptus in torum P Contra de consuetudine turpi. Sen. Hipp. 97. Quererere supra et illicitos toros. Ov. Trist. 2, 278. Obscenus torus. P Metonymice ipsa illa, quae conjugio aut consuetudine alicujus gaudet. Plin. 35, 10, 16. n. 12. Alexander se vicit: nec torum tantum, sed etiam affectum donavit artificii, h. e. Apelli Campaspen donavit, cum intellexisset, ejus illum amore captum, dum nudam pingeret. P Tori riparum sunt elatiores riparum partes herbis vestitae, quae lecti vicem sedenti praebere possunt. Virg. A. 6, 673. lucis habitamus opacis, Riparumque toros, et prata recentia rivis Incolimus. Stat. Th. 4, 819. inde toros riparum, et proruta turbant Gramina. Sic Plin. 19, 4, 20. Fimium tres pedes alte cum terra misceri, areis distingui: easque resupinis pulvinorum tori ambiri singulas tramitum sulcis, h. e. partibus humi elatioribus, et lecti speciem praebentibus, ut hodieque in hortis videre est. P Torus, seu torrus, torridus, aridus. V. in TORREO.

TORVUS, a, um, adj. ἄγριος, σκυθηρός, specie ipsa ferociam prae se ferens, aspectu terribilis: qualis est taurorum vultus. Festus: Torvitas a ferocia taurorum dicta est. Virg. G. 3, 51. optima torvae Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix. Id. Ecl. 2, 63. torva leaena. Id. A. 3, 636. de Polyphemo: lumen Ingens, quod torva solum sub fronte latebat; et ib. 677. adstantes lumine torvo Aetnaeos fratres. Plin. 8, 42, 64. Equus torvo aspectu. Prop. 2, 2, 8. Torvus aper. Virg. A. 6, 571. Torvi angues. Cic. in Arat. N. D. 2, 42. torvu' draco serpit. Claud. Cons. Mall. Theod. 299. Torva ursa. Hor. Ep. 1, 19, 12. Torvo vultu ferus. Ov. Met. 5, 92. Ille tuens oculis immitem Phineae torvis: et omisso substantivo. Id. ib. 6, 34. Aspiciet hanc torvis; et Her. 17, 15. Si non est ficto vultus mihi tristis in ore, Nec sedeo duris torva superciliis. Id. Pont. 2, 8, 22. Torvaque nescio quid forma minantis habet. Prop. 3, 16, 24. torvi publica cymba senis. Claud. Rapt. Pros. 3, 387. torva Megaera. Ov. A. Am. 2, 309. Medusa. Arnob. 6, 196. Leonis torvissima facies. P De rebus inanimis. Plin. 2, 25, 33. (et Tac. A. 2, 14.) Cometes visu torvo; et 16, 33, 60. Cupressus naja morosa, fructu supervacua, baccis torva. P Torvi dicuntur fluvii, quia finguntur taurino capite et cornibus. Val. Fl. 8, 218. Torvus Ister. P Torva vox, aspera, terribilis. Appul. Flor. n. 17. Vox humana, et tuba rudore torvior, et lyra concentu variatior. Virg. A. 7, 399. torvumque repente Cla-

mat. P *Torrus* in bonam partem. *Claud. IV. cons. Hon. 517.* Quantus in ore pater radiat! quam torva voluptas Frontis, et augusti majestas grata pudoris! h. e. mascula, bellicosa, gravis. Adde *III. ib. 24.* Hac ratione videtur *Statius* torvum Maronem dixisse, *Silo. 5, 3, 62.* h. e. grandiloquum, ac terribilem imitari conantibus. P Translate. *Plin. 17, 23, 35. n. 27.* Cultura quoque torva fiunt vina, h. e. aspera, immitia, austera. *Catull. 66, 20.* Invisente novo proelia torva viro. *Pacuv. ap. Fest. Cum recordeo ejus ferocem et torvam confidentiam. Id. ib. Feroci ingenio torvus. P Torvum, et torva adverbii ritu. Stat. Th. 12, 127.* magni memor illa mariti It torvum lacrimans. *Virg. A. 6, 467.* ardentem et torva tuentem Lenibat. Adde *Val. Fl. 2, 555.*

[TOSTO, as, a. l. idem ac torreo. *Plin. Val. 2, 28. med.* Corticem agrifolii interiorem et exteriorum rades, et mittes in cacabum novum, et pones super carbones, non ut comburatur, sed ut tosetur. F.]

[TOSTRIX, icis, f. quae edulia torret. Nostris quoque diebus mulierculas cernimus in viis et nundinis allata seu oblata edulia in sartagine pretio fringere, et in veru vel craticula torrere, quas nos vulgo *friggitrisci* dicimus. *Inscr. Romana, nunc Cicercolli translata in aedibus Marchionis a Balneo, quam vidit, exscripsit, et ad nos misit B. Borgheisus. Galloniae O. L. Paschusae tostrici. Aliquis fortasse malit tostrici pro tostrisci scriptum fuisse. F.]*

TOSTUS, a, um, part. a torreo: *ξηρανθεῖς*, siccatus, torrefactus, coctus, ambustus, combustus. *Ob. Fast. 4, 939.* Est Canis (Icarium dicunt) quo sidere moto, Tosta sitit tellus. *Catull. 45, 6.* in Libya, Indiave tosta. *Colum. 12, 5.* Tostum hordeum. *Ob. Met. 12, 155.* Tosta caro; et *Fast. 6, 482.* tosta liba. *Enn. ap. Cic. Tusc. 3, 19.* Arae fractae et disjectae, fana flamma desagrata, tosti alti stant parietes. *Ob. Met. 2, 283.* tostos en aspice crines, Inque oculis tantum, tantum super ora favillae.

TOT, *τοῖοῖτοι*, tam multi, nomen numerale indeclinabile: cui respondet quot vel expresse, vel tacite. *Cic. Or. 2, 32. med.* Quot homines, tot causas. *Id. Hor. resp. 8.* Nego, de ullo opere publico tot senatus exstare consulta, quot de mea domo. *Id. Manil. 16. f.* Neminem unquam tam impudentem fuisse, qui a Diis immortalibus tot et tantas res tacitus auderet optare, quot et quantas Dii immortales ad Cn. Pompejum detulerunt. *Id. Coel. 28.* An timebant, ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? et *ib.* Tot viri ac tales. *Liv. 24, 26. f.* Tot ac tam validae manus. *Id. 5, 54. med.* Tot, tam valida oppida. *Cic. Balb. 20. f.* Si tot consulibus meruisset, quoties ipse consul fuisset. *Cato R. R. 114.* Ubi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse, tot vites ablaqueato. *Cic. Fam. 5, 20. med.* Quae cum viderem tot vestigiis impressa, ut in his errari non posset, non adscripsi, etc. P Absolute. *Ter. Andr. 1, 5, 24.* Quid primum exsequar? tot me impediunt curae, quae meum animum diverse trahunt. *Pl. Ps. 1, 2, 82.* En excetra tu, quae tibi amicos tot habes. P Indefinite. *Cajus Dig. 34, 5, 8.* Volo dari ei, qui id egerit, a ceteris hereditibus aureos tot. P Tot, tam pauci. *Albinov. 1, 339.* Vix credent, tantum rerum cepisse tot annos.

TOTFARIAM, tanti, tot. *Varro: In totfariam locis. Ita Scal. ad Fest. in Multifariam.*

TOTIDEM, *τοῖοῖτοι*, aequae multi: et vel tacite, vel expresse quot postulat. *Cic. Brut. 96.* Totidem, quot dixit, scripta verbis oratio. *Pl. Most. 3, 1, 114.* Talentis totidem, quot ego et tu sumus. *Juven. 13, 26.* Rari quippe boni: numero vix sunt totidem, quot Thebarum portae. *Caes. B. G. 48.* Equitum millia erant sex, totidem numero pedites. *Hor. Sat. 1, 10, 60.* si quis amet scripsisse ducentos Ante cibum versus, totidem coenatus. *Id. Ep. 1, 6, 34.* Mille talenta rotundentur, totidem altera. *Nep. Mill. 7.* Cum totidem navibus, atque erat profectus, Athenas rediit. *Cic. Div. 2, 43.* Proclus et Eurysthenes gemini fratres fuerunt, nec totidem annos vixerunt, anno enim Procli vita brevior fuit; et *Att. 6, 2. med.* Istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli; et *Hor. Sat. 2, 3, 298.* Dixerit insanum qui me, totidem audiet: totidem audiet verba, et idem significantia.

TOTIES, adv. *τοῖοῖτοι*, tot vicibus. *Cic. Att. 7, 12.* Velim mihi ignosceas, quod ad te scribo tam multa toties. *Hor. Sat. 2, 3, 193.* cur Ajax, heros ab Achille secundus, Putrescit, toties servatis clarus Achivis? *Virg. A. 4, 536.* Quos ego sum toties jam dedignata maritos. *Hor. Carm. saec. 23.* Ter die claro, totiesque nocte. *Cic. Cluent. 18.* Quotiescumque dico, toties mihi videor in iudicium venire ingenii. *Id. Fam. 7, 7.* Illud soleo mirari, non me toties accipere tuas litteras, quoties a Quinto mihi fratre afferantur. *Liv. 2, 13.* Moverat eum subeunda dimicatio toties, quot conjurati superessent. P In plurimis auctorum MSS. scribitur *totiens*, *quotiens*, *aliquotiens*: et in multis opt. libr. editum est: quod sane reprehendi non potest: quin grammatico-

rum aliqui ita scribi jubent ut est ap. *Pier. ad Virg. Ecl. 3, 72.* Nihilominus *Manutio, Dausqu., Cellar.* magis placet non omitti. V. MILLIES.

TOTJUGIS, e, et Totjugus, a, um, adj. tam multiplex, tam varius, tantus, tot. *Appul. de Deo Socrat.* Totjuga sidera sursum in aethere comparant. *Id. Flor. n. 18.* Haec tanta et totjuga invitamenta; et n. 9. Homo tam numerosa arte multiscius, totjugi scientia magnificus. *Id. Met. 2.* In qua domo totjugis jam diebus ne fumus quidem visus est ullus.

TOTMODA, neutr. plur. tot et tanta. *Catull. 115, 3.* Cur non divitiis Croesum superare potis sit, Uno qui in saltu totmoda possideat! Est qui leg. tot bona.

*TOTONIS VILLA, oppidum fuit Galliae Belgicae. *Paul. Diac. Langob. 1, 5.* P Dictum et *Theodonis villa*, et *Palatium Theodonis.* Hodie a Germanis appellatur *Diedenhofen*, a Gallis *Thionville.* B. A.

TOTTONARIUS, a, um, adj. V. TREPIDARIUS.

TOTUS, a, um, adj. *ὅλος*, integer, universus, solidus. In genit. habet *totius*, in dat. *toti* in omnibus generib. Pertinet ad quantitatem continuum, sicut *omnis* ad numerum: *totus* partium plenitudinem significat, *omnis* numeri. V. OMNIS. [*Accuratus de hac re disputantem habes *Doederl. 4, 357. sq.*] *Cic. Mil. 23.* Cui senatus totam republicam, omnem Italiae pubem, cuncta populi R. arma commiserat. *Id. Fin. 2, 34.* Omne coelum, totaque cum universo mari terram mente complexus. *Id. Univ. 5. f.* Ut unum opus, totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolveretur. *Id. Or. 1, 26. f.* Tota mente atque omnibus artibus contremisco. *Id. Fin. 4, 1. f.* Universa re et tota sententia dissentire. *Pl. Most. 1, 2, 67.* Non video mihi sarcire posse aedes meas, quin totae perpetuae ruant. *Liv. 1, 12.* Curtius effusus egerat Romanos toto, quantum foro spatium est. *Sall. Cat. 31. f.* Ut Romae per totam urbem vigiliae haberentur. *Caes. B. G. 1, 26. med.* Eaque tota nocte continenter ierunt: nullam partem noctis itinere intermisso, in fines Lingonum pervenerunt; et *ib. 3, 13.* Naves totae factae ex robore; et *ib. 1, 30.* Toti Galliae bellum inferre; et *ib. 5, 11. extr.* Hunc toti bello imperioque praefecerant. *Phaedr. 5, 7.* Homo se in pulpito totum prosternit; et *4, 14.* Toto die. *Ter. Eun. 2, 2, 46.* Sex te totos hos menses quietum reddam. *Lucr. 2, 274.* Nam tum materiam totius corporis omnem Perspicuum est ire. P Illa referuntur ad animum. *Nep. Dion. 2.* Quem Dion adeo adamavit, ut se totum ei traderet. *Hor. Sat. 1, 9, 2.* Nescio quid meditans nugarum, et totus in illis. *Cic. Att. 14, 11. f.* Modo venit Octavius mihi totus deditus. *Id. Q. Fr. 2, 1. extr.* Plancius totus noster est. *Caes. B. G. 6, 5.* Totus et mente et animo in bellum insistit. *Just. 12, 13. med.* Totus in laetitia effusus. *Cic. Cluent. 26. f.* Homo totus ex fraude et mendacioso factus. P *Totus* aliquid esse dicitur, qui ab eo stat, illique favet. *Cic. Fam. 15, 7.* Et sum totus vester, et esse debeo. *Liv. 23, 14.* Senatus in societate Romana cum fide perstare, plebs novarum, ut solet, rerum, et Annibalis tota esse. *Id. 37, 49.* Totos adhuc Antiochi Aetolos esse. *Ter. Eun. 5, 9, 10.* Fratris igitur Thais tota est. *Chae. scilicet.* P Alio sensu *Val. Fl. 1, 207.* Ecce sacer, totusque Dei per litora Mopsus, Immanis visu, vittamque comamque per auras Surgentem, laurusque rotat, h. e. Deo plenus. P *Totum* absolute. *Cic. Q. Fr. 3, 1, 1.* Totum in eo est, tectorium ut concinnum sit; et *Colum. 12, 4.* Totum in eo est, ne contractentur pocula, vel cibi, nisi ab impube. P *Ex toto*, omnino, prorsus, *ὅλος*. *Ob. Pont. 4, 8, 72.* Nec tamen ex toto deserere illa potes. *Cels. 7, 4. n. 3.* Sistratus fistulas ventris insanabiles esse credidit; id non ex toto ita se habere, usus ostendit; et *ib. 9.* Lineae, quae citiorem partem ab ulteriore ex toto diducant. *Id. 8, 20. med.* Femur luxatum quidam semper iterum excidere contendunt: sed clari admodum auctores, ex toto se restituisse, memoriae prodiderunt. *Plin. 11, 17, 17.* de apib.: Fessum regem humeris sublevant: validius fatigatum ex toto portant; et *Colum. 5, 8. f.* Creta ex toto repudianda est; et *2, 21.* Antequam ex toto grana indurescant, messis facienda est. P *In totum*, ex toto. *Id. 12, 1. med.* Munia, quae domi capessenda, non in totum muliebri officio relinquenda sunt: et *mox*: Ea porro persuasissimum habere debent, aut in totum, aut certe plurimum domi se morari oportere. *Plin. 2, 90, 92.* Natura in totum abstulit terras, ubi Atlanticum mare est, immenso spatio. *Id. 31, 7, 42.* Res in totum diversa. *Id. 35, 2, 2.* Quod in totum exolevit. *Id. 25, 4, 17.* In totum temeraria medicina; et *10, 4, 5.* Marius in totum ea abdicavit. P *In totum*, in universum. *Colum. 11, 2. med.* Itaque in totum praecipimus: ut quisque natura locus frigidus erit, is primus conseratur. Adde *3, 2. f.* P *Totus* pro *omnis*, h. e. eo loco, quo *omnis* bene se haberet: hinc totus Italorum. *Phaedr. 1, 11.* Clamorem subito totis tollit viribus. *Hirt.*

B. Alex. 5. Cum totus convenisset equitatus. *Pl. Mil. 2, 2, 57.* Cui bini custodes semper totis horis accubant. P De rebus, quae numero constant. *Stat. Th. 1, 81.* totos in poenam ordire nepotes. *Appul. Met. 6.* Accumbebat cum sua Junone Juppiter, ac deinde per ordinem toti Dei. *Sidon. ep. 9, 14. f.* Plerique laudabunt facundiam tuam, plurimi ingenium, toti pudorem. P Paenultimam genitivi poetae, cum commodum est, corripunt. *Lucr. 1, 82.* spatium summi totius omne. *Id. 4, 1022.* Totius humorem saccatum ut corpori fundant. P Pro *totius* dixere etiam *toti*. *Afr. ap. Prisc. 6, 694.* Adeo ut te satias caperet toti familiae. Sic *uni, soli, nulli*, etc, quae V. s. l. P Item *totae*, et *toto* in dativo pro *toti*. *Pl. fragm. ap. Varr. L. 6, 5. f.* Gannit odiosus omni totae familiae. *Auct. ad Her. ap. Prisc. 6, 678.* Res totae rei similis. *Prop. 3, 9, 57.* toto quae praesidet orbi. P *Totus* prima brevi esse tantus *τοῖοῖτος*: cui respondet *quotus*. *Manil. 6, 3. med.* Denique quotcumque pedum spatia facienda censueris, totam partem longitudinis et latitudinis duces, h. e. tantam. P [*Confund. *totum* et *tum*. V. *Beier. ad Cic. Off. 2. p. 388.*]

*TOXANDRI, orum, populi Germaniae, inter Scaldim Mosamque flumina. *Plin. 4, 17.* P Eodem regio Toxandria audit *Ammian. 17, 17. B. A.*

*TOXICATUS, a, um, toxico imbutus. *B. A. 1, 6.* Urbs toxicata veneficio adulatorum. B. A.

TOXICUM, i, n. *τοξικόν*, proprie venenum est, quo imbuuntur sagittae, ut letale vulnus inferant: a *τόξον*, quod tum arcum, tum sagittas aliquando significat, ut ap. *Homer. Il. 8, 296.* *Festus*: Toxicum dicitur cervarium venenum, quo quidem perungere sagittas soliti sunt. *Caecilius in Gamo*: Ut hominem miserum toxico transegerit. *Ob. Pont. 4, 7, 11.* Aspicias et mitti sub adunco toxica ferro: Et telum causas mortis habere duas. P Alii aliunde notationem duxere: vel quia instar sagittae, cito perimat; vel a *taxus*, ut prius *taxicum* dictum sit. *Plin. 16, 10, 20.* de taxo arbore: Sunt qui et taxica hinc appellata dicant venena, quae nunc toxica dicimus, quibus sagittae tinguntur. P Pro quovis veneno. *Afr. ap. Fest.* Uxorium istud toxicum mittite. *Ob. Am. 2, 2, 63.* non ad miscenda coimus toxica. *Colum. 10, 18.* de terra: Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat, h. e. herbas mortiferas. *Lucan. 9, 820.* Toxica fatilegi carpunt matura Sabaei. *Hor. Epod. 17, 61.* Toxicum velox. *Mart. 1, 19.* Toxica saeva. *Prop. 1, 5, 6.* Et bibere e tota toxica Thessalia. Adde *Suet. Claud. 44.* et *Ner. 35.* P *Toxicon*, *τοξικόν*, genus ladanum, quod colligitur et trahitur, nervis in arcu circumdatis, adhaerente roscida languine: a *τόξον*, arcus. *Plin. 26, 8, 30.*

[TOXOBOLOS, i, f. *τοξοβόλος*, sagittas jaculans: a *τόξον*, arcus, et *βόλλω*, jaculo. V. v. sq. F.]

[TOXOTIS, idis, f. *τοξότις*, sagittaria, artemensis. Ita vocatur artemisia herba ap. *Appul. Herb. 10.* Artemisia a Graecis dicitur toxotis. *Pythagoras (vocat) toxobolon.* F.]

TR

TRABALIS, e, adj. *δοξώδης*, ad trabem pertinens: ut *Trabalis clavus*, quo trabes figuntur *Hor. Od. 1, 35, 18.* Clavos trabales, et cuneos manu Gestans, *Cic. Verr. 2, 5, 21. med.* Ut hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clavo figeret, h. e. fixum firmumque faceret. Adde *Petr. Sat. 75.* P Item *trabis* magnitudinem aequans: et adhibetur a poetis per hyperbolen. *Virg. A. 12, 294.* et *Val. Fl. 8, 301.* Telo trabali graviter ferire. *Stat. Th. 4, 6.* dextraque trabalem Hastam intorsit. *Claud. Rapt. Pros. 2, 172.* Pluto trabali sceptro saxa ferit. *Id. cons. Mall. Theod. 318.* Trabalis vectis.

[TRABARIUS, a, um, adj. qui ex trabe est. *Isid. Or. 19, 1. f.* Trabariae amnicae, naves, quae ex singulis trabibus cavantur, quae alio nomine litorariae dicuntur. Hae et caudicae ex uno ligno cavato factae, et inde caudicae, quia a quatuor usque ad decem homines capiunt. V. CAUDEX. F.]

TRABEA, ae, f. *ἀλογοῦς, περιόρητος*, toga Romanorum, ornatu et colore a vulgari toga differens: erat enim candida purpureis pannis virgata: inde illi nomen. *Suet. fragm. ap. Sere. ad A. 7, 612.* tria ejus genera fuisse docet: unum quod Diis sacrum, et fuit totum purpureum: alterum item purpureum, sed habebat aliquid albi: tertium augurum proprium, purpura et cocco mixtum. *Plin. 8, 48, 74.* Trabeis usos accipio reges. *Id. 9, 39, 63.* Purpurae usum Romae semper fuisse video, sed Romulo in trabea. *Virg. A. 7, 187.* Ipse Quirinali lituo parvaque sedebat Succinctus trabea Picus. *Id. ib. 11, 334.* Et sellam, regni, trabeaque, insignia nostri. Latini regis verba sunt. *Ob. Fast. 2, 504.* trabeaque decorus Romulus. P Regium trabeae genus, quod in albo purpureas facias habebat intextas instar trabium (unde et nomen), induebatur etiam a consulibus, quibusdam solemnioribus diebus: quia sicut jura regum, ita et insignia iis data sunt. *Virg. A. 7, 612.* Ipse

Quirinali trabea, cinetique Gabino Insignis reserat stridentia limina consul. Claud. in Ruf. 1, 249. Post trabeas exsul, h. e. post consulatum. Sic 2. in Eutr. prol. 10. Annus, qui trabeas, hic dedit exsilium. Id. Laud. Stil. 2, 3. Trabeas induere, h. e. consulatum inire. P Item ab equitibus in transvectione, ut Val. Max. 2, 2. f. docet: et alias quoque, cum solemnitas posceret: ut factum in pompa funebri Germanici Caesaris, narrante Tac. A. 3, 2. Hinc trabea equestrem ordinem significat, ut fasces consulatum. Stat. Sil. 5, 2, 17. non sanguine cretus Turmal, trabeaque Remi, nec paupere clavo. Adde Mart. 5, 41. P Falsi sunt, qui putarunt, trabeam militarem vestem fuisse. Aperte Claud. a militari ornato distinguit, Cons. Prob. et Olybr. 178. et III. cons. Hon. 5. et IV. ib. 12. et Cons. Mall. Theod. 14. etc. Frustra etiam alii locum Livii afferunt ex 32, 6., ubi non consul trabeatus, sed tractus omnino legendum est. P Hinc hoc cognomine poeta comicus, cujus meminit Cic. Fam. 9, 21., Fin. 2, 4. et Tusc. 4, 31., item Charis. 2. extr. Octavum ei locum inter Latinos comicos tribuit Vulc. Sedig. ap. Gell. 15, 24. [Ejus praenomen fuit Q., nomen gentilicium ignoratur. F.]

TRABEALIS, e, adj. ad trabeam pertinens. Sidon. carn. 2, 2. Effulgens trabealis mole metalli Annum pande novum consul vetus. Trabeale metallum vocat aurum, quod posterioribus imperatorum temporibus assui trabeis mos fuit. Hinc Claud. Laud. Stil. 2, 340. graves auro trabeae.

TRABEATUS, a, um, adj. trabea indutus. Ov. Fast. 1, 37. et Met. 14, 823. Trabeatus Quirinus. Tac. A. 3, 2., Suet. Dom. 14. et Val. Max. 2, 2. f. Trabeati equites. Stat. Sil. 4, 2, 32. Hic cum Romuleus proceres, trabeataque Caesar Agmina mille simul jussit discumbere mensis, h. e. equestrem ordinem. V. TRABEA. Claud. Cons. Mall. Theod. 338. Trabeata domus, h. e. in qua est consulatus. Id. IV. cons. Hon. 417. Et sulcata diu trabeato rura colono, h. e. consule, vel consulari. Impp. Theodos. et Valent. Cod. Theod. 10, 10, 33. Trabeata quies, h. e. consulatus. [Cf. Lips. ad Tac. A. 3, 2., Ruben. de lato clavo 1, 5. Ferrat. de re vest. p. 1. l. 2, 6.] P Trabeatas inscripsit C. Mellissus grammaticus novum fabularum togatarum genus, quas ipse docuit, uti narrat Suet. Gr. 21. extr., fortasse quia equestris ordinis personas induxit.

TRABECULĀ et Trabacula, ae, f. δοξιδιον, parva trabs. Cato R. R. 18. Trabeculam pedum XXIII. semis imponito resquipedalem. Vitruv. 10, 21. med. Habuerat mediam contabulationem supra trabeculas. Vet. Inscr. optima nota, exarata ann. U. C. DCXLIX., ap. Grut. 207. col. 1. insuper mutulos trabeculas abiegineas duas crassas imponito.

TRABICA navis, quod sit trabibus confixa. Pacuvius: Labitur trabica in alveos. Haec Paul. ex Festo.

TRABILACŪLA, ae, f. Auct. Itin. Alex. (ed. A. Maio) 77. Superjectu trabilacurarum. Nili mendum est pro trabicularum. B. A.

TRABS, abis, f. δοξος, [videtur esse a τραπέζη et τραπέζης F.] proprie significat duo ligna compacta, ut ex Festo docet Paulus: quia lignum simplex tignum dicitur: trabs compactiles opinor vocari a Vitruv. 4, 7., qui 5, 1. f. memorat trabses ex duobus, item ex tribus tignis bipedalibus compactas. Hinc non semel Lucr. junxit tigna trabsesque, ut 2, 192. et 196. et 6, 240. Hoc sensu Plin. 3, 5, 9. in. Tiberis propter aspera et confragosa, ne sic quidem (navigabilis) praeterquam trabibus verius, quam ratibus, h. e. pluribus tignis compactis, et in modum ratis compositis. P Saepius tamen de simplici tigno usurpat, sive ex arbore sit, sive ex alia materia. Id. 16, 40, 76. n. 2. Trabs e lalice, longa pedes CCXX., bipedali crassitudine aequalis. Caes. B. G. 3, 13. Naves totae factae ex robore: transtra ex pedalibus in latitudinem trabibus. Gell. 1, 13. f. Firma et procera trabe cum opus esset, qui arietem faceret. Plin. 16, 38, 73. Aure ad caput trabis quamlibet praelongae admota, ictus ab altero capite vel graphii sentitur. Claud. Rapt. Pros. 1, 242. trabibus solidatur ahenis Culmen. Id. Nupt. Hon. et Mar. 88. trabibusque smaragdus Supposuit caesas hyacinthi rupe columnas, h. e. trabibus, quae sunt smaragdi. (Simile est illud Pers. 1, 69. heroas sensus; et Stat. Th. 11, 22. hostes turmae.) [Cf. Gron. observ. 3, 21. p. 304. sq.] Plin. 33, 3, 15. Trabs argenteae. Id. 6, 11, 12. Fores obdita ferratis trabibus. Id. 36, 8, 19. n. 1. Trabses ex lapide Syenite fecere reges, obeliscos vocantes, Solis numini sacros. Ov. Met. 3, 77. de arque: Ipse modo immensum spiris factis orbem cingitur, interdum longa trabe rector exit. P Synecdoche est in his. Hor. Od. 1, 1, 13. ut trabe Cypria Myrtorum pavidus nauta secet mare, h. e. navi. Sic Virg. A. 4, 566. Jam mare turbati trabibus. Ov. Pont. 1, 3, 76. Quo duce trabs Colchas sacra currit aquas, h. e. navi Argo: de qua et Sen. Ag. 120. Phasiaca fugiens regna Thessalica trabe. Hor. Od. 3, 2, 26. veta-bo, sub isdem sit trabibus, h. e. sub eodem tecto,

Tom. IV.

et domo. Val. Fl. 6, 383. ut machina muri, Quae scopulis, trabibusque diu, confecta flammis, Procubuit tandem, h. e. arietibus, balistis, et hujusmodi. Mart. 14, 91. Libycae trabses, h. e. mensae citreae, quas 2, 43. Libycos orbes dixit. P Synecdoche, et hyperbole simul in his. Stat. Th. 5, 566. Et trabe fraxinea Capaneus subit obvius, h. e. ingenti hasta. Sic ib. 9, 124. Lernaeam jacit ipse trabem. Sen. Herc. Fur. 103. et Med. 962. Vastam rogo flagrantem corripit trabem, h. e. ingentem facem. Stat. Th. 1, 621. trabibus duris proterere exanimis arius, h. e. validis et magnis fustibus. P Saepius iidem poetae trabem dicunt de arbore excelsa. Virg. A. 6, 181. Fraxineae trabses, h. e. fraxini; et ib. 9, 87. lucus Nigranti picea, trabibusque obscuris acernis. Ov. Met. 14, 360. Densum trabibus nemus; et ib. 8, 329. Silva frequens trabibus; et ib. 10, 372. securi Saucia trabs ingens, etc. Quo cadat, in dubio est. Adde Prop. 3, 21, 38., Val. Fl. 5, 640., Varr. ap. Non. 2, 845., Stat. Ach. 2, 430. et Sen. Oed. 537. [Cf. Gron. observ. 1, 18. p. 79. ed. Frosch.] P Pro trabs dixere trabses in recto, ut plebes, pedes, pro plebs, pes. Enn. ap. Cic. N. D. 3, 30. et Fat. 15. Utinam ne in nemore Pelio Caesa cecidisset abiegna ad terram trabses; et ap. Varr. L. L. 6, 3. Trabses remis rostratae per altum. [V. Heindf. ad Cic. l. modo l.] P Item trabsis, ut canes et canis. Ita enim in quodam MS. legitur ap. Jul. Obsequ. 122. Trabs ardens ab occasu ad coelum extenta. Porro significatur hic meteorus genus, Graece δόκος, nempe longa fax trabsis specie in coelo apparens, de qua Sen. Q. N. 7, 4., item ib. 1, 1. et 15. et Plin. 2, 26, 26. [Lucan. 7, 156. ubi v. Cort.] P [Est etiam το αἰθροῖον ἀφ' ἡφαιστόν. Catull. 29, 10. O Memmi, bene me ac diu supinum Tota ista trabe lentus irrumasti. F.]

TRACHALĀ, ae, m. τραχάλια, ita per contumeliam cognominatus est Constantinus M. Aug., quia obesa fuit cervix: a τραχάλος Dorice pro τραχίλος, cervix, collum. Aurel. Vict. Epit. 41. Constantinus proverbio vulgari Trachala, decem annis praestantissimus, duodecim sequentibus latro, decem novissimis pupillus ob profusiones immodicas nominatus. V. TRACHALUS, i. F.]

TRACHALLUS, i, m. Τραχάλλος, orator Domitiani temporibus sublimis et satis apertus fuit, et quem velle optima crederes: auditus tamen major. Quint. 6, 3, 10, 1. et 12, 5. B. A.

TRACHĀLUS, i, m. τραχάλος Dorice pro τραχίλος, cervix. Ita etiam vocatur pars superior, quemadmodum media μύκρον, ima θορύβος. Festus: Trachali appellantur muricum et purpurae superiores partes. Unde Arminenses, maritimi homines, cognomen traxere Trachali. V. TRACHALA. P [Est etiam cogn. Galerii Cos. ann. a Chr. n. LXVIII. in Inscr. ap. Grut. 300, 1. F.]

TRACHĀS, ae, f. Τραχίτης, eadem ac Anxur, et Tarracina: ita appellata a τραχίς, asper, quia, ut ait Hor. Sat. 1, 5, 26. Impositum saxis late candentibus Anxur. Hinc Ov. Met. 15, 717. Trachasque obsessa palude. F.]

TRACHELUS, i, m. τραχίλος, Graece collum significat. Itaque hoc nomine Vitruv. 10, 15. med. partem quandam catapultae appellat; a colli similitudine. [Alii pro tracheli leg. carchebi, alii melius carchesia. V. Bald. in Lex. Vitruv. F.]

TRACHĪĀ, ae, f. τραχίτια, adjectivum Graecum, a τραχίς, asper, appositum arteriae, per quam spiritus ore in pulmonem trahitur. Semel Latinis litteris scribitur ap. Macr. Sat. 7, 15.

TRACHIOTIS vel Tracheotis, idis, f. Τραχειώτις, cognominata est Seleucia Ciliciae urbs. Plin. 5, 25. P Τραχίτια est Πτολεμαίο. B. A.

TRACHOMĀTĪCUS, a, um, adj. τραχωματικός, ad asperitatem tollendam idoneus. Marc. Empir. 8. §. 7. med. Descriptio trachomatici collyrii, etc. Ejus etiam meminit Alex. Trallian. de medic. l. 2. c. 6. Κολλοῖον τραχωματικόν πρὸς τραχίτι βλεφάρου, h. e. collyrium trachomaticum ad asperas palpebras. F.]

TRACHONĪTIS, idis vel idos, f. Τραχωνίτις (sc. γῆ, terra, regio), regio Syriae Palaestinae, ut scribit Plin. 5, 18. V. et Joseph. Antiq. 18, 6. et Jud. 2, 9. et Luc. 3. in. P Τραχωνίτις etiam audiebat, teste Josepho. B. A.

TRACHYN et Trachin, inis, f. Τραχύν et Τραχύν, oppidum Thessaliae in Phthiotide, sub Oeta monte, conditum ab Hercule. Ejus nomen est Heraclaea, cognomen Trachyn: a τραχίς, asper, salubrosus: quia ejusmodi loco situm est, quare per γ rectius scribitur. Plin. 4, 7, 14. Sen. Troad. 818. lapidosa Trachyn. Id. Herc. Oct. 135. Ad Trachyna vocor, saxa rigentia, Et dumeta jugis horrida torridis; et ib. 195. aspera Trachyn; et ib. 1432. rigenti cernitur Trachyn jugo. Ov. Met. 11, 627. Heraclaea Trachyne jube, sub imagine regis, Halcyonen adeant.

TRACHYNUS et Trachinius, a, um, adj. Τραχύνιος, ad Trachinis oppidum pertinens. Ov. Met. 11, 269. Trachynia tellus; et ib. 502. puppis, h. e. qua Ceyx vehebatur, cum naufragio perit; et ib. 282. et 351. Trachynius heros, h. e. Ceyx filius

Luciferi, qui ibi regnavit. Stat. Silv. 3, 5, 57. Trachinia Halcyone, h. e. quae Ceycis uxor fuit: Lucan. 3, 177. tum Maenala liquit Arcas, et Herculeam miles Trachinius Oeten. P Trachinia, tragoedia Sophoclis, ex qua aliquot versus Latine redditos a Cicerone, habes Tusc. 2, 8.

[TRACHYS, ya, y, adj. τραχὺς, εἶα, ὄ, asper, a, um. Plin. 12, 25, 51. Balsamo tria genera. Tenui et capillacea coma, quod vocant eutheriston: alterum scabro aspectu incurvum, fruticosum, odoratius; hoc trachy appellant: tertium, etc. F.]

TRACTĀ, ae, f. et Tracta, orum, n. plur. τράγμα, manipulus lanae, postquam tractus, h. e. pectine carminatus est, qui colo involvitur, deinde netur. Tibull. 1, 7, 86. Firmaque conductis annectit licia telis, Tractaque de niveo vellere ducta putat. Varr. ap. Non. 3, 247. Denique suis manibus lanae tracta ministrasset infectori. P In panificio tracta sunt partes farinae manibus bene agitatae, subactae, et in longum seu in orbem tractae in modum membranarum, quas sfoglie Itali vocant; nam trahere panem ap. Plin. 18, 11, 27. est subigere (et Gloss. Philox. Tracta, λάζανα). Id. ib. Eum (panem) novem diebus macerant, decimo ad speciem tractae subigunt uvae passae succo. Cato R. R. 76. Alicam in aquam infundito: ubi bene mollis erit, in mortarium purum indito, siccatoque bene: deinde manibus depresso: ubi bene subactum erit, farinae libras quatuor paulatim addito, id utrumque tracta facito: et mox: Placentam fingito: tracta singula in totum solum primum ponito, deinde de mortario (in quo farcimen est) tracta linito, tracta addito singulatim, etc. P Ap. Apicium 2, 1., 4, 3., 5, 1. et 8, 7. est quoddam placentae genus in modum membranae factae, deinde concisae: unde pullus tractogalatus dicitur, qui tracta atque lacte conditur. Sic 5, 1. Pultes tractogalatae. Sic 8, 7. Porcellus tractomelitus, h. e. tracta et melle conditus. P [Etiam in mulomedicina tracta dicitur emplastrum ex variis medicamentis compositum, et in tela linea distentum. Pelag. Vet. 4. in. Armum sale et oleo confricato ipso die, et postero die tracta uteris, cujus haec erit compositio, etc.: et mox: Per dies multos armum aqua calida foveto, ut madescat; cotidie tractam imponito. Eadem fere ex eod. mutuatus est Veg. Vet. 2, 45., ubi recte Gesnerus pro tracta, ut mendose legebatur, ex Hippiatr. Graec. p. 89., ubi τράκτωμα, tracta legendum putaverat. F.]

TRACTĀBĪLĪS, e, adj. ἄπτος, ἐπιμεταχειρίστος, qui sub tactum cadit, qui tractari facile potest. Cic. Univ. 4. med. Corporeum autem, et adspicabile, itemque tractabile omne necesse est esse, quod natum est. Plin. 30, 13, 39. Ulcera tractabilia fieri, ac sanari celerius. Vitruv. 2, 9. f. Materies laticis proluxa, tractabilis ad intestinum opus, non minus quam sapinea. Sic Plin. 36, 22, 48. Tophi tractabiles in opere. Id. 18, 28, 67. n. 5. Falcium genus brevius, ac vel inter repres tractabile. Id. 21, 17, 68. Scilla folium habet latum et tractabile; et Stat. Sil. 5, 1, 83. ille subactis Molem immensam humeris, et vix tractabile pondus Imposuit, h. e. portabile. Ov. Her. 19, 71. Est mare (confiteor) nondum tractabile nanti, h. e. tentandum, adeundum. Virg. A. 4, 53. non tractabile coelum, h. e. non pacatum, non quietum, non placidum. Quint. 11, 3. med. Vox tractabilis, h. e. facilis, flexibilis. P Transfertur ad animum [* et significat eum, cum quo agi potest, qui agi secum patitur, nostr. der sich behandeln lässt. Gall. traitable.] Virg. A. 4, 438. sed nullis ille movetur Fletibus, aut voces ulla tractabilis audit, h. e. mitis, placidus, flexibilis, exorabilis; et Cic. Am. 13. f. Neque audiendi, qui virtutem duram, et quasi ferream esse volunt: quae est cum multis in rebus, tum in amicitia, tenera atque tractabilis. Id. Att. 10, 11. med. Ego meum (filium) facile teneo, nihil est enim eo tractabilius; et Suet. Aug. 65. f. Agrippam nihilo tractabiliorem; immo in dies amentiosem, in insulam transportavit. Ov. R. Am. 123. Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte. Plin. ep. 9, 24. Te tam tractabilem video, ut in ira regi possis. Curt. 3, 2. f. Erat Dario mite ac tractabile ingenium.

TRACTĀBĪLĪTĀS, atis, f. qualitas, qua aliquid tractari potest. Vitruv. 2, 9. Populus, salix, tilia in sculpturis commodam praestant tractabilitatem.

TRACTĀBĪLĪTER, adv. faciliter. Gell. 6, 3. med. Omnem illam vim, quae de fato extrinsecus ingruit, inoffensus tractabilisque transmittunt.

TRACTĀRI, orum, populi Scythiae Europaeae, circa Tauricam Chersonesum. Plin. 6, 12. Staetari praefert Vossius. B. A.

TRACTĀTĪO, onis, f. μεταχειρίσις, actus tractandi, et versandi inter manus. Cic. Off. 2, 5. Quae in rebus inanibus, quaeque in usu, et tractatione beluorum sicut utiliter ad hominum vitam. Id. Or. 3, 52. Qui in armorum tractatione versantur. Id. Dio. 2, 3. med. Nec vero qui fidibus aut tibiis uti volunt, ab haruspiciis accipiunt earum tractationem, sed a musicis. Id. Or. 18. Vocis bonitas non est in nobis: sed tractatio atque usus in nobis. Gell.

5, 21. Assidua veterum scriptorum tractatio. *Sen. Traup. 3.* Actione rerum, et reipublicae tractatione, et officiis civilibus se detinere. P. Transfertur ad ea, quae studio, aut oratione, aut scriptione tractantur. *Cic. Or. 59. f.* Est in utroque (*in poesi, et in oratione soluta*) et materia et tractatio, materia in verbis, tractatio in collocatione verborum. *Id. Brut. 4.* Quae cum studio tractare coepissent, ipsa mihi tractatio litterarum salutaris fuit. *Id. Acad. 4, 2. med.* Philosophiae tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est. *Id. Or. 23. f.* Quae observata sunt in usu et tractatione dicendi. *Id. ib. 2, 41. med.* Nequaquam satis est reperire quid dicas, nisi id inventum tractare possis. Tractatio autem varia esse debet, ne aut cognoscat artem qui audiat, aut defatigetur similitudinis satietate. [*Gr. *τοῦτο* dicitur. Ceterum egregie huius vocabuli in rebus oratoriis usum explanavit Ernest. in *Lex. technol. lat. rhet.* p. 397. sq. Cf. etiam TRACTO.] P. Huc pertinet illud *Sen. Contr. 1, 1. med.* Adiecit quaestionem Gallio alteram, An abdicari possit jam adoptatus. Hoc autem ex aequitatis parte pendet: et tractatio magis est, quam quaestio; et *Contr. 3. med.* Latro hac usus est divisione: An licuerit filio, An vindicare oportuerit. An oportuerit, tractationis quidem est, quam ut quisque vult, variat. Tractatio est extensio et amplificatio quaestionis principalis, de qua in Controversia agitur, et veluti appendix ejus: atque adeo non novam quaestionem constituens, sed cum illa simul tractanda. P. Est etiam ratio et modus agendi cum aliquo. Unde mala tractatio, cum quis alterum injuria afficit, ut filium pater injuste abdicans, aut maritus uxorem aliquo modo vexans. Hinc illa in lemmatis Controversiarum, et Declamationum *Senecae* et *Quintilianii*, v. gr. ap. *Sen. Excerpt. contr. 3, 7.* Filio furenti, et sua membra lanianti pater venenum dedit. Accusator ab uxore malae tractationis. *V. Quint. decl. 8, 10.* et 18. Similiter malam tractationem dicit *Arnob. 4, 142.* qua Gentes obscenis fabulis Deos suos libidinosos et adulteros faciunt. *Quint. 7, 4.* Accusare aliquem malae tractationis; et *ib. 3.* Actiones dementiae, malae tractationis, reipubl. laesae. *Id. decl. 383.* Malae tractationis damnatus. *Tert. Poen. f.* appellat malam tractationem, qua Nabuchodonosor poenitens superbiae suae, in se ipsum saevit, forinam vitam in silvis tolerando.

TRACTATOR, oris, m. qui manu tangit, et tractat. *Tractatores* erant, qui delicatis dominis membra singula vel in balneo, vel in lectulo artificii manu leniter tractabant, et fricabant, tum valetudinis, tum voluptatis causa. *Sen. ep. 66. extr.* An potius optem, ut malicissimos articulos exoletis meis porrigam? ut muliercula, aut aliquis in mulierculam ex viro versus, digitulos meos ducat? Quidni ego felicior putem Mucium, qui sic tractavit ignem, quasi illam manum tractatori praestitisset? P. Hinc *tractatrix* ap. *Mart. 3, 82.* Percurrit agili corpus arte tractatrix, Manumque doctam spargit omnibus membris. P. Est etiam tractator, qui de aliqua re tractat commentando, disserendo, aut concionem habendo. *Gloss. Phil.* Tractator, *δὲλετικὸς*. *Spart. Get. 4.* Fuit a natura decorus, tractator, gulosus, cupidus ciborum et vini varie conditi, h. e. cavillator. V. RETRACTATOR. *Sidon. ep. 3, 11. in carn.* Orator, dialecticus, poeta, Tractator, geometra, musicusque, h. e. qui S. Scripturas interpretatur, Sic *ep. 2, 9. med.* Origenes scaevus cavendusque tractator. *Sulpic. Sev. dial. 1, 6.* Origenes tractator sacrarum Scripturarum peritissimus. Adde *Hieron. in Helv. n. 6,* et *adv. Joann. Hieros. n. 10.* et *August. ad Hieron. post hujus epist. 97, 116. n. 34.* [*Cf. *Cresoll. Theatr. Rhet. 3, 2. p. 160.*]

TRACTATORIUM, ii, n. locus, in quo causae, et aliae res aguntur. *Sidon. ep. 1, 7.* It in tractatorium frequens senatus.

TRACTATRIX, icis, f. V. TRACTATOR.

TRACTATUS, a, um, part, a *tracto*: *ἐκτρέφω*, *τρέφω*, vi tractus, raptatus. *Ov. Met. 13, 410.* tractata comis antistita Phoebi. Alii aliter leg. [*Recte se habet vulg. tractata. Cf. *Jahn. ad h. l.*] *Enn. ap. Grammat. ignot.*, ut referunt *Columna* et *P. Merula*: tractatu per aequora campi. P. Item contractatus. *Pl. Mil. 2, 6, 8.* Meamne hic in via hospitam tractatam et ludificatam, ingeniam et liberam? *Hor. Ep. 2, 1, 235.* tractata notam labemque remittunt Atramenta. *Ov. Met. 10, 285.* cera tractata pollice multas Vertitur in facies. *Plin. 21, 7, 19.* Tractata iris pustulas ambusti modo facit. P. Translate mente et studio agitatus. *Cic. Or. 3, 14. f.* Quae omnia oratori quaesita, audita, lecta, disputata, tractata, agitata esse debent. *Id. Or. 33. f.* Nec vero dialecticis modo sit instructus, sed habeat omnes philosophiae notos et tractatos locos. *Hor. A. P. 150.* et quae Desperat tractata nitescere posse, relinquat. [*V. in TRACTATIO.] P. Item acceptus, exceptus. *Cic. Coel. 2.* Pater parum pie tractatus a filio. *Id. Manil. 5.* Mercatores ac naviculatores injuriosius tractati. P. Item actus, transactus. *Auct. ad Her. 4, 24.* Vita alicubi honeste tractata. *Tac. A. 1, 9. extr.* Pauca admodum vi tractata, quo ceteris quies esset. P. Item agitatus. *Id. ib. 4, 43.* Tunc tractatae Massiliensium preces, h. e. in senatu de his actum.

Sic *ib. 16.* Tractatae religiones. *Liv. 44, 13. med.* Tractatae inter Eumenem et Persea conditiones amicitiae.

TRACTATUS, us, m. *ὑπελάμβανον, διαζέουσι*, tractatio, contractio. Fere adhibetur in sexto casu. *Plin. 15, 22, 24.* Nucum tractatu infectae manus. *Id. 17, 7, 4.* Tofacea terra tractatu aspera; et *ib. 10, 12.* Plantae tractatu mansuescunt, ut ferae. P. Translate est studium, commentatio, dissertatio. *Quint. proem. 8.* Ingenia asperiorum tractatu rerum atteruntur. *Cic. Or. 3, 23.* Artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad usum transferunt: aliter ab iis, qui ipsarum artium tractatu delectati, nihil in vita sunt aliud acturi. *Quint. 3, 7. med.* Ante hominem patria, ac parentes, majoresque erunt: quorum duplex tractatus est. Aut enim, etc. *Id. 7, 3.* Nec uno modo definitur res eadem, sed latiore varioque tractatu; et *ib. 6. extr.* Tractatus omnes sunt qualitatibus, aut conjecturae. *Gell. 14, 2. med.* De his judicialis officii tractatibus posthac dicere conabimur. *Plin. 14, 4, 5.* Separatim toto tractatu sententia ejus indicanda est. P. Item productio, prolatio. *Coripp. Johann. 3, 7.* Tractatu vario noctem sermone trahentes. Id sumptum videtur ex *Virg. A. 1, 752.* vario noctem sermone trahabat. P. Ap. *Eccles. scriptores tractatus* aliquando est concio de rebus sacris, et praesertim de sensu S. Scripturae. *August. ep. ad Quodvultd. praefixa libro de haeresib. 4.* Tractatus populares, quos Graece homi lias vocant. V. TRACTATOR.

TRACTICIUS, a, um, adj. qui trahitur. *Aurel. Vict. Epit. 23. f.* scribit, Elagabalum, quia post mortem tractus per vias, et in Tiberim projectus fuit, *tracticum*, et *Tiberinum* per contemptum fuisse appellatum. Adde et *Lampr. Elag. 17.*

*TRACTILIS, e, adj. *ἐκκυστός* *Gloss. Gr. Lat. B. A.*

TRACTIM, adv. *ἐκκυστός, σύνδρον*, trahendo, longo tractu, producte, diu, protelo, et sine intermissione, jugiter. *Virg. G. 4, 260.* de apib.: Tum sonus auditur gravius, tractimque susurrant. *Lucr. 3, 529.* In pedibus primum digitos livescere et ungues: Inde pedes et crura mori: post inde per artus Ire alios tractim gelidi vestigia leti. *Gell. 7, 20.* ad illud *Virg. G. 2, 224.* et vicina Vesevo Ora jugo. Vocalis, inquit, in priore versu extrema, eademque in sequenti prima, canoro simul, atque jucundo hiatu tractim sonat. *Id. 4, 6.* et 7, 10. Succidanea hostiae nominatae, littera i tractim pronuntiata, h. e. producte. *Sen. ep. 40. med.* postquam reprehenditeos, qui nimis festinanter dicunt; Recte, inquit, facies, si non videris istos, qui quantum dicant, non quemadmodum, quaerunt: et ipse maluerit aliquando vel juxta Vinicium dicere, qui cum quaereretur, quomodo diceret, Asellius ait, tractim, h. e. lente. P. In illo *Pl. Amph. 1, 1, 157.* Quid, si ego illum tractim tangam, ut dormiat? ludit *Pl.* in verbo: nam *tractim tangere* est sensim, et leniter tangere, manum trahendo, non infligendo: quod faciunt nutrices, blande, et tracta manu palpantes infantulos, ut somnum capiant. Unde *Sisenn. ap. Charis. 2, 196.* recte exponit, lente. Sed ap. *Pl. l. c.* Mercurius ironice significat, velle se Sosiam adeo valide pugno percutere, ut ad terram trahat, et sopiat. Supra dixerat v. 146. Agite pugni: jam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor in soporem collocastis nudos.

*TRACTIO, onis, f. *ἐκκυστός, σύνδρον* *Gloss. Cyrill. B. A.*

[TRACTITATUS, a, um, part. ab inus. *tractito*, ut *dictito*, *factito*, tractatus saepe, actus, expositus. *Pl. Truc. prol. 10.* Athenas tractitatum hoc it proscenium. Ita ex MS. edidit *Bothius*, cum alii legerent: *Athenae istae sunt, ita ut hoc, etc. F.*]

TRACTO, as, avi, atum, a. 3. *ἐκκω, σύνδρον*, frequent, a *traho*, rapio, vi duco. *Enn. ap. Macr. Sat. 6, 2.* O lex Trojae, germane Hector! quid ita cum tuo lacerato corpore miser? Aut qui te sic respectantibus tractare nobis? *Lucr. 3, 902.* malis morsuque ferarum tractari, h. e. distrahi et dilaniari. P. Translate. [**Cic. Arch. 2. med.* In ejusmodi persona, quae propter otium ac studium, minime in judiciis periculisque tractata est, i. e. saepe multumque versata. Transscripsimus hunc locum a v. *tractatus*, ubi perperam a *Nostro* adscriptus erat. Ceterum sunt, qui male v. *tractandi* intelligunt, ut in dicendi ratione tractare personam. Ita *Passerat*, et qui hunc seq. *Burm. ad Ov. Rem. Am. 5, 381.*] P. Item frequentem tangere, manu versare, attrahere, contractare, *ὑπελάμβανον, χεῖρῶν*. *Cic. Tusc. 5, 38.* Ea, quae gustamus, olfacimus, tractamus, audimus, in ea ipsa, ubi sentimus, parte versantur. *Pl. Mil. 2, 6, 30.* Tractavisti hospitam ante aedes meas. *Lucr. 4, 624.* suaviter omnia tractant Humida linguae circum sudantia templa: At contra pungunt sensum, etc. *Virg. A. 3, 501.* aret Pellis, et ad tactum tractantis dura resistit. *Colum. 8, 2.* Vitulos oportet, cum adhuc teneri sunt, consuescere manu tractari. *Hor. Sat. 2, 4, 79.* puer unctis Tractavit manibus calicem, dum furta ligurit. *Ov. Am. 1, 8, 60.* Tractat inauratae consona fila lyrae, h. e. pulsat, sonat; et *Liv. 7, 32.* Tractare tela, i. e. uti telis; et *Sil. 15, 466.* proelia, i. e. committere. P. Tractare igni, domare, coquere. *Lucr. 5, 951.* Nec dum res igni scibant tractare, neque uti Pellibus, et corpus spoliis vesti-

re ferarum, P. Tractare terram, versare, colere. *Lucr. 5, 1288.* Aere solum terrae tractabant, aereque belli Miscabant fluctus. *Colum. 2, 4.* Quando arabitur, observabimus, ne lutosus ager tractetur. P. Tractare gubernaculum, navem regere. *Cic. Sext. 9.* P. Tractare artem, exercere. *Ter. Phorm. prol. 17.* In medio omnibus palmam esse positam, qui artem tractant musicam. *Cic. Acad. 4, 7. extr.* Quid est, quod arte effici potest, nisi is, qui artem tractabit, multa perceperit? P. Tractare lanam, carminare, pectere, nere. *Just. 1, 3.* P. [**Suet. Ner. 34.* tractans lanuginem ejus, i. e. mulcens.] P. Tractare pecuniam, rem alicujus, administrare, procurare. *Cic. Dio. Verr. 10.* Eras enim tu quaestor: pecuniam publicam tu tractabas. *Id. Fam. 13, 77. f.* Dionysius servus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractavit. *Plin. ep. 10, 28. extr.* Tractare rationes Prusiensium. P. Translate tractare aliquem est agere cum aliquo, accipere, suscipere, *ὑποδέχουμαι, [*μεταχειρίζεσθαι, nostr. behandeln.]* *Cic. Fam. 1, 3. extr.* Omnibus rebus eum ita tractes, ut intelligat, meam commendationem non vulgarem fuisse. *Id. Phil. 2, 10.* Non tractabo ut consul: ne ille quidem me ut consularem. *Id. Fam. 13, 27.* Nec liberalius, nec honorificentius potuisse tractari nec se praesentem, nec rem familiarem absentis patroni sui. *Id. Q. Fr. 1, 3. med.* Me summa simulatione amoris summaque assiduitate quotidiana sceleratissime insidiosissimeque tractavit; et *ib. 2, 6. med.* Nimis aspere tractare aliquem. *Sall. Cat. 39.* Placidius tractare plebem. [*Sensus hujus loci viris doctis parum recte intellectum bene exposuit *Kritz.*] *Hor. Ep. 1, 17, 11.* Benignius se ipsum tractare. *Liv. 3, 14. extr.* Paulatim permulcendo tractandoque mansuefecerat plebem: ducta metaphora ab iis, qui blandiendi causa, tractim ac leniter ducendo manum, tangunt et fricant. P. Tractare se, se gerere. *Cic. Fam. 13, 12.* Quo in munere ita se tractavit, ut accepisse ab eo beneficium viderer, non dedisse; et *Cat. 3, 12.* Ita me in republica tractabo, ut meminere, etc. P. Tractare causam, negotium, gerere, administrare, curare. *Id. Or. 1, 37.* Causas amicorum tractare atque agere. *Id. Fam. 3, 12. med.* Nunquam mihi videor tractasse causam difficiliorem. *Pl. Trin. 2, 2, 46.* Minus caute et cogitate rem suam tractavit. *Liv. 23, 28.* et *Tac. A. 1, 59.* Tractare bellum. *Sall. Cat. 51.* rempublicam. [*Exempla Taciti, qui omnium maxime hoc verbum frequentat, habes in *Böttich. Lex. Tac. p. 462.* Cf. etiam *Drak. ad Liv. 7, 32, 11.* Eadem ratione dictum est, ita ut circumscribendi genus quoddam dici possit, illud, quod *Forc.* ab initio laudaverat, *trahendi* sensum vindicans, *Lucr. 5, 930.* Volgivo vitam tractabant more ferarum: ubi vitam tractare nihil aliud esse, quam vitam agere, vivere, satis superque decentia ejusdem generis exempla in TRACTATUS, a, um, laudata.] P. Tractare personam aliquam, agere. *Cic. Rosc. Com. 7.* Cujus personam praeclare Roscius in scena tractare consuevit. *Hor. Ep. 1, 18, 14.* partes mimum tractare secundas. P. Tractare animos, versare, commovere. *Cic. Or. 28.* Hujus eloquentiae est tractare animos: hujus omni modo permovere. P. Saepissime refertur ad animum, et significat mente agitare, commentari, disserere, dicendo aut scribendo explicare. *Hor. Ep. 2, 1, 116.* tractant fabrilis fabri. *Juven. 11, 27.* e coelo descendit *πρόθεο* *σεαυόν*, Figendum, et memori tractandum pectore. *Quint. decl. 5, 15.* Aliena cogitationibus, nostra dolore tractantur. *Tac. A. 2, 5.* Ille celebrandae victoriae intentus tractare proeliorum vias, et quae sibi saeva, vel prospera evenissent. *Nep. Eum. 5. extr.* Simulata deditio, tractare de conditionibus. *Gell. 1, 23.* Placuit, hanc rem, super qua tractavissent, ne quis enuntiaret. *Liv. 33, 31. med.* Ibi consilia decem legatorum tractabantur. *Cic. Or. 3, 8.* Res tragicae paene comice, tristes remisse, severas hilare, forenses scenica prope venustate tractare. *Id. Acad. 1, 8.* Philosophiae pars, quae erat in disserendo, sic tractabatur ab utrisque. *Quint. 1, 2.* Hoc loco tractanda quaestio est, utilisne sit, etc. *Id. proem. 1. med.* Tractare prima rhetoricae elementa. *Plin. 2, 46, 45.* Scrupulosius tractabo ventos, h. e. de ventis disseram. *Suet. Aug. 35. f.* De negotiis ad senatum referendis tractare. *Tac. A. 1, 13.* Augustus supremis sermonibus cum tractaret, quinam adipisci principem locum abnuerent, aut vellet. *Sen. Troad. 1066.* gaudet magnus aerumnas dolor Tractare totas, h. e. recensere, commemorare. [*Variam hujus verbi in rebus oratoriis rationem descripsit *Ern.* in *Lex. techn. lat. rhet.* p. 397. sqq. Cf. etiam TRACTATIO.] P. Tractare verba, adhibere, in illo *Quint. 11, 1.* Neque vetera aut translata, aut ficta verba in incipiendo, narrando, argumentando tractabimus. [*Cf. longam eamque doctissimam *Spalding.* annotationem ad h. l.] P. Ap. *Eccles. scriptores* est interdum interpretari Sacras Litteras. *Prud. *περί στέφ. 13, 101.* Dissertit, eloquitur, tractat, docet, instruit, prophetat. V. TRACTATOR et TRACTATUS, us.*

TRACTOGALATUS, et TRACTOMELITUS. V. in TRACTA.

TRACTORIUS, a, um, adj. *ἐκκυστός*, ad trahendum pertinens, ut *tractoriae machinae, ἐκκυστά μηχανή*

ra, quibus gravia onera trahuntur. Vitr. 10, 1. Tractorium genus machinarum est, cum onera machinis pertrahuntur, aut ad altitudinem sublata collocantur. P Tractoriae litterae sequiori Latinae linguae aetate dictae sunt, quae dabantur a principe legatis aliisque ab eo missis aliquo, ut eis necessaria itineri publice praerentur, adscriptis locis, per quae transituri erant, et evectioe ac viatico, quod suppeditari oporteret. Est in Cod. Just. 12. tit. 52. qui De Tractoriis et stativis inscribitur sub Imppp. Theod., Arcad. et Honor., earumque alibi in eod. Cod. et ap. August. non semel fit mentio. Sicubi autem Tractoriae editum est, mendum esse critici putant.

TRACTUM, i, n. V. in TRACTA. TRACTUOSUS, a, um, adj. glutinosus. Coel. Aurel. Acut. 2, 32. Sudor crassus, et tractuosus, atque viscosus. Theod. Prisc. 4, 2. med. Semen est grave, tractuosum, glutinosum. [TRACTURÄ, ae, f. actus trahendi. Veg. Vet. 2, 59. Hinc enim collisiones, suppurationes, apostematique nascuntur, cum nimis locis inaequalibus premitur, vel discentes tracturam mercurius aut spina deturitur. Gesnerus legend. putat vel indecente stratura. F.]

TRACTUS, a, um, part. a traho: ἔλκω, vi ductus, raptatus. Cic. Phil. 11, 2. f. Corpus tractum et laceratum abiecit in mare. Ov. Met. 12, 591. Hector circum sua Pergama tractus. Id. Fast. 4, 28. Longaque in immundo pulvere tracta coma. Plin. 7, 44, 45. Tractus per mediam urbem in Capitolium. Ov. Met. 7, 218. currus tractus volucrum cervice draconum. Sen. Ag. 859. Tractus ad coelum canis Inferorum Triplici catena. Id. Hipp. 730. hanc moestam prius Recreare crinis tractus, et lacerae comae, Ut sunt, remaneant. Id. Med. 684. tracta magicis cantibus Squamifera turba. Sen. alter Ira 2, 25. extr. Cujus aures tracti subsellii stridor offendit. P Item simpliciter ductus, e ductus. Ov. Met. 2, 606. tractum a vulnere ferrum. Id. ib. 5, 95. de vulnere telum. Id. Fast. 1, 431. a pedibus velamen. P Item deductus. Cic. N. D. 2, 55. extr. Venae et arteriae a corde tractae et profectae, in corpus omne ducuntur. Plin. 15, 14, 15. Est quibusdam malis sanguineus color origine ex mori insitu tracta. Id. 21, 14, 48. Lanae tractae, h. e. carminatae, pexae. P Translate. Cic. Div. 1, 32. med. Animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos et haustos. Id. Brut. 6. Scio ab isto initio tractum esse sermonem. Tac. A. 1, 35. med. Segestes consensu gentis in bellum tractus. Plin. 33, 1, 6. Consuetudo tracta ab eo tempore, quo, etc. Id. 15, 29, 35. Generosi obsonii nomine inde tracto; et ib. 15, 16. Ex eo tractum, quod, etc. P Item dilatus, protractus. Sall. Jug. 40. extr. Tractum bellum. Ov. Met. 12, 584. tractum duo per quinquennia bellum. Cic. Mil. 9. Tracta comitia. Stat. Th. 2, 145. at Inachio tenuis sub pectore regi Tracta quies, h. e. protractus somnus. Cels. 3, 9. f. Aegros medici duo tractos non expedierunt. P Oratio tracta, fusa, continuata et extensa aequabili cursu. Cic. Or. 20. de historia: In concionibus et hortationibus tracta quaedam, et fluens expetit, non haec contorta et acris oratio. Id. Or. 2, 15. In historia verborum ratio, et genus orationis fuscum atque tractum, et cum lenitate quadam aequabili profluens, sine hac judiciali asperitate, et sine sententiarum forensium aculeis persequendum est.

TRACTUS, us, m. ἔλκω, actus trahendi. Sall. Jug. 80. Limum, arenamque, et saxa ingentia flutibus trahunt. Syrtis ab tractu nominatae. Virg. G. 3, 182. Primus equi labor est lituosque pati, tractuque gementem Ferre rotam. Val. Fl. 6, 358. Ut bovis exsuvias multo qui frangere olivo Dat famulis: tendunt illi, tractuque vicissim Taurea terga domant. Plin. 9, 46, 70. de venatu canicularum: Funem illi religatum ab humeris ejus trahunt: hunc dimicans quatit, modicus alias tractus. P Tractus calami, ductus. Prop. 4, 3, 5. Aut si qua incerto fallet te littera tractu, Signa meae dextrae jam morientis erunt. P Tractus corporis, motus, quo corpus aliquo modo trahitur, et movetur. Quint. 6, 3. Risus non solum factu aliquo, dictove, sed interdum quodam etiam corporis tractu lacessitur. P Tractus verbi, inflexio, declinatio, qua verbum in varias positiones trahitur, ducitur, et mutatur. Id. 8, 3, 32. In tractu et declinatione talia sunt, qualia apud Ciceronem beatitas, et beatitudo. P Tractus aquae, haustus, potus: eo modo, quo trahere, ducere pocula dicimus. Lucan. 4, 368. Continuis multis subbitarum tractus aquarum, Aera non passus vacuis discurrere venis, Arctavit clausitque animum. V. LYMPHIGER. P De serpentibus, et humi corpus trahentibus, οὐχός. Virg. G. 2, 154. Squameus in spiram tractu se colligit anguis. Ov. Met. 15, 725. Litoream tractu squamae crepitantis arenam Sulcat. Claud. B. Get. 22. insospitque refusum Tractibus aurati custodem velleris anguem. Id. II. cons. Stil. 172. draco reptavit placido tractu. P De rebus in longum productis. Ov. Met. 6, 20. repetitaque longo Vellera mollibet nebulas aequantia tractu; et Lucr. 2, 207. longos flammaram ducere tractus. (Adde Virg. G. 1, 367. et Lucan. 2, 270.) Sic de longo

aquarum cursu. Lucan. 5, 565. longo per multa volumina tractu Aestuata unda minax. Id. 10, 257. Aequeosque sales longo mitescere tractu, h. e. cursu fluminis Nili. De cursu et flatu ventorum. Val. Fl. 1, 614. venti Induxere hiemem, raucoque ad litora tractu Unanimi freta curva ferunt. [Cf. Cort. ad Lucan. 2, 270.] P Similia sunt illa, sive propria, sive metaphorica, quibus significatur series et ordo in longum ductus. Lucan. 3, 551. puppes Sulcato varios duxerunt gurgite tractus. Ov. Met. 2, 320. Phaeton Volvitur in praecipit, longoque per aera tractu Fertur. Tac. A. 15, 64. Durante tractu et lentitudine mortis; et ib. 10. Eludere hostem tractu belli; et Val. Fl. 2, 664. has inter variis nox plurima dictis Rapta vices, nec non simili lux postera tractu, h. e. simili longo sermone. Cic. Or. 2, 50. Quod tum principium, Dii immortales, fuit! qui timor! quae dubitatio! quanta haesitatio, tractusque verborum! h. e. lenta et in longum ducta pronuntiatio; [*Aliter dictum est tractus in loco Cic. seq.] ib. 13. Neque verborum collocaione, et tractu orationis leni et aequabili perpolivit illud opus, [*ubi pro omni orationis habitu et veluti corpore tractus dictum videtur, ut ap. Quint. 9, 4, 61. Cf. Ern. Lex. technol. lat. rhet. p. Quintiliano autem 8, 3, 32. tractus verborum dicitur de ea productione, qua verba derivata extenduntur, et syllabis crescant, ut sullaturit, παραγωγή Gr. dicta. V. supra, et Ernest. l. 1.] Quint. 4, 2. f. Figuratae sint, quae varietate taedium effugiant, et mutationibus animum levant, ne in eundem casum, similem compositionem pares elocutionum tractus incidamus; [*Quo sensu hoc dictum sit, reperies ap. Ern. l. 1.] et Plin. ep. 5, 8. med. Historia maxime vi, amaritudine, instantia: oratio tractu, et suavitate, atque etiam dulcedine placet. P De aliis rebus in longum porrectis. Lucan. 2, 629. Nec licet ad duros Martem convertere Iberos, Cum mediae jaceant immensis tractibus Alpes. Claud. in Ruf. praef. 1, 7. spatiosis tractibus orni Securam ventis explicare comas. Liv. 3, 28. Contemplatus, qui tractus castrorum, quaeque forma esset. Claud. Rapt. Pros. 3, 9. Coelitibus ordine sedes prima datur: tractum proceres tenere secundum Aequeori. P Hinc saepe dicitur de quocumque spatio, ut parte coeli, vel terrae, plaga, regione. Cic. Planc. 9. Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Allifanus, tota illa aspera et montuosa regio. Caes. B. C. 3, 112. Hoc tractu oppidi pars erat regiae exigua. Plin. 17, 22, 35. n. 16. Genera vitium separari, ac singulis conseri tractibus, utilissimum. Virg. G. 2, 182. tractu surgens oleaster eodem. Id. A. 3, 138. lues tabida membris, Corrupto coeli tractu, miserrandaque venit. [*Ernest. legend. censet tactus ex eod. quibusdam. Ceterum tractus coeli potius interpret. haustum aeris. V. Burm. Noster secutus est Serrium.] Hor. Ep. 1, 15, 22. Tractus uter plures lepores, uter educet apros. Id. Od. 4, 2, 26. tendere in altos nubium tractus. [*Plura variorum scriptorum exempla collegit Boettich. in Lex. Tac. p. 162. sq.] P Item de cursu et spatio temporis. Vell. 2, 9. Eodem tractu temporum nituerunt oratores, etc. Val. Max. 8, 13. n. 2. extr. de senectute: Quid isto tractu aetatis aut longius, aut beatius? Lucr. 1, 1002. Quod neque clara suo percurrere flumina cursu Perpetuo possint aevi labentia tractu. Adde 5, 1215. P Tractum habere, temporis spatium habere. Ulp. Dig. 32, 1, 11. med. Hoc legatum, Cum voluerit, tractum habet, quamdiu vivat is, a quo, etc. P [*Confund. tractus et tactus. V. Spalding. ad Quint. 6, 3, 7. Porro tractu et tractatu. Id. ib. 9, 4, 60.]

TRADITIO, onis, f. παράδοσις, actus tradendi, datio. Cic. Top. 5. extr. Abalienatio est rei traditio alteri nexu, etc. Liv. 32, 14, 33, 31, et 34, 30. Traditio urbis; [*Bene illud notandum, ap. Livium v. traditio interdum involvere proditionis notionem.] et Plin. 37, 1, 4. Sulla dictator traditione Jugurthae semper signavit, h. e. ut ait Val. Max. 8, 14. n. 4. Annulo, quo signatorio utebatur, insculptam habuit traditionem Jugurthae sibi a Boecio rege factam: de qua V. Sall. Jug. f. P Translate est institutio, doctrina. Quint. 12, 11. med. Quaelibet ex iis artibus in paucos libros contrahi solet, adeo infinito spatio ac traditione opus non est. Id. 3, 1. in. Ne jejuna atque arida (praeceptorum) traditio averteret animos. Tac. A. 16, 16. extr. Datur hoc illustrium virorum posteritati, ut, quomodo exsequis a promiscua sepultura separantur, ita in traditione supremorum accipiant habeantque propriam memoriam, h. e. in tradenda posteris eorum morte per historiam. P De opinione veteri, et per manus veluti tradita, cui vulgo assentimur. Gell. 13, 22. med. Apparet non id poetice a Plauto dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, ut Nerio a quibusdam uxor esse Martis diceretur. Id. 16, 5. Incomperat et vulgariam traditionem rei non exploratae secuti. P De datione rei contra fidem. August. Baptism. 7, 2.

TRADITOR, oris, m. qui dat, δόρυς: et translate qui docet. Arnob. 3, 113. Neque traditor alicujus esse scientiae potis est, ut non ejus, quod tradit, rationem teneat. Adde Tert. Cor. Mil. 4. f. P Item qui contra fidem dat, παράδορυς. Tac. H. 4, 24. Quin potius interfecto traditore, etc. Ursin. et Acidal. suspicantur, corruptam vocem esse, et proditore

legendum. Sedul. ad Judam, 5, 61. Traditor immitis, fere proditor, impie latro.

TRADITUS, a, um, part. a trado: παραδοτός, datus, exhibitus. Caes. B. G. 1, 27. Ne, armis traditis, supplicio afficerentur; et ib. 28. Obsides, arma, perfugae traditi. Ov. Met. 14, 335. Haec ubi nubilibus primum maturuit annis, Praeposito cunctis Laurenti tradita Pico est, et Nep. Alc. 7. Alcibiadi tota resp. domi bellicae tradita, h. e. commissa. Ov. Fast. 4, 52. post illum tradita regna Procae. Id. Fast. 3, 280. Coeptaque sunt pure tradita sacra coli, h. e. a Numa instituta et monstrata. Caes. B. G. 4, 7. Germanorum consuetudo haec est, a majoribus tradita, quicumque bellum inferant, resistere. Sic Hor. Sat. 1, 4, 117. Traditum ab antiquis morem servare. Tibull. 2, 1, 2. Ritus ut a prisco traditus exstat avo. Flor. 3, 1. f. Jugurtha traditus Sullae in manum; et Lucan. 4, 206. seque et sua tradita venum Castra videt. Sall. Jug. 34. Leges, majestas vestra, divina et humana omnia hostibus tradita sunt; et Just. 6, 6. extr. Per praecionem corpora interfectorum ad sepulturam poscit: hoc est enim signum apud Graecos victoriae traditae, h. e. victoriae concessae. Sall. Cat. 49. f. Traditus in custodiam; et Sen. Med. 473. neci. P Frequenter transditus legere est in libris, retenta scilicet integra praepositione componente: sic transdo pro trado, trano pro trano, transjicio pro trajicio, et alia multa: quae scriptio antiquitatem sapere videtur: nec tamen est improbanda. Admittitur enim a grammaticis, et habetur in optim. MSS. Caes. non unis. Contra trafe-ro et tralatus, et tramitto, et traveho, et traverto, et travolo, in probatis Codicib. etiam Ciceronis legi multi testantur. Donat. ad illud Ter. Phorm. prol. 2. transdere hominem in otium; Veteres, inquit, transdere sonantius, quod nos lenius dicimus tradere: ut tralatum non translatum e contrario. Cic. Att. 16, 3. Αγγύτωνος tralatum in macrocolum; et Fam. 1, 4. Qui a te causam regiam alio traferebant. Alii plerique leg. transferebant. Inscr. ap. Grut. 662, 8. Isdem corporibus tralatis. Caes. B. G. 7, 12. Parte jam obsidum transdita. Id. B. C. 3, 57. Transditus et commendatus. In legibus XII. Tab. ap. Fest. in Sub vos. Transque dato, endoque plorato, h. e. transdito.

[TRADITUS, us, m. idem ac traditio. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 1, 31. Accepisse tamen traditu veteri, Jovis ac Junonis templum illud fuisse. F.]

TRADO, is, didi, ditum, a. 3. παραδοῖμι, ἔγγυς ἔγω, de manu in manum transfero, do, porrigo: a trans et do: unde et transdo scribitur, ut diximus in TRADITUS, a, um. [*Discrimen inter tradere et dedere ita Doederl. 4, 136. statuit, ut prius nil nisi in manus alterius aliquid porrigere significet, dedere sensu morali juridico quem dicit ad eum pertineat, qui possidendi jus in re, quam alteri tribuit, omnino abdicet.] Pl. As. 3, 3, 99. Mi patrone, mihi trade istuc: magis decorum est, libertum potius, quam patronum, unus in via portare. Id. Merc. 2, 2, 6. Istos rastros villico ipsi facito coram ut tradas in manum. Id. Curc. 3, 15. Ego hoc effectum lepide tibi tradam. Id. Mil. 2, 3, 34. Custodem me illi miles tradidit. Phaedr. 1, 28. aquila Incolumes natos supplex vulpi tradidit, h. e. reddidit. Hor. Sat. 2, 5, 51. Qui testamentum tradet tibi cumque legendum. Cic. Tusc. 1, 40. med. Poculum alicui tradere. Caes. B. C. 1, 68. Saxa praerupta iter impediabant, ut arma per manus necessario transderentur, militesque inermes magnam partem itineris conficerent. Sen. Thyest. 1091. Tradere aliquem igni; et Troad. 1110. artus tumulo. Id. Oed. 489. virginem thalamis. [*Lucan. 2, 341. revertor Jam nulli tradenda viro: ubi Mart. Lag. docet, tradere et transmittere vocabula esse propria in hac re de concessis alii conjugis. V. Tac. l. mox l.] Caes. B. G. 7, 77. med. Transdere se hostibus. Liv. 34, 29. Miserat ad legatum Romanum, traditurum se urbem. Id. 5, 27. Tradere aliquid cuiquam in potestatem. Id. 26, 12. urbem in manum hostium. Alii leg. in manu; et 37, 9. med. Legationes tradentes in fidem civitates suas benigne audivit. Cic. Q. Fr. 1, 2, 4. f. Tradere aliquem in custodiam, vel in pistrinum. Nep. Phoc. 4. ad supplicium. Suet. Vit. 14. supplicio. Cic. Verr. 2, 1, 50. Aedem Castoris sartam tectam tradere, h. e. successori exhibere. Tac. A. 4, 40. Filiam suam alicui tradere. P Contra fas, et fidem quippiam dare. Cic. Dom. 23. med. Integerrimas pacatissimasque gentes alicui ad diripiendam tradere. Id. Prov. cons. 5. Publicanos miseris tradidit in servitute Judaeis. Id. Rosc. An. 22. Quem dedi putabas, defendi intelligis: quos tradituros sperabas, vides judicare. Ter. Phorm. 2, 1, 7. Tradere causam adversariis. Ov. Met. 8, 91. tibi trado patriosque, meosque Penates. [*Luc. 2, 608. Tradidit Hesperiam, i. e. Hesperiam, ut quam defendere amplius non posset, hostibus occupandam reliquit. V. Cort.] P Prodere. Claud. in Ruf. 2, 261. Tradimur, heu! tantumque sequi prohibemur amorem. Sedul. hymn. 2, 73. Tunc ille Judas carnifex Ausus magistrum tradere. P Tradere in fugam. Accius ap. Non. 2, 663. Remisque nixi propteriternam in fugam tradunt. P Cum infinito. Hor. Od. 1, 26, 1. tristitiam et metus Tradam protervis in

TRADUCO

mare Creticum portare ventis. P Translate est offere alicui tuendum, ornandum. Cic. Fam. 7, 17. med. Commendare et tradere alicui quempiam. Caes. B. C. 3, 57. Tradere et commendare alicui quempiam. Hor. Ep. 1, 9, 3. rogat, ut tibi se laudare et tradere coner. Cic. Fam. 7, 6. f. Totum denique hominem tibi ita trado de manu, ut ajunt, in manum tuam istam, victoria et fide praestantem. Pl. Most. 2, 1, 59. In tuam custodiam meque, et meas spes trado. Adde Hor. Sat. 1, 9, 47. [Cf. Heindf. qui similem usum Gr. *παριστάσει* comparat, laud. Lex. Xenoph. h. v.] P Tradere memoriae, mandare. Cic. Somn. Scip. 1. extr. Ades animo, et omittit timorem, et quae dicam, trade memoriae. P Tradere se, se adjicere, dedere. Lucej. ad Cic. Fam. 5, 14. Lacerimis ac tristitia se tradere. Plin. ep. 1, 9. f. se studii aut otio. Cic. Am. 23. se totum voluptatibus. Id. Dic. 1, 29. se quieti; et Phil. 2, 2. se in disciplinam alicujus. Id. Inv. 1, 3. f. Ex seditiosa et tumultuosa vita tradere se in studium aliquid quietum. P [Hinc eleganter Cic. ad Quir. p. R. 6. cum duo consules, emti pactione provinciarum auctores se inimicis reip. tradidissent. Ern. cl. Cic. s. h. v.] P Tradere palmam, et absolute tradere, est victoriam alteri cedere. Sen. Ben. 5, 3. Luctator ter abjectus perdidit palmam, non tradidit; et mox: Victorem facit non judex, sed vox cedentis, et tradere jubentis. Plin. 14, 4, 5. Ut non puderet in viso alias et ostentaturo tradere palmam. Suet. Ner. 45. Cum inscriptione Graeca: Nunc demum agona esse, et traderet tandem. V. CHIRUS. [Cf. B. Crus. notam ad h. l.] P Tradere pueros magistris, Os. Am. 1, 13, 17. et Cic. Tusc. 3, 1. scilicet erudiendos. P Pro transmittere, relinquere. Pl. Trin. 3, 2, 16. Itane majores famam tradiderunt tibi tui, ut virtute eorum anteparta per flagitium perderes? Id. Men. 2, 3, 59. Qui in morte regnum Hieroni tradidit. Ant. ad Cic. post ep. ad Att. 13. l. 14. Tenero pueri animo persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias. Plin. ep. 1, 12. Plerumque morbi quoque per successiones quasdam, ut alia, traduntur. Sil. 4, 32. traduntque metus. P Hinc tradere dicuntur quicumque rerum gestarum memoriam scribendo pervenire ad posterum faciunt. Cic. Div. 1, 53. Signa ejus generis, quae multa historia tradidit. Id. Inv. 2, 1. f. Quarum nomina multi poetarum memoriae tradiderunt. Id. Or. 3, 16. med. Cujus ingenium immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Liv. 3, 67. Hoc posteris memoriae traditum iri, Aequos et Volscos ad moenia urbis Romae impune armatos venisse. Liv. 8, 10. Ejus pugnae memoriam posteris tradiderunt. Plin. ep. 6, 16. Petis, ut tibi avunculi mei exitum scribam, quo verius tradere posteris possis. Plin. alter 10, 24, 34. Tradit Fabius Pictor in Annalibus suis, hirundinem, etc. Val. Fl. 2, 166. Obvia quaeque eadem traditque, auditque: neque ulli Vana fides. P Tradunt, narrant, ferunt, et traditur, fertur, dicitur. Cic. Tusc. 1, 3. Galbam, Africanum, Laelium doctos fuisse, traditum est. Liv. 9, 28. Sive a Poetelio dictatore, sive ab C. Junio consule (nam utrumque traditur) Nola est capta. Id. 1, 31. f. Ipsum regem tradunt operatum his sacris se abdidisse; et 2, 8. f. Non crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit, nec traditur certum, nec interpretatio est facilis. Cic. Sext. 67. med. Aristides unus omnium justissimus fuisse traditur. Plin. 13, 1, 1. Unguenta quis primus invenerit, non traditur. Front. Aquaed. 7. Non esse aquam Marciam, sed Anionem (de hoc enim constantius traditur) in Capitolium perducendum. P Tradere, docere. Cic. Fin. 4, 4. Quae dialectici nunc tradunt et docent, nonne ab illis inventa sunt? et mox: Via et artificia aliquid tradere. Id. Acad. 4, 28. f. Tradere elementa loquendi. Id. Or. 1, 18. f. Rhetores qui dicendi praecepta tradunt. Id. Dic. 2, 1. Optimarum artium vias tradere suis civibus. P Praecipue dicitur de iis, qui sacra et religiones docent. Loca scriptorum congressit Bronkus. ad illud Tibull. 2, 1, 2. Ritum ut a prisco traditus exstat avo. Sunt autem Cic. Div. 1, 41. et Leg. 2, 11. Caes. B. G. 6, 14. et Or. Met. 11, 99. P De rebus inanimis. Lucr. 4, 302. Fit quoque, de speculo in speculum ut tradatur imago, h. e. transferatur, transmittatur: (ib. 308. e speculo in speculum tralucet imago.) Id. 6, 789. multa multarum semina rerum permixta gerit tellus, discretaque tradit. P Traditum iri, pro traditum iri, V. PRAESTO, as. P [Conf. tradere et credere. V. Spald. ad Quint. 10, 2, 20.]

TRADUCO et Transduco, is, xi, ctum, a, 3, *δύω*, de loco in locum duco, transveho, trajicio, transfero, per locum aliquem duco: a *trans* et *duco*: quare et *transduco* scribitur, ut in TRADITUS, a, um dictum est. Caes. B. G. 1, 12. Caesar certior factus, tres copiarum partes Helvetios id flumen transduxisse; et ib. 2, 5. Flumen Axonam exercitum transducere maturavit; et ib. 10. Omnem equitatum pontem transducit. Liv. 40, 25. f. Exercitum ex Gallia transducere in Ligures. Caes. B. G. 1, 11. Helvetii per angustias et fines Sequanorum suas copias transduxerant. Virg. Ecl. 8, 99. Atque satas alio vidi traducere messes. (V. EXCANTO et PEL-LICIO.) Caes. B. G. 1, 35. Multitudinem hominum

trans Rhenum in Galliam transducere; et ib. 48. copias praeter castra. Pl. Cas. 3, 3, 16. Jamne hanc traduxit huc ad nos vicinam tuam, quae te adjutaret. Ter. Ad. 5, 7, 12. Traduce et matrem et familiam omnem ad nos. Alii leg. traduc. Suet. Cal. 15. Carpeno traduci in pompa. Cic. Cluent. 48. Traducere equum: in transvectione; cum nempe equites a censore non adempto equo, transeunt. Liv. 45, 39. victimas in triumpho. [Duci et traduci proprie dicuntur de pompis. Cfr. Ruhnck. ad Ter. Heaut. 4, 4, 18.] Ulp. Dig. 6, 2, 11. Aquaeductum per domum alicujus transducere. [Liv. 36, 3. regem Antiochum in Europam ad bellum gerendum traduxisse, i. e. movisse, ut transiret in Europam. — Ceterum B. Crus. in cl. Suet. p. 776. sq. haec notat: ubi hoc verbum esset ducere in adversam partem, nostr. überführen, praefereundam videri scripturam transducere: quamquam pateret ex perpetua varietate in libris; coll. Drak. ad Liv. 42, 22, 6.] P Translate. Cic. Att. 1, 18. med. C. Herennius trib. pl. ad plebem P. Clodium traducit, h. e. ex patricio plebejum facit. Suet. Cal. 12. Augur destinatus, priusquam inauguraretur, ad pontificatum traductus est. Cic. Or. 57. Orationem vult plenam esse gravitatis, ut eos qui audient, ad majorem admirationem possit traducere. P Pro convertere. Cic. Fam. 1, 2. med. Ut mihi videret animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Id. Brut. 93. f. Animos judicium a severitate paulisper ad hilaritatem risumque traducere. Just. 44, 5. populam barbarum ac ferum legibus ad cultiorem usum. Or. Met. 15, 483. de Numa: gentemque seroci Assuetam bello pacis traduxit ad artes. Varr. L. L. 8, 5. f. Traducere aliquem e mala consuetudine in meliorem. Cic. Cluent. 52. f. Traduxit me ad suam sententiam; et Or. 2, 48. f. Tum omnem orationem traduxi et converti in increpandam Caepionis fugam. Virg. G. 3, 157. Post partum cura in vitulos traducitur omnis. Sen. Ira 2, 13. extr. Sine ira facilius scelera tollentur: mali punientur, et traducuntur in melius. Plin. 37, 12, 75. Inventum est ex veris gemmis in alterius generis falsas traducere. P Cum dativo. Tibull. 1, 1, 9. Me mea paupertas vitae traducat inerti, h. e. transferat me a vita contentionis et negotii plena ad otiosam et desidem. P Traducere aliquem, ostentui habere, spectandum proponere, derisui exponere, diffamare: quasi ducere per ora hominum. Petr. Sat. 132. Hoc de te merui, ut traduceres annos primo florentes vigore? Sen. Ben. 4, 32. med. Hic corpore deformis est, ad aspectu foedus, et ornamenta sua traducturus. Juven. 8, 16. Si tenerum attritus Catinensi pumice lumbum. Squalentes traducit avos, i. e. dedecorat. Mart. 6, 77. Rideris, multoque magis traduceris, Afer, Quam nudus medio si spatiare foro; et 3, 74. Desine, si pudor est, miseram traducere calvam. Sen. ep. 100. f. Luxuriam objurgare, libidinem traducere, impotentiam frangere. V. TRADUCTUS. P Traducere collusorem dicitur a Sen. Ben. 2, 17. med. malignus lusor, qui eum fallit, et ludibrio exponit, ita mittendo pilam, ut non possit recte excipere, et remittere. P Traducere se, se ostendere, se spectandum praebere. Juven. 11, 30. nec enim loricae poscit Achillis Thersites: in qua se traducebat Ulysses Anticipitem, h. e. quamvis loricae Achillis judicio militari obtinisset, tamen ea se indutum anceps animi conspiciendum dabat, veritus, ne sibi parum conveniret, et ludibrio causa esset. P Traducere aliquid, palam facere, vulgare, diffamare. Petr. Sat. 17. extr. Peto et oro, ne traducere velitis tot annorum secreta. Id. fragm. Trag. 41. Burm. Poemata domini sui acutissima voce traduxit, h. e. cantando ostentavit, et nota fecit. Mart. 1, 54. Quae tua traducit manifesto carmina furto. P Traducere tempus, vitam, agere, transigere. Cic. Fam. 4, 6. f. Ut commentemur inter nos, qua ratione nobis tradendum sit hoc tempus. Id. Tusc. 3, 11. Vitam tranquille placideque traducere. Sil. 9, 4. consul traducere noctem Exsomnis. Petr. Sat. 14. Ipsi qui Cynica traducunt tempora coena. Cic. Sen. 23. Otiosam aetatem et quietam, sine ullo labore et contentione traducere. Hor. Ep. 1, 18, 97. traducere leniter aevum. Adde Tac. H. 4, 67. et Aug. ap. Gell. 15, 7. extr. Huc pertinet illud Cic. Att. 5, 9. Faciam denique, ut summa modestia et summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus, h. e. hanc provinciae administrationem. P Traducere verbum, ab uno in alium sensum transferre, *μεταφύω*. Gell. 17, 2. med. Graeci *ἐξόδιον* a sumptu viae ad aliarum quoque rerum apparatus traducunt. P Et ab una in aliam linguam. Id. 1, 18. M. Varro L. Aelium errasse ostendit, quod vocabulum Graecum vetus traductum in linguam Romanam, proinde atque si primitus Latine fictum esset, resolverit in voces Latinas, ratione etymologica falsa, h. e. vocem *lepus* dici putarit, quasi *leupes*: cum sit vocabulum antiquum Graecum. P Et ab una voce aliam declinatione deducere. Id. 2, 6. Jactare multo fusius largiusque est, quam *jacere*, unde id verbum traductum est. Id. 17, 2. med. Apprime crebrius est, *cumprime* rarius: traductumque ex eo

est, quod *cumprimis* dicebant pro eo, quod est in *primis*.

TRADUCTIO et Transductio, onis, f. *δύωσις*, *δύωσις*, actus traducendi, et ex uno in alium locum transferendi, transvectio. Auson. Grat. act. 4. Possem vocare Germanicum deditione gentilium; Alemannicum traductione captorum. Cic. Sext. 7. Traductio ad plebem furibundi hominis ac perdit, h. e. translatio Clodii ex patricio ordine ad plebem. P Item circumductio ante ora hominum ostensionis, vel ludibrio causa. Sen. Ira 1, 6. Praeses legum damnatum, cum dedecore et traductione vita exigit. P Translate. Id. ep. 85. in. Interrogationes ad traductionem nostram excogitatae. P Praeterea est translatio verbi ab uno sensu ad alium: quae et metonymia dicitur. Cic. Or. 3, 42. Ne illa quidem traductio atque immutatio in verbo quandam fabricationem habet, sed in oratione: Africa terribili tremi horrida terra tumultu. Pro Afris est sumpta Africa. P Est etiam hoc nomine alia figura rhetorica, qua idem verbum saepius repetitur, et quasi per aures audientium traducitur. Auct. ad Her. 4, 14. Traductio est, quae facit, ut cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorum orationem reddat, hoc pacto: Qui nihil habuit in vita jucundius vita, is cum virtute vitam non potest colere. Item: Eum tu hominem appellas, qui si fuisset homo, nunquam tam crudeliter vitam hominis petisset. Item: Pleni sunt omnes libri, plenae sapientum voces, plena exemplorum vetustas. P Item alia, qua idem verbum saepius repetitur, sed alio sensu: quae et paronomasia dicitur. Cic. sic describit Or. 39. Cum contineatur idem verbum non in eadem sententia ponitur; et Auct. ad Her. l. c. Cum ideam verbum modo ponitur in hac, modo in altera re; et ib. 21. Cum ad res dissimiles similia verba accommodantur; et Quint. 9, 3. Translationem ejusdem verbi ab uno intellectu ad alium, ut si dicas cum Ovidio, Cur ego non dicam, Furia, te furiam? Aut, avium dulcedo ad avium ducit. Aut, cur eam rem tam studiose curas, quae multas tibi dabit curas? [Est Gr. *ἀρρωστία*. Cf. Ern. lex. technol. lat. rhet. p. 400.] P Traductio temporis, fluxus, cursus. Cic. Div. 1, 56. Est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil novi efficientis, et primum quidque replicantis.

TRADUCTIVUS, a, um, adj. qui aliunde trahitur, derivativus. Mar. Vict. p. 2552. Haec sola duo metra (dactylicum et iambicum) quamvis et iambicum heroi sit traductivum, utpote cum trimeter de hexametro manasse noscatur, haec sola possunt prototyporum prototypa dici, et omnium metrorum elementa. F.]

TRADUCTOR, oris, m. qui traducit, seu transfert. Cic. Att. 2, 9. Sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, h. e. Pompejus Hierosolymorum expugnator, qui Clodium a patricio ordine ad plebejum transtulerat.

TRADUCTUS et Transductus, a, um, part. a *traduco*: *δύω*, de loco ad locum ductus, translatus, trajectus. Varr. R. R. 1, 8. Ex arboribus in arbores traductis vitibus, vinea fit. Caes. B. G. 2, 4. Germani Rhenum antiquitus transducti. Liv. 9, 39. Exercitus traductus silvam Ciminiam. Id. 42, 22. med. Liguribus traductis Padum ager est assignatus. Caes. B. G. 6, 39. f. Centuriones causa virtutis in superiores ordines hujus legionis transducti. Paul. Dig. 41, 1, 29. Lina in directum per insulam transducta. P Item derisui expositus, diffamatus. Liv. 2, 38. Vestras conjuges, vestros liberos traductos per ora hominum. Just. 36, 1. Traductus per ora civitatum, populis in ludibrium favoris ostenditur. Suet. Tit. 8. f. Delatores flagellis caesi, ac traducti per amphitheatri arenam: *scil.* ludibrio causa. Petr. Sat. 87. Despectum se, et derisum traductumque inter discipulos. P Actus, transactus. Cic. Planc. 12. f. O adolescentiam traductam elegantem! P *Traducta Julia* dicta est Tiangi, urbs Mauritaniae Tingitanae. Plin. 5, 1. Nunc est Tiangi, quondam ab Antaeo conditum, postea a Claudio Caesare, cum coloniam faceret, adpellatum Traducta Julia. Quem ad locum sic *Harduinus*: Obscure haec Plinius, et fortasse false; nec enim Traducta in Mauritania fuit, sed in Hispania Baetica. V. Salm. ad Solin. p. 288 b. B. A.

TRADUCTUS, us, m. locus, per quem aliquid traduci potest. Ammian. 18, 8. Praesidium per eos traductus agentes. Alii leg. tractus.

TRADUX, ūcis, m. palmes vitis, unus vel plures, non terra mersus, sed alte et longe productus, ac toro seu vinculo alteri arbori, vel alterius vitis palmi similiter extento connexus: quem Ital. rustici *tirella* dicunt: quidam *trasferito*. Varr. R. R. 1, 8. med. Quartum est pedamentum nativum ejus generis, ubi, ex arboribus in arbores traductis vitibus, vinea fit: quos traduces, quidam rumpos appellant. Colum. 5, 7. f. Ut novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, et veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga iater eos deligetur: cum deinde fructus pondere urgebit, subjectis adminiculis sustineatur. Id. 4, 29. med. In insitione, quae fit per

terebrationem, primum de vicino fructuosissimam oportet considerare vitem, ex qua (velut traducem inhaerentem matri) palmitem attrahas et per foramen transmittas. Plin. 17, 23, 35. n. 23. Traduces Gallica cultura bini utrinque lateribus, si pars quadrageno distet spatio; quaterni, si viceno, inter se obvi miscentur, alliganturque una conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati, qua deficiant: aut si brevitatis non patiantur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem unco. Traducem bimam praecidere solebant, etc. Tac. H. 2, 25. med. In vineas nexu traducum impeditas refugere. P Translate. Sever. Actn. 566. visere sacra marmora resve vetustas Traduce materia, h. e. adeo firma, ut opera ex illa facta ad posterum usque traduxerit: ducta metaphora a vitibus, quae traducum ope conservantur. Prud. Apoth. 983. Vitandus tamen error erit, ne traduce carnis Transfundi in sobolem credatur fons animarum, h. e. per carnem, quae ab uno in alium quasi tradux propagatur. His locis tradux cum nomine feminini generis jungitur, ut dux, advena, auctor, etc. V. et UMBILICARIS.

TRAGACANTHA, ae, f. τραγακάνθα, herba in Creta nascens, spinæ albae radice, ex qua lacrima manat varios habens in medicina usus. Plin. 13, 21, 36., 26, 14, 87. et 30, 9, 23. Est ita appellata a τραγος, hircus, et ἀκανθα, spina. [*Bocksborn, Astragalus Tragacantha, L.] P Tragacanthum, i, n. est ipsius herbae sive arboris gummi, Italice dragante, et adraganti, ap. Cels. 4, 4. n. 3. et 5, 13. et Scrib. Comp. 75. et 108.

[TRAGANTHES, is, f. ita vocatur genus quoddam herbae artemisiae, ap. Appul. Herb. 11. Est autem a τραγος, hircus, et ἀνθος, flos. F.]

TRAGANUS, i, m. porcellus hircum pilo et habitu corporis quodammodo referens: a τραγος, hircus. Apic. 8, 7. f.

TRAGASAEUS, a, um, adj. Τραγασαίος, ad Tragasan oppidum Troadis pertinens. Plin. 31, 7, 41. In igne nec erepitat, nec exsilit sal Tragasaeanus.

TRAGELAPHUS, i, m. τραγέλαφος, animal juxta Phasin amnem nascens, barba et armorum promisso villo hirci simile; cetera cervo: unde et nomen sortitus est: nam τραγος hircum, λαφος cervum significat. Plin. 8, 33, 50. Adde Solin. 19.

TRAGEMA, atis, n. τραγήμα, τροχία, τροχάλια, cibus, qui crudus comedi solet, et secundis mensis apponi, bellaria: a τραγγω, rodo, comedo. Graece adhibetur a Gell. 13, 11. et ab ejus exseriptore Maer. Sat. 2, 8. Latine Plin. 13, 4, 9. Palmulas plebejas Syri, et Juba tragemata appellant; et Plin. Val. 5, 7. f. Tragemata etiam fugienda sunt, quia sunt nuges, dactyli.

[TRAGEMATIUM, ii, n. τραγημάτιον, diminut. tragematis. Hieron. Reg. S. Pach. n. 52. Si vero sint tragematia, vel poma, dabit ei janitor ex his comedere. F.]

*TRAGIA, ae, f. insula maris Aegaei. Plin. 4, 12. Τραγία est Plut. B. A.

*TRAGIAE, arum, nomen insularum quarundam (fortasse unius insulae) Ioniae adjacentium. Plin. 5, 31. P Si de una insula intelligendum, verosimile est eandem esse quae et Tragia audit. B. A.

TRAGICE, adv. τραγικώς, more tragico, ritu tragicorum. Translate graviter, sublimiter, stilo gravi, verbis grandibus, quibus tragici utuntur. Cic. Brut. 11. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt. Sen. ep. 100. f. Volo luxuriam objurgari, libidinem traduci, impotentiam frangi: sit aliquid oratorie aere, tragice grande, comice exile. Cic. Or. 3, 8. Res comicas tragice tractare.

TRAGICOCOMOEDIA, ae, f. genus fabulae ex tragoedia et comoedia mixtae, qualis est Amphitruo Plauti, eod. teste ib. prol. 59. et 63. ibi enim et Dii, tragicae personae sunt, et servi, qui comicae, inducuntur.

TRAGICUS, a, um, adj. τραγικός, ad tragoediam pertinens. Cic. opt. gen. Or. 1. Pacuvius tragicus poeta. Vitr. 5, 8. Genera scenarum tria, tragicum, comicum, satyricum. Hor. Sat. 1, 5, 64. Tragici cothurni. Id. Ep. 1, 3, 14. Tragica ars. Id. A. P. 220. Tragicum carmen; et ib. 275. Camena tragica. Juven. 12, 120. cerva, h. e. quae in tragoedia Iphigeniae pro ea supposita dicitur. Cic. Pis. 20. Tragico illo Oreste, aut Athamante dementior, h. e. qui in tragoediis inducitur, ac describitur. P Refertur saepe ad rationem loquendi in tragoediis usurpatam, grandia verba, sublimem et gravem stilum. Hor. A. P. 236. Tragicus color. Gell. 2, 23. f. Consarcinare verba tragici tumoris. Cic. Brut. 55. med. Fuit Sulpicius vel maxime omnium grandis, et, ut ita dicam, tragicus orator. Id. Or. 2, 56. Sunt haec tragica atque divina: faceta autem et urbana, etc. Mart. 8, 18. Cum posset tragicus fortius ore loqui. Suet. Cal. 25. Tragicum illud subinde jactabat: Oderint, dum metuant. P Absolute. Hor. Ep. 2, 1, 166. Nam spirat tragicum satis, et feliciter audet. P Tragicus, scriptor tragoediarum, aut actor. Pl. Pers. 4, 2, 4. Satin' estis meditati? Sag. Tragici, et comici nunquam aequae sunt meditati. Adde Petr. Sat. 132. med. P Interdum tragicus dicitur de re atroci, crudeli, impia, funesta, et ejusmodi, ut tragoediae argumentum esse Tom. IV.

possit. Liv. 1, 46. Tulit enim et Romana regia sceleris tragici exemplum. Ov. Trist. 2, 407. Tempore deficiat, tragicos si persequar ignes, h. e. amores, qui funestum exitum habuerunt, et tragoediis materiam praebent. Juven. 2, 29. tragico pollutus adulter Concubitu, h. e. scelerato, nefando. Val. Mar. 5, 8. Patres tragicae asperitatis. Prop. 2, 16, 29. Tum me vel tragicae vexetis Erynnies, h. e. dirae, crudeles, cujusmodi inducuntur in tragoediis Orestis, Penthei, et similium.

TRAGION, ii, n. τραγίον, genus fruticis. [*Quibusdam dicitur Bocks-kraut, quod hircum olet.] Plin. 13, 21, 36. Tragion fruticem sola Creta insula gignit, terebintho similem et semine, quod contra sagittarum ictus efficacissimum tradunt. Id. 27, 13, 115. Tragonis, sive tragion, nascitur in Cretae tantum insulae maritimis, junipero similis et semine, et folio, et ramis. Succus ejus lacteus in gummi spissatus, vel semen, impositione spicula e corpore ejicit.

TRAGOEDIA, ae, f. τραγωδία, poematis gravissimi genus, quo regum, principumve, aut eorum, qui in aulis regum versantur, calamitates depinguntur, tristissimum fere habens exitum. Dicta est a τραγος, hircus, et ᾠδή, cantus, quia praemium ejus, qui tragoedia vicisset, olim hircus erat, quem ille Baccho sacrificabat. Unde Hor. A. P. 220. Carmine qui tragico vilem certavit ob hircum; [et ib. 275. Ignotum tragicae genus invenisse camenae Dicitur, et plaustris vexisse poemata Thespis, Quae canerent aegerentque peruncti faecibus ora. Ubi haec habet Purph. Ex hoc etiam putant quidam, tragoediam appellatam quasi trygoediam, quia faecem τρυγία appellant, scil. τρυγίς, γός, Dorice τράγος, γός, faex. F.] P Differt a comoedia, quod in hac humiles, et privatae personae introducuntur. Ad haec, comoedia a turbulentioribus fere rebus initium sumens, tranquillum laetumque sortitur exitum: tragoedia autem totum quidem argumentum habet luctuosum, exitum autem tristissimum. Cic. Sen. 7. Sophocles ad summam senectutem tragoedias fecit, h. e. scripsit, docuit. Id. Phil. 11, 6. Tragoediam agere. Suet. Cal. 57. Pantomimus tragoediam saltavit. Hor. Od. 2, 1, 9. severae Musa tragoediae. Ov. Am. 3, 1, 11. Venit et ingenti violenta Tragoedia passu: Fronte comae torva, palla jacebat humi. Id. Trist. 2, 381. Omne genus scripti gravitate tragoedia vincit. P Translate sumitur pro magnificentia, magniloquentia, re ingenti. Cic. Or. 1, 51. Neque vero istis tragoediis tuis, quibus uti philosophi maxime solent, Crasse, perturbor. P Tragoedias agere, movere, excitare, est gravi dicendi genere uti, amplificare, exaggerare: interdum etiam tumultum commovere, seditionem concitare. Cic. Or. 2, 51. Ne aut irrisione, aut odio digni putemur, si aut tragoedias agamus in nugis, etc. Id. Mil. 7. Quantas tragoedias excitat! Quint. 6, 1. med. Nam in parvis litibus has tragoedias movere tale est, quasi si personam Herculis et cothurnos aptare infantibus velis. P [Tragoedia translato sensu dicitur a Plin. ep. 9, 7. quaedam villa. V. COMOEDIA. F.]

TRAGOEDIOGRAPHUS, i, m. τραγωδιογράφος, tragoediarum scriptor. Mar. Vict. p. 2532. Quod genus si hexametrum sit, Phrynichium (lege Philiscium) de auctoris tragoediographi nomine nuncupabitur, aptum canendis laudibus Cereris et Bacchi. Hieron. Chron. Euseb. ad ann. MDLX. ab Abraham. Aristarchus tragoediographus agnoscitur. F.]

TRAGOEDUS, i, m. τραγῳδός, actor tragoediae. Cic. Or. 1, 28. Vox tragoedorum, gestus paene summorum actorum est requirendus. Hor. Ep. 2, 2, 129. Qui se credebat miros audire tragoedos. P Fuit hoc nomine Romae vicus in regione Esquilina, ap. Sex. Ruf., in quo quia Jovis statua ab Augusto dedicata fuit, ut est ap. Suet. Aug. 57., is Juppiter Tragoedus appellatus est. Alii putant sic dictum Jovem, quod ap. Pl. Amph. inducatur histrionicam faciens: nam ea fabula mixta est ex tragoedia et comoedia. Fortasse etiam sic dictus est, quia tragoedi habitu indutus erat. *Quint. 12, 5. P Et poeta tragicus. Id. 1, 8. Utiles Tragoedi; alunt et Lyrici, si tamen in his non auctores modo, sed etiam partes operis elegeris. B. A.

TRAGONIS, V. TRAGION.

TRAGOPAN, anis, f. avis aquila major, cornua curva in temporibus habens, colore ferrugineo, capite puniceo. Plin. 10, 49, 70., qui tamen inter fabulosos recenset. Adde Mel. 3, 9. et Solin. 30. [*Fortasse avis, quae nobis dicitur Bartgeier, Vultur barbatus, L.]

TRAGOPOGON, onis, f. τραγοπόγων, herba hircinae barbae similis: a τραγος, hircus, et πόγων, barba. Plin. 27, 13, 117. Est et tragopogon, quam alii comen vocant, caule parvo, foliis croci, radice longa, dulci, super caulem calyce lato, nigro, nascitur in asperis, sine usu. Adde 21, 15, 52.

TRAGORIGANUM, i, n. τραγορίγιανον, herba serpyllo silvestri similis. [*Bocksthyman, Thymus tragoriganum, L.] Plin. 20, 17, 68. ubi et recenset ejus utilitates in medicina. Dicta est a τραγος, hircus, et origanum, quia hircis grata esse dicitur: et species origani est. Mascul. gen. tragoriganum est ap. Cels. 5, 11.

TRAGOS, i, m. τραγός, genus vepris. Plin. 13, 21, 37. Tragon et Asia fert, sive scorpionem, veprem sine foliis, racemis rubentibus ad medicinae usum. Id. 27, 13, 116. Est et alia herba tragos, quam aliqui scorpion vocant, semipedem alta, fruticosa, sine foliis, pusillis racemis rubentibus, grano tritici, acuto cacumine, in maritimis nascens. P Item genus pultis. V. TRAGUM. P Item genus spongiarum spissum ac praedurum, et asperum. Plin. 9, 45, 69. et 31, 11, 41.

TRAGULA, ae, f. τραγύλα, βολίς, πακόν, genus teli missilis, ceu hasta: a trajiciendo dictum, ut vult Varr. L. L. 4, 24., vel a trahendo, ut Festus. Tragula, inquit, genus teli, dicta, quod scuto infixi trahatur. Lucil. ap. Fest. in Spara: Tunc spara, tum rumices portantur, tragula porro. Liv. 24, 42. Scipionis femur tragula confixum erat. Caes. B. G. 5, 35. med. T. Balventio utrumque femur tragula transjicitur. Id. ib. 46. Tragulam mittere; et ib. 1, 26. Inter carros rotasque mataras, ac tragulas subjiciebant. Auct. B. Hisp. 32. Tragulis jaculisque pugnare. Varr. ap. Non. 18, 8. et 21. Cervum sparo tragulave trajicere. Sall. fragm. ib. Ictu tragulae sauciari. Sil. 3, 318. cui tragula semper Fulmineam armabat, celebratum missile, dextram. Adde Gell. 10, 25. P Translate. Pl. Epid. 5, 2, 25. Tragulam in te injicere adornat: nescio, quam fabricam facit, h. e. molitur insidias, fallaciam struit, dolum machinatur. Sic Ps. 1, 4, 1. Voluti injicere tragulam in nostrum senem: verum is, nescio quo pacto, praesensit prius. Id. Cas. 2, 4, 18. Ego pol istam jam aliquovorsum tragulam decidero, h. e. istas uxoris machinas dissolvam ac dejiciam. Ex hoc loco, et ex verbis Festi allatis quidam suspicantur, tragulam habatum telum fuisse, quod infixum corpori non evelli oporteret, sed recidi. P Est praeterea rete piscatorium subere instructum, quod et statarium dicitur, quodque per aquam trahitur, verriculum, ἀμφιβληστρον. Plin. 16, 8, 13. Usus suberis ancoralibus maxime navium, piscantiumque tragulis, et cadorum obturamentis. P Pro traha. Varr. L. L. 4, 31. f. De his, quae jumenta ducunt: tragula ab eo quod trahitur per terram: sirpea quae virgis sirpatur, etc. Scal. putat scribendum trahula, ut sit diminutivum a traha, vel trahea. V. TRAHA.

TRAGULARIUS, ii, m. qui tragulas jacit. Veg. Mil. 2, 15. f. Erant tragularii, qui ad manubalistas, vel arcubalistas dirigebant sagittas.

TRAGUM, i, n. et Tragos, i, m. τραγός, genus pultis ex tritici semine, hoc est zea, factum. Plin. 18, 7, 16. Ex tritici semine tragum fit, in Campania dumtaxat, et Aegypto; et ib. 10, 20. n. 4. Adjiciuntur his (panum generibus) bromos, siligo excepta, et tragos, externa omnia, ab Oriente inventa, oryzae similia. Cels. 2, 20. Boni succi sunt siligo, alicia, oryza, amyllum, tragum, ptisana.

*TRAGURIUM, i, n. Τραγουρίον, oppidum Dalmatiae, hodie, ut creditur, Trau dictum. Plin. 3, 22. P Item insula maris Hadriatici. Mela 2, 7. med. B. A.

TRAGUS et Tragos, i, m. τραγός, genus herbae. V. TRAGOS. P Item genus piscis in coeno maris degens. Or. Hal. 112. rapidique lupi, percaequae, traguae. Adde Plin. 32, 11, 54. A Festo dicitur genus conchae mali saporis. P Item foetor alarum in homine, qui Latine hircus: nam τραγός Graece idem sonat. Mart. 11, 22. Inde tragus, celeresque pili, mirandaque matri Barba.

TRAHA, vel Trahea, ae, f. τραήθρον, genus vehiculi sine rotis, quo rustici utuntur: a trahendo: non enim volvitur, sed trahitur. In Gloss. Philox. exponitur τράκη τὰς βόλους ἀραβίζουσα, machina glebas dissolvens, et evanescere faciens. Colum. 2, 21. med. Si in area teratur frumentum, equis melius, quam bubus ea res conficitur: et si pauca juga sunt, adjicere tribulam et traham possis. P Traha est etiam instrumentum, quo veteres super glaciem utebantur. Jornand. de reb. Goth. 55. Ita rigescit (Danubius), ut in silicis modum vehat exercitum pedestrem, plaustraque, et traculas (lege trahulas, vel tragulas). Pomp. Sab. ad Virg. l. mox cit. Traha agricolarum instrumentum a trahendo. Scythae appellaverunt sangi, sed est pulcrioris formae, et supra glaciem utuntur: rotas non habet, sed trahitur. P Trahea per epenthesis, ut navita pro nauta. Virg. G. 1, 164. Tribulaque, traheaque, et iniquo pondera rastris.

TRAHARIUS, ii, m. qui traham ducit, vel traha vehit. Translate de infimae conditionis hominibus, qui milites comitantur, usurpat Sidon. ep. 6, 1. ad episcopum: Tu hastatorum antesignanorumque paullisper contubernio sequestratus, ultimos calones tuos lixasque non despicias, et ad extimos trahariorum, qui per insipientiam suam adhuc ad carnis sarcinas sedent, crucis diu portatae vexilla circumfers.

TRAHAX, acis, adj. omn. gen. τραχιάς, qui omnia ad se trahit, rapax, avidus. Pl. Pers. 3, 3, 6. Procax, rapax, trahax: trecentis versibus tuas impuritas traloqui nemo potest.

TRAHO, is, xi, ctum, a. 3. τραῶ, αἶψο, aliqua vi duco, rapio: a traveho pro transveho per sync. Differt a duco: nam trahimur inviti, ducimur volentes.

tes. *Sen. ep.* 107. *f.* Ducunt volentem fata, nolentem trahunt. *Cic. Div.* 1, 39. *med.* Magnes ferrum ad se allicit et trahit. *Plin.* 36, 20, 38. Haematites trahit in se argentum, aes, ferrum. *Caes. B. G.* 1, 53. *med.* Cum a custodibus in fuga trinis catenis vinctus traheretur. *Sall. Jug.* 80. Limum, arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt. *Id. fragm. ap. Serr.* ad *A.* 3, 425. Charybdis naves ad litora trahit. *Virg. ib.* Scylla naves in saxa trahens. *Petr. Sat.* 89. Aliquem ad terram trahere, *h. e.* sternere. *Sen. Octav.* 810. Cupido captum Jovem coelo traxit; et *Virg. A.* 2, 403. traheretur passis Priameia virgo Crinibus a templo adytisque Minervae. *Lucr.* 3, 231. vapor trahit aera secum. *P.* Ponitur et pro contrahere. *Lucr.* 6, 966. ignis liquidum facit aes, aurumque resolvit: At coria et carnem trahit et conducit in unum. *Or. Am.* 2, 2, 33. Cum bene vir traxit vultum, rugasque coegit. *Lucr.* 6, 1188. in manibus trahier nervi, et tremere artus. *P.* Et pro raptare, id est ita ducere, ut tamen humo non sustollatur. *Pl. Cist.* 1, 1, 117. Amiculum hoc sustolle saltem. *Sil.* sine trahi, cum egomet trahor. *Sen. ep.* 41. *f.* Per insidiosum iter non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. *Hor. A. P.* 215. traxitque vagus per pulpita vestem. *Id. Od.* 1, 4, 2. Trahuntque siccas machinae carinas. *Virg. G.* 3, 535. montesque per altos Contenta cervice trahunt stridentia plaustra. *Juven.* 10, 99. Hujus, qui trahitur, praetextam sumere mavis, An, etc.? *h. e.* unco impacto raptatur. *Virg. G.* 4, 94. latamque trahens inglorius alvum. *Id. A.* 5, 468. genua aegra trahens. *Id. ib.* 1, 481. et *Varr. L. L.* 4, 31. Trahere aliquid per terram. *Cic. Fam.* 7, 32. aliquid pedibus. *P.* Item educere, haurire. *Cic. N. D.* 2, 9. *f.* Ex puteis jugibus aquam calidam trahi. *Plin.* 25, 5, 22. Elleborum trahit alvum, et bilem pituitasque. *Virg. A.* 1, 511. operumque labores Partibus aequabat justis, aut sorte traheretur. *Veg. Vet.* 3, 43. Sanguinem jumento de cervice trahere. *Cels.* 4, 7. Malagmata, quae materiam trahunt, *h. e.* evocant, extrahunt. *P.* De bibentibus. *Hor. Epod.* 14, 3. pocula arente fauce trahere. *Sen. Ag.* 878. Merumque in auro trahunt. *Or. Met.* 15, 330. aquam moderato gutture. *Lucan.* 7, 822. Has trahere, Caesar, aquas: hoc, si potes, utere coelo. *Id.* 9, 934. Trahere ore venena. *Id.* 3, 351. ubera. *Phaedr.* 3, 1. odorem naribus. *Sen. Ira* 2, 10. *f.* Navigium aquam trahit, *i. e.* per rimas admittit. *Mart.* 8, 51. Si dubia est (*Teletusa*), septem trahat, *h. e.* septem tantum cyathos bibam. *V. SEPTUNX.* *P.* Pro evellere, extrahere. *Or. Met.* 6, 290. trahens haerentia viscere tela. *Id. Fast.* 5, 399. traxitque e corpore ferrum. *Mart.* 1, 14. gladium de visceribus. *P.* Item ducere. *Or. Met.* 2, 230. Trahere auras ore. Eodem sensu *Plin.* 11, 3, 2. animam. Sic *Liv.* 3, 6. Mortuus Aebutius erat Romanus consul, collega exigua in spe traheretur animam. *Or. Met.* 2, 752. Et tanto penitus traxit suspiria motu, Ut, etc. *Virg. A.* 1, 375. imoque trahens a pectore vocem. *Phaedr.* 1, 21. Leo cum jaceret spiritum extremum trahens. *P.* Trahere lanam significat nere, tractare, facere. *Varr. ap. Non.* 15, 1. Simul manibus trahere lanam, nec non simul oculis observare ollam pultis, ne aduratur. *Juven.* 2, 54. Vos lanam trahitis, etc. *Lucr.* 4, 4, 376. quasi carmine lana trahatur. *Hor. Od.* 2, 18, 7. Nec Laconicas mihi Trahunt honestae purpurae clientae. *Or. Met.* 14, 265. Trahere vellera digitis. *Id. H.* 3, 75. Nos humiles, famulaeque tuae data pensa trahemus. *P.* Trahere aliquid ad supplicium est ducere aliquid ad mortem, ap. *Tac. A.* 11, 35. *f.* et trahere absolute, sensu persimili, *Liv.* 2, 11. *med.* Cum a lictoribus jam traheretur, provocavit. *P.* Trahere, rapere, simile est ac agere et ferre, *ἀγὼν καὶ φέρω.* *Sall. Jug.* 45. Populus libertatem in lubricum vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. *Id. Cat.* 11. Rapere omnes, trahere, domum alius, alius agros cupere. *Pl. Trin.* 2, 2, 12. Cetera rape, trahere, fuge, late. *Sall. Or. ad Caes.* 2, 3. Quod commodum est, trahunt, rapiunt. [*Cf. Kritz. ad Sall. Cat.* 11, 4.] *P.* Translate. *Sall. Cat.* 7. *extr.* Ea res nos longe ab incepto traheret, *h. e.* abduceret. *Id. Jug.* 103. Trahere consilium ex re aliqua. *Or. Pont.* 4, 8, 62. laudem ab aliqua re. *Cic. Manil.* 7. *med.* Non possunt in una civitate multi fortunas amittere, ut non plures secum in eandem calamitatem trahant. *Id. Arch.* 11. Trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur. *Id. Off.* 1, 6. Omnes trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem. [**Trahimur naturali impetu, ducimur rationis jussu, quam Goerenzii interpretationem veram praedicat Beier. Aliter I. F. Heus. non modo necessariam, sed jucundam etiam nobis esse istam ad cognoscendum propensionem. Similiter Degen: trahimur, scil. inviti: quando multa, quae cognitio necessaria sunt, non sine molestia ediscuntur. I. M. Heus. et Schütz. vv. et ducimur cum edd. quibusdam abesse volunt. Orell. ne orationis quidem varietatem notans vulgatam servavit.] *Nep. Mil.* 8. Trahi ad cupiditatem imperii. *Virg. Ecl.* 2, 65. trahit sua quemque voluptas. *Id. ib.* 5, 709. quo fata trahunt retrahuntque, sequamur. *Or. Met.* 13,*

84. de Hectore: tantum trahit ille timoris, *h. e.* secum trahit. *P.* Pro pertrahere, adducere. *Planc.* ad *Cic. Fam.* 10, 4. Quid est, quod me in aliam partem trahere possit? et *Or. Am.* 1, 4, 8. Atracis ambiguus traxit in arma viros. *Liv.* 33, 9. Ratus, partem profligatam cetera tracturam. *Tac. A.* 4, 60. *med.* Fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes; et *Liv.* 25, 16. Trahere ad defectionem Lucanos. *Id.* 42, 44. Aliis ad regem trahentibus civitatem, aliis ad Romanos. *Id.* 5, 25. Partem tribunorum plebis patres in suam sententiam traxerant. [**V. Boettich. Lex. Tac.* p. 463. sq. Eisdem fere generis sunt et ista: *Liv.* 39, 32. pervicit, ut delecto Fabio fratrem traheret, *i. e.* ad consulatum perduceret, efficeret, ut consul crearetur. — Trahere rem ad hostes dicuntur, qui deditonem et volunt, et perficiunt. Sic ap. *Liv.* 23, 8. coll. 24, 2. Plebs ad Poenos rem traheret. *Cf.* 32, 19. — Porro *Id.* 1, 7. Tempore illi praeecepto, at hi numero avium, regnum traherant: scil. ad caput factionis suae. *Id.* 9, 28. captae decus Nolae ad consulem trahunt, *i. e.* ad eum auctorem referunt.] *P.* Item diripere, vexare, distrahere. *Sall. ep. Mithrid. ad Arsac. f.* Quibus non humana ulla, neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, juxta sitos, inopes potentesque trahant, excidant. *Tac. A.* 15, 1. Jam de Armenia concessum: proxima trahi. [**Plura praebet Boetticherus l. 1.] P.* Trahere pecuniam, per luxum distrahere, indignis modis insumere. *Sall. Cat.* 21. Cum tabulas, signa, toreumata emunt; nova diruunt, alia aedificant; postremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant; *divexare, et lacerare eod. sensu dixerunt Id. et Plaut. P.* Trahere, in se ducere, concipere, contrahere. *Or. Met.* 11, 305. Videre hanc pariter, pariter trahere calorem; et *ib.* 2, 306. Trahere nigrum colorem. *Id. Trist.* 5, 13, 3. contagia. *Plin.* 12, 13, 27. situm. *Id.* 32, 10, 42. vitium. *Colum.* 12, 15. humorem; et *ib.* 50. *f.* saporem. *Juven.* 14, 325. rugam. *Colum.* 1, 6. *med.* Vina maturitatem trahunt. *P.* Illa similia sunt *Plin.* 15, 14, 15. Mala cetera e causis traxere nomen, germanitatis gemella, nunquam singula in fetu; cognationis melapia; mustea a celeritate nascendi, etc. *Or. Met.* 4, 291. nomen quoque traxit ab illis. *Id. Fast.* 1, 596. Ille Numantina traxit ab urbe notam. *Cic. Phil.* 1, 6. *med.* Cognomen ex contumelia traxit. *P.* Item illa *Plin.* 5, 24, 21. et 6, 28, 32. Trahere originem ab aliquo. *Cic. Fam.* 4, 3. molestiam ex pernicie reipublicae. *Juven.* 11, 23. a censu famam. *Cic. Balb.* 23. *f.* spolia de hostibus. *Liv.* 25, 14. *f.* praedam ex agris hostium. [**Perperam Noster duo huc exempla e Livio et Cic. huic §. adscripsit; pertinent ista ad eum locorum numerum, qui absumentis, rapiendi significatum trahendi verbo vindicat.] P.* Pertinet saepe ad cogitationem, deliberationem, consilium: et significat agitare animo, reputare, considerare. *Sall. Jug.* 98. Marius anxius trahere cum animo suo, ommitteretne inceptum, an fortunam opperiretur; et *ib.* 102. Dubius belli atque pacis rationes trahere. *Ter. Andr.* 1, 5, 25. Tot curae quae meum animum divorce trahunt. *Liv.* 38, 56. Multa alia, in Scipionis exitu maxime vitae, in diversum trahunt, ut quibus scriptis adsentiar, non habeam. *Tac. A.* 15, 1. Vologeses in diversas curas traheretur. *Caes. B. C.* 1, 21. *f.* Tanta erat summa rerum expectatio, ut alius in aliam partem mente atque animo traheretur. *Sall. Jug.* 88. *f.* Sese quisque praeda locupletem, victorem domum rediturum, alia hujuscemodi animis traherant. [**Plura Taciti exempla reperies ap. Böttich. in Lex. Tac.* p. 464. Imprimis notandum ejusdem scriptoris exemplum *Ann.* 14, 14. ut est vulgus cupiens voluptatum et, si eodem princeps trahat laetum, nos: *sich eben dahin neigt.] P.* Item ad tempus, et est in longum ducere. *Cic. Att.* 10, 8. *med.* Si trahitur bellum, etc. *Liv.* 5, 10. Unum bellum annum jam tertium trahi. Adde *Sall. Jug.* 25. *f.* *Id. ib.* 40. Jugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias morae causas facere. *Id. ib.* 29. Saepe gratia, interdum jurgis trahere tempus. *Val. Max.* 4, 4. *in.* Trahere aliquid sermone, quousque, etc. *Suet. Tib.* 31. *f.* Tanta consulum auctoritas (erat), ut legati ex Africa adierint eos, querentes trahi se a Caesare, *h. e.* protrahi, et negligi negotia sua. [**Brem. ut rariorem hanc dicendi rationem notat.] Liv.* 25, 15. Romani, quam circumventos hostis urgebat, tamen aliquandiu pugnam traxere. *Id.* 32, 35. De industria rem in serum trahere. *Or. Met.* 9, 766. Fictio languore moram trahere. *Petr. Sat.* 111. Femina quintum jam diem sine alimento traheretur. *Sen. ep.* 101. Praecipiti abreptus angina, vix compressum arctatis faucibus spiritum traxit in lucem. *Quint.* 1, 10. *f.* Trahere aliquid in longius. *Cels.* 2, 6. *med.* Alvus varia potest paulo diutius trahere: in praecipiti vero jam esse denuntiat, quae liquida, etc. et 4, 16. Intestorum laevitas interdum aegros trahit, interdum praecipitat. *P.* Absolute. *Flor.* 4, 2. *med.* Decem annos traxit ista dominatio. *Cels.* 2, 8. *med.* Si quis etiam in eo morbo diutius traxit, ubi capilli fluunt, etc. *P.* Trahere vitam, agere: et saepe de his dicitur, qui misere vivunt, et quasi inviti. *Plin.* 28, 1, 2. Vitam non adeo expetendam censemus, ut

quoquo modo trahenda sit. *Phaedr.* 4, 5. Vitam luxu trahere. *Id.* 3, 7. in silvis asperam vitam trahens. *Virg. A.* 2, 92. Afflictus vitam in tenebris luctuque traherem. *Claud. Bap. Pros.* 3, 259. Sola domi luctu senium tractura relinquitur. *Or. Trist.* 5, 7, 65. Sic animum tempusque traho: meque ipse reduco A contemplatu, submoveoque, mali. *P.* Huc et illa pertinent. *Stat. Th.* 2, 145. at Inachio tenuis sub pectore regi Tracta quies, dum mente Deos, inceptaque versat Hospitia. Sic *Prop.* 1, 14, 9. optatam mecum trahit illa quietem. *Or. Am.* 2, 19, 55. per nulla traham suspiria somnos. *Virg. G.* 3, 97. frustra laborum Ingratum trahit. *Id. A.* 1, 752. vario noctem sermone traheretur. *Mart.* 11, 104. tractae per pocula noctes. *Tac. H.* 4, 70. Classicus segne plerumque otium trahens, velut parto imperio fruebatur. *P.* Trahere verba, difficulter loqui, singultu, aut fletu, aliave re impediante. *Sil.* 8, 79. Cui sic, verba trahens largis cum flectibus, Anna Incipit. *P.* Trahere stipendia, agere, mereri, et aes militare accipere. [**Nos quoque dicere solemus ziehen, beziehen.] Just.* 12, 4. *med.* Siquorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum traherent, quorum pueritia inter varias expeditiones militia erat. *P.* Pro vertere, in aliquam partem accipere, interpretari. *Sall. Jug.* 97. Omnia non bene consulta in virtutem traherentur. *Liv.* 5, 23. Jovis Solisque equis aequiparari dictatorem, in religionem etiam traherent. *Tac. A.* 4, 61. Fortuita ad culpam trahentes; et *ib.* 12, 52. Idque ad clementiam Caesar traheretur, quod stirpem hostilem iterum conservaret; et *ib.* 1, 62. Cuncta Germanici in deterius trahens. *Id. H.* 2, 20. Ornatum duceis coloniae in superbiam traherant. *Id. A.* 1, 76. *f.* Cur abstineret spectaculo ipse, varie traherant: alii taedio coetus, quidam tristitia ingenii. *P.* Expromere, eloqui, dicendo exsequi. *Pers.* 5, 26. His ego centenas ausim deponere voces, Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi, Voce traham pura, totumque hoc verba resignent, Quod latet arcanam non enarrabile fibra.

*TRAIA CAPITA, oppidum Hispaniae Tarracensis. *Anton. Itin. B. A.*

TRAJANALIS, e, adj. ad Trajanum pertinens, qui fuit XIV. Romanorum Imp. tam bonis moribus, ut in acclamationibus subsequentium imperatorum illum Romani precarentur: Augusto felicior, Trajano melior, ut est ap. *Eutr.* 8, 5. Exstat ejus laudatio a Plinio juniore conscripta, quae panegyricus dicitur. *Inscr. ap. Grut.* 19, 3. C. Platorius C. F. Stel. Phoebeus VI. Vir Augustal, Sodal. Trajanal. et Hadrianal. V. SODALIS.

TRAJANENSIS, e, adj. ad coloniam Trajanam pertinens, urbem ad ripam Rheni sitam, et in *Anton. Itin.* memoratam, ubi nunc *Kellen* est. *Inscr. ap. Grut.* 332, 2. S. P. Q. Trajanensis. Alia ap. *eund.* 429, 1. Plebs, ordoque Trajanensis. [Alia ap. *Orell. Coll. Inscr. Lat. n.* 2003. Cives Trajanenses. *F.*] [TRAJANOPOLITANUS, a, um, adj. ad Trajanopolin pertinens, Thraciae urbem ad Hebrum fluvium, quae et Augusta Trajana dicitur. *Inscr. ap. Donat.* 344, 7. P. Aelius Avitus Trajanopol. natione Thrax. *F.*]

TRAJANUS, a, um, adj. ad Trajanum pertinens. V. TRAJANALIS. *Inscr. ap. Grut.* 177, 6. Trajanae Thermae. *P.* Trajana aqua fuit eadem ac Aurelia (V. AURELIUS), quam Trajanus Aug. ex lacu Sabatino, nunc di *Bracciano*, in Transtiberinam regionem deduxit, cujus aquaeductus deinde intercepti, a Paulo V. Pont. Max. maxima ex parte restituti, ac proinde nunc *aqua Paola* dicitur. Id evincitur ex *Inscr.*, quae ann. MDCCCXXX. decem pass. millib. ab Urbe reperta, edita vero est in *Bullett. dell' Institut.* T. 3. p. 220. Imp. Caes. Divi Nerva F. Nerva Trajanus Aug. Germ. Dacicus, Pont. Max., Tr. Pot. XIII., Imp. VI Cos. V. P. P. aquam Trajanam pecunia sua in urbem perduxit, emptis locis per latitud. P. XXX. *P.* Trajana via, eadem fuit ac Appia, quae Roma per paludes Poptinas et per Apeninum ducebat Brundisium, ab Trajano Aug. restituta, cujus mentio est in nummis ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 6. p. 421. et seq.; eadem via Trajana Appia dicitur in *Inscr. ap. Grut.* 199, 1. Alia vero fuit in Frentanis, quae in *Inscr. ap. Mur.* 1050, 7. Trajana Frentana appellatur; item alia ap. *eund.* 1091, 8. via nova Trajana nuncupata; item apud *eund.* 446, 4. tres Trajanae appellatae. [**Ad voces trajanus, trajanalis, et trajanensis multa doctissime adscripsit F. P. *Forum Trajani, oppidum Sardiniae. Ant. Itin. P. Colonia Trajana Galliae Belgicae oppidum fuit, in terra Gubernorum, inque Rheni ripa. Ant. Itin. et Tab. Peut. B. A.]*

TRAJECTICIUS, a, um, adj. qui alio trajicitur, translaticius. *Modest. Dig.* 22, 2, 1. Trajecticia pecunia est, quae trans mare vehitur, ceterum si eodem loco consumatur, non erit trajecticia. *Paul. Sent.* 2. tit. 14. Trajecticia pecunia, propter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usus recipere potest. Adde *Papin. ib.* 4. *Ulp. ib.* 13, 4, 2. *f.* et *African. ib.* 44, 7, 22. *Imp. Justin. Cod.* 4, 32, 26. In trajecticiis autem contractibus vel specierum foenori dationibus, usque ad centesimam tan-

tummodo licere stipulari, nec eam excedere jubemus, licet veteribus legibus hoc erat concessum.

TRAJECTIO et Transjectio, onis, f. διαβασις, actus trajiciendi, transitio. Vitr. 2, 9. f. Tabulae in subgrundiis si essent ex ea (larise) collocatae, ab trajectionibus incendiorum aedificia periculo liberarentur. Cic. Div. 1, 1. Assyrii trajectiones motusque stellarum observaverunt. [*Trajectiones stellarum sunt μετώρα, Germanis Sternschnuppen. Ita Ern. in cl. Cic. s. v.] Adde ib. 2, 6. P Item transitus maris, aut fluminis, transvectio, transfretatio. Id. Att. 8, 15. Cautior certe est mansio: honestior existimatur trajectio, h. e. mare trajicere, et Pompejum sequi. P Trajectio verborum est transpositio de suo loco in alienum, ἀνέσβατον. Auct. ad Her. 4, 32. f. Transgressio est, quae verborum perturbat ordinem perversione, aut transjectione. Transjectione hoc modo: Instabilis in istum plurimum fortuna valet. Item: Omnes invidiose eripuit tibi bene vivendi casus facultates. Hujusmodi transjectio, quae rem non reddit obscuram, multum proderit ad continuationes, etc. Cic. Or. 69. Uti trajectioe verborum. Adde Quint. 8, 2. med. P De ipso contextu orationis. Quint. 8, 2. Plus tamen est obscuritatis in contextu et continuatione sermonis, quare nec sit tam longus, ut eum prosequi non possit intentio, nec trajectio tam tardus, ut in hyperbaton finis ejus differatur. P De hyperbole, qua ultra id, quod verum est, verba trajicimus. Cic. Or. 3, 53. et Quint. 9, 2. in. Tum augendi minuendae causa, veritatis superlatio atque trajectio. [*Cf. Ern. Lex. technol. lat. rhet. p. 400. sq.]

TRAJECTO, as, a. 1. frequent. a trajicio. Cels. 7, 14. med. Sinus umbilici ad imum acu trajectatur duo lina ducente, h. e. transiit.

TRAJECTOR, oris, m. qui trajicit. Prud. Hamart. 882. ignis Trajector nebulae, et vasti penetrator aperti.

TRAJECTORIUM, ii. a. infundibulum, quod Itali vulgo pipa vocant. Plin. Val. 1, 37. Herbarum symphonicam mittes super carbones, et per trajectorium totum fumum ore trahes; et 58. med. Facies trochiscos in modum olivae, et mittes in testam cum carbonibus, et ponas trajectorium super testam, et cooperies de mappa, et os tenebis in trajectorium, et sic fumum trahes. F.]

TRAJECTORA, ae, f. projectura. Vitr. 4, 7. med. Supra trabes, et supra parietes trajecturae mutulorum, quarta parte altitudine columnarum, projiciantur.

TRAJECTUS et Transjectus, a, um, part. a trajicio: διαπεραυμένος, transverberatus, transfixus. Caes. B. G. 7, 25. Scorpione ab latere dextro transjectus, exanimatusque concidit; et ib. 82. Transjecti pilis muralibus interibant. Plin. 11, 37, 77. Mortem cum risu trajecta praecordia attulerunt. Ov. Fast. 5, 709. Pectora trajectus Lynceus Castor ab ense. P Item transvectus. Cic. ad Quir. 8. med. Marius parva navicula trajectus in Africam. Liv. 21, 56. Exercitus Pado trajectus Cremonam. P Item transmissus. Varr. R. R. 3, 9. med. In caveis crebrae perticae trajectae sint, ut omnes sustinere possint gallinas. Plin. 25, 5, 22. Trajectus per aurem surculus; et 26, 7, 21. Radix trajecta in auricula. P Item tractus. Ulp. Dig. 9, 2, 29. Per cuius domum trajectus erat aqueductus. Ov. Am. 3, 6, 3. ad amnem: Nec tibi sunt pontes, nec quae sine remis ictu Concava trajecto cymba rudente velat. P Trajectus amnis. Liv. 21, 30. Rhodanus tantum amnis, domita fluminis vi, trajectus. P [*Trajecti surculi ap. Suet. Ner. 48. trajectos surculos rasit, sunt surculi transverse viae injecti. Ita B. Crus. Alii interper. qui trajecta paenula inhaeserant, vel quos trajectabat s. transibat.] P Item qui transit. Hor. Sat. 2, 3, 28. emovit veterem novus (morbus), ut solet, in cor Trajecto lateris miseri capitivae dolore. [*Proprium hoc medicorum verbum est, Gr. μεθ' ἄλλω θάω.] P Item translatus. Tac. A. 12, 39. Ut quondam Sugambri excisi, et in Gallias trajecti forent. Inscr. ap. Grut. 523, 6. C. Atilius C. F. Pom. Crescens militavit in leg. IX. annis VIII., trajectus in praetorium Coh. V. Pr. militavit ann. III.

TRAJECTUS et Transjectus, us, m. διαβασις, transitio, transvectio, praesertim maris, aut fluminis. Caes. B. G. 4, 21. In Morinis proficiscitur, quod inde erat brevissimum in Britanniam trajectus; et ib. 5, 2. Omnes ad portum Itium convenire jubet, quo ex portu commodissimum in Britanniam transjectum esse cognoverat. Plin. 6, 23, 26. Ex quo promontorio in adversa ora ad Macas trajectus distat L. M. pass. Suet. Aug. 17. Tempestate in trajectu bis conflictatus. Caes. B. C. 2, 20. Ne itinere, aut trajectu intercluderetur. Liv. 1, 3. Tiberinus in trajectu Albulae amnis submersus. P Item locus, unde trajiciendi facultas est. Hirt. B. Alex. 56. Legiones, quas in Africam ducturus erat et auxilia mittit ad trajectum. [Inscr. ap. Fabrett. p. 731. n. 450. Corpus scapharior. et lenuncularior. traject. Luculli, h. e. ubi Lucullus advenas trajicere solet. F.] P *Trajectus etiam nomen quorundam oppidorum fuit, v. g. Trajectus Mosae, hodie Maastricht, et Trajectus Rheni, hodie Utrecht. Posterioris meminit Ant. in Itin. omisso tamen v. Rheni. P Trajectum lingua Gallica oppidum sonat. Bed. Hist. 5, 12. V. Can-

gium in Gloss. Cellar. Geogr. Antiq. T. 1. p. 281. et cf. Ant. Itin. p. 86, 369 et 608. ed. Wesseling. B. A.

TRAJICIO et Transjicio, is, jeci, jectum, a. 3. διαβάλλω, trans et ultra jacio, jaciendo supero. De ratione scribendi in TRADITUS dictum est. Caes. B. C. 3, 19. Neque ullum telum per pactiones colloquendum transjiciebatur. Prop. 2, 9, 18. alio trajice tela tua. Liv. 25, 14. et 41, 4. Arreptum vexillum trans vallum hostium trajecit. Cic. Fin. 4, 9. med. Si Annibal ad portas venisset, murumque jaculo trajicisset. Or. Fast. 4, 781. Moxque per ardentis stipulae crepitantis acervos Trajicias celeri strenua membra pede. Prop. 4, 4, 75. super raros foeni flammantis acervos Trajicit immundus ebria turba pedes; et ib. 2, 35. Est etiam aurigae species Verturnus, et ejus, Trajicit alterno qui leve pondus equo, h. e. desultoris. Lucr. 4, 425. Et quocumque oculos trajicimus, omnia ferri. P Item transfundo. Varr. R. R. 1, 64. Quod est levissimum ac summum, ut trajiciant in alia vase. Scrib. Comp. 45. Cerussam terere in mortario, deinde in cacabum trajicere. P Item transfodio, transfigo, ἀναείλω. Caes. B. G. 5, 43. Pilum in hostes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem transjicit. Hirt. B. G. 8, 48. Commius lancea infesta medium femur ejus magnis viribus trajicit. Virg. A. 9, 633. sagitta Perque caput Remuli venit, et cava tempora ferro Trajicit. Id. ib. 10, 399. Tum Pallas, bijugis fugientem Rheotea praeter, Trajicit. Liv. 41, 11. med. Rex trajecit ferro pectus, ne vivus caperetur. Suet. Oth. 11. Uno se trajecit ictu infra laevam papillam. Adde Sen. Ben. 3, 23. f. Ov. Met. 6, 243. tento concita cornu, Sicut erant juncti, trajecit utrumque sagitta. Cels. 7, 8. et 9. Acu trajicere aliquid. P Item transvehio, navibus trans flumen, aut mare duco, διαπορεύω. Nep. Att. 2. Athenas se contulit: eodem magna partem fortunarum trajecit suarum. Caes. B. C. 1, 84. extr. Caesar equitum partem flumen transjicit. Planc. ad Cic. Fam. 10, 9. f. et ib. 11. Exercitum Rhodanum trajeci. Liv. 22, 21. et 23, 31. Legiones in Siciliam trajicere. Id. 2, 11. et 21, 26. copias trans flumen. Varr. R. R. 2, 7. Si flumen trajiciendum est. Alii leg. travchundum est. V. TRANSVEHO. P Trajicere se, flumen aut mare transire. Brut. ad Cic. Fam. 11, 13. f. Si quo etiam casu Isaram se trajecerint. Liv. 28, 18. f. et Val. Max. 9, 8. n. 1. Duabus navibus in Africam trajicisse sese in hostilem terram. P De itinere terrestri. Varr. R. R. 2, 4. med. Sus usque adeo pinguitudine crescere solet, ut se ipsa stans sustinere non possit, neque progredi usquam. Itaque eas si quis quo trajicere vult, in plostrum imponit. Brut. ad Cic. Fam. 11, 9. Si se Alpes Antonius trajecerit. P Trajicere flumen, transire. Liv. 21, 56. f. Cum ratibus Trebiam trajicerent. Claud. VI. Cons. Hon. 486. trajecit clypeo Tiberim. Suet. Caes. 57. Si flumina morarentur, nando trajiciens. P Ipsi etiam qui transeunt, trajicere dicuntur. Liv. 29, 22. f. Senatus censuit, primo quoque tempore in Africam trajiciendum. Just. 2, 13. med. Cum solum pontem offendisset, piscatoria scapha trepidus trajecit. Liv. 37, 13. Ad Aethaliam insulam trajecit; et mox: Romanae naves vacuo ab hostibus mari Samum trajecerunt. Id. 30, 2. Ne qua classis ex Africa trajiceret. Id. 30, 24. f. Ut classe quinquaginta navium Hasdrubal Aegimurum trajiceret. Just. 23, 1. extr. A Sicilia in Italiam trajecit. Liv. 7, 30. Cum videremus, ubi conflagrasset Sidicini, ad nos trajecturum illud incendium esse. Virg. A. 6, 536. roseis Aurora quadrigis Jam medium aethereo cursu trajecerat axem. P [*Dicuntur trajicere etiam res, quae ex loco in locum transeunt. Sic legitur de incendio ap. Liv. 31, 48. quum una direpta et incensa esset, trajecturumque id incendium, vel, ut ex continentibus tectis, in alteram tam propinquam coloniam esset. P Ponitur etiam notione perumpendi. Id. 42, 7. mediam trajecit (pars equitum) aciem, i. e. peruppit. P Porro notandum illud Prop. 1, 19, 12. Trajicit et fati littora magnus amor, i. e. superat, etiam post mortem durat, nos: Liebe ist stürker als der Tod.] P Adhibetur etiam pro transferre, universim. Just. 8, 5. Pecora pastores nunc in hibernos, nunc in aestivos saltus trajiciunt. Liv. 30, 10. Malos antennisque de nave in navem trajicere. Petr. fragm. Trag. 74. Burm. Annulum trajecit in dexteram manum. Papin. Dig. 26, 7, 38. med. et Paul. ib. 48, 13, 9. Trajicere pecuniam in provinciam. V. TRAJECTICIUS. P Translate. Cic. Div. Verr. 14. Cum ex illius invidia deonerare aliquid, et in te trajicere coepit. Or. Met. 12, 628. arbitrium litis trajecit in omnes. Quint. 9, 2. in. Romovere a se (culpam), et in alium trajicere. Liv. 2, 22. med. Ut de foedere rem ad novos magistratus trajicerent. Plerique leg. rejicerent.

TRALATUS. V. TRANSLATUS.

TRALLES, ium, m. plur. populi Illyrii, Τράλλες. Liv. 37, 39 et 40. P Item urbs Lydiae, prope fines Cariae. Unde

TRALLIANUS, a, um, adj. Τραλλιανός, ad Tralles Lydiae urbem pertinens. Cic. Or. 70. extr. Quasi vero Trallianus fuerit ipse Demosthenes. Id. Phil. 3, 6. Aricina mater: Trallianam aut Ephesiam putes dicere. P Tralliana pellis V. BABYLONICUS. P

Tralliani, orum, sunt incolae illius urbis. Cic. Fl. 22.

*TRALLICON, i, n. vetus oppidum Cariae, ad Harpasum flumen. Plin. 5, 29. B. A.

[TRALLIS, idis, f. patron. a Trallibus populis. Est cogn. R., ut Turpilia Trallis in Inscr. mendosa ap. Carl. Antiq. Ital. T. 3. p. XXXIX. et mutila ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 1201. quae nunc exstat in Mus. Semin. Venet. C. Turpilius Felix V. F. sibi, et Betuviae Feliculae, C. Pollenio Liberali Ful. (h. e. fulloni, ut in alia ap. Grut. 333, 5. Philomuso fulloni colleg. castrensi, etc.) collegio Dendrophorum, Turpills Vitali, Aprioni, Etruscae, Eulalo, Primo, Trallidi collibertis, C. Settidio Donato, L. Anno Venusto discipulis bonis. F.]

TRALOQUOR et Transloquor, eris, dep. 3. rem omnem enarro, a principio ad finem usque eloquor. Pl. Pers. 3, 3, 6. Trecentis versibus tuas impuritates traliquo nemo potest.

TRALUCEO. V. TRANSLUCEO.

TRAMA, ae, f. [ἤτριον, πλοκή, F.] textura panni, aut telae, quae ex stamine et subtemine consertis fit: a trameo, [quia fila staminis ita decussantur, ut subtemen immissum trameare possit. Varr. L. L. 4, 23. Trama, quod tranat frigus id genus vestimenti. Scal. legit: quod trameat frugionis (h. e. phrygionis) vestimentum. Videtur hic Varro loqui de eo opificio, quod Italis ricamo dicitur. F.] Sen. ep. 90. med. Quemadmodum tela suspensis ponderibus rectum stamen extendat: quemadmodum subtemen insertum, quod duritiam utrinque comprimentis tramae remolliat, spatha coire cogatur et jungi. Plin. 11, 24, 28. de aranei tela: Crebratae pexitas telae, et quadam politurae arte, ipsa per se tenax ratio tramae. P Translate. Pl. Rud. 5, 2, 35. Grip. Quid dare velis? La. nummos trecentos. Grip. tricenas. La. quadringentos. Grip. tramas putridas. La. quingentos. Grip. cassam glandem fabulare, h. e. res nullius pretii. Pers. 6, 73. mihi trama figurae Sit reliqua: ast illi tremat omento popa venter? h. e. macer ego sim, ossa ac pellis, et veluti sola textura ossium ac nervorum: ille vero bene habitus, et ventre promisso ex pinguitudine. P [Videtur autem Latinorum vulgus, olim trama dixisse non texturam staminis et subteminis, sed ipsum tantummodo subtemen, cum etiamnum Itali trama hac eadem significatione usurpent, et staminis, quod iidem orsojo dicunt, opponant. Id patet ex loco Servii ad illud Virg. A. 3, 483. Fert picturatas auri subtemine vestes: Filo, quod intra stamen currit, quod Persius (V. supra) trama dixit: nam male quidam subtemen stamen accipiunt, cum stamen de auro esse non possit. Venant. praef. ad Carm. acrostich. 5, 6. med. Littera vero, quae tingitur in descendenti versiculo, et tenetur in uno, et currit in altero, ut ita dicatur, stat pro stamine, et pro trama currit in tramite, h. e. inseruit tum complendo versiculo, qui in latus descendit et stamen repraesentat; tum incipiendo alteri, qui, ut trama in tela, transverse trameat in finali versiculo. F.]

[TRAMEN, inis, n. idem ac trama. V. v. praec. Not. Tir. p. 160. Tramen, stamen, subtemen. P Item pro subtemine. V. v. cit. Gloss. Philox. Tramen, ἄδορν. F.]

TRAMEO. V. TRANSMEO.

TRAMES, itis, m. τρίτος, callis, semita transversa, et minus frequens, et iter compendificiens: a trameo. [*Cf. Doederl. 4, 68.] Pl. fragm. ap. Varr. L. L. 6, 3. f. Domum ire coepi tramite recta via. Varr. ib. Trames a transverso dictus. Cic. Phil. 13, 9. Egressus est non viis, sed tramitibus, paludatus. Id. ib. 12, 11. Haec ego in urbe praevideo: facilis est circumspetus, unde exeam, quo progrediar, quid ad dextram, quid ad sinistram sit: num idem in Apennini tramitibus facere poteris? Sall. Jug. 52. Per tramites occultos exercitum Metelli antevenit. Id. Cat. 59. med. Uti per tramites occulte profugerat in Galliam. Liv. 2, 39. Inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus. Just. 38, 9. Fugientem Phraates equitum celeritate, per compendiosos tramites occupatum retrahit. Id. 44, 4. Relatum domum, tramite angusto, per quem armenta commeari consueverant, projici jubet. Suet. Aug. 16. med. Per devios tramites refugiens. P Servius ad illud Virg. G. 1, 108. supercilio clivosi tramitis undam Elicit: Tramites, inquit, sunt convalles, quae de lateribus utrinque perviae limitant montes: quae solent etiam saltus nuncupari. Sed hic tramitem nunc pro valle aut saltu accipere debemus. Virg. A. 11, 515. Furta paro belli convexo in tramite silvae, Ut bivias armato obsidam milite fauces. Prop. 3, 21, 23. Clitumnus ab Umbro Tramite fluit; et ib. 11, 44. Etsi forte meo tramite quaeris avem. P De quacumque via. Virg. A. 6, 676. Hoc superate jugum, et facili jam tramite sistam. Hor. Sat. 2, 3, 48. velut silvis, ubi passim Palantes error certo de tramite pellit, Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit. Ov. Fast. 3, 13. molli declivis tramite ripa. Stat. Th. 2, 48. de Taenaro: Hoc, ut fama, loco pallentes devius umbras Trames agit. Ov. de via, qua exiit ab Inferis, Met. 10, 53. Carpitur acclivis per muta silentia trames, Arduus, obscurus, caligine densus opaca. Prop. 4, 1, 103. Adspicienda

via est coeli, versusque per astra Trames, *h. e.* zodiacus, quem *Virg. G. 1*, 238. viam, *Or. Met. 2*, 130. limitem appellat. *Poeta aequalis Gellii 19*, 11. Dulcemque florem spiritus Duco ex aperto tramite, *h. e.* ex ore. *P* Videtur etiam sumi pro itione, qua ultro citroque transmeatur. *Prop. 3*, 14, 25. Dii faciunt, mea ne terra locet ossa frequenti, Qua facit assiduo tramite vulgus iter. *Virg. A. 5*, 609. de Iride: Illa viam celerans per mille coloribus arcum, Nulli visa, cito decurrit tramite virgo. *P* Translate est ratio, modus, via. *Lucr. 6*, 25. de Epicuro: Expositique bonum summum, quo tendimus omnes, Quid foret: atque viam monstravit tramite prono, Qua possemus ad id recto contendere cursu. *P* Allegorice. *Varr. L. L. 4*, 1. *med.* Non mediocres tenebrae in silva, ubi haec captanda: neque eo, quo pervenire volumus, semitae tritae: neque non in tramitibus quaedam objecta, quae euntem retinere possent. *Gell. 13*, 9. Videtis, hanc partem familiae non solum generis ipsius tramitibus, sed temporum quoque spatio differre, *h. e.* propagationibus transversalibus, tanquam diviticulis a via militari deductis.

TRAMIGRO. V. TRANSMIGRO.

TRAMITO. V. TRANSMITTO.

TRANATO et Transnato, as, a. 1. idem quod *trano*, natando transeo. *Caes. B. G. 1*, 53. Perpauci viribus confisi transnatare contenderunt. *Plin. 6*, 27, 31. Nec e Tigri pisces in lacum transnatare. *Id.* 8, 22, 34. Reverti ad stagnum, et cum transnataverit, effigiem recipere. *Adde Tac. H. 4*, 66. et *ib.* 5, 28 et 21. Praeterea multa sunt *Livii* loca, in quibus *transnatare*, et *tranatare*, et *tranare*, et *transnare* promiscue legitur in MSS. et editis libris: quae collegit *Drakenb.* ad *Liv. 21*, 27.

TRANATUS et Transnatus, a, um, part. a *trano*: nando trajectus. *Front. Strat. 1*, 7. et *ib.* 3, 13. Transnato flumine.

TRANAVIGO. V. TRANNAVIGO.

TRANO et Transno, as, avi, atum, a. 1. *δυναμιζομαι*, nando trajicio: a *trans* et *no*, as. De ratione scribendi V. in *TRADITUS*. *Caes. B. C. 1*, 48. f. Quibus erat proclive transnare flumen. *Hirt. A. Alex. 29. med.* Equites demissioribus ripis flumen transnarent. *Liv. 1*, 10. f. In Tiberim desiluit, et incolumis ad suos transnavit. *Tac. A. 2*, 17. f. Tranare Visurgim conantes. *Lucr. 1*, 15. ferae pecudes rapidos tranant amnes. *Stat. Ach. 1*, 451. Pelasgas Ut vidit transnare rates. *Virg. G. 3*, 270. superant montes, et flumina tranant. *Id. Cul. 214*. Lethaeas transnare per undas. *Curt. 8*, 13. Quasi flumen transnatus foret. *P* Passive. *Or. A. Am. 2*, 181. Obsequio tranantur aquae. *Virg. Cul. 359*. Elysiam tranandus agor delatus ad undam. *P* Item quocumque modo transire, transmeare. *Stat. Th. 9*, 311. sublimi transnante flumina curru. *Virg. A. 4*, 245. agit ventos et nubila tranat. *Lucr. 4*, 177. Tranare auras. *Sil. 3*, 682. per auras In Libyen niveis tranavit concolor alis. *Id. 13*, 185. sagitta tranat per auras; et *ib.* 238. tranavit hasta viri pectus. *Id. 16*, 335. ingentia tranat Exsultans spatia. *Lucr. 4*, 602. Tranare foramina. *Sil. 17*, 366. pericula.

TRANQUILLATUS, a, um, part. a *tranquillo*: tranquillatus factus. *Nep. Att. 4*. f. Tranquillatis rebus Romanis, remigravit Romam.

TRANQUILLÉ, adv. *γαλήνως*, leniter, placide, citra motum et perturbationem. *Cic. Tusc. 3*, 11. f. Si volumus hoc, quod datum est, vitae tranquille placideque traducere. *Id. Or. 28*. f. Qui nihil potest tranquille, nihil leniter, nihil partite, definite, distincte, facete dicere. *Pl. Cist. 1*, 1, 112. Sed amabo, tranquille: ne quid, quod illi doleat, dixeris. *Sen. ep. 71. med.* Animus tranquillius inter divina mansurus. *Suet. Aug. 2. med.* Tranquillissime senuit.

[TRANQUILLINUS, a, um, adj. ad tranquillum pertinens. Est cogn. R., ut Furia Sabinia Tranquillina uxor Gordiani III. Aug. in *Inscr. ap. Mur. 251*, 6.

TRANQUILLITAS, atis, f. *γαλήνη*, *γαλήνότης*, quies maris tempestatis expertis, ut *serenitas* est status quietis coeli. [*Cf. in *TRANQUILLUS*.] *Cic. Acad. 4*, 31. *med.* Proficisci probe navigio, bono gubernatore, ac tranquillitate. *Id. Att. 6*, 8. *med.* Nos longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. *Caes. B. G. 3*, 15. Tanta subito malacia ac tranquillitas exstitit, ut se loco naves movere non possent. *Liv. 26*, 11. Ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur: *scilicet* aeris. [**Plin. Pan. 66*, 3. quos insidiosa tranquillitas proventus improvisus turbo percuderat: ubi notandus hujus vocabuli in mala re rarior usus. Cf. *TRANQUILLUS*.] *P* Per translationem accipitur pro quavis quiete, ut *tranquillitas vitae*, et *animi*, hoc est securitas motuum omnium, et perturbationum expertis. *Cic. Tusc. 4*, 5. f. In parte animi, partem rationis ponunt tranquillitatem, id est placidam quietamque constantiam. *Id. Or. 1*, 1. Nam qui locus quietis et tranquillitatis plenissimus fore videbatur, etc. *Id. Off. 1*, 20. f. Ut tranquillitas animi, et securitas adsit. *Id. Mur. 27*. Qui remoti a studiis ambitionis, otium ac tranquillitatem vitae secuti sunt. *Tac. Agr. 40*. Tranquillitatem et otium penitus auxit. *Sen. Tranq. 2*. Magnum et summum

est, Deoque viciniam, non concuti. Hanc stabilem animi sedem Graeci *εὐθυμία* vocant: ego tranquillitatem voco. *Petr. Sat. 118*. Forensibus ministeriis exercitati, frequenter ad carminis tranquillitatem, tanquam ad portum faciliorem, confugerunt. *P* De colore. *Plin. 37*, 10, 56. Cinaediae praesagiunt habitum maris, nubilo colore, aut tranquillitate. *P* *Tranquillitas tua*, sequiori aevo est compellatio magnorum principum. Habetur ap. *Eutrop. praef. et 1*, 12.

TRANQUILLO, adv. V. TRANQUILLUS.

TRANQUILLO, as, a. 1. *γαλήνιος*, tranquillum facio, tempestates sedo. *Plin. 2*, 103, 106. Mare tranquillatur oleo. *P* Translate sumitur pro sedare, lenire, liberare a perturbationibus, cui opponitur *perturbare*. *Cic. Top. 26*. Ut aut perturbentur animi, aut tranquilluntur. *Pl. Capt. 1*, 2, 21. Vultum alicujus tranquillare, *h. e.* exhilarare. *Hor. Ep. 1*, 18, 102. Quid pure tranquillet, honos, an dulce lullum.

TRANQUILLUS, a, um, adj. *γαλήνιος*, quietus, sedatus, placidus: et proprie de mari dicitur, quando nulla exagitatur tempestate, ut *serenus* de coelo. [*Cf. *Gronov. et Drakenb.* ad *Liv. 3*, 14, 6. 28, 27, 11. et *Doederl. 1*, 81. — De discrimine inter *h. v.* et *quietus* *Ernesti n. 2068*. docet, usurpari *tranquillus* de rebus et animo, *quietus* de rebus et personis: quod *Doederl. 1*, 80. non ubique scriptorum locis confirmari demonstrat, coll. *Cic. Or. 52*. *Isocrates* in transferendis verbis tranquillior. Accuratus *Weber Uebungsschule 1*. p. 136. significare *tranquillus* sedatum, perturbationum expertem animi statum, opp. affect. vehementia, deducta metaphora a mari pacato: *quietus* dici de eo, qui labore vacuus, otio, somno tempus transigit. Hinc *tranquillus* nonnisi bono sensu; *quietus* in utramque partem posse adhiberi. — Etym. facit *Doederl. 1*. 1. a *traho*, ita ut *tranquillus* frequent. forma sit ab *in. traculus*.] *Cic. Cluent. 49. f.* Mare, quod sua natura tranquillum est, ventorum vi agitur atque turbatur. *Liv. 24*, 8. *med.* Quilibet nautarum vectorumque tranquillo mari gubernare potest. *Or. Pont. 2*, 7, 8. Tranquillas etiam naufragus horret aquas. *Val. Fl. 2*, 609. Tranquilla aequora. *Plin. 2*, 79, 81. Tranquillum coelum, *h. e.* sine vento; et *ib.* 45, 44. Tranquillus dies. *Id. 9*, 27. Tranquillae noctes. *Liv. 2*, 61. Tranquilla serenitas. *P* Absolute. *Pl. Cas. prol. 26*. Tranquillum est, alcedonia sunt circum forum. *Plin. 9*, 10, 12. Testudines eminenti dorso per tranquilla fluitantes. *Sen. Troad. 200*. Immoti jacent Tranquilla pelagi. *Liv. 31*, 23. Primis tenebris movit, et tranquillo pervectus Chalcidem, etc. *scilicet* mari. *Sic 24*, 8. Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi paene sumus. *Sen. ep. 85. f.* Tranquillo, ut ajunt, quilibet gubernator est. *Plin. 9*, 7, 6. Saepe adnotata piscium aestivo calore quaedam anhelatio, et alia tranquillo velut oscitatio. *Cic. Off. 1*, 24. In tranquillo tempestatem adversam optare, dementis est. *P* Translate est pacatus, placidus, quietus, sedatus, expertis perturbationum. *Cic. Off. 1*, 29. Appetitus sint tranquilli, atque omni perturbatione animi careant. *Pl. Cist. 3. v. 21*. Facere aliquem ex irato tranquillum. *Id. Poen. 5*, 4, 66. Hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorum. *Ter. Andr. 3*, 5, 14. Qui me hodie ex tranquillissima re coniecisti in nuptias. *Cic. Fin. 1*, 21. Placata, tranquilla, quieta, beata vita; et *ib.* 18. Nihil quieti videre, nihil tranquillipotest. *Id. Or. 1*, 8. Pacatae tranquillaeque civitates. *Sall. Cat. 16. extr.* Tutae tranquillaeque res omnes. *Plin. ep. 3*, 20. Omnia disposita, moderata, tranquilla, majestatem loci pudoremque retinebant. *Cic. Sen. 20. med.* Tranquillo animo esse. *Id. Att. 7*, 7. Cetera videntur esse tranquilla: tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc aequi boni facit; et *Liv. 2*, 63. Consules, educta ex urbe juventute, tranquilliorum ceteram plebem fecerunt. *Id. 38*, 28. In ceteris provinciis tranquillae res fuerunt. *Cic. Att. 14*, 3. Tranquillae tuae quidem litterae: quod utinam diutius, *h. e.* tranquilla omnia nuntiantes. *Id. Tusc. 3*, 15. Frons tranquilla et serena. *Id. Pis. 15*. Mem illud turbulentissimum tempus tuo tranquillissimo praestat. *Hor. Sat. 2*, 1, 57. tranquilla senectus. *Lucan. 1*, 171. pax. *Id. 2*, 266. tranquilla otia sine armis agere. *Id. 1*, 129. alter (*Pompejus*) vergentibus annis In senium longoque togae tranquillior usu; et *Lucr. 3*, 294. tranquillum pectus, et vultus serenus. [**Vell. 2*, 127. f. vultu vitaeque tranquillum, animo exomnem.] *Pl. Ep. 3*, 4, 8. tranquillous locus, *h. e.* ubi tranquille agitur. *P* Refertur aliquando ad rationem dicendi. *Cic. Or. 52. f.* Est enim *Isocrates*, ut in transferendis faciendisque verbis tranquillior, sic in ipsis numeris sedatior. *P* Absolute. *Pl. Amph. 1*, 2, 16. Seditioem in tranquillum ex saevis transfert tempestatibus. *Liv. 3*, 40. *med.* Bellis perfectis, republica in tranquillum redacta. *Id. 4*, 43. In urbe ex tranquillo nec opinata moles discordiarum exorta est. *Ter. Phorm. 4*, 4, 8. Qui te ad scopulum e tranquillum inferat. *Id. Eun. 5*, 9, 8. Meo fratri gaudeo amore omnem in tranquillo esse. *Lucr. 5*, 11. Fluctibus e tantis vitam, tantisque tenebris In tam

tranquilla, et tam clara luce locavit. *Liv. 3*, 14. f. Cetera tribuni tranquillo peregere. *P* Tranquillo adverbii modo. *Val. Fl. 1*, 38. tranquilla tuens, nec fronte timendus. *P* Est etiam cogn. R. ut C. Suetonius Tranquillus grammaticus, rhetor et historicus. V. *SUETONIUS*.

TRANS, *πέραν*, ultra: praepositio accusativum regens. *Cic. Att. 12*, 19. Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos parare. *Id. Fam. 2*, 15. f. Tuae res gestae ita notae sunt, ut trans montem Taurum etiam de Matrinio sit auditum. *Id. Quint. 3*. Tollitur ab atrii Licinii Naevius, et trans Alpes usque transfertur. *Caes. B. G. 1*, 1. et 5. Qui trans Rhenum incolunt. *Pl. Merc. 2*, 3, 19. Trans mare hinc illam venum asportet. *Virg. Ecl. 8*, 102. trans caput jace cineres. *Or. Met. 9*, 114. curvos trans ripam miserat arcus. *Hor. Ep. 1*, 11, 27. qui trans mare currunt. *P* Translate. *Quint. decl. 6*, 10. f. Non nisi ab ultimo parricidio exigitur poena trans hominem, *h. e.* ultra, et postquam morte homo esse desiit. *P* In compositione si sequatur vocalis, integra manet: si consonans, modo *ns* amittit, modo retinet, ut *trajicio* et *transjicio*, *trahatio* et *trahatio*, *trahatio*, *trahatio* et *trahatio*, *trahatio* et *trahatio*, etc. V. *TRADITUS*. *P* [*Etymon hujus vocis plerique faciunt a Gr. *πέραν*: *Scheid. ad Sanct. Min. p. 228*. derivat a *traho*. Utramque ferri posse putat *Doederl. 3*, 110. quamquam synonymiae rationem, quam *Scheid.* demonstrat: ut *trans* idem sit, ac si dixeris *tractionem* s. *κατά* *tractionem* *eximie* pro fluvium, vallem: haud facile unquam satisfacturam censet. — Significatus differentiam inter *h. v.* et *ultra* haud quidem difficilem intellectu beneque expositam a *Buttm.* in *Lexil. 2*. p. 25. uberior persequitur exemplisque illustrat *Doederl. 1*. 1.]

TRANSABEO, is, n. anom. *διαπορεύω*, ultra abeo. *Val. Fl. 4*, 510. de harpyis fugientibus: Turbine sic rapido populos atque aequora longe Transabeunt. *Stat. Th. 6*, 507. at hunc putri praeter tellure jacentem Taenarei currus, et Thessalus axis, et heros Lemnius, obliqua quantum vitare dabatur, Transabiere fuga. *P* Item trajicio, transigo. *Virg. A. 9*, 431. viribus ensis adactus Transabit costas, et candida pectora rupit. Alii leg. *Transadigit*, a *transadeo*, is, eod. sensu: alii *transadigit*. *Adde Stat. Th. 2*, 9. *Id. ib. 9*, 224. Lernaem jacit ipse trabem: volat illa sagittis Aequa fuga, mediumque, nihil cunctata, Politen Transabit, et juncti clypeum cavat improba Mopsi, *h. e.* transigit Politen, et porro pergens perforat Mopsi clypeum. *Adde Sil. 12*, 264.

*TRANSACINCUM, i, n. oppidum Pannoniae inferioris, cui opponebatur Acincum. *Not. Imp.* *P* Hodie vocatur *Pest. B. A.*

TRANSACTIO, onis, f. *περάσις*, actus transigendi, peractio. *Tert. Anim. 55. med.* Cum transactione mundi reserabuntur regna coelorum. *P* Item pactio inter litigantes de re dubia, et lite incerta, neque finita, *συμβεβασμός*. *Scaev. Ulp. et Hermog. Dig. 2. tit. 15.* qui De transactionibus inscribitur l. 3. 7. etc. Transactionem facere. *Paul. ib. 50*, 16, 230. Transactione composita. V. *TRANSIGO*.

TRANSACTOR, oris, m. *διαπρακτωρ*, qui transigit, cujus ministerio ad rei alicujus transactionem utimur. *Cic. Verr. 2*, 2, 28. Qui est rerum hujusmodi omnium transactor, et administrator.

TRANSACTUS, a, um, part. a *transigo*: *διαπρακτωμένος*, peractus, perfectus, absolutus. [*Mirum quantum *Forc. h. l.* notionum exemplorumque ordinem miscuit, quem in melius redactum habes in *REDIGO*.] *Ter. Ad. 2*, 4. f. Transacta re, convertam me domum cum obsonio. *Pl. Cas. prol. 84*. Transacta fabula. *Id. Capt. 2*, 2, 95. Hic omne transactionem reddet, si illic venerit. *Cic. Or. 2*, 4. Transactis jam meis partibus, ad Antonium audientium venistis. *Id. Tusc. 4*, 25. Cum jam rebus transactis et praeteritis orationes scribimus, num irati scribimus? *Tac. H. 2*, 38. f. Singulis velut ictibus transacta bella. *P* Illud *Ter. Andr. 1*, 5, 13. Facta transacta omnia, *Donat.* proverbiale esse ait in id negotii, de quo nihil supersit ad agendum. *Sic Cic. Cat. 3*, 6. f. Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est. *Id. Fam. 14*, 4. Si est spes nostri redditus, eam confirmes, et rem adjuves: sin, ut ego metuo, transactionem est, quoquo modo potes, ad me fac venias. *P* Est etiam transactione compositus. *Ulp. Dig. 2*, 15, 2. et *Papin. ib. 17*. Transactionem negotium. *Ulp. ib. 38*, 17, 1. f. Quod ait senatus, Quae iudicata, transacta, finitave sunt: ita intelligendum, ut transacta debeamus accipere scilicet bona fide, ut valeat transactio. *P* Item transfixus, trajectus. *Lucan. 9*, 824. et 828. Biliscus cuspe Murri transactus. *P* Item transadactus. *Sen. Oep. 357*. Ferrum per ambos tenues transactionum pedes. *P* Item elapsus, actus, de tempore. *Nep. Them. 9. extr.* Annum mihi temporis des, quo transacto, etc. *Tac. Agr. 18*. Transacta aetas. *Suet. Cal. 59*. Nulla nox sine aliquo terrore transacta. *Id. Tib. 11. f.* Transactio tribuniciae potestatis tempore.

TRANSADACTUS, a, um, part. a *transadigo*.

Appul. Met. 8. Ferro sub papillam dexteram transadacto.

TRANSADÉO, is, a. anom. transabeo, transfigo. V. TRANSABEO.

TRANSADIGO, is, a. 3. ita adigere, seu inigere aliquid, ut ex altera parte exstet. Virg. A. 12, 507. et qua fata celerrima, crudum Transadigit costas et crates pectoris ense. Appul. Met. 4. Sumptum gladium suum per medium pectus ictu fortissimo transadigit. P Transadigere aliquem, transfigere, trajicere, διαπεριέρω, Virg. A. 12, 273. Horum unum ad medium, teritur qua subtilis alvo Balteus, egregium juvenem, et fulgentibus armis, Transadigit costas. Stat. Th. 5, 125. Quatuor hos una, decus et solatia patris, Transadigam ferro. Sil. 10, 140. Haec fatus jaculo Lucam, qui maximus aevi, Transadigit. Appul. Met. 9. Injecta lancea, duorum alterum per pectus medium transadigit.

TRANSALPUBUS, adverbii ritu, trans Alpes. Gell. 15, 30. f. Petoritum enim est non ex Graeca dimidiatum, sed totum transalpubus. Gronov. mallet in, vel de transalpubus. Alii ediderunt transalpubus factum. Simile est illud Flori 2, 3. Sic de subalpubus, id est de sub ipsis Italiae faucibus. V. v. sq.

TRANSALPICUS, a, um, adj. idem ac Transalpinus. Not. Tir. p. 144. Transalpes, Transalpicus, Transalpinus.

TRANSALPINUS, a, um, adj. qui trans Alpes est. Cic. Mur. 41. Transalpina Gallia. Id. Fam. 9, 15. Bracatae, et Transalpinae nationes. Id. Off. 2, 8. Transalpina bella. Suet. Caes. 24. Legio una ex Transalpinis conscripta. Cic. in Sen. 7. Cognatio materna Transalpini sanguinis.

TRANSAUSTRINUS, a, um, adj. [*i. q. austrinus.] Capell. 6. p. 197. de zonis: Altera regio transaustrini halitus desertione contrahitur.

[TRANSBENEVENTANUS, a, um, adj. qui trans Beneventum est, urbem Hirpinorum in Italia. Paul. Nol. carm. 27, 377. quod illum Transbeneventanis finibus advenientem, etc. F.]

TRANSIBO, is, a. 3. idem quod bibo, ut Dare aliquod transibendum, ap. Coel. Aurel. Tard. 4, 7. f. et ib. 8. med.

[TRANSCENDENTIA, ae, f. idem ac transcensus. Aggen. in Front. p. 63. Goes. Initialis controversiae status transcendit in controversiam, quae est loco tertio: transcendentiam non habet de hoc (status) effectivus, sed dum consummatus fuerit, nascitur. F.]

TRANSCENDO, is, di, a. 3. ἀναβαίνω, ascendendo transgredior: a trans et scando. Lucan. 4, 175. audeat transcendere vallum miles. Caes. B. G. 7, 70. med. Fossam transire, et maceriam transcendere conantur. Cic. Somn. Scip. 6. f. Transcendere Caucasum, vel Gangem transnatare. Liv. 36, 24. Partim per semiruta, partim scalis integros muros transcendere. Caes. B. C. 3, 46. Transcendere fossas; et ib. 1, 67. med. valles maximas ac difficillimas; et ib. 58. f. in hostium naves. Just. 37, 3. Inde in Bithyniam transcendit; et Liv. 28, 42. med. Cum Hasdrubal in Italiam transcendit. Id. 3, 8. Nuntiantibus Hernicis, in fines suos transcendisse hostes. Tac. A. 4, 44. Exercitu flumen transcendere. Prop. 1, 14, 19. limen, h. e. domum ingredi. Paul. Petroc. Vit. S. Mart. 1, 241. Nec transcendendi praetenta obstacula muri. [*Ap. Liv. h. v. usurpatur interdum de finium, sive de ea transgressione, quae ex una regione in alteram ab exercitu fit. Ita 10, 20. Per Vescinos in Campaniam — transcendunt. Porro 28, 31. In Sedetanum agrum transcendunt.] P Translate. Liv. 40, 9. et 11. Transcendere ordinem aetatis, naturae, moris Macedonum, juris gentium, h. e. non servare. Lucr. 3, 59. avarities, et honorum caeca cupido Quae miseros homines cogunt transcendere fines Juris. Quint. 7, 1. med. Nemo tam demens fuerit, ut id, quod firmissimum duxerit se habere, remittat, et ad leviora transcendat, h. e. dicendo transeat. [*Cf. Vell. 2, 130, 3.] Jul. Hyg. ap. Gell. 16, 6. extr. Ex minore aetate in majorem transcendisse. Sen. Troad. 702. Transcendere aliquem aetate, h. e. diutius vivere; et ib. ingenio, h. e. superare. Id. Thyest. 912. Vota transcendit mea, h. e. plus quam optabam obtinui. Tac. A. 3, 54. Prohibita impune transcendere, h. e. violare. Sil. 3, 607. At tu transcendens, Germanice, facta tuorum, h. e. superans, transiens. [*Familiaris est haec dicendi ratio Silio. Cf. 4, 428. et 1, 226.] Appul. Apol. Ad testimonium illud Crassi a suspitionibus Aemiliani transcensus. [*Liv. 9, 44. an (Piso) consulto binos consules, falsos ratus, transscenderit etc., i. e. omiserit. Simili ratione positum h. v. est ap. Eund. 32, 7. transcendendo media, summa imis continuare.] P Scribitur et transcendendo, ut transcribo, servatis scilicet omnibus praepositionis litteris: sic transulto, transsumo, transuo.

TRANSCENSUS, a, um, part. a transcendendo, scandendo trajectus. Sen. Ruf. Brev. 6. Transcensus Alpibus, feliciter adversus eos pugnavit.

TRANSCENSUS, us, m. actus transcendendi. Ammian. 19, 5. f. Occurrere multitudini transcensu scalarum jam propugnacula ipsa prensanti.

TRANSCINDO, is, scindi, scissum, a. 3. κατακόπτω, omnino scindo, cincindo, lacero. Pl. Pers. 4, 8, 1. Transcidi loris omneis adveniens domi. P Hoc praeteritum potest etiam duci a trans, et caedo, quod multis criticis magis placet.

[TRANSCOLO, as, a. 1. per colum transadigo. Theod. Prisc. 4, 1. in. Reliquum vinum permiscens cum passo Cretico coque: agitatum transcolat in trollionem. F.]

*TRANSCORPORO, as, a. 1. Vet. Interpr. Iren. 1, 24. B. A.

TRANSCRIBO, is, ipsi, ptum, a. 3. ἀπογράφω, ab alio describo, exscribo. Cic. N. D. 3, 50. L. Alenus transcripsit tabulas publicas, cum chirographum sexprimorum imitatus est, [*i. e. describere corrumpendi causa, ut Cluent. 24.] Auct. ad Her. 4, 4. Si vestra manu fabulas aut orationes totas transcripsissetis. Plin. 14, 2, 4. n. 5. Graecinus, qui aliqui Cornelium Celsum transcripsit. Id. praef. med. Transcribere aliquid ad verbum. P De pingentibus: nam γράφω et scribere, et pingere est. Plin. 25, 2, 4. Pinxere effigies herbarum, atque ita subscribere effectus. Verum et pictura fallax est, et coloribus tam numerosis, praesertim in aemulatione naturae, multum degenerat transcribentium sors varia. P Interdum significat scribere in coloniam, h. e. transferre ex urbe in aliam urbem. Virg. A. 5, 750. Transcribunt urbi matres. Ubi Servius: Romani moris verbum est. Transcripti enim in colonias deducebantur. Cic. et Liv. verbo adscribere hoc sensu usi sunt, ille Phil. 2, 40., hic 31, 49. et 33, 24. P Translate. Sen. ep. 4. Cum puerilem animum deposueris, et te in viros philosophia transcriperit. Sen. alter Thyest. 13. In quod malum transcribor! P Interdum per scripturam, seu instrumentum rem nostram in alterius dominium transferre. Proculus Dig. 19, 5, 12. Ut eos fundos eodem pretio mulier viro transcriberet. Scaevola ib. 32, 1, 39. med. Agri plagam Publico et Cajo transcribi volo, pretio facto viri boni arbitratu. Hinc translate Virg. A. 7, 421. Turne, patiere, tua Dardanibus transcribi sceptrum colonis? h. e. transferri, tradi. Ov. Met. 7, 172. ergo ego cuiquam Posse tuae videor spatium transcribere vitae? h. e. annos tibi demere, et parenti tuo addere? ut supra v. 168. dixerat. Id. ib. 190. tuasque Aeacus in poenas ingeniosus erit: In te transcribet veterum tormenta virorum. Manibus antiquis causa quietis eris, h. e. in te transferet. Sidon. carm. 2, 461. Acquisita meo serviti Creta Metello: Transcripsi Cilecas, h. e. cessi, in tuam ditionem transtuli. Quint. decl. 12, 18. Spiritus nostros transcribis, salutem nostram exponis, h. e. ea, quae ad vitam tuendam nobis opus sunt, aliis tradis. V. TRANSCRIPTIO. [*Huc pertinent etiam, quas ap. seriores poetas, imprimis autem ap. ecclesiasticos scriptores usurpatae videmus elocutiones istas: transcribi in malum, in servituti obsequia, vita pauperum transcribitur in spolia fraudulentorum, transcribi in jus emptoris, etc. quae omnia et plura laudavit Gron. in Observ. in Eccl. 16. p. 640. ed. Fr.] P Transcribere nomina, mutare creditoris nomen, et in alium transferre jus exigendi: vel contra, mutare nomen debitoris, et in se suscipere obligationem solvendi. Liv. 35, 7. Cum multis fenebris legibus constricta avaritia esset, via fraudis inita erat, ut in socios, qui non tenebantur iis legibus, nomina transcriberent. Cajus Dig. 16, 1, 13. Si hereditatem emerit, et aes alienum hereditarium in se transcribat. V. TRANSCRIPTICIUS. P Transcribere milites, ex uno in alium ordinem transferre. Val. Max. 2, 7. n. 9. et 15. Turmas equitum, ademptis equis, in funditorum alas transcripsit. P Scribitur et transcribo, ut in TRANSCENDO dictum est.

TRANSCRIPTIO, onis, f. [translatio obligationis in alium, quae fit transcribendo ejus nomen. V. v. praec. Cajus Institut. (ed. Goesch.) 3. §. 130. A persona in personam transcriptio fit, veluti si id quod mihi Titius debet, tibi id expensum tulero, id est, si Titius te delegaverit mihi. F.] P Est etiam translatio criminis in alium, excusatio. Quint. decl. 13, 11. Jam privati veneni transcriptio est: scil. dives causabatur, se nihil deliquisse, quia in privato suo apes pauperis vicini veneno necasset.

[TRANSCRIPTICIUS, a, um, adj. ad transcriptionem pertinens. Cajus Institut. (ed. Goesch.) 3. §. 128. Litteris obligatio fit veluti in nominibus transcripticiis: fit autem nomen transcripticius duplici modo. V. TRANSCRIBO. F.]

TRANSCRIPTUS, a, um, part. a transcribo: descriptus, exscriptus. Cic. Cluent. 14. Testamentum in alias tabulas transcriptum signis adulterinis obsignavit. Plin. H. N. praef. med. Transcriptus ad verbum. Gell. 2, 2. f. Posuimus verba Quadrigarii, ex annali ejus sexto transcripta. P Item alienatus, venditus, alteri concessus, ut in TRANSCRIBO dictum est. Impp. Acad. et Honor. Cod. 11, 2, 3. Auctores transcripti praedii teneantur obnoxii.

*TRANSCUDANI, orum, populi Lusitaniae. Inscript. ap. Grut. p. 162. n. 3. B. A.

TRANSCURRO, is, transcurri, et transcurre, ursum, a. 3. μετατρέχω, ultra curro, cursu me aliquo confero. Pl. Mil. 2, 6, 43. Cito transcurro curriculo ad nos: post, quando exierit Sceledrus,

cito transcurrito ad vos rursus curriculo domum. Ter. Eun. 4, 6, 25. Ego hinc transcurro ad forum. Liv. 25, 39. Captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est. Curt. 4, 13. med. Haud dubius sine noxa transcururos, si nemo se opponeret. Ter. Hec. 3, 4, 17. Transcurso in arcem opus est tibi, h. e. transcurrendum est. Virg. A. 9, 111. ingens Visus ab Aurora coelum transcurrere nimbus. Lucr. 4, 192. transcurrere per spatium. Sil. 12, 414. per geminum transcurrit tempus arundo. Suet. Cal. 24. Cum noctu profugisset ab urbe, transcurrissetque Campaniam, Syracusas petiit. Ov. Met. 14, 358. effugiem, nullo cum corpore, falsi Finxit apri, praeterque oculos transcurrere regis Jussit. Plin. 2, 26, 25. Fax praeter ora populi meridiano transcurrit. Claud. III. cons. Honor. 208. Bacchi transcurrere metas; (Adde Petr. Sat. 136.) et Gell. 5, 10. Tempus transcurrit. Colum. 3, 10. Reliquas trunci partes humor omnis et alimentum transcurrit, dum ad ultimum perveniat. P De navigantibus. Caes. B. C. 1, 58. Remos transcurrentes detergere, si possent, contendebant. Val. Fl. 4, 614. limite recto Puppis, et aequali transcurrat carbasus aura. Id. 8, 176. redeuntibus aura Gravior, et notae Minyis transcurrere terrae. P Translate. Cic. Brut. 81. Dum Cyri, et Alexandri similis esse voluit, qui suum cursum transcurrerant, h. e. non per gradus, sed quasi saltibus cursum gloriae confecerant. Hor. Sat. 2, 2, 80. Hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam; [*Vell. 2, 1, 1. a virtute descitum, ad vitia transcursum.] et Auct. ad Her. 4, 34. Translationem dicunt pudentem esse oportere, ut cum ratione in consimilem rem transeat, ne sine delectu temere et cupide videatur in dissimilem transcurrere. Claud. Laud. Stil. 2, 51. in prolem transcurrit gratia patrum. P Brevi perstringere, cursim dicere, Sen. Contr. 1, 2. med. Cestius timuit se in narrationem demittere, sed illam transcurrit. Quint. 9, 3. f. Haec omnia copiosius sunt executi, qui non ut partem operis transcurrerunt, sed proprie libros huic operi dedicaverunt. Plin. 34, 8, 19. Distinctis celeberrimorum (statuvariorum) aetatibus, insignes raptim transcurram. Adde Quint. 4, 2. in.

TRANSCURSIO, onis, f. decursus. Imp. Justin. Cod. 6, 23, 27. f. Testamenta mortuorum per decennium transcursum evanescent, nullo patitur modo. [TRANSCURSORIUS, a, um, adj. qui facile transcurritur. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 3, 36. Neque id breve, aut transcursorium fuit. F.]

TRANSCURSUS, a, um, part. a transcurro: currendo transitus. Ammian. 21, 7. extr. Euphrate navali ponte transcurso. Appul. Met. 9. in. Raptim transcurra prima porticu. Id. Flor. n. 1. Haec ignorantibus transcurra, h. e. non animadversa.

TRANSCURSUS, us, m. μεταδρομή, actus transcurrendi, transcurio. Sen. Q. N. 2, 7. Avibus maximis minimisque per aera transcursum est. Suet. Aug. 90. Consternatus per nocturnum iter transcursum fulguris. P [*Vell. frequenter hac voce utitur ad significandam scripturae suae breviter. Cujus generis exempla Forc. perperam antecessentibus adscriperat] 2, 55. Admonet promissae brevitatis fides, quanto omnia transcursum dicenda sint; et ib. 99. med. Illud etiam in hoc transcursum dicendum est; et ib. 86. In hoc transcursum tam arctati operis. P In transcursum, obiter, breviter. Plin. 18, 13, 34. In transcursum ea (rapa) attigere nostri: paulo diligentius Graeci. Id. 3, 5, 6. in. Breviter atque in transcursum.

TRANSDANUBIANUS, et Transdanuvianus, a, um, adj. qui trans Danubium Germaniae fluvium habitat. Liv. 40, 58. f. Transdanubiana regio. Inscr. sub Vespasiano Imp. ap. Grut. 453. Plura quam centum mill. ex numero Transdanuvianorum ad praestanda tributa transduxit.

TRANSDITUS. V. TRADITUS.

TRANSDO. V. TRADO.

TRANSDUCCO. V. TRADUCCO.

TRANSENNÄ, ae, f. κεννίς, opus cancellatum, sive reticulatum, atque, ut Graeci vocant, δικτυωτόν, cancelli ferrei, vel lignei, vel viminei, qui fenestris, aut etiam mercibus oppositi visui pervis sunt. Appellatio ex eo videtur esse, vel quia aspectus transeat, contra quam fit in corpore solido, vel quia perticae, unde transenna fit, se transeant mutuo, ut quae lignis constant transversis. Ita Voss. in Etym. Sed Non. 2, 859. interpretatur fenestram. Per transennam aspicere proverbialis locutio est, qua significatur non propius, neque singillatim, sed procul, obiter, et summatim inspicere, tractaque videtur a mercatoribus, qui mercibus quas contractari nolunt, cancellos obijciunt, ut praetereuntibus procul modo contemplari liceat, nec explicant eas nisi licitatori idoneo. Cic. Or. 1, 35. med. Similiter nunc petis a Crasso, ut eam copiam ornamentorum suorum, quam constructam uno in loco, quasi per transennam praetereuntis strictim aspeximus, in lucem proferat, et suo quidque loco collocet. Sunt qui putant, locum hunc Ciceronis corruptum esse, itaque legi debere, ut verba illa per transennam delenda sint, tanquam a librariis per imperitiam intrusa: quorum sententiae, seu potius

87

aut proprium deest, aut translatum proprio melius est. Cic. Or. 3, 37. Utemur verbis, aut iis, quae propria sunt, aut iis, quae transferuntur, et quasi alieno in loco collocantur. Id. Or. 19. f. Intextunt fabulas, verba apertius transferunt; et ib. 25. Indecorum apparet, cum verbum aliquod altius transfertur, idque in oratione humili: quod idem in alia deceret. Adde ib. 27. P. Trafero quidam leg. ap. Lucr. 3, 518., item ap. Cic., ut dictum est in TRADITUS.

TRANSFIGO et Trafigo, is, ixi, ixum, a. 3. διαπέλω, trajicio, transigo. Caes. B. G. 5, 44. Transfigitur scutum Pulioni, et verutum in balteo defigitur. Nep. Dat. 11. Aversum ferro transfixit. Pl. Most. 2, 1, 11. Qui hastis corpus transfigi solent: ελληνοποιός. Mart. 5, 50. Meque petis stricto medium transfigere ferro. Liv. 21, 8. f. Ferrum pedes tres longum, ut cum armis transfigere corpus posset. Id. 2, 46. Q. Fabium gladio per pectus transfigit. Id. 22, 6. Consulem lancea transfixit. Pl. Pers. 1, 1, 25. Sagitta Cupido cor meum transfixit; et ib. 28. Vide, ulmeae catapultae tuum ne transfigat latus, h. e. ne virgae tuum latus lacerent. P. De trafigo V. dicta in TRADITUS.

TRANSFIGURABILIS, e, adj. qui figurari potest. Tert. Car. Chr. 6. med. Angeli in carne humana transfigurabiles.

TRANSFIGURATIO, onis, f. μεταμορφώσις, actus transfigurandi, transformatio. Plin. 7, 55, 56. Alias immortalitatem animae, alias transfigurationem, alias sensum inferni dando. Tert. adv. Prax. 27. Transfiguratio interemptio est pristini. Omne enim quodcumque transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, et incipit esse quod non erat.

TRANSFIGURATOR, oris, m. qui transfiguratur. Tert. adv. Marc. 5, 12. ex 2. Cor. 11, 13. Pseudopostolos dicit operarios dolosos, transfiguratores sui, per hypocrisis scilicet. Vulgata habet: Pseudopostoli sunt operarii subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi.

TRANSFIGURATUS, a, um, part. a transfiguro: μεταμορφωθείς, transformatus. Suet. Ner. 46. Asturco posteriore corporis parte in simiae speciem transfiguratus. Ulp. Dig. 7, 4, 10. med. Proinde et ornamentum dissolutum, aut transfiguratum, extinguit usumfructum. Suet. Cal. 22. Aede Castoris et Pollucis in vestibulum transfigurata, h. e. conversa, mutata. P. Translate. Sen. ep. 94. med. Qui facienda ac vitanda percepit, nondum sapiens est, nisi in ea, quae didicit, animus ejus transfiguratus est.

TRANSFIGURO, as, avi, atum, a. 1. μεταμορφώω, figuram et formam muto, in aliam figuram verto, transformo. Suet. Ner. 28. Puerum in muliebrem naturam transfigurare. Plin. 8, 22, 34. Transfigurari in lupum; et 9, 31, 51. Cancerum corpus transfigurari in scorpiones. Id. 13, 25, 50. Frutices transfigurantur in pumicem. Stat. Silv. 2, 7, 78. Et qui corpora prima transfigurata, h. e. Ovidius, qui Metamorphoses cecinit. P. Pro mutare simpliciter. Plin. 17, 24, 37. n. 9. Amygdalae ex dulcibus transfigurantur in amaras. P. Translate. Sen. ep. 6. Intellego, non emendari me tantum, sed transfigurari. Quint. 6, 2. Movere iudicum animos, et in eum, quem volumus, habitum formare, et velut transfigurare.

TRANSFIXUS, a, um, part. a transfigo: διαπεραχθένος, trajectus, transfossus, transactus. Cic. Fin. 2, 30. Evelli jussit eam, qua erat transfixus, hastam. Caes. B. G. 1, 25. Scuta uno ictu pilorum transfixa. Liv. 2, 6. f. Contrario ictu per parmam uterque transfixus. Virg. A. 1, 48. transfixum pectus. Lucan. 7, 528. sonipes transfixus pectora ferro. Plin. 22, 23, 47. Siccantur pendentes fungi suilli, junco transfixi. P. Transfixa hasta, trajecta. Virg. A. 11, 644. latus huic hasta per armos Acta tremit, duplicatae virum transfixa dolore. Lucan. 9, 138. Ora ducis, quae transfixo sublimia pilo Vidimus.

*TRANSFLUMINALIS, e, adj. Gloss. περαικοί, Transfluminales. B. A.

TRANSFLUO, is, uxi, uxum, n. 3. μεταρέω, fluendo transeo. Plin. 11, 38, 91. Sanguinem in metu refugere, multisque non transfluere transfossis. Id. 16, 35, 63. Si vas fiat e ligno hederiae, vina transfluere, ac remanere aquam, si qua fuerit mixta. P. Translate. Claud. ep. 4, 5. Transfluere dies.

[TRANSFLUVIO, as, n. flumen transgredior. Commod. Instruct. 50, 10. Transluviat hostis, te sub latebra conde. F.]

TRANSFODIO, is, ōdi, ossum, a. 3. διορίζω, διαπέλω, trajicio, transforo, transfigo. Caes. B. G. 7, 82. Galli in scrobes delapsi transfodiebantur, h. e. se ipsi acutissimis vallibus induebant, ut ib. 73. dixerat. Liv. 39, 42. f. Deinde fugiendi latus transfodisse. Appul. Flor. n. 2. extr. de aquila: Unde rostro transfodiatur, unde unguibus inunct vel agnum, vel leporem. Adde Just. 1, 9. f.

TRANSFORMATIO, onis, f. μεταμορφώσις, mutatio formae. August. Trin. 15, 8. extr. Tam optabilis transformationis donum.

TRANSFORMATUS, a, um, part. a transformo:

μεταμορφωθείς, forma mutatus. Ov. Met. 14, 74. Scylla transformata in scopulum.

TRANSFORMIS, e, adj. qui formam mutat. Ov. Fast. 1, 373. de Proteo: Ille sua faciem transformis adulterat arte. Id. Met. 8, 871. Transformia corpora habere.

TRANSFORMO, as, avi, atum, a. 1. μεταμορφώω, formam alicui muto, transfiguro, verto. Virg. G. 4, 411. de Proteo: Omnia transformat sese in miracula rerum; et A. 7, 416. Alecto in vultus sese transformat aniles. Ov. Fast. 3, 515. gemmasque novem transformat in ignes, h. e. in novem stellas. Id. Met. 13, 652. nam tactu nataram cuncta mearum In segetem, laticemque meri, baccamque Minervae Transformabantur. P. Translate. Quint. 1, 2. f. Maxima pars eloquentiae constat animo, hunc affici, hunc concipere imagines rerum, et transformari quodammodo ad naturam eorum, de quibus loquimur, necesse est.

TRANSFORO, as, a. 1. διασπείρω, perforo, transfigo, trajicio. Sen. Ben. 2, 6. Gladius idem et stringit, et transforat: quam presso venerit articulo, refert.

TRANSFOSSUS, a, um, part. a transfodio: διαπεραχθένος, transfixus. Plin. 30, 4, 11. Cochlea acu transfossa. Tac. A. 3, 20. extr. Quamquam transfosso oculo, adversum os in hostem intendit. Virg. A. 9, 543. Confixique suis telis et pectora duro Transfossi ligno. Val. Fl. 6, 221. cedit impiger una Inguine transfosso clari Taulantis alumnus.

TRANSFRETANUS, a, um, adj. transmarinus. Tert. Apol. 25. Peregrinos Deos non putem patrium solum, in quo nati, adulti, nobilitati, sepultique sunt, transfretanis dedisse.

TRANSFRETATIO, onis, f. Gell. 10, 26. Negant, apud idoneum scriptorem reperiri posse pro transfretatione transgressum.

TRANSFRETIO, as, avi, atum, a. 1. διασπείρω, fretum transeo, transmitto, mare trajicio. Suet. Caes. 34. Brundisium consules Pompejusque confugerant, quamprimum transfretaturi. Gell. 10, 26. Eos qui fretum transierant, quos transfretasse dici solitum est, Sallustius transgressos dixit. Ammian. 22, 6. Mandatum est navigiorum magistris, ne quis transfretare auderet Aegyptum. Id. 31, 4. Transfretabantur in dies noctesque navibus ratibusque, et cavatis arborum alveis agminatim impositi, h. e. trans Danubium vehabantur. P. Translate. Tert. Poen. 1. Universam vitae conversationem sine gubernaculo rationis transfretantes, h. e. totam vitam agentes.

TRANSFUGA, ae, m. ἀποστάτης, ἀνδρομολος, qui in bello fugit, et ad hostes accedit. Quid a perfuga distet, ibi dictum est. V. etiam FUGITIVUS. Paul. Dig. 49, 15, 19. med. Transfuga non is solum accipiendus est, qui aut ad hostes, aut in bello transfugit, sed et qui per induciarum tempus eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta transfugit. [*Alias hujus vocabuli derivationes habes ap. Pseudo — Front. p. 351. Popm. p. 542. Schmits. p. 123. Ern. n. 2407. Habicht. n. 728. A quibus longe diversissimam habet Doederl. 4, 238. docens: perfuga esse ut perfidus, perjurius, per prave, perditae fugiens explicandum. Perfugam enim transire ad hostes eo consilio, ut suos prodat; transfugam, ut partes suas relinquat, aut mutet. In voce perfugae notari crimen, transfugae nomen aut omni morum improbitate carere, aut summum animi inconstantiae tribui. Porro perfugam cognatum esse cum proditore, eo quidem discrimine ut, cum uterque prave agat, proditor ad adversarios non fugiat, perfuga fugiat. Eandem cognationem rationem esse vv. transfuga et desertor: utriusque ignaviam esse causam: ac desertorem quidem fugientem a loco certaminis refugium quaerere in silvis vel regionibus domesticis: sed transfugam tutelae hostium se tradere. Denique transfuga et perfuga proprie dici de militibus signa relinquuntibus: profugus ad civem, fugitivus ad servos esse referendum.] Cic. Div. 1, 44. f. Non omnia illum transfugam ausum esse senatui dicere. Sall. Jug. 58. Interim transfugas, et alios opportunos, Jugurtha ubi gentium, aut quid ageret, exploratum misit. P. Transfugarum poenas habes in his. Epit. Liv. 51. Scipio transfugas et fugitivos bestiis objecit. Liv. 30, 43. extr. De perfugis gravior, quam de fugitivis consultum: nominis Latini qui erant, securi percussi; Romani in crucem sublati. Tac. G. 12. Proditores, et transfugas arboribus suspendunt. Paul. Dig. 48, 19, 38. Transfugae ad hostes, vel consiliorum nostrorum renuntiatores, aut vivi exuruntur, aut furca suspenduntur. Mart. ib. 8, 3. extr. Transfugas licet, ubicumque inventi fuerint, quasi hostes interficere. P. Transfertur ad alia. Lucan. 8, 335. transfuga mundi, Terrarum totos tractus, coelumque perosus. Mart. 14, 131. Si Veneto, prasinoque faves, quid coccina sumis? Ne fias ista transfuga sorte, vide. Hor. Od. 3, 16, 22. nil cupientium Nudus castra peto, et transfuga divitum Partes linquere gestio. Plin. 29, 1, 8. Paucissimi Quiritium medicinam attingere, et ipsi statim ad Graecos transfu-

gae: scil. quia Graece, non Latine de ea scripsere. Stat. Sil. 1, 2, 203. tumidae sic transfuga Pisae Amnis in externos longe flammatus amores, Flumina demerso trahit intemerata canali, h. e. Arc-thusa. Plin. ep. 8, 14. f. Secuti sunt quasi transfugam, quem ducem sequebantur. Claud. in Entr. 1, 15. Nilus nostri tentat jam transfuga mundi Se rubro miscere mari. Tryphon. Dig. 49, 15, 12. f. Transfuga metalli.

TRANSFUGIO, is, gi, n. 3. διαφεύγω, signa desero, et ad hostes transeo: de militibus proprie dicitur. Auct. B. Hisp. 11. C. Fundanius ex castris adversariorum ad nos transfugit. Liv. 34, 25. extr. Multi proxima nocte, funibus per murum demissi, ad Romanos transfugerunt. Adde Nep. Dat. 6. et Ag. 6. Translate. Cic. Quint. 30. Ab afflictis amicitia transfugere, atque ad florentem devolare. Pl. Mil. 2, 6, 106. Illius oculi, atque aures, atque opinio transfugere ad nos, h. e. inserviunt, favent, sunt pro nobis.

TRANSFUGIUM, ii, n. ἀποστασία, ἀνδρομολία, defectio ad hostes, transitio. Liv. 22, 43. Simul, ut quo longius ab hoste recessisset, transfugia impeditiora levibus ingeniis essent. Tac. H. 2, 34. Nihil eorum Vitellianos fellebat, crebris, ut in civili bello, transfugiis. Prud. adv. Sym. 2, 503. et creditur istis Numinibus, qui transfugio meruere sacrari? h. e. qui alienigenae cum essent, Romam transmigravere, ut ibi colerentur.

TRANSFULGEO, es, n. 2. translucendo appareo. Plin. 37, 7, 28. Commendatio summa sandaresi, quod velut in translucido ignis obtentus, celantesque se transfulent aureae guttae.

TRANSFUMO, as, n. 1. fumi modo transeo, exco. Stat. Th. 6, 399. compressae transfumat anhelitus irae. Sidon. carn. 23, 331. Equi ad claustra fremunt, repagulisque Incumbunt simul, ac per obseratas Transfumant tabulas.

TRANSFUNCTORIUS, a, um, adj. qui leviter, remisse, et perfunctorie fit. Tert. adv. Marc. 1, 27. Transfunctoria praecepta, secura delicta. Id. adv. Valent. 6. Transfunctoria expugnatione.

TRANSFUNDO, is, udi, usum, a. 3. μετατίω, de vase in vas fundo, defundo, diffundo, trajicio, transmitto. Colum. 12, 12. Cum saepius aquam in alia vasa transfuderint. Plin. 33, 6, 34. Linteos saecant, faecemque abiciunt, idque quod defluxit, transfundunt. Id. 36, 26, 66. Arena liquata in alias fornaces transfunditur. Id. 37, 9, 47. Asteria inclusam lucem pupillae modo quandam continet, ac transfundit cum inclinatione. Cels. praef. med. Sanguis in eas venas transfunditur. Scrib. Comp. 122. med. Transfunditur cum his, quae sunt in mortario, calice novo. P. Translate est transferre, transdere. Cic. Fam. 9, 14. med. Libentius omnes meas laudes ad te transfuderim. Alii leg. transtulerim, [*quae scribarum est emendatio parum quidem necessaria.] Id. Phil. 2, 31. Omnem se amorem abjecisse illinc, atque in hanc transfudisse. Petr. Sat. 79. Et transfudimus hinc et hinc labellis Errantes animas. Lucr. 8, 770. sed te Cornelia, Magne, Accipiet, nostraque manu transfundet in urnam, h. e. ex litore, in quo jaces, transferet, et condet in urnam sepulcri. Stat. Th. 5, 633. hoc ne ferens onus illaetabile matris Transfundam gremio? Claud. IV. cons. Honor. 49. Nam cum barbaries penitus commota, etc. suas in nos transfunderet Aretos, h. e. Arctos populos in nos immitteret. Curt. 8, 8. med. Eorum mores in Macedonas transfundo.

TRANSFUSIO, onis, f. μεταγγίσις, actus transfundendi. Cels. praef. med. Ut vera sit illa transfusio: scil. sanguinis in arterias. Plin. 34, 18, 52. Lavatur in linteis vasis aqua coelesti, separaturque terrenum transfusione. P. Translate. Ulp. Dig. 46, 2, 1. Novatio est prioris debiti in aliam obligationem transfusio atque translatio. P. [Idem ac transmigratio. Cic. fragm. or. pro Scaur. (ed. A. Maio) 10. A Poenis admixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam, atque ibi constituti, sed amandati et repudiati coloni: quare cum integri nihil fuerit in hac gente plena, quam valde eam putamus tot transfusionibus coacuisse? h. e. degenerasse, quasi vinum, alio liquido admixto, acorem contraxisse. F.]

TRANSFUSUS, a, um, part. a transfundo: μεταγγισθείς, in aliud vas fusus. Plin. 33, 6, 34. Vas, in quo turbida transfusa sunt. Cels. praef. med. Transfuso in arterias sanguine febrem fieri. P. Translate est translatus, transditus. Tac. A. 4, 52. Non in effigies mutas divinum spiritum transfusum. Paul. Dig. 35, 2, 1. med. Jam enim transfusum legatum esse, et decem deberi. *Cic. de re publ. (ed. A. Maio) 1, 18. Transfusa latius studia. B. A.

TRANSGERO, is, a. 3. transfero. Plin. 10, 33, 50. Picae ova transferunt alio. Ita Hard. ex MSS., alii transferunt.

TRANSGLUTIO, is, a. 4. devoro. Veg. Vet. 3, 78. Ut sanguinem suum transglutiat. Marcell. Empir. 16. med. Ita ut succus transglutiat: et mox: Catapotia devoranda, id est transglutienda dato.

TRANSGREDIOR, eris, essus sum, dep. 3. ἀντι-

fulva, ultra gradior, transeo. *Cic. Fam. 3, 8. med.* Postea quam ego Taurum transgressus sum. *Brut. ad Cic. Fam. 11, 20.* Prius ut Alpes transgrederer, quam, etc. *Hirt. B. Afr. 50.* Quae (loci) erant transgredienda Caesari, antequam ad eum collem perveniretur. *Tac. A. 3, 2.* Ubi colonias transgrederentur, atrata plebs, etc. Adde quae allata sunt in TRANSGRESSUS. P Dicitur et de iis, qui fluvium aut mare transeunt, quod quidem olim reprehendebant, sed defendit *Gell. 10, 26.* in illo *Sall. fragm.* Transgressos omnes recipit mons, etc. *h. e.* cum transfretassent. *Liv. 33, 22.* Cornelius adjuerit, Bojos adversus se transgredientes Padum. *Tac. A. 13, 39. extr.* Si anem Araxem ponet transgrederentur. *Vell. 2, 120.* Ultra Rhenum cum exercitu transgreditur. Adde *Flor. 3, 10. med.* et *V. TRANSGRESSUS.* P Translate. *Tac. A. 3, 66.* Paulatim ab indecoris ad infesta transgrediebantur. *Id. H. 4, 66.* Transgredior ad vos, seu me duces, seu militem mavultis; et *ib. 39.* et *Agr. 7.* Transgredi in partes alicujus. *Plin. 7, 49, 50.* Transgredi mensuram, *h. e.* excedere; et *Vell. 2, 108.* Nulla festinatio hujus viri mentionem transgredi debet, *h. e.* praeterire, omittere. *Val. Max. 4, 2. in.* Transgrediamur ad egregium humani animi deflexum. *Sic 8, 1. de damnat. n. 5.* Possumus et ad illos brevi diverticulo transgredi, quos, etc.

TRANSGRESSIO, onis, f. *δυσβασις*, transitio, transitus. *Cic. Pis. 33.* Alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum. *Mamert. Pan. Maxim. 7.* Quid majus evenire potuit illa tua in Germaniam transgressionem? P Est hoc nomine tropus, Graeca appellatione hyperbaton, qui verborum perturbat ordinem (ut ait *Auct. ad Her. 4, 32. f.*) perversione, aut transjectione, *ὑπερβασις*. *Cic. Or. 3, 54.* Verborum concinna transgressio. *Quint. 9, 4.* Quaedam vero transgressiones et longae sunt nimis, et interim etiam compositione vitiosae, quae in hoc ipsum petuntur, ut exsultent atque lasciviant, quales illae Maccenatis: Sole et aurora rubent plurima. Inter sacra movit aqua fraxinos. Ne exsequias quidem unus inter miserimos viderem meas. [*Cf. de hac dicendi forma *Ern. lex. technol. lat. rhet. p. 401. sq.*] P Progressio, quo non oportet. *August. Quaest. in Exod. n. 108.* In peccatis transgressio est. Transgressio vero undenario numero significatur, quoniam transgreditur denarium, hoc est legem: *scil. decalogum.*

TRANSGRESSIVA verba dicuntur a *Diomed. 1, 336.* quae formam propriae declinationis non servant, ut *audeo, es, ausus sum; et gaudeo, es, gavisus sum.*

TRANSGRESSOR, oris, m. qui transgreditur. *Arnob. 7, 215.* Ut contempti se vellet de audacibus et transgressoribus vindicare. *Tert. Resurr. carn. 39.* Quia jam transgressor legis videbatur. Adde *Drac. Hexaem. 2, 352.* et *Alcim. 2, 120.* qui transgressorem vocat diabolum, quia *δίαβολος* idem significat. *F. 1*

TRANSGRESSUS, a, um, part. a *transgredior*: ultra gressus. *Liv. 40, 53.* Consul per invios montes vallesque saltus cum exercitu transgressus. *Id. 39, 45.* Galli Transalpini per saltus ignotae viae in Italiam transgressi. *Plin. 2, 83, 85.* Prata, oleaeque in contrarias sedes transgressae. *Id. 18, 18, 54.* Sol transgressus in Virginem. *Id. 7, 26, 27.* Pompejus transgressus ad solis occasum, *h. e.* ad regiones occidentales. P Passive. *Liv. 10, 27.* Consules transgresso Apennino in agrum Sentinatam pervenerunt. P De iis, qui fluvium aut mare transeunt. *Caes. B. G. 2, 19.* Equites nostri flumen transgressi. *Liv. 42, 1.* In Corsicam transgressus. *Tac. Agr. 18.* Hunc Britanniae statum, media jam aestate transgressus Agricola, invenit; et *A. 12, 27.* Ut eam gentem Rheno transgressam Agrippa in fidem acciperet. P Translate. *Val. Max. 2, 6. n. 8.* Quae nonagesimum annum transgressa, etc. Adde *Vell. 2, 7. Id. ib. 75.* Augustus transgressus ad Deos. *Val. Max. 4, 7. n. 2. extr.* Constantis amicitiae exempla sine ulla ejus mentione transgressus; et *Plin. 7, 25, 25.* Caesar dictator signis collatis quinquages dimicavit, solus M. Marcellum transgressus, qui undequadrages dimicaverat.

TRANSGRESSUS, us, m. *δυσβασις*, transitus, transfretatio. *Sall. fragm. ap. Gell. 10, 26.* Nactus obscuram noctem, aestu secundo, furtim, aut celeritate vitare proelium in transgressu conatus est. *Tac. A. 11, 10.* In transgressu amnis.

TRANSJACIO, is, a. 3. idem quod trajicio, ultra jacio. *Solin. 52. med.* Indorum nemora in tam proceram sublimantur excelsum, ut transjaci ne sagittis quidem possint.

TRANSJECTIO. V. TRAJECTIO.

TRANSJECTUS. V. TRAJECTUS.

TRANSIGO, is, egi, actum, a. 3. trans ago, [*spatium] aliquod agendo, i. e. proprie: movendo, promovendo percurro, sive alia quacunque ratione absolvo. Atque cum *agere* imprimis dicitur de armamentis, pecoribus, quae ducuntur, propelluntur, prodire coguntur, primo loco posuimus exemplum *Sil. 10, 472.* dum rapta volucris Transigeret cursu sonipes certamina campi, i. e. dum spatium, ubi

certamen esset, celeri pede transcurreret. P Deinde sequi posse visum est dicendi genus ap. *Pall.* usitatum, quo *transigere* dicitur de pecore abduciendo venditionis causa, nostr. *vertreiben.*] *Pall. 12, 13. extr.* Trima educare optime possunt: quod teneriores matres generant, transigendum est. *Id. 3, 26.* Ubi facultas est transigendi, venditis qui subinde nati sunt, etc. P [*Hinc ad tempus refertur, et dicitur *transigere vitam, annos*, et hujusmodi, a spatio, vel campo metaphora deducta. *Noster praeter Sall. Cat. 2,* ubi tamen cum *Kritz.* legendum videtur *transiere*, quidquid etiam *Doederl. 4, 366.* de discrimine inter *transigere, peragere* dixerit, laud. ista:] *Suet. Tib. 7.* Adolescentiam omnem per haec fere transegit. *Tac. G. 15.* Quoties bella non ineunt, non multum venatibus, plus per otium transigunt. *Sen. ep. 90. f.* Placidus transigebat sine suspirio noctes. *Claud. epigr. 2.* patriis aevum transegit in arvis. *Tac. Agr. 18.* Transigere tempus per ostentationem, aut officiorum ambitum. *Suet. Claud. 12.* Sponsalia filiae, natalisque geniti nepotis silentio, ac tantum domestica religione transegit. *Tert. ad nat. 2, 19. med.* Pios et insontes amoeni in loco dicimus perpetuatae transacturos, *h. e.* perpetuo victuros. P [*Unde in universum absolventi, finem imponendi, perfungendi, rem conficiendi orta significatio, Gr. *δυσβασις, διασπίρνωθαι.* In *Forc.* libro haec erant hoc ordine notata:] *Ter. Andr. f.* Intus transegitur, si quid est, quod restet. *Cic. Fam. 13, 14.* Peto a te, ut negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas. *Liv. 32, 28.* (et 38, 25) Prius de praetoribus transacta res, quae transigi sorte poterat. *Id. 34, 18. f.* Nec cogitaret modo, imperaretque quae in rem essent, sed pleraque ipse per se transigeret. *Sall. Jug. 31. f.* Reliqua cum Bestia, et Scauro secreta transegit. *Cic. Rosc. Am. 51.* Quae domi gerenda sunt, ea per Caecilium transiguntur; et *Suet. Aug. 13.* Philippense bellum duplici proelio transegit. *Cic. Div. Verr. 14.* Quid cum coeperit (*Hortensius*) unumquodque transigere, expedire, absolvere? Ubi *Acon.* *Transigere* quod manifestum est: *expedire* definiendum: *absolvere* dividendum. An *transigere* est, quod aut confiteri non timeat, aut negatione excludat: *expedire*, quod definitione solvatur: *absolvere*, quod per qualitatem licitum esse monstratur? *Pl. Ps. 1, 5, 151.* Transigere fabulam. Adde *Truc. prol. 11.* P Transactum est. V. TRANSACTUS. P Pro controversiam mutuo consensu dirimere, convenire, decidere, pactionem facere. *Ter. Hec. 3, 5, 61.* Postremo inter se transigant ipsi, ut lubet. *Cic. Verr. 2, 2, 32. med.* Qui cum reo transigat, post cum accusatore decedit; et *ib. 3, 54.* Quod erat vix HS quadraginta millium, transigunt HS ducentis millibus. *Id. Att. 4, 16. f.* Cum privatis non poterat transigi minore pecunia. P Inter *transigere* et *pacisci* hoc interest, quod qui transigit, quasi de re dubia, et lite incerta, neque finita transigit: qui vero paciscitur, donationis causa rem certam et indubitatam liberalitate remittit. Ita *Ulp. Dig. 2. tit. 15.* qui De transactionibus est, 1. P Translate. *Tac. Agr. 31. f.* Transigite cum expeditionibus, imponite quinquaginta annis magnum diem, *h. e.* expeditiones militares uno proelio, et insigni victoria finite. *Appul. Met. 8.* Inedia denique misera, et incuria squalida, tenebris imis abscondita, cum luce jam transegerat, *h. e.* cum vita jam convenerat, ut eam relinqueret. [*Plura exempla haec sunt:] *Tac. G. 19.* Cum spe votoque uxoris semel transigitur. *Quint. Inst. 7, 1, 44.* pulchre fuerit cum materia, tumultu et clamore transactum. — Ceterum notandum, hanc constructionem sequitur scriptoribus, cum aliqua re *transigere*, ortam esse ex priorum dicendi more *transigere* cum aliquo. P Denique *transigere* usurpatur etiam de armis, quae trans aliquam rem jaciuntur; ita ut perforent, transigant, trajiciant, transadigant. Gr. *δυσβασις*. Exempla *Forc.* laudaverat ista:] *Sil. 13, 376.* Bellatorem alacer per pectora transigit enssem. *Sen. Oed. 857.* Ferrum per ambos tenue transactum pedes ligabat artus. *Phaedr. 3, 10.* Gladio pectus transigit. *Tac. A. 14, 37. extr.* Se ipsum gladio transegit. *Sil. 5, 576.* tum librat ab aure Intorquens jaculum, et versantem in vulnere sese Transigit. *Val. Fl. 6, 246.* Oebasus laevum per luminis orbem transigitur. *Lucan. 4, 545.* Viscera non unus jam dudum transigit ensis, *Sil. 5, 473.* Transegit juvenem cuspis Sidonia. [*Cf. *Boettich. Lex. Tac. p. 465.*]

TRANSJICIO. V. TRAJICIO.

TRANSILIO et Transillio, is, livi, et lii, et lui, a. 4. *ὑπερβασις, μετακρήσις*, ultra salio, saltu transeo. *Plin. 9, 8, 9.* Mugilum velocitas retia transilit. *Pl. Truc. 2, 1, 38.* Illac per hortum transilivit ad nos. *Liv. 30, 25.* Neque poterant transilire armati ex humilioribus in altiore navem. *Id. 1, 7.* Fama est, ludibrio fratris Remum novos transiluisse muros. *Ov. Fast. 4, 727.* transilui positas ter in ordine flammam. *Flor. 3, 3. med.* Rex ipse quaternos senosque equos transilire solitus, vix unum, cum fugeret, ascendit, *h. e.* ex uno in alium equum desultoris modo transulta-

re, ut ait *Liv. 23, 29.* P Translate. *Ar. Pont. 1, 5, 75.* Per tantum terrae, tot aquas vix credere possim, Indicium studii transiluisse mei; *h. e.* transisse, et penetrasse. *Auct. B. Hisp. 19.* Materfamilias de muro se dejecit, et ad nos transiluit, *h. e.* transfugit. *Plin. 29, 1, 5.* Eadem aetas Neronis principatu ad Thessalum transilivit, *h. e.* ejus aetatis homines, qui aliam medicorum sectam probaverant, Thessalo medico favere, quasi transfugae coeperunt. *Id. 33, 2, 8.* Ad ornamenta ea (*usum aureorum anulorum*) etiam servitute liberati transilunt. *Hor. Od. 1, 3, 23.* si tamen impiae Non tangenda rates transilunt vada, *h. e.* praetervehuntur, permeant, navigant; et *ib. 18, 7.* ne quis modici transiliat munera Liberi, *h. e.* transgrediatur, excedat nimis bibendo. *Plin. 37, 6, 24.* Onyx in gemmam transiluit ex lapide Caramaniae, *h. e.* nomen onychis marmoris transit ad gemmam quoque significandam. *Cic. Par. 3, 1.* Transilire lineas. V. LINEA. P Pro omittere, praeterire, negligere, silentio transire. *Cic. Or. 3, 40.* Ingenii specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, et alia longe repetita sumere. *Id. Phil. 2, 33. extr.* Ne ex multis rebus gestis M. Antonii unam pulcherrimam transiliat oratio, ad Lupercalia veniamus. *Plin. Paneg. 56.* Quid est enim in principatu tuo, quod cujusquam praedicatio vel transilire, vel praetervehi debeat? *Ov. Pont. 1, 2, 145.* Nos quoque praeteritos sine labe peregrimus annos: Proxima pars vitae transilinda meae.

TRANSILIS, e, adj. qui transit. *Palmes transilias*, qui ita productus est, ut in vicinam arborem transire, et tradux fieri possit. *Plin. 17, 23, 35. n. 26.* Oneratis (*traducibus*) vetustate melius donare tempus, ut transilem faciant.

TRANSITANS, antis, part. ab inus. *transito, as.* *Cic. Att. 5, 21. med.* L. Tullius legatus ceteroque abstinens, sed Julia lege transitans, *h. e.* per provinciam transitans.

TRANSITIO, onis, f. *δυσβασις*, actus transeundi, transitus, trajectus. *Vitr. 9, 4. med.* Donicum idem Sol de eo trigono in aliud signum transitionem fecerit. *Ov. Rem. Am. 615.* Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi: Multaque corporibus transitione nocent. *Cic. Brut. 16.* Corporiones ad plebem, *h. e.* a patricio ordine ad plebejum. *Id. N. D. 1, 18. et 37. f. et ib. 39.* Transitio imaginum, *h. e.* fluxus, cum aliae aliis transeuntibus succedunt. P Saepe est transfugium, defectio. *Liv. 28, 15. f.* Sed transitio sociorum, fuga ut tutior mora videretur, effecit; et *ib. 16.* Itaque transitiones ad hostem fiebant. *Id. 27, 20.* Exercitus cum transitionibus, tum adverso proelio imminutus. *Id. 25, 15.* Vocare per colloquia ad transitionem. *Just. 1, 5.* Medorum transitionem pollicitus. P *Transitio* a rhetoribus vocatur, quae, ut ait *Auct. ad Her. 4, 26.*, ostendit breviter, quid dictum sit; proponit item brevi, quid sequatur hoc modo. In patriam cujusmodi fuerit, habetis: nunc in parentis qualis exstiterit, considerate. *Id. 1, 9.* Transitionibus nullis uti. [*Cf. *Ern. lex. technol. lat. rhet. p. 402.*] P Apud grammaticos est inclinatio verbi, aut nominis per casus, aut personas. *Varr. L. L. 8, 59.* Et in obliquis casibus transitio erit in aliquam formulam, qua assumpta, reliqua facilius possunt videri verba, unde sint declinata.

TRANSITIVUS, a, um, adj. qui transit. Transitiva verba, aut nomina dicuntur a grammaticis, quorum significatio et vis in aliam personam transit: et contra Intransitiva, quae non transeunt. *Prisc. 14, 982.*

TRANSITOR, oris, m. qui transit. *Ammian. 15, 2.* Ut subterraneus serpens foramen subsidens occultum, assultu subito transitores observans incessit.

TRANSITORIE, adv. in transitu, obiter, perfunctorie. *Hieron. adv. Helv. n. 13.* Transitorie dicere. *Id. ep. 51. n. 2.* loqui. *August. serm. 102.* de Temp. considerare.

TRANSITORIUS, a, um, adj. transitioni inseriens, pervius. *Boeth. Cons. phil. 5. pros. 6.* In hodierna quoque vita non amplius vivitis, quam in illo mobili transitorio momento. *Lampr. Alex. Sev. 28.* Statuas imperatoribus in foro Divi Nerva, quod transitorium dicitur, locavit. (*Aurel. Vict. Caesar. 12.* de Nerva: Dedicato prius foro, quod appellatur Pervium.) *P. Vict. de reg. Urb. R.* Transitorium forum ponit in regione quarta. Dicitur est ex eo, quod per illud facilis erat transitus in alia loca. *Suet. Ner. 31.* Domum a Palatio Esquilias usque fecit: quam primo transitoriam, mox incendio absumptam restitutamque, Auream nominavit: *scil.* quia per eam transitus erat a Palatio in Esquilias.

TRANSITUS, a, um, part. a *transeo*: *Liv. 21, 43.* Alpes vix integris vobis ac vigentibus transitae. *Just. 38, 4. med.* Paene operosus transitus eorum finibus, quam possessis. *Manil. 2, 367.* Alterius ductus locus est per transitia signa.

TRANSITUS, us, m. *μεταβασις*, locus qua transiri potest, et ipsa transitio. *Cic. Tusc. 5, 20. med.* Ejus fossae transitum ponticulo ligneo conjunxit. *Hirt. B. G. 8, 20.* Flumine impeditum transitum

videbat; et *ib.* 13. Proelia, quae ad vada transi-
tusque fiebant paludis. *Caes. ib.* 6, 6. Erat inter
Labienuum atque hostem difficili transitu flumen.
Plin. 6, 28, 32. Inde in montes octo dierum transi-
tus. *Id.* 3, 11, 16. Qua in Graeciam brevissimus
transitus. *Liv.* 28, 1. Cum transitu Hasdrubalis
levatae Hispaniae viderentur. *Id.* 21, 20. Dare
transitum Poeno per agros urbesque suas. *Just.*
2, 13. occupare maturata fuga. *Id.* 15, 4. Transi-
tum inde in Indiam fecit; et 29, 4. Prohibere
transitum; et *Tac. A.* 15, 10. alicujus arcere. *Id.*
H. 4, 19. *med.* Arcere transitu alicquem. *Just.* 1, 8.
prohibere alicquem. *Tac. A.* 12, 13. Capta in transi-
tu urbs Ninus; et *H.* 1, 70. Transitum Alpium pa-
rans; et *ib.* 3, 59. Foeda hieme per transitum Apen-
nini conflictatus exercitus. *Gell.* 15, 19. Transitus
in alienam familiam: scilicet per arrogationem. *Plin.*
23, 2, 28. Aetum scillinum transitum auditus aperit.
Op. Met. 4, 77. datus est verbis ad amicas
transitus aures. *Plin.* 22, 24, 51. Aqua mulsa le-
nit transitum spiritus, h. e. asperam arteriam, per
quam meat spiritus. *Id.* 11, 36, 43. Mutationes,
et in alias figuras transitus, μεταμορφώσεις. P De
transfugio et transitione ad hostes. *Tac. H.* 1, 76.
Eadem formido provinciam Narbonensem ad Viteli-
um vertit, facili transitu ad proximos et validio-
res. P In pictura transitus est, ubi unus color
finitur, et alius incipit. *Op. Met.* 6, 65. de Iride:
In quo diversi niteant cum mille colores, Transitus
ipse tamen spectantia lumina fallit: Usque adeo
quod tangit, idem est: tamen ultima distant. *Plin.*
35, 5, 11. Commissuras colorum et transitus appel-
laverunt harmogen. *Id.* 37, 2, 8. Circumagentibus
se maculis in purpuram candoremque, et tertium ex
utroque ignescentem, velut per transitum coloris.
V. HARMOGE. P In dicendo est transitio ab una
re perorata ad aliam. *Just.* 42, 2. Sed quoniam in
Armeniam transitum facimus, origo ejus paulo alti-
us repetenda est. *Quint.* 9, 2. *med.* Unde etiam
venusti transitus fiunt: non quia transitus ipse sit
schema, etc. *Id.* 7, 6. Hinc erit ad alia transitus,
et divisio, num quisquis, etc. P Transitus verbo-
rum et nominum est eorum declinatio a prima per-
sona in reliquis, a recto casu ad obliquos. *Varr.*
L. L. 8, 62. Ut apparet in meo, neo, veho: ac his
dissimilia fiunt transitu, meas, nes, vehis; et *ib.*
52. Sic socer, macer, quod in transitu fiat ab altero
trissyllabum soceri, ab altero bisyllabum macri.
Id. *ib.* 9, 3. *med.* Similitudo, quae est in transiti-
bus de casu in casum. P In transitu, cursim, ob-
iter, breviter. *Quint.* 7, 3. *med.* Quae libro quinto
leviter in transitu attigeram. *Id.* 6, 2. Affectuum
non simplex natura, nec in transitu tractanda.

TRANSJUGATUS, a, um, adj. ultra jugum transi-
tus. *Mela* 2, 2. Athos mons a Xerxe in Grajos
tendente perossus transjugatusque est, factus freto
navigabili pervius. Alii leg. *transnavigatus*.

TRANSJUNGO, is, xi, ctum, a. 3. μεταζεύγνυμι,
est in quadriga locum veterinis mutare, ut mulam
temonariam facere, quae praecedere solita sit, vel
dextram, quae sinistra esse solebat. *Ulp. Dig.* 21,
1, 38. *med.* Si mula talis sit, ut transjungi non
possit.

TRANSLAPSUS, a, um, part. a *trans* et *labor*.
Claud. in Eutr. 1, 376. rapit coeli per insaniam cur-
sum Diva potens, unoque Padum translapsa volatu,
etc. h. e. praetervolans.

TRANSLATICIE, adv. remisse, leviter, perfun-
ctorie, negligenter: quasi ut vulgo et passim solet.
Ulp. Dig. 37, 14, 1. Patronorum querelas adversus
libertos praesides audire, et non translaticie exe-
qui debent. *Mart. ib.* 48, 16, 1. *med.* Praevarica-
torem esse eum ostendimus, qui colludit cum reo, et
translaticie munere accusandi defungitur. *Papin. ib.*
36, 1, 55. *med.* Sed nec illud translaticie omittend-
um est. Omnibus his locis sunt qui leg. *translativae*.

TRANSLATICIUS et Tralaticius, a, um, adj.
qui crebro ex uno in alium locum transfertur: atque
adeo non nuper inventus, aut novus, sed aliunde
sumptus, ut ait *Ascon. ad Verr.* 2, 1, 44. *extr.* ubi
Cic. In re tam usitata satis est ostendere, omnes
antea jus ita dixisse, vetus edictum translaticium-
que esse. *Id. Att.* 5, 21. *med.* Cum ego in edicto
tralaticio centesimas me observatum haberem.
Gell. 3, 18. *f.* Edictum, quo nunc consules, ser-
vanda consuetudinis causa, tralaticio utuntur. *Suet.*
Aug. 10. M. Antonius ne publicum quidem et trans-
laticium jus ulla in re sine pactione gravissimae mer-
cedis impertiens. P Hinc ponitur pro usitato, vul-
gari, recepto, solemn, passim occurrente, vulgo
usurato, consueto. [*Nempe translaticius proprie
est, quod a majoribus ad nos translatum est.] *Petr.*
Sat. 110. Intelligebam, me non tralaticia deformati-
tate esse insignitum. *Suet. Ner.* 33. *f.* Efferre ali-
quem raptim translaticio funere. *Phaedr.* 5, 7. Dii
sunt locuti more translaticio: hic antepaenultima in
translaticio producitur, licet ea in vocabulis simili-
ter desinentibus brevis esse soleat. V. NATALICIUS
et SATURNALICIUS. *Petr. Sat.* 113. Nec Giton
me aut tralaticia propinatione dignum judicabat; et
ib. 114. Aut praeteriens aliquis tralaticia humanitate
lapidabit, h. e. tumulum lapidibus operiet. Alii leg.
tumulabit; et *Suet. Ner.* 7. *f.* Patronis non transla-
Tom. IV.

ticias, ut assolet, breves, sed maximas plurimas-
que postulationes certatim ingerentibus. *Plin. ep.*
9, 37. Translaticia, et quasi publica officia a fami-
liaribus amicis contra ipsorum commodum exigere.
Est qui leg. *translativa*. *Gell.* 9, 9. Verba hercle
non translaticia, sed cujusdam nativae dulcedinis.
P *Translaticium est*, minime novum, usitatum, con-
suetum. *Cic. Fam.* 3, 8. *med.* Hoc vero, ex quo
suspicio nata est, me exquisisse aliquid, in quo te
offenderem, traslaticium est. *Plin.* 10, 29, 41.
Animalium (*quaedam alicubi*) non nasci, translati-
cium: invecta emori, mirum. *Id.* 7, 5, 4. Tralati-
cium in Aegypto est, et octavo mense gigni. Est
qui leg. *translativum*. P De *scriptione* V. in TRA-
DITUS.

TRANSLATIO et Tralatio, onis, f. μεταγωγή,
actus transferendi, trajectio. *Plin.* 17, 11, 14. Plan-
tas ex seminario transferre in aliud, operose prae-
cipi arbitror, licet translatione folia latiora fieri
spondeant; et *Colum.* 3, 10. Etiam feracissimi pal-
mites translationem saepe reformidant. *Varr. R. R.*
1, 41. In aliis translationibus videndum, ut quod
transferatur, in cacumen habeat gemmam, h. e. in-
sitionibus. *Suet. Ner.* 9. Translatio domicili. *Cic.*
Off. 1, 14. pecuniarum a justis dominis ad alienos
non debet liberalis videri. *Id. Verr.* 2, 4, 42. cri-
minis. P Apud rhetores *translatio*, μεταγωγή, est
cum ad removendum crimen, et declinandum indi-
cium reus aut causam, aut factum in alium trans-
fert, ut ait *Cic. Inv.* 1, 11. De hac multa *Quint.* 3,
6. Hodie vocant *exceptionem declinatoriam*. V.
PRAESCRIPTIO. P Item cum verbum in quandam
rem transfertur ex alia, quod propter similitudinem
recte videtur posse transferri, ut ait *Auct. ad Her.*
4, 34, μεταγωγή, ut prata rident, vites gemmant,
telum manu fugit. Multa de ea *Cic. Or.* 3, 38. et
sqq. item *Quint.* 9, 3. V. METAPHORA. *Cic. l. c.*
41. Verecunda debet esse translatio; et *ib.* 38. *f.*
Translationes audaciores. [*Usus hujus vocabuli
in disciplina Latinorum rhetorica, quem quadrupli-
cem dicit, doctissime exposuit *Ern. in Lex. technol.*
lat. rhet. p. 403. sq.] P Pro interpretatione ex una
in aliam linguam. *Quint.* 1, 4. Quas conjunctiones
a plerisque dici scio: sed haec (*conjectio*) ex *ov-
δέω* magis propria translatio videtur. Adde *Hie-
ron. ep.* 99. n. 1. P Item pro actu scribendi. *Si-
don. ep.* 8, 3. Apollonii Pythagorici vitam dum pa-
rere festino, celeriter ejecit in tumultuarium exem-
plar turbida et praeceptis et opica translatio. P
Translatio dicitur a grammaticis figura metathesis,
qua litterarum ordo mutatur. *Diomed.* 2, 437. et
Donat. de Schematib. p. 1773. P De *tratio* V. in
TRADITUS.

TRANSLATIVE, adv. V. TRANSLATICIE f.

TRANSLATIVUS et Tralativus, a, um, adj. μετα-
ταξικός, qui transfertur, vel transferri potest,
aut solet. Constitutio translatica est illa, in qua
causa pendet, quia actio non fit iis circumstantiis,
quibus facienda est, ac proinde indiget transactio-
nis, et commutationis, e. gr. Utrum populus Roma-
nus, an centumviri de hac re iudicare debeant, Utrum
cum eo, qui vasa argentea publica de loco privato
sustulerit, furti, an peculatus agi oporteat. *Cic.*
Inv. 1, 8. At cum causa ex eo pendet, quod non aut
is agere videtur, quem oportet, aut non cum eo, qui-
cum oportet, aut non apud quos, quo tempore, qua
lege, quo crimine, qua poena oportet; translatica
dicitur constitutio, quia actio translationis, et com-
mutationis indigere videtur. *Id. ib.* 2, 19. Cum au-
tem actio translationis, aut commutationis indigere
videtur, quod non aut is agit, quem oportet, aut
cum eo, quicum oportet, aut apud quos, qua lege,
qua poena, quo crimine, quo tempore oportet; con-
stitutio translatica appellatur. P *Translativa quae-
stio*, aut *causa* ap. *Quint.* 3, 6. eodem fere perti-
nent. P *Translativus*, usitatus, communis, recep-
tus. V. TRANSLATICIUS.

TRANSLATOR, oris, m. qui transfert. *Cic.*
Verr. 2, 5, 58. *med.* Verres ille, vetus proditor
consulis, translator quaesturae, aversor pecuniae
publicae, h. e. qui cum esset quaestor aerarius Ma-
rianarum partium, pecuniam publicam, Carbonis
consulis et exercitus ejus nomine ex aerario sum-
ptam, avertit, et ad Sullam transfugiens transtulit,
ut est ap. *Cic. et Ascon. Verr.* 2, 1, 4. *med.* P
Item interpret. *Hieron. ep.* 57. n. 5. Sufficit mihi
ipsius translatoris auctoritas, qui etc. *Id. in Dani-
el.* 4, 5. Exceptis Septuaginta translatoribus, qui
haec omnia nescio qua ratione praeterierunt. Adde
praef. in Psalt. juxta LXX., ubi alii interpretibus
pro translatoribus legunt. P Est etiam qui exscri-
bit. V. *Sidon. l. c.* in COACTIM.

TRANSLATUS et Tralatus, a, um, part. a *trans-
fero*: μεταφορῶν, in alium locum latus, transve-
ctus. *Nep. Arist.* 3. Pecunia omnis Athenas trans-
lata. *Op. Met.* 13, 868. Cumque suis videor trans-
latam viribus Aetnae Pectore ferre meo. *Plin.* 19,
12, 60. Omnia translata meliora grandioraque fiunt,
maxime porri; et 6, 26, 29. Oppidum translatum
ab Dario ad montes. *Caes. B. G.* 7, 8. *f.* Cum vi-
deat omne ad se bellum translatum. *Hor. Epod.* 15,
23. translatus alio moerebis amores. *Op. Met.* 15,
419. Deserat ante dies, quam consequar omnia di-

ctis in species translata novas; et *Tac. A.* 15, 26.
Legiones in Syriam translatae. *Id. H.* 1, 13. Rei-
publicae cura frustra a Nerone translata, si apud
Othonem relinqueretur, h. e. Nerone erepta, et alii
transdita. *Inscr. ap. Grut.* 662, 8. Isdem corpori-
bus tralatis, h. e. cadaveribus in aliud sepulcrum
traductis. *Plin.* 18, 7, 12. n. 1. Ad verbum trans-
lata sententia. *Id.* 30, 10, 27. Stellionis nomen in
maledictum translatum; et *Lucan.* 10, 110. Nondum
translatos Romana in saecula luxus. *Suet. Ner.* 52.
Versus translati, h. e. transcripti. P *Translata
verba*, quae, ut ait *Cic. Or.* 27., per similitudinem
ab alia re, aut suavitatis, aut inopiae causa trans-
feruntur, μεταφορικά. *Cic. ib.* Illustrant orationem,
quasi stellae quaedam, tralata verba atque immuta-
ta. P *Translatum exordium* est, quod aliud con-
ficit, quam causae genus postulat: ut si quis docilem
faciat auditorem, cum benivolentiam causa desi-
derat: aut si principio utatur, cum insinuationem
res postulat. Haec *Cic. Inv.* 1, 18. *med.* P De
scriptione V. in TRADITUS.

TRANSLATUS et Tralatus, us, m. translatio.
De transvectione aut pompa. *Sen. Tranq.* 1. *med.*
Praestringit animum apparatus alicujus paedagogii,
diligentius, quam in tralatu, vestita et auro culta
mancia. Ita recte leg. *Gronov.*, alii aliter. *Val.*
Max. 2, 4. n. 6. Translatum antea Poeniceis indu-
tum tunicis, M. Scaurus exquisito genere vestis cul-
tum induxit, h. e. ludionum turbam, quae in scena
saepius ante spectatorum oculos traducitur, velut
in pompa fit.

TRANSLÉGO, is, a. 3. διατρέπω, cursim lego,
legendo transcurro. *Pl. As.* 4, 1, 5. Age quaeso,
mi hercle (*syngraphum*) transege.

[TRANSLUCANUS, a, um, adj. qui trans lu-
cum est. *Inscr. ap. Grut.* 201, 7. Municipis et in-
colae pagi translucani, et pagi suburbani. *F.*]

TRANSLUCEO et Traluceo, es, n. 2. lucem trans-
fero, lucendo transeo. *Lucr.* 4, 308. Usque adeo
e speculo in speculum tralucet imago. Supra dix-
erat *ib.* 302. Fit quoque, de speculo in speculum ut
tradatur imago. P Item *διαγύω*, lucem trans-
mitto, pelluceo. *Op. Met.* 4, 354. In liquidis trans-
lucet aquis, ut eburnea siquis Signa tegat claro,
vel candida lilia vitro. *Plin.* 17, 14, 24. Translu-
cens fissura. *Colum.* 4, 29. *med.* Nisi cortex cortici
sic applicetur, ut nullo loco translucet, nequit co-
alescere, h. e. rimam habeat, qua lux transeat. *Plin.*
6, 17, 20. de serico: Tam longinquo opere petitur,
ut in publico matrona translucet. *Id.* 37, 10, 67.
Selenitis ex candido translucet melleo fulgore. *Id.*
36, 26, 67. Vitris in candido translucetibus. *Id.*
37, 10, 63. Gemma nigerrimo colore translucens.

TRANSLUCIDUS et Tralucidus, a, um, adj. δια-
φανής, qui ita lucet, ut visum transmittat, pelluci-
dus. *Plin.* 37, 9, 46. Translucida crystallus. *Id.*
11, 37, 55. *extr.* Membrana vitri modo translucida.
Id. 37, 5, 18. Smaragdi densi, nec e liquido translu-
cendi; et *ib.* 4, 15. Translucidus color; et *ib.* 10,
57. Gemma candore translucido. P Translate.
Quint. proem. 8. *med.* Cultus muliebris et luxuri-
osus non corpus exornat, sed detegit mentem. Simi-
liter illa translucida et versicolor quorundam elocutio
res ipsas effeminat, quae illo verborum habitu
vestiuntur. [**Cf. Ern. lex. technol. lat. rhet.* p. 406.]

TRANSMARINUS, a, um, adj. μεταθαλάσσιος,
qui trans mare est, vel petitor. *Pl. Most.* 2, 2. 66.
Ego transmarius hospes sum Diapontius. V. DIA-
PONTIUS. *Cic. Verr.* 2, 5, 18. Privatim autem
nec proficisci quoquam potes, nec arcessere res trans-
marinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari
nihil licet. *Id. Or.* 3, 33. Quid enim M. Catoni
praeter hanc politissimam doctrinam transmariam,
atque adventicium defuit? h. e. praeter jurispruden-
tiam. Nam Romani petivere leges trans mare per
tres legatos a civitatibus Graeciae, ut patet ex hi-
storia legum XII. Tabularum. *Quint.* 7, 3. *f.*
Transmarina peregrinatio. *Inscr. ap. Marin. Frat.*
Arv. p. 245. Mercator omnis generis mercium trans-
marinarum.

TRANSMÉABILIS, e, adj. qui transmeari pot-
est. *Auson. Grat. act.* 35. *extr.* Spatio non trans-
meabili.

TRANSMÉATORIUS, a, um, ad transmeandum
aptus. *Tert. adv. Valent.* 27. Christus delatus in
Virginem transmeatorio potius, quam generatorio
more.

TRANSMÉATUS, a, um, part. a *transmeo*: trans-
itus, trajectus. *Ammian.* 27, 8. *med.* Transmeato
lentius freto. *Appul. Met.* 6. Transmeato limite.

TRANSMEO et Trameo, as, avi, atum, a. 1.
μεταβαίνω, trans, aut ultra meo, transeo, pertrans-
eo, permeo. *Lucr.* 4, 603. Qualia (*foramina*) sunt
vitri, species quae trameat omnis. *Tac. A.* 12, 62.
Transmeantibus terra marique ducibus, exercitiibus-
que. *Plin.* 33, 5, 26. Quidquid non transmeat (*in
cribrando*), repetitur in pila. *Id.* 30, 11, 29. Sole
XII. Signa transmeante. *Id.* 10, 29, 41. Larius
lacus, ad quem ciconiae non transmeant. P Sunt
qui ap. *Lucr.* tum l. c. tum 6, 348. pro *trameat* leg.
traviat cod. sensu. P De *scriptione* V. in TRA-
DITUS.

TRANSMIGRATIO, onis, f. *Prud. Hamart.* 448-
88

Haec illa est Babylon, haec transmigratio nostrae Gentis.

TRANSMIGRO, as, n. 1. μετακίω, in alium locum migro, domicilii causa alio me transfero, habitationem commuto. *Liv.* 5, 54. Aliam urbem quaerere, quo transmigremus; et *ib.* 53. Transmigrare Vejios. *Suet. Tib.* 15. E Carinis Esquilias in hortos Maecenatianos transmigravit. *Plin.* 16, 32, 59. Arboreas exorari, ut vivant, atque transmigrant.

TRANSMISSIO, onis, f. actus transmittendi. De traiectione maris, aut fluminis, διακίωσις. *Cic. Att.* 4, 17. O navigationem amandam! quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuae transmissionis. *Id. Phil.* 1, 3. Ab urbe ea transmissio in Graeciam laudabatur.

TRANSMISSUS et **Tramissus**, a, um, part. a *transmitto*: διακίωσις, ultra missus, trajectus, transvectus: praesertim trans mare, aut flumen. *Liv.* 28, 41. *extr.* Magna classis in Siciliam tramissa. Alii leg. *transmissa*. *Tac. Agr.* 28. Cohors Usipiorum in Britanniam transmissa. *Virg. A.* 3, 403. ubi transmissae steterint trans aequora classes. *Val. Fl.* 1, 463. de Lynceo: possit qui rumpere terras, Et Styga transmissio tacitam deprendere visu. *P.* Item trajectus. *Tac. A.* 12, 13. Transmissus annis. *Val. Fl.* 2, 623. Exsuperant Pityamque vadis, transmissaque puppi Lampsacus, h. e. navis Lampsacum praetervecta est. *P.* Item transadactus. *Sen. Herc. Oet.* 1165. Transmissus ensis per latus. *P.* Item transverse missus, injectus. *Liv.* 1, 26. f. Transmissum per viam tigillum. *Suet. Cal.* 22. f. Super templum Augusti ponte transmissio, Palatium Capitoliumque conjunxit. *P.* Item transactus, praeteritus. *Lucan.* 7, 212. Attonitique omnes veluti ventientia fata, Non transmissa, legent. *Plin. ep.* 8, 11. Incipit (aeger) transmissumque discrimen convalescendo metiri. *Stat. Silv.* 1, 4, 124. nemo modum transmissi computet aevi. *Claud. Cons. Mall. Theod.* 141. Nec tibi sufficiat transmissae gloria vitae. *P.* Et praetermissus. *Tac. A.* 16, 12. Junius mensis transmissus, quia duo Torquati ob scelera interfecti infaustum nomen Junium fecerant. *Adde ib.* 4, 55.

TRANSMISSUS, us, m. διακίωσις, trajectio, transmissio mari, aut flumine. *Caes. B. G.* 5, 13. Hibernia dimidio minor, quam Britannia: sed pari spatio transmissus, atque ex Gallia, est in Britanniam. *Gell.* 10, 26. Maris transitus, transmissusque navius factus. *P.* Item traditio. *Pacuv. ap. Non.* 7, 112. Nunc regnum potitur transmissu patris.

TRANSMITTO et **Tramitto**, is, isi, issum, a. 3. διακίω, de loco ad locum mitto, ultra mitto. *Pl. Epid.* 1, 2, 52. et 3, 4, 27. Mihi ut illum tramittas: argentum accipias. *Paul. Dig.* 11, 4, 4. Ad officium proconsulis comprehensos fugitivos transmittere. *Tac. A.* 13, 55. Transmittere pecora et armenta in campum: scil. pascendi causa. *Flor.* 4, 2. f. Primum de Gallia triumphum transmiserat Rhenus, Rhodanus, Oceanus. *P.* Item transfero. *Colum.* 7, 8. *med.* de caseo: Cum transmiserint in formas coactam materiam. *Just.* 36, 4. *extr.* Asia Romanorum facta, cum opibus suis vitia quoque Romam transmisit. *Liv.* 21, 20. Ne in Italiam transmittant Galli bellum. [**Tac. A.* 2, 6. Insula Batavorum — transmittendum ad bellum opportuna.] *Tac. A.* 2, 38. Urgere modestiam senatus: eandem vim in me transmittere. [**Insolentius paulo usurpatur h. l. v. transmittere pro adhibere.*] *P.* Item tradere. *Sil.* 7, 383. Alloquitur juvenem, cui mos transmittere signa, Et belli summam primasque jubebat habenas. *Plin. ep.* 8, 18. Haec hereditas transmittenda erat filiae fratris. *P.* Cum infinito. *Stat. Silv.* 3, 3, 78. et longo transmittit habere nepoti. Simile est illud *Virg. A.* 9, 362. dat habere nepoti; et *ib.* 5, 263. donat habere viro. *P.* Item transvehere, trajicio, trans mare, aut flumen navius, aut ponte transduco. *Vell.* 2, 51. Mare praesidiis clasium seperat, quo minus Caesar legiones posset transmittere. *Liv.* 28, 5. f. Inde classem in Euboeam ad urbem Oreum transmittunt. *P.* *mare*, aut *flumen transmittere*, trajicere, διακίωσις. *Liv.* 21, 20. *extr.* Satis constante fama, jam Iberum Poenos transmississe. *Tac. A.* 15, 7. et *Plin. ep.* 8, 8. Euphratem ponte transmittit. *Cic. Att.* 16, 6. Duo sinus fuerunt, quos tramitti oportet: utrumque pedibus aequis transmissimus. *Id. N. D.* 2, 49. Grues loca calidiora petentes, maria transmittunt. *Id. Att.* 8, 11. Ante puto transmissurum (mare), quam potuerit conveniri. *Sil.* 14, 20. de freto Siculo: Sed spatium, quod dissociat consortia terrae, Latratus fama est, Et matutinos volucrum tramittere cantus. *P.* Saepae hoc sensu absolute adhibetur. *Cic. Att.* 8, 13. Si nactus hic esses Cnaeum nostrum, spes dubia pacis: sin ille ante transmississet, exitiosi belli metus. *Id. ib.* 16, 7. Cum a Leucopetra (inde enim transmiseram) stadia CCC. processissem, rejectus sum austro vehementi. *Liv.* 25, 31. f. Otacilius cum quinqueremibus LXXX. Uticam ab Lilybaeo transmisit. *Id.* 42, 7. Ex Corsica subacta Cicereres in Sardiniam transmisit. *Id.* 21, 51. Hostes jam transmiserant ad vastandam Italiae oram. *Id.* 30, 24. Centum onerariae naves in Africam transmiserunt. *P.* *Transmittere ad aliquem*, trans-

fugere. *Vell.* 2, 84. Domitius maximo et praecipiti periculo transmisit ad Caesarem. *P.* Est etiam ultra ire, transcurrere. *Lucr.* 2, 326. et *Virg. A.* 4, 154. cervi transmittunt cursu campos. *Stat. Th.* 9, 239. et *Sil.* 4, 347. fluvium transmittere nando. *Id.* 8, 554. tramittere saltu Murales fossas. *P.* Translate *transmittere discrimen* ap. *Plin. ep.* 8, 11. est evadere. *P.* Item superjacio, jaciendo supero, aut transcurro. *Or. Met.* 4, 708. quantum Balearica torto Funda potest plumbo medii transmittere coeli. *Stat. Th.* 6, 677. transmittere flumina disco. *Plin.* 28, 4, 6. Cum quis tectum, in quo sit gravis, transmiserit lapide, vel missili. *P.* Item transitum do. *Colum.* 12, 50. Cannas diligenter spisse tectas injicito, ita ut ne baccam transmittere queant. *Id.* 1, 6. f. Piscinae exstructum pavitumque solum habeant, ne humorem transmittant. *Plin.* 16, 10, 19. Abies folio pinnato densa, ut imbres non transmittat. *Id.* 9, 22, 38. Lacus Benacus Mincium amnem transmittens. *Id.* 13, 12, 24. Charta transmittens litteras liturae metum affert. *Id.* 18, 11, 29. n. 3. Cribrum angustissimum, et tantum arenas transmittens. *Id.* 11, 37, 78. Intestini laxitas cibum in inferiora transmittit. *Tac. A.* 13, 15. Primum venenum transmisit exsoluta alvo. *Plin.* 36, 15, 24. n. 3. Amplitudinem cavis eam fecisse proditur, ut vehem foeni large onustam transmitteret. *Plin. alter ep.* 8, 8. Flumen navium patiens, quas obvias quoque, et contrario nisu in diversa tendentes, transmittit et praefert: et *ep.* 2, 17. Cryptoporticus patentibus fenestris Favonius accipit transmittitque. *Stat. Th.* 9, 802. sed ferri lumine diro Turbatus sonipes, sese dominumque retorsit In latus, atque avidam transmisit devius hastam. *Sen. ep.* 99. *med.* Acquiescamus his, quae hausimus: si modo non perforato animo hauriebamus, et transmittente quidquid acceperat, h. e. obliviscente, non continente. *Liv.* 21, 24. *extr.* Galli capti donis, cum bona pace exercitum per fines suos, praeter Ruscinonem oppidum transmiserunt. *Val. Fl.* 3, 433. ipse recenti Stat tumulo, placida transmittens agmina lauro, h. e. ante se ire jubens, et transvehi. *P.* Item trajicio, transfigo. *Sil.* 5, 521. stetit aeris in ora Cuspis, et oppositas vetita est tramittere crates; et 7, 658. transmittit cuspe pectus. *P.* Item transadigo. *Pl. Mil.* 1, 1, 29. Si conisus esses, per corium, per viscera, perque os elephantum brachium transmittere. *Sen. Thyest.* 1089. trisulco flammearum telo facem Per pectus hoc transmittite. *P.* Translate est mandare, committere. *Cic. Manil.* 14. *extr.* Et quisquam dubitabit, quin huic tantum bellum hoc transmittendum sit? [**Similia sunt ista: Tac. A.* 4, 41. mox Caesarem, vergente jam senecta, secretosque loci mollitum, munia imperii facilius transmissurum; et *ib.* c. 54. poma — intacta ore servis transmissit: quibus contentus vel incuriae notionem inesse docet *Boetich.* in *Lex. Tac.* p. 466. Ejusdem generis esse videntur *Plin. Pan.* 7, 5. An senatum populorum Romanum, exercitus, provincias, socios transmissurus uni etc. et 37, 2. ac deinceps proximo cuique transmittenda cepissent. Cf. exempla, quae ab initio posita sunt, *Sil.* 7, 383. et *Plin. ep.* 8, 18. Quibus addi poterat *Virg. A.* 3, 29. Me famulo famulam Heleno transmisit habendam: quem locum *Cort.* laud. ad *Lucan.* 2, 341. docens *vv. tradere et transmittere* propria esse in h. re de concessis alii conjugibus.] *P.* Item omittere, negligere. *Tac. A.* 15, 31. Apud nos vis imperii valet, inania transmittuntur. *Id. H.* 4, 31. *extr.* Cum cetera jurisurandi verba conciperent, Vespasiani nomen haesitantes, aut levi murmure, et plerumque silentio transmittent. *Id. A.* 13, 39. f. Summa dissimulatione transmittere aliquid. *Stat. Th.* 8, 595. leo imbelles vitulos, mollesque juvencos Transmittit: magno furor est in sanguine mergi. *P.* Item praeterire, praetermittere. *Sil.* 7, 162. Haud fas, Bacche, tuos tacitum transmittere honores. *Tac. H.* 4, 9. Eam sententiam modestissimus quisque silentio, deinde oblivio transmisit; et *ib.* 1, 13. Ex rumoribus nihil silentio transmittentium. [**Suet. Cal.* 10. quae ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens. *Id. Claud.* 11. Ne M. quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione transmisit. *Id. Vesp.* 15. qui se omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat.] *P.* Item agere, ducere, transigere, cum de tempore sermo est. *Sen. ep.* 19. Vitam per obscurum transmittere. *Stat. Silv.* 4, 2, 12. steriles transmissimus annos: Haec aevi mihi prima dies. *Plin. ep.* 9, 6. Omne hoc tempus inter pugillares et libellos jucundissima quiete transmisi. *Plin. alter* 8, 25, 38. Crocodilus quatuor menses hiemis inedia transmittit in specu. *Stat. Th.* 3, 278. vigiles operi transmittere noctes, h. e. in opere transigere. Huc et illa pertinent. *Plin. ep.* 1, 22. Incredibilem febrium ardorem immotus opertusque transmittit; et *ep.* 6, 4. Ecquid denique secessus, voluptates, regionisque abundantiam inoffensa transmittentes. *Cic. Manil.* 1. Omne meum tempus amicorum temporibus transmittendum putavi, [*i. e. tribuendum. Ceterum pertinet hic locus ad eum, quem supra *Forc.* laud., *Cic. Manil.* 14., ubi mandandi, committendi notione positum legitur *v. transmittere.*] *P.* Monent critici, saepissime in

MSS. *Livii, Sillii, Statii, Ciceronis* etc, tramitto scriptum esse, et saepe frequentius quam transmittito. *V. TRADITUS.*

TRANSMONTANUS, a, um, adj. διαμόρτος, qui ultra montes habitat. *Liv.* 39, 2. *med.* Subactis eis Apenninum omnibus, tum transmontanos adortus. *Plin.* 3, 3, 4. Astures divisi in Augustanos et Transmontanos. [*Inscr. ap. Donat.* 298, 2. et *Orell. Coll. Inscr. Lat. n.* 154. Pintajus Pedilici F. Astur Transmontanus, castello Intercatia. *F.*]

TRANSMOTIO, onis, f. actus transmovendi. *Capell.* 5, 172. Metathesis est transmotio quaedam, hoc est cum rem a nobis alio transmovemus. Alii leg. *transmutatio*. *Aquila R. de fig. sentent.* p. 19. *Capper.* Metastasis, transmotionem, quidam inter figuras nominant, cum rem a nobis alio transmovemus. [**Cf. Ern. lex. technol. lat. rhet.* p. 406. sq.]

TRANSMOTUS, a, um, part. a *transmoveo*, μετακίνησις. *Tac. A.* 13, 35. Quippe Syria transmotae legiones.

TRANSMOVEO, es, vi, tum, a. 2. μετακίω, de loco in alium locum moveo, transfero. *Ter. Eun.* 3, 1, 9. Labore alieno magnam partam gloriam verbis saepe in se transmovet, h. e. sibi attribuit.

TRANSMUTATIO, onis, f. actus transmutandi. *Quint.* 1, 5. Duos in uno nomine faciebat barbarismos Tina Placentinus, *preculam pro pergula* dicens, et immutatione, cum c pro g uteretur, et transmutatione, cum r praeponebat e antecedenti.

TRANSMUTO, as, a. 1. μεταλλάττω, idem ac simplex *muto*, vel transfero. *Hor. Od.* 3, 29, 51. de Fortuna: Transmutat incertos honores, Nunc mihi, nunc aliis benigna. *Lucr.* 2, 487. transmutans dextera laevis. Quidam codices habent *transmutans*, quemadmodum etiam *tramitto* pro *transmitto* legitur. *V. dicta in TRADITUS.*

TRANSNATO. *V. TRANATO.*

TRANSNAVIGO et **Tranavigo**, as, a. 1. διαπλέω, ultra navigo. *Front. Strat.* 1, 4. f. Angustias maris transnavigare. *Sulpic. Sever. Dial.* 1, 1. Tot maria transnavigavimus. *V. TRANSJUGATUS.*

TRANNSO. *V. TRANO.*

TRANSNOMINATIO, onis, f. a quibusdam appellatur figura metonymia: nam *μετονομία* ad verbum transnominatio est. *Beda de trop. S. Script. ap. Pithaeum* p. 348. *Diomed.* 2, 452. et *Donat. de trop.* p. 1776.

TRANSNOMINO, as, a. 1. μετονομίζω, nomen commuto. *Suet. Gr.* 18. L. Crassicius, genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominavit. *Id. Dom.* 13. f. Septembrem mensem, et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum, Domitianumque transnominavit.

[**TRANSNUBO**, is, a. 3. marito repudiato alii nubo. *Jul. Valer. res gest. Alex. M.* (ed. A. Maio) 1, 10. Cum mulier consentiret, ut, deserto Philippo, (*Pausanias*) ad sese transnuberet. *V. NUBO. F.*]

TRANSNUMERO, as, a. 1. ἀναριθμίζω. *Auct. ad Her.* 4, 50. Tu illo plures mittas oportet, si hodie vis transnumerari, h. e. numerari pecuniam, et numeratam transferri.

TRANSPADANUS, a, um, adj. Τραπεζιδανός, trans Padum habitans. *Cic. Fam.* 12, 5. *med.* Tuos clientes Transpadanos etiam mirifice conjunctos cum causa habebamus. *Plin.* 3, 17, 21. Transpadana regio. *Id.* 10, 29, 41. Italia. *Catull.* 39, 13. Aut Transpadanus, ut meos quoque attingam. *P.* *Transpadani, orum*, absolute, ap. *Plin.* 18, 13, 34. sunt regionis Transpadanae incolae.

TRANSPLECTUS, us, m. διάσπασσις, actus transpiciendi visus. *Lucr.* 4, 272. Janua cum per se transpsectum praebet apertum.

[**TRANSPERTUSUS**, a, um, part. ab inus. *transpertundo*: transforatus. *Auct. de limit.* p. 302. *Goes.* Terminus si transpertus fuerit, cisternam significat, alveum transit, et ipsa aqua viva in arca trifidii est. *Adde p.* 266. *F.*]

TRANSPICIO et **Transpicio**, is, exi, ectum, a. 3. διακίωσις, ultra aspicio, prospicio. *Lucr.* 4, 271. Quod genus illa foris, quae fere transpiciuntur. *Lactant. Op. D.* 8. *med.* Per eas igitur membranas sensus ille, qui dicitur mens, ea, quae sunt foris, transpiciunt.

TRANSPANTATUS, a, um, part. ab inus. *transplanto*: μετακίωσις, serendo translatus. *Sedul.* 2, 258. mollesque per hortos Numina sicca rigant: verique hac arte videntur Transplantatorum cultores esse Deorum.

TRANSPONO, is, sui, situm, a. 3. μετακίωσις, transfero, transporto. *Gell.* 4, 5. Illam statuum suaserunt in inferiorem locum transponere. *Id.* 6, 9. Locum istum totum huc ex Pisonis annali transposuimus. *Pall.* 10, 13. Brassicam Novembri inchoante transponere, i. e. transferere. *P.* Trans flumen, vel mare vehere, trajicere, transmittere. *Just.* 23, 3. Victorem exercitum transponere in Italiam. *Tac. A.* 2, 8. Classis laevo anne transposuit militem dextris in terras iturum; et *Plin. ep.* 10, 69. Erit facile per illam brevissimam terram advecta fossa onera transponere in flumen.

[**TRANSPORTANEUS**, a, um, adj. qui transportatur. *Cassiod. Var.* 10, 30. Cutis hujus (ele-

phantis) ulcerosis vallibus exaratur, a qua transportaneorum nefanda passio nomen accepit, quae in tantam duritiam solidatur, ut putes esse osseam cutem, h. e. eorum qui elephantiasi laborant. F.]

TRANSPORTATIO, onis, f. διακομιδή, translatio, transvectio. Sen. Cons. ad Helv. 6. extr. Omnes istae populorum transportationes quid aliud, quam publica exsilia sunt? h. e. migrationes.

TRANSPORTATUS, a, um, part. a transporto: navi trans flumen aut mare trajectus. Liv. 27, 9. Transportati milites in Siciliam prope magni motus causa fuere. Mart. 13, 72. Argiva primum sum transportata carina.

TRANSPORTO, as, avi, atum, a. I. μετακομίζω, transfero, trajicio, transveho. Et de his dicitur, quae navi trans mare, aut flumen transferuntur. Caes. B. G. 5, 1. Naves paulo latiores ad onera, et ad multitudinem jumentorum transportandam. Id. ib. 4, 16. med. Exercitum Rhenum transportare. Id. B. C. 1, 54. Milites his navibus flumen transportat; et ib. 2, 23. Curio in Africam profectus, duas legiones transportabat. Curt. 7, 8. Ille se ratibus equitem phalangemque transportatum esse pronuntiat. Cic. Att. 7, 17. De pueris in Graeciam transportandis cogitabam. Id. Pis. 20. med. Macedonia, in quam tantum exercitum transportasses. Adde Liv. 26, 17. et 45, 41., Nep. Milt. 3., Virg. A. 6, 328. et Mart. 13, 72. Sic Plin. Pan. 12. f. Danubius duratus glacie ingentia tergo bella transportat. P Item deporto exsili causa. Suet. Aug. 65. f. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiosem, in insulam transportavit.

TRANSPPOSITIVUS, a, um, adj. qui transponit. Quint. 3, 6. med. Μετάληψις, quam nos varie translaticivam, transumptivam, transpositivam vocamus.

TRANSPPOSITUS, a, um, part. a transpono: translatus. Gell. 12, 1. Arborem in locum alium transpositam videas.

[TRANSPUNGO, is, a. 3. punctum transfodio. Coel. Aurel. Tard. 3, 4. med. Ut etiam ipsum quoque lienem igneo caute transpungendum probet. F.]

TRANSTRHENANUS, a, um, adj. qui trans Rhenum incolit. Caes. B. G. 5, 2. extr. Germanosque Transrhenanos sollicitare dicebantur. Adde ib. 4, 16. Plin. 19, 1, 2. Transrhenani hostes, h. e. Batavi.

TRANSSERTUS. V. TRANSERTUS.

TRANSTHĒBĀITĀNI Milites, qui ultra Thebaidem tendebat praesidii causa. Treb. Gall. 4., ubi alii aliter leg.

TRANSTIBĒRINUS, a, um, adj. Περιφερεινός, trans Tiberim incolens. Mart. 1, 42. Hoc, quod Transiberinus ambulator.

TRANSTIGRĪTĀNUS, a, um, adj. trans Tigrim Armeniae fluvium situs. Sex. Ruf. Brev. 25. Transgritanae regiones. Ammian. 18, 9. gentes. Adde 21, 6. f. et 22, 7.

TRANSTILLUM, i, n. parvum transtrum, tigillum. Vitr. 5, 12. Deinde inter eas (arcas) ex transillis inferior pars sub aqua exaequanda et purganda, h. e. ex parvis trabibus in imo arcarum positus.

TRANSTĪNEO, es, a. 2. Pl. Mil. 2, 5, 58. Nimis beat, quod commeatu transinet parietem, h. e. commeatu seu transitu trans parietem patet: paries nobis pervius est. [V. Lindem. ad h. l.]

TRANSTRUM, i, n. sedile remigum in navibus, ζυγός σκάφης, κατάζυγμα πλοίων. Est a transeo, per syncope, quasi transtrum. Vel ita dicitur quasi transversum stratum. Festus: Transtra et tabulae navium dicuntur et tigna, quae ex pariete in parietem porriguntur. Virg. A. 5, 663. furit immissis Vulcanus habenis Transtra per et remos, et pictas abiete puppes. Ov. Met. 14, 534. et incurvae fumant transtra carinae. Virg. A. 4, 573. fuscitate transtris, Solvite vela citi. Pers. 5, 147. Tu mare transillas? tibi torta cannabe fulto Coena sit in transtro? Epit. Liv. 89. In se mucrone verso, ad transtrum navis obnixus corporis pondere, incubuit. P Transtra etiam in aedificiis sunt ligna transversa, quae ex pariete in parietem porriguntur, ut ex Festo dictum est. Vitruv. in tectis locat, 2, 1. et 4, 2. et 5, 1. f., et significat tigna illa, quae ad libellam in summitate parietum collocantur, eosque vincunt et continent: his autem impositi canterii fastigium faciunt, et tectum sustinent. P Item quaecumque tigna in plano transversim posita. Id. 10, 21. de testudine militari: Ita supra transtrorum plantiem, quae supra basim fuerat, postes erant erecti, etc. Plin. 34, 12, 32. de atram. sutor. faciendo: Decoquitur, et in piscinas ligneas funditur. Immobiles super has transtris dependent restes lapillis extentae, etc.

[TRANSVADATUS, a, um, adj. ab inus. transvado. Hieron. ep. 14. n. 10. Expandenda vela sunt ventis, et quaestionum scopulis transvadatis, epilogi celeuma cantandum est. F.]

TRANSVARICO, as, a. 1. divarico, pedes et crura distorquo. Veg. Vet. 3, 60. Jumentum cum ambulare coeperit, prioribus pedibus transvaricat. Not. Tir. p. 132. Variat, praevariat, transvaricat.

TRANSVĒCTĪO et Travectio, onis, f. διακομιχίς, actus transvehendi, transportatio. Cic. Tusc. 1, 5. Dic, quaeso, num te illa terrent, triceps apud In-

feros Cerberus, Cocytii fremitus, transvectio Acherontis, mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus? Plin. Pan. 51. Immanium transvectione saxorum Urbis tecta quatuntur. P Transvectio item dicebatur recensio, seu cognitio, cum equites solemniter recensebantur, et ante oculos censorum, vel principis equis praetervehebantur. Transvectionem equitis habes in nummo gentis Liciniae ap. Morell. Fam. R. tab. 1. n. 7. ap. Spanhem. Diss. numism. T. 2. p. 101. Fiebat autem hoc maxime modo. Idibus Quinctilib. ex instituto Q. Fabii, ut refert Liv. 9, 46., Val. Max. 2, 2. f. Plin. 15, 4, 5. et Aurel. Vict. Vir. illustr. 32., equites trabati equis insidentes, corona ornati oleaginea, ab Honoris, sive Martis templo in Capitolium transvehebantur. Si sine culpa essent, abibant; sin aliter, sistebant, et equum vendere jubebantur. Suet. Aug. 38. Equitum turmas frequenter recognovit, post longam interpedinem reducto more transvectionis. V. TRANSEVO. P In MSS. codicib. multis legitur travectio.

[TRANSECTO, as, a. 1. frequent. idem fere ac transveho. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 2, 37. Denique corpori regio transvectando cum bajulos quosque nobilissimos suorum atque indigenas esse jussisset. F.]

TRANSECTUS. V. v. sq.

TRANSEVO et Traveho, is, exi, ectum, a. 3. διακομίζω, ultra veho, transfero, transduco, transmitto: praesertim cum de iis sermo est, qui mari aut flumine transmittunt. Caes. B. C. 3, 29. extr. Nuntios ad eum mittit, quid militum transvexisset. Liv. 21, 47. med. Ut jam Hispanos omnes inflati transvexerint utres. Sen. Herc. Oct. 1964. Non puppis umbras furva transvexit meas. Sil. 4, 488. Et medio abruptus fluitabat in amne solutis Pons vinculis, qui Dardaniam transvexerat agmen; et ib. 494. Flumineam texit, qua transvehat agmina, classem. Suet. Caes. 58. Neque exercitum in Britanniam transvexit, nisi, etc. Plin. 4, 4, 5. Magnitudo navium plaustris transvehi prohibet. Id. ib. 12, 24. Bosphorus Thracicus, qua Darius copias ponte transvexit. Id. 3, 18, 22. Navem Argo humeris transvectam Alpes, diligentiores tradunt. Ulp. Dig. 47, 13, 3. Qui corpus defuncti in itinere per vicus aut oppidum transvexerunt. P De iis, quae in triumpho pompa transferuntur. Flor. 2, 12. Primus dies signa tabulasque, sequens arma pecuniasque transvexit. Liv. 39, 7. Arma spoliisque multa Gallica carpentis transvecta. P Pro transire, tranare. Varr. R. R. 2, 7. Equi boni futuri signa sunt, si cum flumen travehendum est, gregi in primis praegrediatur, etc. Alii leg. trajiciendum. P Item transfigere, trajicere. Cels. 7, 7. n. 8. Acus immitenda est, ut tertiam partem palpebrae transvehat. Alii rectius leg. transuat. P Hujus verbi usus frequentior est in passivo, prima, quam posuimus, significatione: et quidem fere in praeterito. Cic. verens Homeri locum Fin. 5, 18. Nam nemo haec unquam est transvectus caerulea cursu. Sall. Jug. 21. Medi, Persae navibus in Africam transvecti, proximo nostro mari locos occupavere; et 30. f. Legiones ex Sicilia in Africam transvectae. Liv. 32, 16. Cum duabus quinquereibus Coreyam transvectus. Sen. Herc. Fur. 889. Transvectus vada Tartari, Pacatis redit Inferis. Claud. Laud. Seren. 22. surdoque carina Remige Sirenum cantus transvecta tenaces. P Translate. Tac. H. 2, 76. Abiit jam, et transvectum est tempus, quo, etc. [Id. Agr. 18. transvecta aetas. Ita nemo praeter Tacitum locutus esse videtur, sed apposite Walch. contulit Hor. Sat. 2, 2, 82. sive diem festum rediens advexerit annus.] P De volante Claud. Laud. Stil. 2, 272. Transvehitur Tuscos, Apeninusque volatu Stringitur. P De iis, qui equo feruntur. Tac. Agr. 37. Transvectae praecepto ducis a fronte pugnantium alae, aversam hostium aciem invasere. Id. A. 12, 41. Et ludicro Circensium Britannicus in praetexta, Nero triumphalium veste transvecti sunt. P Transvehi dicebantur equites R., cum solemniter recensebantur, ut in TRANSECTIO dictum est. Suet. Aug. 38. Neque detrahi quemquam in transvehendo ab accusatore passus est. Ulp. Dig. 2, 4, 2. §. 4. Vocari in jus non potest, qui equo publico in causa publica transvehatur. Liv. 9, 46. Ab eodem Q. Fabio Maximo institutum dicitur, ut equites Idibus Quinctilib. transveherentur. Adde Val. Max. 2, 2. f. [Inscr. ap. Grut. 1026, 4. D. M. Sex. Gavii Sex. F. Proculi Vix. An. XVI. equo publico transvectus est. F.]

TRANSVENĀ, ae, m. hospes, qui ex longinqua regione transiens ad nos pervenit. Tert. Spect. 5. Traditur, Lydos ex Asia transvenas in Etruria concessisse. Id. carn. de Sodom. 31. Transvena Loth aderat, sapiens, justique colonus.

TRANSVENDO, is, a. 3. vendendo transfero. Inscr. ap. Grut. 801, 5. Neque ulli licebit locationis causa in annis centum quandoque transvendere.

TRANSVĒNĪO, is, n. 4. ex aliquo loco transeundo advenio. Tert. Anim. 23. f. Anima inde (h. e. a Deo) transvenit.

TRANSVERBĒRĀTUS, a, um, part. a transverbero. Liv. 38, 23. f. Transverberatis scutis quidam

intra se conserti haerebant. Tac. H. 1, 42. Transverberatus in utrumque latus.

TRANSVERBĒRO, as, a. 1. διαλαίρω, transfigo, trajicio. Cic. Fam. 7, 1. med. Aut praecleara bestia venabulo transverberatur. Virg. A. 11, 667. cujus apertum Adversi longa transverberat abiete pectus. Id. ib. 10, 336. hasta volans clypei transverberat aera. Appul. de Deo Socrat. Aves aera volitando transverberant.

TRANSVERSĀRIUS, a, um, adj. επιτάριος, transverse positus. Caes. B. C. 2, 15. Pilae interponuntur, transversaria ligna injiciuntur, quae firmamento esse possint. Vitr. 10, 11. f. Tigna collocantur, in capitibus utraque parte habentia transversaria confixa. Adde 8, 6.

TRANSVERSE et

TRANSVERSĪM, adv. επιχρῶτος, in transversum, oblique. Vitr. 9, 9. med. In columella horae ex analemmatis transverse describantur. Cels. 5, 26. n. 24. Fascia transverse comprehendere oras debet. Tert. Bapt. 8. Manibus ita transversim obliquatis, ut, etc.

*TRANSVERSĪO, onis, f. Formarum transversiones appellavit Ovidii Metamorphoses Velus Auctor ap. Barth. ad Stat. Th. 1. p. 118. B. A.

*TRANSVERSO, as, a. 1. Farinas transverse, i. e. transversim inspergere, dixit Sept. Serenus sec. Barth. l. c. in Transversio, p. 117. B. A.

TRANSVERSUS et Traversus, a, um, part. a transverso: πλάγιος, επιτάριος, obliquus. Linea transversa est, quae rectam decussat: ut si v. g. recta sit ab Ortu in Occasum, transversa dicitur, quae a Septentrione in Meridiem protensa eandem secabit. Caes. B. G. 2, 8. Ab utroque latere collis transversam fossam obduxit. Cic. Verr. 2, 4, 53. Ceterae urbis partes una via lata perpetua, multisque transversis divisae. Id. Or. 3, 33. Transverso foro ambulare. Liv. 2, 39. Inde in Latinam viam transversis tramitibus transgressus Satricum ademit. Id. 22, 12. Per agrum Sabinum Tibur venit, inde Praeneste, ac transversis limitibus in viam Latinam est egressus. Hor. A. P. 416. versibus incomptis allinet atrum Transverso calamo signum. Colum. 2, 4. f. In arando maxime est observandum, semper ut transversus mons sulcetur. Id. 7, 10. Febricitantium signa sunt, cum obstipae sues transversa capita ferunt. Plin. 9, 15, 21. Mugiles tam praecipuae velocitatis, ut transversa navigia interim superjacent. Id. 17, 18, 29. Taleae ne plus quatuor digitos transversos emineant; et 11, 37, 54. Oculi contuitu multiformes, truces, torvi, graves, transversi, limi, etc. P Stricte si loquamur, differunt transversa et obliqua: illa sunt, quae dum secant, angulos rectos faciunt, haec obliquos. Plin. 53, 9, 45. Plurimum refert, concava sint (specula), an elata; transversa, an obliqua; supina, an recta. [Adde quod Doederl. 4, 362. haec docet: differre obliquus a transversus ut nostr. schief, schräg et quer, semperque aliquid vituperationis involvere.] P Ex transverso, de transverso, in transversum, per transversum adverbii more pro transverse ponuntur, ἐξαναμῖνος. Pl. Ps. 4, 1, 45. Ex transverso cedit, quasi cancer solet. Cic. Att. 15, 4. f. Ecce autem de traverso L. Caesar, ut veniam ad se, rogat. Auct. ad Her. 4, 10. Ecce ibi iste de transverso, heus, inquit, etc. Plin. 4, 12, 26. Paeninsula ad formam gladii in transversum porrecta. Id. 16, 42, 81. Pondus sustinere validae abies, larix, etiam in transversum positae. Id. 18, 20, 49. n. 3. Aratione per transversum iterata. Id. 37, 9, 37. Gemma per transversum linea alba praecingitur. P Transversum, et transversa, neutr. plur. absolute, idem ac transverse. Front. de limit. p. 43. Goes. Collectus pluvialis aquae transversum secans, finem alterius fundi influit. Virg. A. 5, 19. Mutati (venti) transversa fremunt. Id. Ecl. 3, 8. transversa tuentibus hircis, h. e. transversis oculis aspicientibus, et invidentibus. Adde Val. Fl. 2, 154. et Stat. Th. 1, 348. V. LIMUS, a, um. P Ex transverso, ex inopinato, praeter opinionem, casu. Petr. fragm. Trag. 55. Burn. Quod non expectes, ex transverso fit. Scrib. Comp. 231. Haec calamitas ex transverso accidit. P Transversus, translate. Cic. Brut. 97. Cujus in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transversa incurrit misera fortuna reipublicae, h. e. adversa, et quae cursum laudis intersisteret. Sen. ep. 8. Ne resistere quidem licet, cum coepit transversos agere felicitas, h. e. animum a recta via virtutis deflectere. Plin. 9, 17, 31. Quae reputatio aufert transversum animum ad contemplationem eorum, qui, etc. h. e. ab instituta de piscibus disputatione declinare facit. Sic 28, 1, 1. Dictae erant omnium rerum naturae, inter coelum ac terram nascentium, restabantque quae ex ipsa tellure fodiuntur, si non herbarum ac fructuum tractata remedia auferrent transversos. P Transversum digitum, aut unguem discedere, proverbialis hyperbole, h. e. minimo spatio. Pl. Aut. 1, 1, 17. Si tu hercle ex istoc loco digitum transversum aut unguem latum excesseris. Cic. Acad. 4, 18. med. Ab hac regula mihi non licet transversum, ut ajunt, digitum discedere. Id. Att. 13, 20. In omni vita sua quemque a recta conscientia transversum unguem

non oportet discedere. P De descriptione diximus in TRADITUS.

TRANSVERTO, is, a. 3. transmuto, converto. Appul. Apol. Quis credat effici potuisse, ut quae defensio fuerat, eadem, manentibus iisdem litteris, in accusationem transverteretur? Firm. Math. 6, 15. Mentis levitate instabiles faciet ista conjunctio, eorumque consilia hac atque illac varia cogitatione transvertet, ne animus eorum aliquando unius consilii ratione utatur. P Item averto. Arnob. 7, 219. Inhonestas famas adjungitis Diis vestris, si eos aliter negatis praestare quae bona sunt, atque inimica transvertere, nisi prius empti capellarum fuerint atque ovium sanguine. Tert. Praeser. 37. Qua licentia, Valentine, fortes meos transvertis?

[TRANSVIOLATUS, a, um, part. a transviolo. Not. Tir. p. 88. Violat, transviolat; violatus, transviolatus. F.]

[TRANSVIOLENTUS, a, um, adj. plus quam violentus. Not. Tir. p. 88. violentus, transviolentus. F.]

[TRANSVIOLO, as, a. I. V. TRANSVIOLATUS. F.]

[TRANSULMĀNUS, a, um. V. ULMANUS. F.]

TRANSULTO et Transulto, as, n. I. μετασθένω, μεταλλάσσω, transilio: ex trans, et salto. Liv. 23, 29. Sed quibus desultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam saepe pugnam in recentem equum ex fesso armatis transulare mos erat.

TRANSUMO et Transsumo, is, umpsi, umptum, a. 3. μεταλαμβάνω, ex alio sumo. Stat. Th. 3, 292. hastam laeva transsumit, et alto, Haud mora, desiluit curru. Id. ib. 2, 242. mutatosque velint transumere cultus. P De ratione scribendi. V. TRANSCENDO.

TRANSUMPTIO, onis, f. figura rhetorica, Graece μεταλήψις, quae ex alio in aliud veluti viam praestat. Quint. 8, 6. V. METALEPSIS.

TRANSUMPTIVUS, a, um, adj. qui transumit. Quint. 3, 6. cujus verba V. in TRANSPOSITIVUS.

TRANSUO et Transuoo, is, ui, utum, a. 3. διαφράσσω, suendo transeo, acu trajicio. Cels. 7, 7, n. 8. Acu transui juxta pilos exteriorem partem palpebrae oportere; et n. 11. Ad ipsas radices per medium transuere acu duo linea ducente. Colum. 6, 4. Media pars subula transuuit. Sen. Phoen. 254. de Oed.: Calidoque teneros transuuit ferro pedes, Et in alta nemora pabulum misit feris. P De descriptione V. TRANSCENDO.

TRANSVOLITO, as, n. I. idem quod transvolvo. Lucr. 1, 355. Inter septa meant voces, et claustra domorum Transvolitant.

TRANSVOLO et Travolo, as, avi, atum, a. I. διατρέχωμαι, volando transeo, transcurro. Plin. 10, 29, 41. Perdices non transvolant Boeotiae fines in Attica; et ib. 23, 30. Grues Pontum transvolaturae. Sen. Hipp. 1233. Vultur relicto transvolet Tityo ferus. Plin. 9, 8, 7. Delphini tanta vi exsiliunt, ut plerumque vela navium transvolent. P Celeriter transcurro more volantis. Asin. Poll. ad Cic. Fam. 10, 31. med. Si cetera transissem, num etiam Alpes poteram transvolare, quae praesidio illius tenentur? Liv. 3, 63. Eques se ad equos recipit: transvolat inde in partem alteram, suis victoriae nuntius. Plin. 5, 9, 10. Nilus insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastae magnitudinis, ut quamquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non brevior transvolet. Id. 7, 12, 10. Cogitatio animi subito transvolans, h. e. praeteriens. Auct. ad Her. 4, 22. Alexandro si vita longior data esset, Oceanum manus Macedonum transvolasset, h. e. transcendisset. Hor. Sat. 1, 2, 108. Transvolat in medio posita, et fugientia captat, h. e. praeterit, negligit. Pl. Epid. 1, 1, 33. Arma travolaverunt ad hostes, h. e. transfugerunt, ut paulo ante v. 28. dixit. Varr. L. L. 4, 25. Trua, quod travolat ea aqua, h. e. defluit. P De descriptione V. in TRADITUS.

TRANSVOLVO, is, a. 3. evolvo, revolveo, decurro. Translate. Prud. Cath. 11, 29. Donec rotata annalium transvolverentur millia.

TRANSVORATIO, onis, f. actus transvorandi. Per metonymiam est locus, per quem transeunt ea, quae vorantur. Coel. Aurel. Tard. 1, 4. n. 109. Tunc si medicamentum ad superiora cucurrerit, et transvorationis ceperit partes. Id. ib. 2, 11. n. 135. Aliquando etiam remeantis materiae causa laxiora transvorationis efficiuntur loca. Id. ib. 13. n. 176. Terminatur enim hoc (electario) asperitas faucium, et transvorationis partes leniuntur, et tussicula mitigatur. F.]

TRANSVORO, as, a. I. vehementer voro. Arnob. 1, 40. Beluarum ritu comminutis cum ossibus transvorare. P Translate. Appul. Apol. Suasi uxori meae, cujus jam, ut isti ajunt, universas opes transvoraram, h. e. consumpseram.

TRANSUTUS et Transutus, a, um, part. a transuo: trajectus. Or. Fast. 2, 363. sacerdotes verubus transuta salignis Extā parant.

TRĀPETUM, i, n. et Trapetus, i, m. et in plur. Trapetes, um, m. τραπέζιον, et τραπέζος, et τραπέζης, ητος, instrumentum terendis oleis aptum: a τραπέω, calco, quod a τρέπω, verto. [Trapetum

fuse describitur a Cat. R. R. 20. et sqq. Erat autem grande mortarium seu vas amplum rotundum, intus cavatum ex lapide Sinuessano seu Pompejano, in cuius medio ex eodem lapide relicta quaedam quasi columna miliarium dicebatur, bini circa idem orbis ex sphaerae segmento facti, seu duae molae, ad perpendicularum erecti, ope cupae, seu assis faginei, per eosdem transmissae, et ferrea columella, seu perno di ferro, in medio miliario firmatae, ita vertebantur, ut olearum carnes, minime vero earundem nuclei, frangerentur, quarum deinde massa, seu sampsā, prelo subjecta et expressa oleum daret. F.] Varr. L. L. 4, 31. med. Trapetes molae oleariae vocantur: trapetes a terendo; nisi Graecum. Id. R. R. 1, 55. Primus quisque acervus demittatur ad trapetas, quae res molae oleariae e duro et aspero lapide. Colum. 12, 50. med. Oleo conficiendo molae utiliores sunt, quam trapetum: trapetum, quam canalis et solea. Cato R. R. 12. Cuneos sex, trapetos quinque; et ib. 22. Trapetus emptus in Suessano: et mox: Si orbis in veteres trapetos parabis; et ib. 18. Trapetibus locum dextra sinistra, etc. Virg. G. 2, 519. teritur Sicyonia bacca trapetis. Plin. 15, 6, 60. Inventum, ut lavarentur oleae ferventi aqua, protinus prelo subicerentur solidae: ita enim amurca exprimitur, mox trapetis premerentur iterum. Id. 7, 56, 57. med. Oleum et trapetas invenit Aristaeus Atheniensis. [Ulp. Dig. 19, 2, 19. Dolia colono praestanda, et prelum, et trapeta instructa funibus. Trapeti figuram habes ap. Schneid. ad Cat. tab. 11. n. 6. F.]

*TRAPEZA, ae, promontorium Troadis, in Hellespontum incurrens. Plin. 5, 30. B. A.

TRAPEZITA, ae, m. τραπέζιτης, mensarius, argentarius, nummularius, apud quem pecunia ponitur vel custodiae, vel fenoris causa: a τραπέζα, mensa. Pl. Capt. 1, 2, 90. Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Id. Curc. 2, 3, 66. Dediti tu argentum? inquam, immo apud trapezitam situm est. Id. Trin. 2, 4, 23. Trapezitae mille drachmarum, quas de ratione debuisti, reddita. Id. Epid. 1, 2, 40. Quadraginta minas unde auferre me vis? a quo trapezita peto? Id. Capt. 2, 3, 89. Sequere me, viaticum ut dem a trapezita tibi.

TRAPEZOPHORUM, i, n. τραπέζοφορον, fulcrum mensam sustinens: a τραπέζα, mensa, et φέρω, fero: sive illud sit columella, sive signum aliquod ita conformatum, ut capiti ejus, et manibus elatis imponi mensa, et consistere possit. Paul. Dig. 33, 10, 3. Supellectile legata haec continentur: mensae, trapezophora, delphica, subsellia, etc. Cic. Fam. 7, 23. Quod tibi destinaras trapezophoron, si te delectat, habebis.

[TRAPEZOPOLITAE, arum, m. plur. Τραπεζοπολίται, incolae Trapezopolis, urbis mediterraneae Cariae, prope Maeandrum, nunc Karagiu-la appellatae. Plin. 5, 29, 29. Apolloniatae, Trapezopolitae, Aphrodisienses liberi. F.]

*TRAPEZUS, untis, f. Τραπεζοῦς, urbs Ponti, hodie Trapezunt vel Trebisonde. Tac. A. 13, 39, et H. 3, 47. Mela 1, 19. Plin. 6, 4. ubi Trapezus liberum, sc. oppidum, appellatur. B. A.

TRASIMENICUS, a, um, adj. ad Trasimenum pertinens, ut Trasimenica strages, qua Romani ab Annibale afflicti sunt. Sidon. carn. 9, 247. Postponat Trebiam, gravesque Cannas, Stragem nec Trasimenicam loquatur.

TRASIMENUS Lacus, et Trasimenus, absolute, lago di Perugia, Τραπεζομένη λίμνη, lacus Etruriae inter Cortonam et Perusiam: celebris pugna et victoria Annibalis de Romanis: de qua Liv. 22, 4. et sqq., Flor. 2, 6. et Val. Max. 1, 6. n. 6. Tertium fulmen Annibalis fuisse dicit Flor., nam primum inter Ticinum et Padum, alterum Trebia, quartum Cannae fuere. Sil. 4, 739. ego sum, celsis quem cinctum montibus ambit Tmolio missa manus, stagnis Trasimenus opacis. (V. LYDIUS.) Id. 5, 8. Nunc volvente die Trasimeni nomina servant. Or. Fast. 6, 765. Trasimenaque litora testes. P Varia est hujus vocis scriptura, nam et Trasymenus legitur (unde Trasymenus prisco more fecere), et Tarsomenus corrupta voce, et Thrasymenus, et Thrasymenus. Quam posuimus, frequentior esse dicitur in MSS. Livii, Flori et Val. Max.

TRĀVEHO. V. TRANSVEHO.

TRĀVĪO, as, n. I. V. TRANSMEO.

TRĀULIZI, τραυλλίζω, leviter balbutit: vox Graeca a τραυλός, balbus, blaesus. Lucr. 4, 1157. Balba, loqui non quit, traulizi: muta, pudens est.

[TRAULUS, a, um, adj. τραυλός, balbutiens, balbus. Est cogn. R. ap. Tac. A. 11, 36. Ne Trauli quidem Montani equitis Romani defensio recepta est. F.]

TRĀVOLO. V. TRANSVOLO.

[TREB. praen. R. Legitur in Inscr. ap. Rosin. Dissert. isag. tab. 15. col. 3. Treb. Statorius Tr. L. Terminalis. Alibi hujus praenominis mentio non exstat, ac propterea num Trebius, an Trebatius, an Trebellius interpretandum sit, ignoratur. F.]

TREBĀCITER, adv. callide absolute. Sidon. ep. 9, 11. med. Malui factum confiteri simpliciter, quam trebaciter diffiteri.

[TREBĀNI, orum, n. plur. incolae urbis Trebae

in Aequis Italiae populis, quae nunc Trevi appellatur, ad Anienis fluvii dexteram, cujusque mentio est ap. Front. Aquaed. 93. Plin. 3, 5, 9. Trebani, Tusculani, Verulani, Veliterni. Inscr. ap. Mur. 652, 2. Respublica Trebanorum. F.]

TREBĀTIUS, ii, m. C. Trebatius Testa Jctus fuit tempore Ciceronis, qui illum Caesari commendans in Gallia bellum gerenti, valde laudat Fam. 7, 5., in sequentibus autem epistolis, quam sibi sit familiaris, quantumque eum diligat, luculenter ostendit. Eidem Topica sua inscripsit. Ipse autem Trebatius suo tempore magnae fuit in respondendo jure auctoritatis: ejus meminit Hor. Sat. 2, 1, 4. et ib. 78. doctum appellat. Idemque scripsit de religionibus, ut citatur a Gell. 6, 12. et a Macr. Sat. 1, 16. et alibi: item de aliis ad jus pertinentibus: citanturque ejus responsa ab Ulp., Paul., Venul., Jabol. variis in locis Digestor.

TREBĀX, acis, adj. omn. gen. in rebus gerendis exercitatus, rerum peritus, atque adeo callidus, astutus: videturque ductum a Graeco τριβᾶκος, quod idem significat. Sidon. ep. 1, 11. med. Colligit se trebacissimus senex: paulo ante dixerat: homo litium, temporumque varietatibus exercitatus.

TREBELLĪANUS, a, um, adj. ad Trebellium pertinens, ut Trebellianum senatusconsultum (de quo est tit. l. l. 36. Dig.) De fideicommissariis hereditatibus, factum sub Nerone, VIII. cal. Septembr., Annaeo Seneca, Trebellio Maximo coss. Sic Trebellianus fideicommissarius, Paul. ib. 36, 3, 15. V. Jctos.

TREBELLĪCUM Vinum, genus vini generosi in Campania, ad quartum a Neapoli lapidem. Plin. 14, 6, 8. n. 6.

TREBELLĪUS, ii, m. nomen Romanum, ut M. Trebellius, L. Trebellius, ap. Cic. Quint. 5. et 6. Phil. 4. P Trebellius Pollio scriptor historicus temporibus Constantii Imp., vel certe Constantini ejus filii, sub initium saeculi Christi IV.: scripsit vitas quorundam imperatorum, quae adhuc exstant. Ejus meminit Vopisc. Aurel. 2. et Firm., Sat. etc. I.

TREBĪA. V. in TREBIATES.

TREBIĀNUS, a, um, adj. ad Trebiam pertinens: de qua V. in v. sq. Arnob. 3. p. 126. Trebiani Dii, h. e. quos Piso novem esse in Sabinis credit apud Trebiam, ut Id. ib. p. 122. tradit. Fortasse Trebiam illam intelligit, quae est in Umbria; haec enim regio Sabinis continetur. [Suet. Tib. 31. Trebianis legata in opus novi theatri pecunia. F.]

TREBIĀTES, um, m. plur. populi Umbriae, quorum urbs Trebia, nunc Trevi. Plin. 3, 14, 19. P Trebia est etiam fluvius ex Apennino ortus, et in Padum influens prope Placentiam: celebris pugna et victoria Annibalis de Romanis. Liv. 21, 52. etsqq., Flor. 2, 6., Lucan. 2, 46. et Sil. 4, 495. et sqq. Masculino gen. Id. 6, 717. Et nostrum Trebiam, etc. et 4, 645. Trebia perfide: fluvius aut amnis subaudiri potest. Adde 9, 189.

*TREBIUS, i, m. nomen proprium virorum R., v. g. Trebius Niger, historicus, L. Luculli sodalis, in Gallia Baetica proconsul, de quo Plin. 9, 25. et 30. 10, 18. et 32, 2. Trebium aedilem meminit Id. 18, 3. nesciente Schellero, an sit idem cum praecedente. B. A.

TREBLĀ, ae, f. instrumentum rusticum, fortasse dictum pro tribla per sync. a tribula. Cato R. R. 135. Plostra, treblae albae, etc. Sed haec lectio adeo varia est, aliis trabes, aliis trabulae, aut trebulae legentibus, aliis Trebulam urbem intelligentibus, ut nihil certi statui possit. P Propius Catonis lectioni accedit trebola, quae sola orthographia differre a tribula videtur, quaeque fuit cogn. R. Inscr. ap. Grut. 1029, 4. C. Septimulejo C. F. Trebolae, etc.

*TEEBONIUS, i, m. Τριβώνιος Plutarcho ac Straboni, Τριβόνιος autem Metaphrast. Jul. Caes. B. Gall. praenomine C., Caesaris legatus, postea e percussoribus ejus, fraude Dolabellae interfectus crudelissime, ut narrat Cic. Phil. 11, 1. V. et Caes. B. G. 5, 24, 7, 81. etc. Cic. Fam. 12, 16. et 15. Vell. 2, 69. Hic legem Treboniam tulit in tribunatu A. DCXCVIII. ut Pompeius duas Hispanias, M. Crassus Syriam in quinquennium, et Caesar Galliam in aliud quinquennium obtinerent. P C. Trebonium, equitem Romanum, patrem supradicti, meminit Cic. Phil. 13, 10. P Trebonium quendam memorat Hor. Sat. 1, 4, 114. Deprensus non bella est fama Treboni. Quem locum satis festinanter de Trebonio Caesaris legato intelligit Gesnerus. B. A.

*TREBŪLA, ae, f. Τριβύλα, trium oppidorum nomen. V. in Trebulanus, a, um. B. A.

TREBŪLANUS, a, um, adj. ad Trebulam pertinens: quod est trium oppidorum nomen. Primum in Sabinis est, cujus populi Trebulani cognomine Mutuscaei memorantur a Plin. 3, 12, 17. Secundum itidem in Sabinis, cujus populi Tribulani Suffenates Plinio ib. Tertium in Campania, nunc Treglia, a quo sunt Trebulani Balinienses. Id. 3, 5, 9. P Ad hos postremos spectat Trebulanum rus apud Cic. Att. 5, 2. Trebulanus ager, Agr. 2, 25. et Fam. 11, 27. Trebulanum vinum, ap. Plin. 14, 6, 8, 6., quod videri potest il Trebbiano: quamquam hoc in Etruria nasci dicitur, in agro Florentino.

aut non longe inde. Trebulanus caseus ad Trebulam in Sabinis pertinere videtur, qui a Mart. 3, 33. maxime laudatur. P. *Trebulani, quorum absolute meminit Liv. 10, 1. in. sunt, ut probabile est, qui Mutuscaei cognominantur; id quod censet Schellerus. B. A.

*TRECASSES, ium, populi Galliae Lugdunensis. Plin. 4, 18. V. TRICASSES. B. A.

TRECENARIUS, a, um, adj. [τριζήσιος, qui trecena producit. Varr. R. R. 1, 2. med. In agro Faventino trecenariae appellantur vites, quod jugerum trecenas amphoras reddat, h. e. culeos quindecim, quos paulo supra posuerat: hi autem amphoras faciunt trecenas. Hinc Colum. 3, 9. med. Quemadmodum Terentius Varro affirmat, sexcentenas urnas priscis cultoribus singulas vinearum jugera fudisse, h. e. trecenas amphoras, nam amphora duas urnas continet; et Suet. Gr. 23. Cum agros adeo coleret, ut vitem, manu ejus institutam, satis constet, trecena sexaginta quinque vasa edidisse. Hinc etiam in Geopon. 5, 17. Βαγγίων δυσχυλίζουσι, ότι ἕνατον πλέθρον τῆς ἀμφοῦς ἀπέτελον τριζήσιος ἀμφοῦς ἤνεγκεν. P. Item qui trecenorum militum ductor est, vel potius qui trecenum HS. stipendium habet. V. DUCENARIUS. Inscr. ap. Grut. 365, 6. et Mur. 1073, 4. C. Arrio C. F. Cor. Clementi, 7. Coh. VII. Pr., trecenari, donis donato ab Imp. Hadriano hasta pura, corona aurea, etc. Alia ap. Fabrett. p. 634. n. 293. A. Numiseno Gallo trecenari donis donato, Primop. Leg. XIV. Gem. etc. P. Etiam trecenarius scribitur eadem significatione. Inscr. ap. Grut. 387, 8. C. Cestio C. F. Stel. Sabino 7. Leg. VIII. Aug. ex trecenari, etc. Alia ap. eund. 417, 5. Q. Hedio L. F. Pol. Rufo Ter. Leg. XX. G. etc. P. Item tricenarius scribitur. Inscr. ap. Don. cl. 5. n. 231. et Mur. 869, 4. Sex. Vibio Gallo tricenario (perperam ap. Don. legitur ricenari, ap. Mur. autem ricinario), primopilari Praef. Kastror. Leg. XVII. Gem., donis donato ab Imp. etc. Alia ap. Reines. cl. 8. n. 39. M. Stabii Viri centurionis Coh. II. Pr. tricenarii. F.]

TRECENI, ae, a, adj. τριζήσιος, a trecenti per syncope. nomen numerale distributivum. Liv. 8, 8. med. (et 32, 29. et 39, 38. f.) Scribebantur quatuor legiones quinis millibus peditum, equitibus in singulas legiones trecenis; et 22, 52. In capita Romana trecenis nummis quadrigatis, in socios duceinis. Hor. Od. 2, 14, 5. Non si trecenis, quotquot eunt dies, Amice, places illacrimabilem Plutona tauris. P. Extra distributionem. Liv. 42, 47. extr. P. Lentulo treceni milites Italici generis dati. Alii leg. treceni; et ib. 66. Amissis trecenis peditibus. Alii leg. trecenis. Plin. 8, 10, 10. Vivere duceinis annis, et quosdam trecenis. P. Dicitur et treceni. Eumen. Restaur. schol. 11. Trecena illa sestertia, quae sacrae memoriae magister acceperam. Adde Sex. Ruf. Brev. 12., ubi alii leg. trecena. P. Saepa a librariis peccatum est in treceni, commutantibus in triceni, quod est triginta.

TRECENTI, ae, a, adj. τριζήσιος, Colum. 5, 2. f. Sex latera sunt, quae consummata efficiunt duo millia trecenti et quadraginta (pedes). P. Dicitur et trecenti. Mart. 2, 1. Tercentena quidem poterat epigrammata ferre. P. Legitur et trecenti.

TRECENTESIMUS, a, um, adj. τριζήσιος, qui trecenta continet. Liv. 4, 7. Anno trecentesimo decimo, quam, etc. Val. Max. 8, 13. f. Trecentiesimum annum cumulasse.

TRECENTI, ae, a, adj. τριζήσιος, tercenti. Cic. Phil. 3, 4. f. Trecentos fortissimos viros trucidavit. Virg. A. 10, 172. Sexcentos illi dederat Populonia mater Expertos belli juvenes, ast Ilva trecentos. Catull. 9, 2. Antistans mihi millibus trecentis. Id. 11, 18. Quos (moechos) simul complexa tenet trecentos; et 48, 3. Usque ad millia basiem trecenta. Mart. 12, 70. postquam nummi venere trecenti. P. Dicitur et trecenti. Mart. 4, 37. Tercenta debet Titius, hoc bis Albinus. Alii leg. trecenta: nam et hoc admittit metri ratio. P. Ap. Colum. 5, 2. med. multi leg. Pedum quoquoersus tricentorum.

TRECENTIES, adv. ter centies. Catull. 29, 15. Ducentia comesset, aut trecenties, subintelligitur centena millia sestertiorum. P. Dicitur et trecenties, praesertim si divisim scribatur. P. Item tricenties. V. s. l.

TRECHÉDIPNUS, a, um, adj. [τριζήδενπος, qui ad coenam festinanter accurrit; a τρέχω, curro, et δειπνός, coena. Τριζήδενπος vero ap. Plut. Sympos. 8, 6. vocatur qui, etsi coenam appeteret, cunctantius tamen et lentius ad convivium veniebat: et ap. Alciph. l. 3. ep. 4. ita nominatur parasitus quidam, qui tarde advenire horam convivii conqueritur. Gloss. Philox. Τριζήδενπος, cupidicinus, h. e. cupidicenus, scil. coenae cupidus. V. LAUDICENUS. Est etiam nomen propr. R. Inscr. ap. Grut. 1121, 6. Campano filio fecit pater Trechedipnus. Scribe Trechedipnus. P. Trechedipnum, i, absolute est toga cursoria, qua induti ad coenam seu sportulam accipiendam cives R. cursitabant. Not. Tir. p. 161. Pero, trechedipnum, ligula. Ita legend. pro perio, tragitipinum, licola, quae ibi perperam leguntur. Juven. 3, 67. Rusticus ille tuus sumit trechedipna, Quirine. Vet. Schol. Trechedipna, vestimenta parasitica curren-

tium ad coenam. Sunt qui pro trechedipna leg. rechedipna, nulla tamen significatione. F.]

TREDECIM, adv. numerale, τριζήδεκα, tres et decem. Liv. 36, 45. Tredecim captis navibus, decem mersis. Tac. H. 5, 19. f. Centum tredecim senatores. Gell. 5, 2. Equus emptus talentis tredecim. P. Divisum et inversum. Cic. Rosc. Am. 7. med. Fundos decem et tres reliquit. P. Ap. Front. Aquaed. 33. legitur tresdecim. Non plus, inquit, erogant, quam tresdecim. Sunt qui negant tresdecim recte dici: sed hic ita scriptum est pro quam quinaris fistulas tresdecim.

TREDECIMUS, a, um, adj. τριζήδεκατος, decimus tertius. Plin. 1. in Indice librorum: Libro tredecimo continetur de peregrinis arboribus; etc. Ita quidam Lexicographi: sed editiones vet. et Harduini habent vel notis numeralibus, vel decimo tertio: quare tresdecimus suspectum esse debet, nec usurpandum.

TREDEMINUS. V. TERGEMINUS. [TREJENSIS, e, adj. ad Trejam, nunc quoque hujus nominis, urbem in Piceno mediterraneam. Inscr. ap. Grut. 446, 1. Ordo et plebs Trejensis. Hinc Trejenses, ium, absolute, incolae illius urbis. Plin. 3, 13, 18. Septempedani, Tollentimates, Trejenses. F.]

TREIS, τρεῖς, idem quod tres, retentis Graecis litteris ex prisco scribendi more. Virg. A. 8, 429. Treis imbris torti radios, treis nubis aquosae Addiderant, rutili treis ignis. Alii leg. ubique tres. P. Ex hoc factum est tris, quod vel ap. Virg. saepe legitur: imo tres et tris uno eodemque loco, ut quidem Gellii tempore legebatur, ipso teste 13, 20. Locus est Aen. 10, 350. Tres quoque Threjicos Boreae, de gente suprema, Et tris quos Idas pater, et patria Ismara mittit. Ubi Gell. Tres illic, tris hic. Pensacula utrumque et modulare: reperies suoque in loco sonare aptissime. Prisc. 7, 775. facit tres rectum casum, treis vel tris quartum. Cornet. quoque Fronto de differ. voc. p. 2201. Treis, inquit, in accusativo casu, tres in nominativo et vocativo. Sed, opinor, incerta regula est: nam ap. Virg. legitur tris etiam in recto in opt. libris, ut A. 5, 560. Tris equitum numero turmae, ternique vagantur Ductores. Illud certius, quae in ium in genitivo plur. desinunt, ea in recto et quarto et per is aut eis, et per es scribi posse: sed eis ad Graecam magis diphthongum accedere, is ad Latinam consuetudinem: quae tamen aliquando, Quintiliano teste 1, 7. med., supervacua videri coepit, et deporni. Plura in hanc rem habes ap. Noris. Cenotaph. Pis. dissert. 4. c. 3.

TREMEBUNDUS, a, um, adj. πειθήσιμος, valde tremens. Cic. Dom. 52. med. Si postem tremebunda manu tenuit. Ov. Met. 4, 133. Dum dubitat, tremebunda videt pulsare cruentum Membra solum. Claud. in Eutrop. 2, 440. Ipse leo dama cervoque fugacior ibat Sudanti tremebundus equo. Auct. ad Her. 3, 14. Leniter tremebunda voce. Sil. 10, 119. cornus tremebunda, h. e. hasta tremens, ut ait Ov. Met. 6, 235. Rursus Sil. 5, 628. tremebunda tela. Colum. 10, 396. de cucumere: Candidus, effectae tremebundior ubere porcae, h. e. mobilior, aut mollior.

TREMEFACIO, is, eci, actum, a 3. κατασείω, ἐκπλήγω, tremorem induco, concutio, percello. Vox poetica. Cic. carm. de suo cons. Div. 1, 11. f. Aut cum se gravido tremefecit corpore tellus, h. e. terrae motu contremuit. Claud. B. Get. 201. In solito belli tremefecit murmure Thulen. Virg. A. 6, 804. de Alcide: licet etc. Lernam tremefecerit arcu. Id. ib. 10, 115. de Jove: Annuit, et totum nutu tremefecit Olympum. Sic Arnob. 4, 140. de eod.: Supercilio et nutu totum motans et tremefaciens coelum.

TREMEFACTUS, a, um, part. a tremefacio: ἐκπληγείς, timore concussus, percussus. Vox est poetica. Prop. 2, 7, 72. Nec folia hiberno tam tremefacta Not. Ov. Her. 9, 81. Cederis infelix, scuticae tremefactus habens, Ante pedes dominae procubuisse tuae. Claud. Rapt. Pros. 3, 235. tremefactaque nutat Insula cornipedum strepitu. Sen. Herc. Oet. 1574. Astra tuo vultu tremefacta. Val. Fl. 6, 526. Barbarica chlamys ardet acu, tremefactaque vento implet equum. Alii leg. tumefacta. Virg. A. 10, 101. Jove dicente Deum domus alta silvescit, Et tremefacta solo tellus. Id. ib. 2, 228. Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis Insinuat pavor. Stat. Ach. 1, 247. Cum pueri tremefacta quies, orulique jacentis Infusum sensere diem. P. Sunt qui tribuant et Ciceroni Off. 2, 7. Quamvis tremefacta libertas. Sed plerique omnes leg. timefacta.

TREMENDUS, a, um, part. a tremo: φοβερός, tremorem et timorem incutiens, terribilis, metuendus. Vox fere poetica. Hor. Od. 4, 2, 15. cecidit tremendae Flamma Chimaerae. Virg. G. 4, 469. Manesque adiit, regemque tremendum. Hor. Od. 1, 16, 11. tremendo Juppiter ipse ruens tumuldu. Ov. East. 5, 46. sceptrum tremenda Jovis. Id. Met. 3, 577. Aspexit hunc oculis Pentheus, quos ira tremendos Fecerat. Stat. Th. 10, 164. vates visu audituque tremendus. Hor. 4, 14, 12. arces Alpibus impositas tremendis; et ib. 6, 7. Achilles tremenda cuspide pugnax. Virg. A. 8, 335. Tremenda

monita matris Carmentis. Val. Fl. 2, 209. Tremendum nefas. Sen. Med. 46. tremenda coelo pariter ac terris mala. Plin. 8, 18, 25. Tigris animal velocitatis tremendae.

TREMENS, entis, part. a tremo: τρέμων, contremiscens, tremulus. Cic. Pis. 30. Timidus ac tremens; et ib. 41. Horrens, tremens. Hor. Epod. 10, 7. aquilo altis montibus Frangit trementes ilices. Sen. Ag. 366. Libantque manu vina trementi. Cic. Tusc. 4, 22. Hector toto pectore tremens. Virg. A. 2, 509. Arma diu senior desueta trementibus aevo Circumdat nequidquam humeris. Sen. Med. 258. Senio tremens debili, atque aevo gravis. Cic. Q. Fr. 1, 2. Me trementi voce exsulem appellavit. Ov. Trist. 3, 11, 54. Exhibuit querulos ore tremente sonos. Val. Fl. 5, 339. mox stare paventes Viderat intenta pueros nece, seque tremendum Spargere caede manus. Sen. Herc. Fur. 694. Morbus tremens, h. e. qui tremorem inducit. Virg. A. 1, 216. Pars in frustra secant, verubusque tremencia figunt.

TREMIDUS, a, um, adj. tremens, tremulus. Legitur in quodam MS. ap. Prop. 4, 1, 43. Cum pater in gnati tremidus cervice pependit. Sic intremidus ap. Stat. Th. 11, 325. ad lituos hilarem intremidumque tubarum Prospiciebat equum. Sed plerique omnes utroque loco leg. trepidus. Quare tremidus abstinentia, donec aliquid certius suppetat. Ita Broukus. At Broukusii dubitationem tollit locus in Not. Tir. p. 153. Tremet, tremor, tremidus, tremulus.

TREMIPES, edis, adj. omn. gen. pedibus tremens. Varr. ap. Non. 6, 65. Nec quassatipennas anates, tremipedes, buxeis rostris pecudes. Alii leg. tremipedas, ut sit a recto tremipedus, quod minus placet. Alii remipedes, [quod est longe rectius. V. REMIPES et QUASSATIPPENNAS. F.]

TREMISCO, is, n. 5. τρέμω, tremere incipio, aut tremo, contremisco. Virg. A. 5, 694. tonitruque tremiscunt Ardua terrarum. Lucr. 6, 547. plaustris concussa tremiscunt Tecta viam propter. Virg. A. 12, 916. Cunctaturque metu, latumque instare tremiscit. Ov. Met. 14, 214. latitans, omnemque tremiscens Ad strepitum. P. Cum accusativo est timere. Virg. A. 11, 403. Myrmidonum proceres Phrygia arma tremiscunt. Id. ib. 3, 648. sonitumque pedum, vocemque tremisco. (Pier. in plerisque antiquis libris tremisco invenit, tum hoc, tum superiore loco. Similiter ingemiscant habent quidam MSS. Liv. 21, 53. Improbant et rejiciunt Voss. et alii.) Stat. Th. 9, 535. Quercum nutantem nemus, et mons ipse tremiscit, Qua tellure cadat, quas obruat ordine silvas.

TREMISSIS, is, m. nummus valens tertiam solidi aurei partem, ut semissis dimidium: idem ac triens. V. hanc vocem §. 3. Lampr. Alex. Sev. 39. Vectigalia publica contraxit: tuncque primum semisses aurorum formati sunt: tunc etiam, cum ad tertiam partem auri vectigal decidisset, tremisses: dicente Alexandro, etiam quartarios futuros, quod minus non posset. Imp. Arcad. et Honor. Cod. 12, 40, 3. Militibus nostris per Illyricum non binos tremisses pro singulis chlamydis, sed singulos solidos dari praecipimus. P. Recte adnotat Casaub. ad Lampr. vocem esse inepte formatam, et sine analogia, a tres et assis; cum semissis analogiam servet, a semi et assis. De ipsa multa ibid. disputat Salmas.

TREMO, is, ui, n. 3. τρέμω, tremore concutio, commoveor, agitor: a voce Graeca allata. Varr. L. L. 5, 6. med. Tremo dictum a similitudine vocis quae tunc, cum valde timetur, apparet. Ter. Eun. 1, 2, 4. Totus tremo, horreoque. Cic. Acad. 4, 15. f. Tremere, et exalbescere, objecta terribili re extrinsecus. Naevius ap. eund. Or. 2, 70. extr. Sapiens, si algebis, tremes. Pl. As. 2, 2, 23. Pro monstro est, quando qui sudat, tremit. Id. Cas. 3, 5, 1. Cor metu mortuum est: membra miserae tremunt. Sen. Ep. 11. Quibusdam tremunt genua dicturis. Virg. A. 7, 722. pulsuque pedum tremit excita tellus. Lucr. 3, 490. et Virg. G. 3, 81. micat auribus, et tremit artus. (artus est quartus casus Graecae syntaxis. Sic Hor. Sat. 2, 7, 57. tremis ossa pavore.] Id. A. 3, 627. et tepidi tremere sub dentibus artus, h. e. palpitarent. Sic Sen. Thyest. 755. Erepta vivis exta pectoribus tremunt. Val. Fl. 1, 427. Illis Taenario pariter tremit ignea furo Purpura, h. e. vento agitur. (Sic Ov. Met. 2, 875. tremulae sinuantur flamine vestes.) Virg. A. 11, 644. latos huic vasta per arcos Acta tremit, h. e. micat hastile, et concutitur, cum ferrum infixum corpori est. Sen. Oed. 50. Seges altis flava spicis tremunt; et Agam. 432. unda vix aestu levi Tranquilla Zephyri mollis afflatu tremunt. P. Tremere animo, ap. Cic. Q. Fr. 1, 1, 1. med. valde timere. Sic Sen. Ag. 833. horreo atque animo tremo. P. Metonymie timorem significat, et accusativum etiam regit. Liv. 22, 27. In ea civitate, in qua magistri equitum virgas ac securas dictatoris tremere atque horrere soliti sunt. Virg. A. 8, 296. Te Stygii tremuere lacus, te janitor Orci. Sen. Troad. 317. clusus, atque hostem tremens; et ib. 262. Varios casus tremere. Or. Met. 2, 519. offensam Junonem tremere. Sil. 2, 53. nos jussa virum nutusque tremamus. Eodem modo usurpantur horreo, et tremido, et tremisco. P. [*Discrimen inter tremere et trepi-

dare, quorum unam eandemque originationem a Gr. τρέω, ita tamen, ut trepido a tremo derivandum censent, facit Doederl. 2, 202. sq., secundum ejusdem auctoris sententiam in eo positum est, quod tremere, per metaphoram ad animum timore captum pertineat, trepidare externa corporis signa timoris significet.]

TREMODIA. V. TRIMODIA.

TREMOR, oris, m. τρέμος, σεισμός, corporis solidi motus, quo in suo loco stans movetur: cujus generis est motus terrae, cum ventis, seu ignibus inclusis concutitur, item motus in hominibus frigentibus, timentibus, febricitantibus. Virg. G. 2, 479. Unde tremor terris, qua vi maria alta tumescant. [*Qui poetarum dicendi mos receptus ab arg. aet. scriptoribus est. Büttich. in Lex. Tac. p. 457. haec laudat. Tac. A. 14, 27. Laodicea tremore terrae prolapsa. Ap. Plin. ep. 6, 20. ter legitur tremor terrae. Flor. 2, 6, 14. Commissam aciem secutus ingens terrae tremor. V. infra.] Cic. Tusc. 4, 8. f. Ex quo fit, ut pudorem rubor, sic terrorem pallor, et tremor, et dentium crepitus consequatur. Id. Fl. 4. med. Tamen id, quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore, et pallore dixit! Virg. G. 3, 250. tota tremor pertentat equorum Corpora. Id. A. 2, 121. gelidusque per ima cucurrit Ossa tremor. Id. ib. 7, 446. juveni subitus tremor occupat artus. Sen. Herc. Fur. 414. Gelidus per artus vadit exsanguis tremor. Id. Troad. 168. artus horridus quassat tremor. Id. Herc. Oct. 796. Vagus per artus errat excussos tremor. Claud. Rapt. Pros. 3, 152. imis vibrat tremor ossa medullis. Plin. 24, 7, 24. Ad spasmos, tremores, opisthotonos, etc. pix liquida. Lucr. 6, 592. Tremore in cutere. Id. 5, 587. Tremor ignis; et Mart. 5, 78. Lascivi docili tremore lumbi. P. Absolute de terrae motu. Lucr. 6, 286. tremor terras graviter pertentat. Ov. Met. 15, 798. motamque tremoribus urbem. Lucan. 7, 414. Moeniaque in praecipit laturos plena tremores. Claud. in Eutr. 2, 27. Bacchatus per operta tremor Chalcidona movit. Adde Plin. 36, 10, 15. et Sen. Q. N. 6, 21. med. [*Cf. Büttich. l. 1.] P. Pro terrore, active. Mart. 5, 24. Hermes turba sui, tremorque ludi; et ib. 65. Cacus silvarum tremor.

TREMULE, adv. cum tremore. Appul. Met. 5. Extimae plumulae tremule resultant in quiete lascivunt.

TREMULUS, a, um, adj. τρεμούλης, τρεμύλος, tremens. Plin. 14, 22, 28. Tremulae manus effundentes plena vasa. Prop. 1, 5, 15. Tremulus horror. Lucr. 2, 367. teneri tremulis cum vocibus haedi. Id. 5, 696. tremulum jubar ignis. Virg. A. 8, 22. aquae tremulum labris ubi lumen ahenis Sole repercutsum, etc. Id. Ecl. 8, 105. Tremulae flammae. Ov. Her. 11, 75. Ut mare fit tremulum, tenui cum stringitur aura. Id. Met. 6, 326. Tremulae cannae. Petr. Sat. 131. cupressus. Val. Fl. 1, 620. vela super tremulum volitantia malum. Lucan. 2, 621. tremulo contentae fune carinae; et 4, 444. Tremulum lorum. Claud. in Ruf. 2, 356. tremulos vibrare colores. P. Saepe dicitur de senibus. Hor. Od. 4, 13, 5. Anus pota cantu tremulo Cupidinem sollicitat. Ter. Eun. 2, 3, 44. Incurvus, tremulus, labiis demissis. Prop. 4, 1, 73. Tremuli anni. Ov. Met. 10, 414. anus tremulasque manus annisque, metumque Tendit. Id. ib. 15, 212. Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu. Petr. Sat. 137. tremulo deduxit vertice canos. Catull. 61, 161. tremulum movens Cana tempus anilitas. Claud. B. Get. 483. Et tremulos regit hasta gradus. P. Tremulus, cui ex morbo tremunt membra. Plin. 20, 9, 34. Brassicam paralyticis, et tremulis dari jubet; et ib. 18, 75. Sacropentum sanat vertigines, tremulos, opisthotonicos. Id. 23, 4, 47. Oleum balsaminum utile tremulis, spasticis, ruptis. P. Tremulus equus est vividus, alacer, vigoris plenus. Nemes. Cyn. 256. lumina vivida torquent, Hinnitusque cient tremuli, frenisque repugnant. Virg. quoque G. 3, 84. et 250. tremorem in equis laudat. P. Metonymice est tremorem incutiens. Cic. in Arat. 68. Tum fixum tremulo quatitur frigore corpus. Prop. 1, 5, 15. Tremulus horror. P. Tremulum, adverbii more positum idem est ac tremule. Mart. 14, 203. de puella Gaditana: Tam tremulum crissat, tam blandum prurit, ut, etc. P. Est etiam cogn. R., ut Q. Marcius Tremulus Cos. ann. U. C. CCCXLVIII. in Fast. Capitol. ap. Grut. 297. col. 1.

TREPIDANS, antis, part. a trepido: διεγρονών, qui trepidat, et prae timore festinat. Hirt. B. Alex. 31. Diverso clamore perterriti Alexandrini, trepidantes in omnes partes discurrere coeperunt. Ov. Met. 13, 73. videoque tremem, Pallentemque metu, ac trepidantem morte futura. Petr. Sat. 121. Jam fragor armorum trepidantes personat aures. Tac. H. 3, 58. med. Largus promissis, et quae natura trepidantium est, immodicus. P. Item qui sine timore festinat, discurret, et satagit. Liv. 23, 7. f. In foro otiose inambulavit, trepidante tota civitate ad excipiendum Poenum, visendumque. Adde Virg. G. 4, 69. V. TREPIDO. Sic Cato ap. Serv. ad A. 4, 121. Sedere non potest in equo trepidante. V. TREPIDIARIUS. Tremulus. Petr. Sat. 131. Et circumtonsae trepidanti vertice pinus. Sen. Thyest. 768. Trepidantes

foci. Ov. Met. 15, 576. et Lucan. 6, 557. Exta trepidantia.

TREPIDANTER, adv. περιδεδώς, cum trepidatione, timide. Suet. Ner. 49. med. Quod ut sensit, trepidanter effatus, etc. Caes. B. C. 1, 19. Cum omnia trepidantius timidiusque ageret, quam superioribus diebus consuesset.

TREPIDIARIUS, a, um, adj. Trepidarii equi dicuntur, qui brevi, minuto, et festino gradu incedunt, crebriter salientibus pedibus ambulat: quasi tripodarii, τριποδῆες, ter pede terram pulsantes, et quadam tripudio subsultantes. Vel dicti sunt a trepidando, quia pedibus trepidant ac tremunt: unde tripodarii ab aliis vocantur. De his videtur esse illud Catonis ap. Serv. ad A. 4, 121. Sedere non potest in equo trepidante. Prior tamen notatio et appellatio verior videtur. Veg. Vet. 2, 56. f. Ipsos equos, quos vulgo trepidarios, militari verbo tottonarios vocant, ita edomant ad levitatem et quaedam blandimenta vecturae, ut asturconibus similes videantur. V. plura ap. Salmas. ad Capitol. Max. 3. V. et TRIPODO.

TREPIDIATIO, onis, f. θόρυβος, festinatio sollicita, turbatio, tumultus, timor. Cic. Deiot. 7. Vultus hominum te intuentium atque admirantium recordare, numquae trepidatio? numqui tumultus? numquid nisi moderate, nisi quiete? Vell. 2, 124. Quae senatus trepidatio, quae populi confusio, quis orbis metus. Liv. 37, 23. Trepidatio et fuga hostium. Petr. Sat. 82. Cum vultu atque ipsa trepidatione mendacium prodidisset. Hirt. B. Alex. 75. Cujus rei subita trepidatio magnum terrorem attulit nostris. Justin. 2, 12. f. Circumspicientes fugam pelluntur Persae, et mox proelio victi in fugam vertuntur, in qua trepidatione multae captae naves, multae mersae. Tac. A. 12, 43. Crebris terrae motibus prorutae domus: ac dum latius metuunt trepidatione vulgi, invalidis quisque obruti; et ib. 11, 38. Ferrum accepit: quod frustra jugulo ac pectori per trepidationem admovens, ictu tribuni transfigitur; et ib. 15, 16. Deformis fugientium trepidatio. Id. H. 1, 41. Trepidatione ferentium Galba projectus e sella, ac provolutus est. Liv. 2, 53. Consul castra confestim aggreditur, tantquam trepidationem iniecit, ut, etc. Id. 3, 3. Necopinata res plus trepidationis fecit, quod etc. Suet. Ner. 34. Reliquum temporis cum magna trepidatione vigilavit, coeptorum opperens exitum. P. Trepidatio est etiam ubi nullus timor, h. e. festinatio et actus satagendi. Liv. 3, 50. Tandem ut jam ex trepidatione concurrentium turba constitit, ac silentium fuit, ordine cuncta exposit. Adde 2, 46. P. Item tremor. Sen. Ira 3, 10. Qui comitiali vitio solent corripri, jam adventare valetudinem intelligunt, si calor summa deseruit, et incertum lumen, nervorum trepidatio est.

TREPIDE, adv. περιδεδώς, trepidanter. Liv. 22, 31. Ad mille hominum amissum: classis a litoribus hostium plenis trepide soluta. Id. 7, 11. Relictis trepide castris; et 10, 12. Nam et stativa trepide deserta fuerant. Suet. Ner. 23. Quam trepide anxieque certaverit, vix credi potest. Phaedr. 2, 5. Est ardelionum quaedam Romae natio, Trepide concursans, occupata in otio, Gratis anhelans, multa agendo nihil agens.

TREPIDO, as, avi, atum, n. 1. τρεπέω, τρέω, πύσσω, πύσσω, cum tremore festino, cum tumultu et confusione propero, discuro, huc illuc me verto. Festus in Trepit. Trepit, vertit, unde trepido, trepidatio: quia turbatione mens vertitur. [*Cf. quae dicta sunt in tremo.] Ter. Ad. 3, 2, 25. Quid est? quid trepidas? quid festinas, mi Geta? Animam recipe. Pl. Cas. 2, 7, 9. Ut ille trepidabat! ut festinabat miser! Caes. B. G. 5, 33. Tum demum Titurium, uti qui nihil ante providisset, trepidare, et concursare, cohortesque disponere. Hirt. B. Afr. 82. Animadvertit, hostes circa vallum trepidare, atque ultro citroque pavidos concursare, et modo se intra portas recipere, modo inconstanter immoderateque prodire. Sall. Cat. 32. Repente omnes tristitia invasit: festinare, trepidare, neque loco, neque homini cuiquam satis credere. Id. Jug. 42. Alii se abdere, pars terrore confirmare, trepidare omnibus locis. P. Cum casibus motus ad locum. Id. ib. 71. Romani milites improviso metu incerti, ignarique quid potissimum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant. Liv. 23, 16. med. Dum in sua quisque ministeria discursu trepidat ad prima signa. Phaedr. 4, 5. Cum victi mures mustelorum exercitu fugerent, et arcus circum trepidarent cavos: scil. festinarent ingredi. P. Passive impersonaliter. Ter. Hec. 3, 1, 35. Tace, trepidari sentio, et cursari sursum prorsum. Caes. B. G. 6, 36. Totis trepidatur castris, atque alius ex alio causam tumultus quaerit. Sil. 4, 26. Praecipit timor, ac vastis trepidatur in agris. Adde Juven. 3, 200. P. Significat etiam tremere ac timere, simpliciter. Enn. ap. Cic. Or. 3, 42. At Romanus homo, tamenetsi res bene gesta est, Corde suo trepidat. Pl. Epid. 1, 1, 58. Nescio edepol, quid tu timidus es, trepidas, Epidice; ita voltum tuum video, videre commeruisse. Ov. Trist. 1, 5, 37. trepidare metu; et 3, 10, 67. formidine. Just. 22, 5.

Qui tanta audacia hostium percussi trepidaturi sint. Adde Ter. Eun. 5, 6, 8. P. Cum accusativo. Sen. Herc. Oct. 1058. Nec damae trepidabis lupos. Juven. 10, 21. Et motae ad lunam trepidabis arundinis umbram; et 8, 152. et occursum nusquam trepidabit amici. P. Cum infinito. Stat. Th. 1, 639. non tu pia degener arma Oculis, aut certae trepidas occurrere morti. P. Cum conjunctivo, et ne particula. Juven. 14, 64. Ergo miser trepidas, ne stercore foeda canino Atria displiceant. Adde 1, 97. P. Item festinare, satagere, commoveri, discurrere, sine timore. Virg. A. 4, 121. Dum trepidat alae, saltusque indagine cingunt. Liv. 27, 28. med. Excitant vigiles, aperiri portam jubent: consulem adesse. Vigiles, velut ad vocem eorum excitati, tumultuari, trepidare, moliri portam. Id. 44, 38. f. Hostes stabant compositi suis quisque ordinibus: nobis tunc repente trepidandum in acie instruenda erat, et incompositis concurrentum. Virg. A. 12, 735. Fama est, praecipitem, patrio mucrone relicto, Dum trepidat, ferrum aurigae rapuisse Metisci. Hor. Ep. 1, 10, 21. aqua per pronum trepidat cum murmure rivum. P. Cum infinito. Id. Od. 2, 4, 23. Cujus octavum trepidavit aetas Claudere lustrum. Virg. A. 9, 114. Ne trepidate meas, Teuceri, defendere naves. Lucan. 6, 416. propius jam fata moveri, Degeneres trepidant animi. P. Item tremulo motu concuti, agitari, palpitare, subsilire. Ov. A. Am. 2, 89. Taberant ceriae: nudos quatit ille lacertos, Et trepidat: nec, quo sustineatur, habet; et Met. 11, 75. avis laqueo capta Plangitur, ac trepidans adstringit vincula motu. Hor. Od. 4, 11, 11. Sordidum flammae trepidant rotantes Vertice fumum. Pers. 3, 88. Nescio quid trepidat mihi pectus. Ov. Met. 1, 554. Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus; et ib. 14, 196. elisi trepidant sub dentibus artus. Pers. 1, 20. Ingentes trepidare Titos, cum carmina lumbum Intranat, et tremulo scalpuntur ubi intima versu, h. e. subsilire, exsultare, commoveri, et plaudere. Sic Arnob. 7, 213. Trepidare laetitia. P. [*Significat trepidare etiam ferociam, vehementiam, rigorem animi ostendere in rebus parum quiete tractandis, in moribus emolliendis: Gr. ζυγομαχεῖν et ἀποδομαχεῖν. Prop. 2, 3, 49. Ac veluti primo taurus detrectat aratra, Post venit adueto molli ad arva jugo: Sic primo juvenes amore feroces, Dahinc domiti posthaec aequa et iniqua ferunt: Cf. Caes. ad Pers. 5, 170. p. 456.] P. Servius ad illud A. 4, 121. Dum trepidant alae, etc. adscribit, putare quosdam, trepidare dictum esse ab equis crebro ictu terram pulsantibus, ut in TREPIDIARIUS dictum est.

TREPIDULUS, a, um, adj. ἀπόρητος, diminut. trepidi. Gell. 2, 29. Atque ubi rediit cassita, pulli trepiduli circumstrepere, orareque matrem, etc.

TREPIDUS, a, um, adj. ἄνρητος, τρομέος, tremore et timore properans, festinus ex metu, pavidus, anxius, sollicitus. Sall. Jug. 102. Qui omnes trepidi improviso metu, attamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientes alios ab hostibus defensabant. Just. 2, 13. med. Cum solum pontem offendisset, piscatoria scapha trepidus trajecit. Liv. 2, 24. Curia moesta ac trepida, accipiti metu, et ab cive, et ab hoste. Virg. A. 3, 616. Hic me dum trepidi crudelia limina linquunt, Immemores socii deseruere; et ib. 9, 169. trepidus formidine; et ib. 4, 672. exanimis, trepidoque exterrita cursu. Ov. Trist. 3, 1, 54. et Plin. 2, 7, 5. Trepidus metus. Lucr. 5, 41. terror; et 3, 847. tumultus. Hor. Ep. 1, 19, 48. Trepidum certamen. Nemes. Cyn. 151. periculum, h. e. trepidos faciens. Tac. A. 4, 70. f. et ib. 14, 59. Incerta et trepida vita, h. e. plena timoris, sollicita, et circumspiciens undique, ne quid adversi incidat. Curt. 7, 1. f. Trepidus alicui litteras mittere, h. e. de re trepida. Sic trepidum nuntium Just. 31, 2. extr. P. Trepidus res, dubiae, accipites, timoris, tumultus, discriminis plenae, in quibus huc illuc cursitare solent homines, opem ac remedium quaerentes. Tibull. 2, 3, 21. Saepe duces trepidis petiere oracula rebus. Liv. 4, 17. med. et 56. Et senatus, ut in trepidis rebus, dictatorem dici jussit. Sil. 7, 1. trepidis Fabius spes unica rebus. Sall. Jug. 96. med. Quae postquam oppidani cognovere, res trepidae, metus ingens, malum improvisum. Adde Hor. Od. 3, 2, 5. P. In sing. num. Liv. 1, 27. med. Tullus in re trepida duodecim vocit Salios, fanaque Pallori ac Pavori. Id. 26, 5. Romani, ut in re trepida, ita inter se copias partiti sunt. Adde 4, 46. P. Cum genitivo. Virg. A. 12, 588. Vestigavit apes, fumoque implevit amaro. Illae intus trepidae rerum per cerea castra Discurrunt. Liv. 5, 11. et 36, 31. Messenii trepidi rerum suarum. Sil. 12, 13. trepidique salutis Expectant ipsis metuentes moenibus hostem. Tac. A. 6, 21. med. Magis ac magis trepidus admirationis ac metus. P. Est etiam trepidus sine timore, nempe qui festinat et satagit, sollicitus de re quapiam, et morae impatiens. Virg. G. 4, 73. de apib.: Tum trepidae inter se coeunt, pennisque coeant, et spiculaeque exacuunt rostris, aptantque lacertos. Id. A. 4, 642. At trepida et coeptis immanibus effera Dido. Ubi Servius: festina, nam moritura nihil timebat. Lucan. 7, 297. Spe trepidus.

Stat. Th. 11, 325. ad lituos hilarem, trepidumque tubarum Prospiciebat equum, h. e. quod ait Virg. G. 3, 84. stare loco nescientem, audito tubarum sono, micantem auribus, et tremementem artus. Sic Sil. 13, 146. trepido, ac lituum tinnitu stare neganti Imperitans violenter equo. Adde Virg. A. 9, 233. et ib. 7, 638. P Item tremulus, agitated. Ov. Met. 12, 278. ferrum Igne rubens faber lacubus demittit: at illud Stridet, et in trepida submersum sibilat unda. Alii leg. tepida. Virg. G. 1, 296. Et foliis undam trepidi despumat aheni, Ubi Servius: trepidum dicit, quia quod bullit, quasi tremere videtur. Sen. Herc. Oct. 708. cor attonitum salit, Pavidumque trepidis palpitat venis jecur.

TREPIT, vertit (a τρέπω) unde trepido, trepidatio: quia turbatione mens vertitur. Paul. ex Festo.

TREPONDO, n. indecl. τριπέπων, trium librarum pondus. Quint. 1, 5. Nam dua, et tre, et pondo diversorum generum sunt barbarismi. At duapondo, et trepondo usque ad nostram aetatem ab omnibus dictum est, et recte dici Messala confirmat. Scrib. Comp. 165. Eiusdem radices trepondo, panacis pondo III. et Comp. 271. Adipis porcinae trepondo.

TRETES, um, Τηρέεις, populi Thraciae, circa Scopium (Scopium) montem, non procul a Macedonia. Plin. 4, 10. B. A.

TRES, Treis, et Tris, tria, ium, ibus, τρεῖς, tria, nomen numerale cardinale. Prima positio Latina est, altera Graecam diphthongum retinet: tertia itidem Graecam sapit, eadem diphthongo vel servata, vel contracta. Poetae modo hac, modo illa utuntur, aurium iudicium secuti. V. TREIS. Virg. A. 5, 560. Tres equitum turmae numero, ternique vagantur Ductores. Hor. Sat. 1, 5, 25. Millia tum pransi tria repimus. Ov. Fast. 2, 691. trium minimus. P In venetiis hic numerus singularem vim habere creditus est. Virg. Ecl. 8, 77. Necto tribus nodis ternos, Amarylli, colores. Ov. Fast. 2, 573. Et digitis tria tura tribus sub limine ponit; et ib. 4, 551. Terque manu permulsit eum, tria carmina dixit. Adde Met. 14, 387. P Interdum adhibetur ad pauca significanda. Pl. Mil. 4, 2, 29. et Trin. 4, 2, 121. Heus, te tribus verbis volo. Catull. 1, 5. ausus es unus Italorum Omne aevum tribus explicare chartis; et 79, 4. Si tria notorum suavia repperit. Ter. Phorm. 4, 3, 33. Ut est ille bonus vir, tria non commutabitis verba hodie inter vos. Mart. 13, 124. Caeretana Nepos ponat, Setina putabis. Non ponit turbae, cum tribus illa bibit. Ov. Pont. 4, 3, 26. Venisset verbis charta notata tribus.

TRESDÉCIM, V. TREDECIM.

TRESSIS, tres asses. Varr. L. L. 4, 36. A tribus assibus tressis: et sic proportione usque ad nonassis; et ib. 8, 49. A tressibus virilia multitudinis hi tressis, et his tressibus: cum sit singulare hoc tressis. V. SEXIS. P Translate, vilis, minimi pretii. Pers. 5, 76. Hic Dama est, non tressis agaso.

TRESVIRI, orum, m. plur. 2. triumviri, praesertim capitales: quorum munus erat praesesse carceri, damnatos punire, cognoscere de furtis et delictis servorum, et huiusmodi minorum criminum. Pl. Amph. 1, 1, 3. Quid faciam nunc, si tresviri me in carcerem compegerint? Id. Aul. 3, 2, 2. Quia ad tresviro jam ego deferam tuum nomen. Id. As. 1, 2, 5. Ibo ego ad tresviro, vestraque ibi nomina faxo erunt: capitis te perdam ego, et filiam. Cic. Or. 3, 19. f. Propter sacrificiorum multitudinem tresviro epulones esse voluerunt. Liv. 32, 2. f. Earum rerum causa tresviro creare consul jussus. Adde 39, 44. et 40, 29., quib. omnib. locis in MSS. modo tresviri, modo triviri, modo treviri legitur: alii etiam triumviri reposuerunt: idque eo factum videtur, quod olim IIIviri scriptum fuit: ex quo alii tres, alii tris, alii trium exararunt. [*De discrimine inter tresviri et triumviri v. in h. v.]

TREVENTINATES, et Treventinates, et Terventinates, ium, m. plur. 3. incolae Treventi, seu Terventi, nunc Trivento, urbis in Samnio, ad Trivium fluv., cujus meminit Frontin. de colon. p. 141. Goes., ubi Trebentum appellatur. Plin. 3, 12, 17. Saepinates, Treventinates. Inscr. ap. Guarin. Comment. 12. p. 28. P. Arruntio P. F. Vol. Justo, Q., Aed., Pat. Col., Pat. Mun. Saepin, Pat. Mun. Vicentini, Pat. et Cur. R. P. Tervent., etc. Alia ap. Romanell. Topogr. Napol. T. 2. p. 475. M. Salonio Longino Marcello C. V. Quaest. Cand., Leg. Pro. Afr., Trib. Pleb., Leg. Propraet. Prov. Moesiae, Pr., Pr. Aer. Sat. Terventina Test. (lege Terventinates P.) patrono optimo D. D. F.]

TREVERICUS, a, um, adj. ad Treviros urbem pertinens, ut Trevericus ager, Plin. 18, 20, 49. n. 4. et 11, 49, 109. Sic Tac. A. 3, 42. extr. Trevericus tumultus. Id. H. 5, 17. Trevericum proelium. Auson. de Urb. n. 4. Trevericaeque urbis solium, quae proxima Rheno, etc.

TREVIR, V. in v. sq.

TREVIRES, orum, m. plur. Τρηβιροί, urbs ampla in Gallia Belgica ad Mosellam fluvium. Tac. A. 3, 42. Ala equitum conscripta Treveris, etc. Adde Auson. epist. praefixa Idyll. 6. et Grat. act. ad Grat. 14. extr. et Ammian. 15, 11. P Haec saepius Augusta Trevirorum dicitur, ut in Inscr. ap.

Grut. 111, 9. et 225, 4. P Nomen habet a Trevis, seu Treveris (Τρηβιροί) populis Galliae Belgicae, quorum saepe mentio ap. Caesar. et Tac. Adde Plin. 4, 17. et Epit. Liv. 107. P Ludit in ambiguo Trevirorum, et Tresvirorum Cic. Fam. 7. scribens ad Trebatium in Gallia militantem, ep. 13. f. Treviros vites censeo, audio, capitales esse, mallem auro, aere, argento essent. P In sing. num. Tac. H. 3, 35. Alpinus Montanus Trevir; et ib. 4, 55. Julius Tutor Trevir. Lucan. 1, 441. Tu quoque laetatus converti proelia, Trevir. Inscr. ap. Mur. 1088, 5. Aeternae memoriae Justini Mercatoris civis Treveri, etc. Alia ib. 6. Q. Secundi Quignis civis Treveri, sevir Augustal. etc. P Primum peperam corripit Venant. carm. 10, 19, 21. Perducor, Treverum qua moenia celsa patescunt.

TRIACADION, onis, m. dimin. τριακάδιον: a τριακάς, trigessimus dies mensis. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 241. col. 3. Ti. Claudius Triacadiion. F.]

TRIACONTAS, alis, f. τριακοντάς, numerus tricentarius. Tert. adv. Valent. 49. f.

TRIAMI, V. IAMBUS.

TRIANGULARIS, e, adj. τριγωνός, tres angulos habens, idem ac triangulus. Capell. 6, 190. Vel lineares ductus, vel circulares flexus, vel triangulares abraduntur anfractus.

TRIANGULUS, a, um, adj. τριγωνός, tres habens angulos, triquetrus. Cic. Div. 2, 42. med. Cum (sidera errantia) in eam partem orbis venerint, in qua sit ortus ejus, qui nascitur, aut in eam, quae conjunctum aliquid habeat; ea triangula ibi, et quadrata nominant. Quint. 1, 10. med. Quadrata amplius spatium complectuntur triangulis: triangula ipsa plus aequis lateribus, quam inaequalibus. Cels. 7, 25. n. 2. Triangula forma cutis excedenda est, sic ut vertex ejus ad frenum, basis in tergo extremo sit. Colum. 5, 2. Esto ager triangulus pedum quatuorversus trecentorum. Plin. 13, 11, 218. Papyrus brachiali radice crassitudine, triangulis lateribus. Id. 3, 8, 14. Sicilia Triquetra dicta a triangula specie. Id. 15, 23, 25. Triangulae castaneae. Id. 2, 16, 13. Triangulus solis radius. Capell. 6. in. rapiturque triangulus ignis. P Triangulum, vel triangulum absolute, triangula forma, τριγωνός. Cic. N. D. 2, 49. f. Grues trianguli formam efficiunt: et mox: Basis autem trianguli, tanquam a puppi, ventis adjungatur. Plin. 27, 8, 39. Cauliculus duum cubitorum, triangulo similis. Front. Expos. form. p. 32. 33. 35. etc. Goes. usurpat masculino gen.

*TRIARE, es, f. regio Asiae ulterioris, in Iberia. Plin. 6, 10. Regio Thasie, et Triare usque ad Pargadras montes. B. A.

TRIARIUS, ii, m. miles veteranus spectatae virtutis, qui in tertio acie loco collocabatur, pilis armatus. Qui sint triarii, et unde dicantur, docet hic locus Varronis L. L. 4, 16. Hastati dicti, qui primi hastis pugnabant: pilani, qui pilis: principes, qui a principio gladiis: et post commutata re militari, minus illustres sumuntur. Pilani, triarii quoque dicti, quod in acie tertio ordine extremis subsidio deponerentur. Quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum. A quo Plautus: Agite nunc, subsidite omnes quasi solent triarii. Haec Varro. Liv. 22, 5. Nova de integro pugna exorta est, non illa ordinata per principes, hastatosque, ac triarios, etc. Ex Liv. 8, 8. et 10. colligitur, etiam triarios hastis longis pugnasse, mutato scilicet veteri instituto: quemadmodum ap. eund. 2, 30, et 46. primae acie pila tribuuntur. P Tertio loco proelium inibat post profligatos hastatos, qui primo loco, et principes, qui secundo loco pugnant capescebant. Hinc factus est locus proverbio, ut, cum in re aliqua laboratur, eoque res adducta est, ut extremo conatu, summisque viribus sit entendum, rem ad triarios rediisse dicamus, ut docet Liv. 8, 8., ubi omnem pugnandi apud Romanos ordinem luculenter describit. P [Est etiam cogn. R. ut P. Valerius Triarius ap. Ascon. argum. in Cic. or. pro Scaur., et C. Valerius Triarius in Inscr. ap. Mur. 487, 4. F.]

*TRIAS, adis, f. τριάς, numerus ternarius. Capell. 7, 239. Trias vero princeps imparium numerus, perfectusque censendus. F.]

TRIATRUS, tertius dies post Idus. Paulus ex Festo. Quinquagesimus festus dies dictus, quod post diem quintam Iduum celebraretur, ut triatrus, et sextatrus, et septimatrus, et decimatrus.

TRIBACCÀ Margarita, τριβλήνη, h. e. inauris ex tribus bacis seu margaritis contexta. P. Syrus ap. Petr. fragm. Trag. 55. Barm. Quo margarita cara tribacca, Indica? Sunt qui aliter leg.

*TRIBALLI, orum, Τριβαλλοί, populi Moesiae inferioris. Plin. 3, 26, 4, 1. et 10. P Inter Thracas numerat Strabo. B. A.

TRIBAS, adis, f. τριβάς, h. e. fricans: a τριβω. Dicitur de femina turpem libidinem cum pari plerumque exercente: quam Pl. Pers. 2, 2, 45. subigitricem vocat. Phaedr. 4, 14., Mart. 1, 91. et 7, 67. et 70. et Coel. Aurel. Tard. 4, 9.

TRIBLÀ, V. TREBLA.

TRIBOCCI et Triboci, orum, m. plur. Germania superioris populus ad Rhenum, ubi nunc ille vescoado di Straburgo. Caes. B. G. 1, 51. Tum deum necessario Germani suas copias castris eduxe-

runt, generatimque constituerunt paribusque intervallis Harudes, Marcomannos, Triboccos. Inscr. ap. Donat. 301, 9. Surus Sparuci F. domo Triboccos. Alia ap. Marin. Inscr. Alb. p. 111. T. Nigrio Simili Triboco ex Germania superiore, etc. F.]

TRIBON, onis, m. τριβών, oros, pallium tritum, aut lacerna. Vox Graeca, a τριβω, tero. Auson. epigr. 53. Pera, polenta, tribon, baculus, scyphus, arcta supellex Ista fuit Cynici.

TRIBONIANUS, i, m. celebris Jctus, quaestor fuit Justiniani Imp., eique operam suam praebuit in jure civili concinnando. Ceterum multis vitiis insignis, assentatione, fraudulentia, avaritia, omnis religionis contemptor, praesertimque Christianae. Haec ex Suida. Ejus meminit Imp. Justin. in proem. Institutionum, et de confirmat. Dig. §. 9.

TRIBRACHYS et Tribachus, τριβράχης, nomen pedis metrici tres breves syllabas habentis, ut Helena, dominus, agitur: a τριβρα, tres, et βραχης, brevis. Quint. 9, 4. med. et Diomed. 3, 475. qui tribrem Latine vocat.

TRIBREVIS, V. in v. praec.

TRIBUCARIUS, a, um, adj. ad tribum pertinens. Cic. Planc. 19. Itaque haesitantem te in hoc sodalium tribuario crimine ad communem ambitus causam contulisti, h. e. in crimine corrumpendarum tribuum in petitione alicujus honoris; et 15. Tribuaria res.

TRIBULÀ, ae, f. idem ac tribulum. Colum. 2, 21. med. Et, si pauca juga sunt, adjicere tribulam, et traham possis, quae res utraque culmos facillime comminuit. Id. 1, 6. f. Optima est area silice constata, quod celeriter frumenta deteruntur, non cedente solo pulsibus ungarum, tribularumque. Adde 12, 50. med.

TRIBULÀRIA, ium, V. in TABULARIS.

TRIBULATIO, onis, f. θλίψις, cura angens et pungens, aegritudo, aerumna, afflictatio: a tribulis, h. e. spinis. Vox est Ecclesiae scriptoribus familiaris. Tert. adv. Jud. 11. August. in Psalm. 125. n. 2. et alibi saepe: Hieron. ep. 108. n. 18. et alibi.

TRIBULATUS, a, um, adj. acuminatus in modum tribuli. Pall. 1, 43. Falciculas brevissimas tribulatas, quibus filicem solemus abscondere.

TRIBULUS, e, adj. θλιβής, φθάνη, φθάνω, qui ex eadem tribu est. Cic. Fam. 13, 23. L. Cossinio amico et tribuli tuo valde familiariter utor. Liv. 2, 16. Vetus Claudia tribus additis postea novis tribulibus, qui ex eo venient agro, appellata. Cic. Planc. 19. Tribulibus gratiosum esse; et ib. Tribules decurari. Ter. Ad. 3, 3, 85. Estne hic Hegio tribulis noster? P Interdum accipitur pro non divite, ut tribus pro pauperibus, h. e. qui tantum tribum suam citare, non magistratus, nec sacerdotia poterant. Hor. Ep. 1, 13, 15. Ut cum pileolo soleas conviva tribulis. Mart. 9, 50. de toga trita: Nunc anus, et tremulo vix accipienda tribuli. Adde 58.

*TRIBULIUM, i, n. oppidum Dalmatiae. Plin. 3, 22. B. A.

TRIBULO, as, a. I. θλίβω, est tribula, aut alio quocumque instrumento comminere. Gloss. Phil. θλίβω, tribulo, presso, premo. Cato R. R. 23. Si indideris defrutum aut marmor, aut resinam, dies viginti permisceto crebro, tribulato quotidie. Fortasse legendum rutabulo, nam Colum. 12, 23. docet, easdem res rutabulo ligneo permiscendas. [*Docet Doederl. 3, 87. esse tribulare diminutivi genus quoddam a terere, legique ap. Tertull. ea significatione, qua tricae per res tempus vel hominem terentes intelligit.]

TRIBULOSUS, a, um, adj. asper, spinosus, tribulis plenus. Sidon. ep. 3, 2. f. Viarum voragine frigoribus siccitate tribulosae. P Translate. Id. ep. 1, 7. med. Tribulosissima dissimulatio.

TRIBULUM, i, n. τριβύλον, rusticum instrumentum, quo frumenta in area teruntur. Varr. L. L. 4, 3. Hinc in messe tritura, quod tum frumentum teritur, et tribulum, quo teritur. Id. R. R. 1, 22. Corbes, fisciuae, tribula, mallei, rastelli; et 52. E spicis in aream excuti grana, quod fit apud alios jumentis junctis, ac tribulo. Id fit et tabula lapidibus, aut ferro asperata, quae imposito auriga, aut pondere grandi trahitur jumentis junctis, ut discutiat e spica grana. Plin. 18, 30, 72. Messis alibi tribulis in area, alibi equarum gressibus exteritur. Virg. G. 1, 164. Tribulaeque, trabeaeque, et iniquo pondere rastro. Ubi Servius: Genus vehiculi omni parte dentatum, quo teruntur in area fruges: quo maxime in Africa utebantur.

TRIBULUS, i, m. τριβύλος, genus spiniae, herba foliis ad portulacae effigiem accedentibus, tenuioribus viticulis, in terra stratis, spinis secundum folia rigidis et praeduris. Virg. G. 1, 153. Lappaque, tribulique, interque nitentia culta Infelix lolium, et steriles dominantur avenae. Ov. Met. 13, 803. Asperior tribulis, feta truce lentior ursa. Plin. 21, 15, 54. Aliqua et secundum spinam habent folium, ut tribulus, et ononis. P Est et alterum tribuli genus aquaticum, non nisi in amnibus nascens, coma dumtaxat aquis exstante, folio ulmi effigie. Id. 21, 16, 58. Tribulus non nisi in palustribus nascitur: dira res alibi, juxta Nilum et Strymonem amnes excipitur in cibis, inclinatus in vadum, folio ad effi-

giem ulmi, pediculo longo, etc. P Per metaphoram Graecis *tribuloi*, Latinis *tribuli* dicuntur stimuli illi ferrei, qui aliter vocantur murices, quos spargere moris erat in bello contra equitatum, aut quadrigas falcatas, aut oppidanorum eruptionem. Nempe ita dicti sunt a triquetra figura, et ob eminentes cuspides. *Veg. Mil. 3, 21.* Toto campo Romani tribulos abjecerunt, in quos currentes quadrigae cum incidissent, deletae sunt. Tribulus autem est quatuor palis confixum propugnaculum, quod quomodo abjeceris, tribus radiis stat, et erecto quarto infestum est. Haec *Veg. Coripp. Johann. 4, 617.* Et tribulos per castra locat, furcasque bicornes; Exacuitque sudes, et magnas obibe cautes.

TRIBUNAL, alis, n. *δικαστήριον, βήμα*, locus excelsus arcuata figura, in quo residebat, qui jus civibus aut peregrinis reddebat: a *tribunus*. Nam proprie est sedes tribunum, hoc est locus sublimior, ubi is jus dicit: sed per synecdochen sumitur pro quovis loco, ubi jus redditur. *Cic. Q. Fr. 1, 1, 8. f.* Nullius inopiam, ac solitudinem non modo illo populari accessu, ac tribunali, sed ne domo quidem et cubiculo esse exclusam. P Apud Romanos fuit suggestus editor, unde conspici magistratus ab omnibus poterat, multorum hominum capax, in quo sella curulis, jurisdictionis insigne, locata erat, ubi sedens praetor cognoscebat et pronuntiabat. Fuisse locum multorum hominum capax, indicat *Cic. Brut. 84.* dum inquit: Volo hoc oratori contingat, ut cum auditum sit, eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, compleatur tribunal, etc. et *Or. 1, 37.* Nobis in tribunali Q. Pompeji praetoris Urbani sedentibus; et *Tac. A. 1, 75.* Tiberius iudicium assidebat mixtum, vel in cornu tribunalis, ne praetorem curuli depelleret. *Ascon. in argum. Milon.* Populus corpus P. Clodii in curiam intulit, cremavitque subselliis, et tribunaliibus, et mensis, et codicibus librorum, quo igne et ipsa quoque curia flagravit, et Porcia basilica. P Sella curulis meminit *Cic. Verr. 2, 2, 38.* Palam, inquit, de sella ac tribunali pronuntiat: si quis, etc. Adde *Mart. 11, 98.* et *Tac. A. 15, 29.* P Forma tribunalis fuit arcuata. *Vitr. 5, 1.* de basilica Julia, quam ipse architectatus fuerat, *med.* Item tribunal est in ea aede hemicycli schematis minore curvatura formatum. Ejus autem hemicycli in fronte est intervallum pedum quadraginta sex, introrsum curvatura pedum quindecim: uti eos, qui apud magistratus starent, negotiantes in basilica ne impedirent. P *Pro.* vel de tribunali idem est ac in tribunali, quemadmodum dicimus *pro rostris.* *Cic. Fam. 3, 8.* Idque pro tribunali cum aliquid ageretur, intelligi potuisse. *Id. Pis. 5.* Pro Aurelio tribunali delectus servorum habebatur. *Id. Verr. 2, 5, 7.* Ad se vocari, et de tribunali citari jussit. P De tribunali ii tantum magistratus jus dixerunt, qui sellam curulem habebant, ut consules, praetores, aediles, praesides in provinciis, et proconsules: nam tribunum, quaestores, triumviri, et alii in subselliis sedebant, ut scribit *Asconius in Dio. Verr. 15.* *Mart. 11, 98.* Sedes in alto tu licet tribunali, Et e curuli jura gentibus reddas. P In theatro erat suggestus editor, et ab aliis gradibus separatus, ex quo spectabat praetor, et imperator. *Suet. Aug. 44.* Virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, et contra praetoris tribunal dedit. Adde *Vitr. 5, 7.* P In castris quoque erat tribunal, ex quo imperator jus dicebat, aut milites alloquebatur, quod olim de cae-pite exstruebatur. *Tac. H. 3, 10.* Sensit ludibrium miles, disjectisque qui tribunal tuebatur, etc. *Id. ib. 4, 25.* Conscendit tribunal Vocula, prehensumque militem duci jussit. P Claros viros, et summo aliquo honore functos, praeter honorem sepulcri, etiam tribunalis seu suggestus exstructione coli post vitam mos fuit. Exemplum habes ap. *Tac. A. 2, 83.*, ubi de funere Germanici. Quo referri posse videtur *Inscr. ap. Grut. 751, 11.* P Aelius Venerianus hoc vas disomum sibi et Felicitati suae posuit, et tribunal ex permissu Pontif. perfecit, *h. e.* suggestum, in quo vas illud disomum, seu sarcophagus bina corpora continens, impositum fuit. P *Plinius* vocat *tribunal* tumulum vel suggestum editorem instar tribunalis, quod sibi quidam populi Oceanum accolentes exstruebant, contra aestus et effusionem ejus: 16, 1, 1. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus, ad experimenta altissimi aestus, casis ita impositis. P Translate significat eminentiam. *Apul. Flor. n. 16. med.* Quid superest ad honoris mei tribunal et columnam, ad laudis meae cumulum? P *Tribunale* in recto et quarto casu. *Quint. 1, 6. med.* Inhaerent quidam molestissima diligentiae perveritate, ut *audaciter* potius dicant, quam *audacter*, licet omnes oratores aliud sequantur; et *emicauit*, non *emicit*, et *conire*, non *coire*. His permittamus et *audivisse*, et *scivisse*, et *tribunale*, et *faciliter* dicere. Legitur etiam in *vet. Tab. aen. ap. Mur. 582. lin. 34.*

TRIBUNATUS, us, m. *χλιμαζία, δημαζία*, magistratus, seu dignitas tribunorum. Aliud fuit *tribunatus*, aliud *tribunicia* potestas. Nam Sulla *tribunatum* non sustulit, sed *tribuniciam* potestatem. Rursus Romani imperatores *tribunatum* non gessere,

sed *tribuniciam* potestatem sumpserunt. Nam cum plebeis fas esset solis *tribunatum* gerere, religio imperatoribus fuit *tribunatum* sibi vindicare, cum patricii essent: cum vero *tribuni* pleb. sacrosancti essent, imperatores sibi potestatem *tribuniciam* usurpare, ut et ipsi sacrosancti essent et inviolabiles. *Cic. Am. 12.* De C. Gracchi autem *tribunatu* quid expectem, non libet augurari. *Id. Or. 1, 7.* *Tribunatum* plebis petere. *Id. Att. 11, 9.* Inire *tribunatum*. P De *tribunatu* militari. *Cic. Q. Fr. 2, 15. med.* M. Curtio *tribunatum* a Caesare petivi. *Id. Fam. 7, 8.* Sum admiratus, cur *tribunatus* commoda, dempto praesertim labore militiae, contempseris. Adde *5. med. et Plin. 7, 30, 31.*

***TRIBUNCI**, orum, oppidum vel castellum in Gallia Belgica, in Nemetum agro. *Ammian. 16, 12.* (p. 149. *Vales.*) Ad castra, quae prope *Tribuncos* et *Concordiam* munimenta Romana fixit. In *ed. Lindenbrog.* p. 91. *Triburcos* scribitur, non *Tribuncos*. B. A.

TRIBUNICIUS, a, um, adj. *δημαρχικός*, ad *tribunos* plebis pertinens. *Sall. or. Licin. trib. pleb. med.* Vis *tribunicia*, telum a *mojoribus* libertati paratum. *Cic. Q. Fr. 2, 15. f.* *Tribunicii* candidati compromiserunt. *Id. Or. 2, 28. med.* Cum *tribunicia* potestas est constituta. *Id. Agr. 2, 8. med.* *Tribuniciae* leges, *h. e.* a *tribunis* pleb. latae. *Id. Att. 1, 1.* Comitibus *tribunicia*, *h. e.* quibus *tribuni* pleb. creantur. *Id. Leg. 3, 9. med.* Mucronem *tribunicium* exacuere in aliquem. *Id. red. in sen. 5.* Subsidia reipublicae contra *tribunicios* furones. *Liv. 2, 1.* Si plebs agitari coepta esset *tribunicii* procellis. *Cic. Fam. 2, 18. med.* Incidere in terrores *tribunicios*. *Id. Cluent. 39.* Noratis animos ejus, ac spiritus *tribunicios*. *Hirt. B. Alex. 65.* *Tribuniciae* contentiones. *Sall. Jug. 41.* seditiones. *Plin. 36, 15, 24. 3, 8.* conciones. *Id. praef. H. N. in. Triumphantis*, et censorius tu, sexiesque consul, et *tribuniciae* potestatis particeps. *Caes. B. C. 1, 7.* *Tribunicia* intercessio. *Lucan. 2, 125.* Saeva *tribunicia* maduerunt robora tabo. P De *tribunicia* potestate imperatorum V. in dictione praeced. P *Tribunicus*, qui *tribunus* fuit, ut *aedilicium*, qui *aedilis*, *quaestorius*, qui *quaestor*, etc. *Cic. Phil. 13, 14. f.* Clarissimi viri, *aedilicii*, *tribunicii*, *quaestorii*. Adde *Liv. 3, 35.* P Sub *Augustis* inter *tribunicios* *relati* seu *allecti* dicuntur, qui ex eorumdem privilegio *tribunicia* dignitate donabantur, licet reapse *tribuni* pleb. nunquam fuissent, ut nempe praeturae capessendae idonei fierent. *Inscr. mutila* et mendosa ap. *Maff. Mus. Ver. 377, 8.*, quae tamen ita nunc legitur *Vicetiae*, Marco Salonio a Ti. Claudio Caesare Augusto Germanico censore adlecto in senatum, et inter *tribunicios* *relato*, ab eodem adscito in numerum *Saliorum*, etc. Alia *Patavina* ap. *Grut. 440, 4.* T. Mustio C. F. Hostilio Fabricio Medullae Augurino allecto inter *tribunicios* ab Imp. Nerva Caesare August., Praet., etc. P De *tribunatu* militari. *Caes. B. C. 1, 77. extr.* Centuriones in ampliores ordines, equites R. in *tribunicium* restituit honorem. P Scribitur et *tribunitius*.

TRIBUNUS, i, m. *δῆμαρχος*, magistratus apud Romanos, qui primo *tribunus* praefuit: ut curio, qui curiis. Romulus populum in tres partes divisit, quae *tribus* dictae: singulis suos attribuit duces, qui *tribuni* appellati, ut *Ascon. in Verr. 2, 1, 5.* docet. V. **TRIBUNUS**. *Pomp. Dig. 1, 2, 2. med.* Dicti *tribuni*, quod olim in tres partes populus divisus erat, et ex singulis singuli creabantur: vel quia *tribunum* suffragio creabantur. P *Varia* *tribunorum* genera fuerunt, de quibus protinus ordine suo.

Tribuni aerarii (quos *tribunos* aeris *Plin. 33, 2, 7.* appellat) erant, qui acceptam pecuniam publicam a *quaestoribus* urbanis in stipendium exercitus, ad *quaestores* provinciarum deferebant, militibus eroganda, ut est ap. *Ascon. in Verr. 2, 1, 13.* *tribuni*, a *tribundo* dicti, ut *Fest.* docet in *Aerarii*: sed ab *re Varr. L. L. 4. f.* Quibus attributa erat pecunia, ut militi redderent, *tribuni aerarii* dicti: id quod attributum erat, aes militare. *Cato ap. Gell. 1, 10.* Aes militare, quod a *tribuno* *aerario* miles accipere debebat. P Non erant magistratus, sed ordo: et aliquando una cum senatorio et equestri ordine *judicia* exercuerunt, ut patet ex *Cic. Q. Fr. 2, 5. f.*, qui eorum meminit et *Cat. 4, 7. med.* V. **AURELIUS**, a, um. Sed *judicia* eis ademit Augustus, ut in ejus vita *Suet. 41.* narrat.

Tribunus Celerum, Italice *capitano del corpo di guardia*, magistratus quidam in monarchia, qui praerat trecentis illis *Celeribus* equitibus, qui regis corpus custodiebant, et rem militarem cum regibus curabant. Fuit antiquissimus omnium magistratum. Nam ab ipso Romulo institutus est. *Pomp. Dig. 1, 2, 2.* Iisdem temporibus et *tribunum Celerum* fuisse constat. Is autem equitibus praerat, et veluti secundum locum a regibus obtinebat: quo in numero fuit Junius Brutus, qui auctor fuit regis ejiciendi. P Diversus erat a ceteris *tribunis*. Nam ceteri, qui tres erant, *tribunos* praerant, unus *Ramnensibus*, alter *Tatiensibus*, tertius *Luceribus*; sed hic *tribus* centuriis equitum, qui *Celeres* vocabantur, imperabat. Dictus est a similitudine aliorum *tribunorum*.

Ut enim duces *tribuum* dicti *tribuni*, quod praerant *tribubus*, quae tres erant, ita *tribunos* *Celerum* ita appellatus, quod *tribus* equitum centuriis praerat. Hoc nomen retentum est usque ad institutionem consulum. Nam postea magistratus iste pro *tribuno* dictus est *magister equitum*, et postremo praefectus praetorio. *Pomp. l. c.*

Tribuni militares, Italice *colonnelli*, duces legionum, qui peditibus legionum, non item equitibus, praerant. Dicti sunt *tribuni*, auctore *Varr. L. L. 4, 14.*, quod ab initio terni essent, tum, cum legio ex *tribus* millibus conficiebatur ex ternis, quae tum erant, *tribubus*, *Ramnium*, *Tatiensium* et *Lucerum* sumpti. P Initio tres fuerunt, qui singuli mille peditibus praerant. Postea ut numerus peditum in legione auctus est, sic etiam *tribunorum* *militarium*: ita ut a *tribus* ad quatuor, atque ab his ad sex pervenerint. Progressu temporis duodecim legi coeperunt, terni in singulas legiones quae quatuor erant. Deinde quaterni in singulas legiones creati sunt, ut essent sexdecim. Interjectis inde temporibus, cum legio ex quinque millibus conscribi jam esset coepta, et postremo cum ex sex millibus, *tribuni* militum ad quatuor legiones viginti quatuor, in singulas seni, lecti sunt. *Cic. Cluent. 36.* Qui M. Aemilio legati, et praefecti, et *tribuni* *militares* fuerunt. Adde *Plin. 34, 3, 6.* P Ut eorum numerus, sic electio varia fuit. Modo enim ab imperatore, modo populi suffragio creati sunt: quae varietas usque ad extrema reipubl. tempora perduravit. P Officium eorum erat in castris milites continere, et ad exercitationem producere, *vigilias* circuire, rei *frumentariae* praeesse, *queras* commilitonum audire, *valetudinarios* inspicere, denique et dare, et observare *caestrensia* omnia. P Dividebantur in *Rufulos*, sive *Rutulos*, et *Comitiatos*. V. **RUFULUS**, **COMITIATUS**.

Tribuni militum consulari potestate, magistratus Romae, qui consulare imperium obtinebant, et consulum loco rempublicam administrabant. Eorum haec origo narratur. Crebris seditionibus plebis, quibus consules de suo quoque corpore creati petebat, externis etiam bellis ingruentibus, plebeque ipsa delectum pati negante, coacti tandem patres sunt, ut aut civibus, aut hostibus de victoria concederent. Ab eorum sententiis, qui *tribunos* plebis caede violandos putabant, primores patrum abhorrebant. Per haec consilia eo res deducta est, ut sex *tribuni* militum, tres ex patribus, et tres ex plebe, consulari potestate praediti crearentur, de consulibus nihil immutaretur. Igitur anno U. C. CCCX. tres *tribuni* *militares* creati sunt, qui consularem potestatem haberent, et quidem ex patribus, consentiente plebe. Progressu temporis modo tres, modo quatuor, modo sex, aliquando ex solis patribus, aliquando ex patribus et plebe fuerunt. *Liv. 4, 6. 7. etc.* [Id. 5, 1. affirmat ann. U. C. CCCL. octo *tribunos* mil. cons. pot., quot nunquam antea, creatos fuisse; sed B. *Borghesius* in *A. Framm. de Fast. cons. T. 2. p. 37.* historicum *Patavinum* erroris arguit, probatque, duos postremo ab *ead. l. c.* memoratos, M. nempe *Furium Camillum*, et *M. Postumium Albinum*, non *tribunos* mil., sed *censores* eo anno fuisse, F.]

Tribuni plebis, magistratus Romae, ex genere minorum, et ordinariorum, non dissimiliis iis, qui apud *Lacedaemonios* *Ephori* dicebantur, ut ait *Cic. Leg. 3, 7.*, cujus officium erat injuriam omnem intercessione sua prohibere, et commoda plebis adversus patres tueri. P Hic magistratus hanc habuit originem. Plebs ob *fenatorum* avaritiam aere alieno oppressa saepe postulavit a patribus, ut contractuum obligationibus liberaretur, et saepenumero decepta, tandem ann. U. C. CCLXI. conspiravit, ne amplius patricios in bello, neque ulla alia in re adjuvaret: itaque secessit in montem sacrum, neque reduci inde potuit, priusquam ea obtineret, quae jamdiu concupierat: inter quae illud praecipuum fuit, ut magistratus quotannis crearetur, qui plebis jura defenderet, ceteris magistratibus intercederet, et ne ipsi quidem supremo consulari imperio parere teneretur. Qui in eum magistratum lecti sunt, *tribuni plebis* appellati. *Liv. 2. a. c. 32.* P Praecipua *tribunorum* potestas fuit in intercessionibus. Intercedere autem nihil aliud erat, nisi prohibere, ne vis a ceteris magistratibus plebi fieret, vel ne aliqua lex ferretur plebi invisa. Qui negant, eos magistratum fuisse, facile arguuntur multis *Livii* locis 2, 33. et 56., 4, 2., 23, 23., *Sallustii Jug. 41.*, *Varronis* ap. *Gell. 13, 12.*, *Ciceronis Or. 1, 7.* et *Pomp. Dig. 2, 2, 2.*, qui omnes *tribunatum* pleb. *magistratum* vocant. P Inibat magistratum mense Decemb., fuitque eorum tanta auctoritas, ut quicquid senatus decrevisset, ita demum ratum haberetur, si *tribuni* approbassent. Stabant ergo positus subselliis in vestibulo curiae, ubi habebatur senatus, quia templum ingredi non licebat, et quaecumque senatores decrevisset, *tribunis* animadvertenda perferebantur, ut si pro republica fore viderentur, approbarent, cetera ad arbitrium rejicerent. Si senatusconsultum approbassent, T. litteram in tergo subscribebant, qua nota significabatur, ita *tribu-*

nos quoque censuisse. *Val. Max.* 2, 2, n. 7. P Illud etiam observatum est inter tribunos, ut, si ceteri omnes unam rem probassent, unus vero prohibuisset, plus ceteris omnibus polleret, eosque impedire posset. *Liv.* 2, 4. P Ne vero unquam eorum potestas minui, aut violari a quoquam posset, statutum est, ut sacrosancti haberentur, ita ut qui iis injuriam intulisset, sacer esset. V. SACROSANCTUS. P Nihilominus hanc potestatem L. Sulla dictator debilitavit, iratus plebi, quod contra se pro C. Mario bello civili stetit. Tulit enim, ne tribunis pleb. legum ferendarum jus esset, neve iis, qui tribuni pleb. fuissent, alios postea magistratus capere liceret, ut scriptum est in *Appiani* historia. Tribunorum tamen jura post restituta sunt partim a Cotta, partim a Pompejo, et Crasso Coss. *Ascon.* in *Div. Verr.* 3. et *prooem. Act. in Verr.* 15. et *Epit. Livii* 97. P Tribunatus pleb. symbola sunt subsellium et virga viatoria, ut videre est in nummo G. Caninae ap. *Morell. Numism. fam. R. n.* 2., de quo consulendus B. *Borghesius Dec. numism.* 13. n. 9. V. SUBSELLIUM. P Tempore monarchiae imperatores tribuniciam potestatem sibi sumpserunt. V. TRIBUNATUS. *Suet. Aug.* 27., *Tac. A.* 3, 56. Tribuni autem remanserunt cum eadem intercedendi auctoritate. V. *Tac. H.* 4, 9. et *Plin. ep.* 1, 23. et 9, 13. *med.* P *Tribunus plebejus*, quod quidam leg. ap. *Liv.* 2, 33. et 34, 56., non dicitur, cum MSS. omnes aut *plebis*, aut *plebei*, aut *plebi* habeant, testibus criticis viris ap. *Drak.* ad utrumque loc. V. PLEBES.

TRIBUO, is, ui, utum, a. 3. *δίδωμι, ἀπορίμω*, do, praesto, impertior: a *tribus*: quia proprie olim dicebatur de iis, quae a tribus in publicum conferebantur. Latius deinde usurpari coepit, ut *do, das.* *Cic. Off.* 1, 15. Ut ei plurimum tribuamus, a quo plurimum diligimus; et 5. In hominum societate tuenda, tribueadque suum cuique. *Sall. or. Philippi contra Lep. Caes. B. C.* 3, 4. Cujus sceleribus tanta praemia tribuistis. *Id. ib.* 3, 13. Jurat, se eum non deserturum, eundemque casum subiturum, quemcumque ei fortuna tribuisset. *Phaedr.* 1, 5. Ego primam (partem praediae) tollo, nominor quia leo: Secundam, quia sum fortis, tribuetis mihi; et 7. quibus honorem et gloriam Fortuna tribuit. *Nep. Att.* 11. f. Tribuere alicui beneficia. *Tac. A.* 1, 75. Pretium aedium Aurelio tribuit. *Ob. Met.* 9, 401. cum jurare pararet, Dona tributurum posthac se talia nulli. *Prop.* 3, 23, 3. Noster amor tales tribuit tibi, Cynthia, laudes. *Ob. Trist.* 3, 1, 23. Dii tibi dent, nostro quod non tribuere parenti, Molliter in patria vivere posse tua. *Id. Her.* 16, 1. Haec tibi Priamides mitto, Ledaea, salutem, Quae tribui sola te mihi dante potest. *Id. Met.* 14, 620. Aventinus quo regnarat, eodem Monte jacet positus, tribuitque vocabula monti. *Id. Trist.* 3, 1, 44. Tribuere pacem terris. *Tac. A.* 12, 40. alicui veniam. *Lucan.* 4, 358. vitam cuiquam *Cic. Mil.* 31. misericordiam fortissimo viro; et *Coel.* 12. silentium orationi alicujus; et *Fin.* 4, 5. extr. magnam inventoribus gratiam. *Cic. Div.* 2, 71. Nihil prorsus somniis tribuendum est. *Mart.* 11, 5. Aurum Fabricius, te tribuente, volet, h. e. te donante. P Distribuere. *Tac. A.* 4, 64. Ni Caesar obviam isset, tribuendo pecunias ex modo detrimenti. P Tribuere alicui quippiam, affirmare de aliquo, quod quippiam in eo sit. *Lucr.* 5, 1171. His igitur sensum tribuebant, propterea quod Membra movere videbantur. P Translate permittere, concedere, condonare. *Cic. Tusc.* 1, 49. f. Sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid: cras agamus haec. *Id. Off.* 1, 30. Sin sit quisquam, qui aliquid tribuat voluptati, diligenter ei tenendum esse ejus fruentiae modum. *Ob. A. Am.* 1, 689. nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles. [*Cf. *Beier.* ad *Cic. Off.* 1.1.] P Imputare, assignare. *Nep. Dat.* 5. Eam esse consuetudinem regum, ut casus adversos hominibus tribuant, secundos fortunae suae. *Id. Alc.* 7. Ut omnia minus prospere gesta ejus culpae tribuerent. *Cic. Fam.* 2, 16. *med.* Quod illi tribuebatur ignaviae: de nobis id existimari posse, non arbitror. *Nep. Timol.* 4. Neque hoc illi quisquam tribuebat superbiae putabat, illum hoc facere superbe. *Id. Atl.* 6. extr. Ejus observantia omnibus erat carior, cum eam officio, non timori, neque spei tribui viderent, h. e. eam adhiberi officii causa, non propter timorem aliquem, aut spem. P Deferre, aestimare. *Colum.* 2, 17. Prato veteres Romani primas in agriculture tribuerunt; et *Cic. Q. Fr.* 3, 4. *med.* Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo, quam mihi; et *Fam.* 4, 1. f. Ego tantum tibi tribuo, quantum mihi fortasse arrego; et *ib.* 13, 22. Gratissimum mihi feceris, si huic commendationi meae tantum tribueris, quantum cui tribuisti plurimum. *Id. Brut.* 51. Mihi, benevolentia, credo, ductus, tribuebat omnia. *Tac. A.* 6, 50. Tribuere aliquid honori amici abeuntis. *Caes. B. G.* 1, 13. f. Magnopere tribuere virtuti alicujus. *Cic. Fam.* 13, 9. Univero ordini publicanorum semper libentissime tribui: idque magnis ejus ordinis erga me meritis facere debui. *Tac. A.* 14, 14. f. Quos ne nominatim tradam, majoribus eorum tribuendum puto. [*Cf. *Vell.* 2, 16, 2. et 128, 3.] P Impendere. *Caes.*

B. C. 3, 2. His rebus, et feriis Latinis, comitiisque perficiendis undecim dies tribuit. *Nep. Att.* 4. Reliqua tempora tribuere litteris. Adde *Ann.* 13. P Dividere, partiri, *Cic. Brut.* 41. *med.* et *Or.* 4. Rem universam tribuere in partes. Hinc *tributio* distributio, *tributus* divisus. P [*Discrimen inter hoc verbum et *commodare* et *praebere* *Doederl.* 4, 136. ita constituit, ut, sive sponte, sive tributi necessitate id fiat, *tribui* dicat, quae in justam possessionem tradantur; *praebere* et *commodare* ad voluntatem usumque magis quam possessionem esse referenda, ea tamen discrepantia interposita, primum quidem, ut *praebens* in universum et sine conditione, *commodans* in tempus tantummodo et servato recipiendi jure aliquid alicui tradat; deinde ut *commodare* rem vel factum, *praebere* non nisi rem spectet; denique, ut *commodans* votum, *praebens* necessitatem respiciat. P Confund. *tribuere* et *attribuere*. V. *Beier.* ad *Cic. Off.* 1. p. 231.]

TRIBUS, us, f. *τρίβη*, una ex partibus majoribus populi R. Nam Romulus primum divisit universum populum in tres partes, quae *tribus* dictae sunt, vel a numero, vel a tributo pendendo. Singulas tribus in centurias decem, quae curiae appellatae. Ex singulis tribubus singulas centurias equitum constituit, qui *Ramnenses*, *Tatienses*, *Luceres* nominati sunt. Postea crescente populo, hae centuriae ad trecentos crevere, ut omnes simul equites nongenti essent: inde sub Tarquinio ad sexcentos. Itaque tres illae tribus et pedites et equites continebant: sed procedente tempore id nomen solis centuriis equestribus haesit: quae causa est, cur a *Varr. L. L.* 4, 9., *Cic. de rep.* 2, 7., *Flor.* 1, 5. et *Ascon.* in *Verr.* 2, 1, 5. non centuriae, sed tribus dicantur. V. *Gracivum* ad *Flor.* 1. c. P [Crescente civium numero, multisque aliis populis in civitatem Romanam allectis, aliae subinde tribus additae sunt. Tarquinius enim Priscus, duplicato earum veterum numero, sex fecit (*Liv.* 1, 36. f.). Servius Tullius eas omnes divisit in quatuor urbanas, *Collinam*, *Esquilinam*, *Palatinam*, et *Suburanam* seu *Sucasanam*, et septendecim rusticas, illas ita appellando, quod in urbe essent, has quod in agro Romano (*Liv.* 1, 43. et 2, 21. et *Dionys. Halic.* 4, 15.). Postea vero earundem numerus usque ad triginta quinque auctus est (*Liv.* 1, 53. et *Epit.* 19.), qui deinceps idem semper remansit etiam sub Augustis, ut patet ex hac *Inscr.* ap. *Grut.* 246. 8. Imp. Caesari Trajano Aug. Trib. XXXV. etc. Earum nomina fuerunt, *Aemilia*, *Aniensis*, *Arniensis*, *Camilia*, *Claudia*, *Collina*, *Cornelia*, *Crustumina*, *Esquilina*, *Fabia*, *Falerina*, *Galeria*, *Horatia*, *Lemonia*, *Maecia*, *Menenia*, *Oufentina* vel *Offentina*, *Palatina*, *Papiria*, *Publilia* vel *Publicia*, *Polia*, *Pomptina*, *Pupinia*, *Quirina*, *Romilia* vel *Romulia*, *Sabatina*, *Scaptia*, *Sergia*, *Stellatina*, *Suburana* vel *Sucasana*, *Tarentina*, *Tromentina*, *Velina*, *Veturia* vel *Voturia*, *Volturna*. Tribus vero honorariae, et militares dumtaxat, fuerunt, *Aelia*, *Augusta*, *Aurelia*, *Flavia*, *Julia*, *Ulpia*; soli enim milites his decorantur in antiquis monumentis, quod ideo factum videtur, quia milites barbarae plerumque originis, vel libertinae conditionis, et nimis remoti a sede et corpore tribuum Romanorum, ac propter paupertatem minus idonei impendiis iis sustinendis, quae in aliquam tribum adscribendis subeundae erant, imaginariam aliquam tribum a nomine gentilitio illius imperatoris, cujus beneficio civitatem essent adepti, derivatam sibi attribuebant. Julia vero a C. Julio Caesare vel ab Augusto, Flavia a Flaviis Vespasiano vel Tito vel Domitiano, Ulpia ab Ulpio Trajano, Aelia ab Aelio Hadriano, Aurelia et Augusta a M. Aurelio denominatae fuisse videntur. Tribus porro vel e lapidibus corruptis et mutilis, vel ex falsis interpretationibus et conjecturis prolatae, sunt, *Appia*, *Campana*, *Civica*, *Cluentia*, *Cluvia*, *Dumia*, *Latina*, *Minucia*, *Narniensis*, *Oericulana*, *Papia*, *Pinaria*, *Popillia*, *Septimia*, *Staberina*, *Valerina*, *Vejentina*, *Verginia* vel *Vergilia* vel *Verinia* vel *Verria*. Tribus denique *Sappinia* Umbrae solius propria fuisse videtur. Haec fere ex *Orellio* in *Coll. Inscr. Lat.* T. 2. p. 11 — 28. et 147., qui accuratissime expendit earum nomina, quae aliter recitat *Pavinius*, aliter *Manutius*, aliter *Sigonius*. F.] P Postquam tribus permixtae sunt censoribus, rusticae honestiores urbanis esse cooperunt: partim quia agrestium vita, quae laboriosa est, vitae urbanorum, quae est plena otii ac desidiae, anteferebatur, ut ait *Varr. R. R.* 2. in., partim quia censores urbanas tribus omni sordidissimorum hominum genere, idest non solum artificibus, et turba forensi, sed etiam libertinis inquinaverant. Igitur a nobilibus et ingenuis, non solum qui ruri vitam agebant, sed etiam qui urbem incolebant, in rusticis commigratorum est. Eos enim pudebat numerari cum negotiatoribus, cum artificibus, cum turba forensi, cum libertinis. Hinc censores, et cum novos homines in tribus referrent, et cum aliquem ex veteribus civibus vellent honore afficere, in tribus rusticis transferebant. V. *Plin.* 18, 3, 3. P In tribus referre jus censorum fuit, postquam instituti sunt: hi enim poterant novas tribus addere, et cives de una in aliam transferre. Atque huc pertinet *tribu movere*, h. e. ex tribu nobiliori in

ignobillorem transmittere ignominiae causa. *Cic. Or.* 2, 67. Africanus censor tribu movebat eum centurionem, qui in Pauli pugna non affuerat. Adde *Liv.* 4, 24. f. et 45, 15., ubi quid sit *movere tribu*, clare explicat. P *Tribus explere* quid sit, V. in *EXPLEO*. P Convocare populum in tribus, *Cic. Leg.* 3, 19. *med.* h. e. per tribus, et ad tributa comitia. P Quotiescumque ad nomen civis R. tribus adscribitur, ejus nomen ponitur in ablativo sine praepositione, et fere cognomini praeponitur. *Cic. Verr.* 1, 8. f. Inventum tamen esse ex eadem familia Q. Verrem Romilia, qui id se perfecturum polliceretur. *Id. Phil.* 9, 7. Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus. *Lucil.* ap. *Non.* 6, 82. Calvu' Palatina vir nobilis, ac bonu' bello. V. *Cic. Fam.* 8, 8. ubi multa habebis hujusce constructionis exempla, quae passim occurrunt etiam in veteribus Inscriptionibus. P Interdum *tribus* dicitur de pauperioribus, ut *tribulis*. *Cic. Planc.* 18. Neque hoc liberis nostris interdicens est, ne observent tribules suos, ne diligant, ne reficere necessariis suis suam tribum possint. Alii leg. *conficere*, quod alio trahit sententiam. *Mart.* 8, 15. Dat populus, dat gratus eques, dat tura senatus: Et ditant Latias tertia dona tribus, h. e. tertium congiarium. Alii aliter leg. aut interpretantur. Maxime omnium rem conficit illud *Plin.* 19, 4, 19. In herbis aliqua sibi nasci tribus negant, caule in tantum saginato, ut pauperis mensa non capiat. P Unus aliquando duas tribus habuit, alteram nativitate, alteram adoptione. *Inscr.* ap. *Grut.* 226, 3. C. Julio C. F. Fab. Scapt. Caesari Aug. (*Suet. Aug.* 40. Fabianis et Scaptiensibus tribulibus suis die comitiorum singula millia nummum a se dividebat.) Alia ap. *ennd.* 435, 1. L. Manlio A. E. An. Gal. Boccho Trib. Mil. Leg. XV. Adde aliam ap. *Mur.* 723, 5. Sed respuit haec omnia *Maffejus* in *Mus. Ver.* p. 199. P Libertinae conditionis homines alicui ex tribus urbanis fuisse adscriptos, aliquando etiam alicui ex rusticis, aut militaribus, constat. *Tert. Resurr. carn.* 57. f. Oro te, si fanulum tuum libertate mutaveris; quia eadem caro atque anima permanebunt, quae flagellis et compedibus et stigmatibus obnoxiae retro fuerant, idcirco ne illa eadem pati oportebit? non opinor, Atqui et vestis albae nitore, et aurei anuli honore, et patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur. *Inscr.* ap. *Labus. Epigr. ant.* p. 20. P Valerio P. L. Palat. Tacito VI. Viro seniori et Augustali. Alia ap. *Maff. Mus. Ver.* 309. T. Scutrus T. Lib. Fab. Sabinianus Roma, Q. Sosius Q. Lib. Jul. Theomnestus Regio. P Tribus apponi desierunt in antiquis monumentis ante Constantini M. tempora, ut habet *Mur. Inscr.* p. 1795., cum ipsae, ut ait *Ammian.* 14, 6. *med.*, otiosae jam fuissent. P Translate. *Colum.* 3, 2. Inerticula tamen nigra, quam quidam Graeci amethyston appellant, potest in secunda quasi tribu esse, h. e. gradu, ordine, pretio. [*Cf. de hoc usu *Gronov. observ.* 4, 10. p. 419. *ed. Fr.*]

TRIBUTARIUS, a, um, adj. *ὑπόφορος, διαφορογος*, solvendo tributo obnoxius. *Cujus Instit.* (ed. *Goesch.*) §. 21. Praedia provincialia alia stipendiaria, alia tributaria vocamus. Stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae proprie populi Romani esse intelliguntur. Tributaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae proprie Caesaris esse creduntur. *Just.* 1, 7. Sed civitates, quae Medorum tributariae fuerant, etc. *Plin.* 12, 1. Et jam ad Morinos usque pervecta, ac tributarium etiam detinens solum. Adde *Suet. Aug.* 40. et *Flor.* 3, 4. P *Tributariae necessitas*, est necessitas tributi conferendi. *Just.* 32, 2. Antiochus sub specie tributariae necessitatis nocte templum Elymaei Jovis aggreditur. P *Tributariae litterae*, in quibus munera promittuntur, et tribuuntur. *Cic. Verr.* 2, 4, 66. Ubi intellexi, multum apud illum tabulas non commendaticias, sed tributarias valuisse. V. *ib.* 4, 26. unde huic loco lux. P *Tributaria causa*, in qua de tributo agitur. *Hermog. Dig.* 49, 14, 46. P *Tributaria poena* est ea, quae loco tributi solvitur. *Hieron. Chron. Euseb.* ad ann. DCCLXXX. ab Abraham. Athenienses pueri a Theseo tributaria poena liberantur. V. MINOTAURUS.

TRIBUTIM, adv. per singulas tribus, *κατά τριβίαν*. *Cic. Att.* 4, 17. Nummis ante comitia tributum uno loco divisit. *Id. Flacc.* 7. Tributum et centuriatim descriptis ordinibus. *Id. Mur.* 31. *med.* Spectacula tributum data, et ad prandium vulgo vocati. *Hor. Sat.* 2, 1, 69. Primores populi arripuit, populumque tributum. *Liv.* 3, 55. Legem centuriatis comitiis tulere, ut quod tributum plebes jussisset, populum teneret, h. e. comitiis tributis. V. TRIBUTUS. Sic 7, 16. f. Legem, novo exemplo, ad Sutrium in castris tributum de vicesima eorum, qui manumitterentur, tulit.

TRIBUTIO, onis, f. distributio, divisio, partitio. *Cic. N. D.* 1, 19. Hanc *ἰσοουλίαν* appellat Epicurus, hoc est aequabilem tributionem. *Ulp. Dig.* 14, 4, 5. f. Tributio fit pro rata ejus, quod cuique debetur. P Item tribuendi actus, collatio tributi. *Ulp. Dig.* 2, 14, 52. Siquas summas, propter tributiones praedii pignori nexi factas, creditor solvisset. *Arcad. ib.* 50, 4, 18. *med.* Et eos, qui senus

exercerent, tributiones ejusmodi agnoscere debere, rescriptum est. Alii leg. *intributiones*.

TRIBUTOR, oris, m. qui tribuit. *Appul. Trismeg. p. 92.* Mundus praestitor est, et tributor omnium, quae mortalibus videntur bona.

TRIBUTORIUS, a, um, adj. ad tribuendum pertinens. *Tributoria actio* apud Jctos est, quae datur creditoribus, si quis eorum queratur, quasi minus ei tributum sit, quam oportuerit (ut ait *Justin. Instit. 4. tit. 7.*) in eo casu, in quo servus in merce peculiari, sciente domino, negotiatur: et dicitur tributaria, quia ipsi domino distributionem eorum, quae in illa negotiatione recepta sunt, praetor permittit. Est in *Digestis tit. 4. lib. 14.* qui *De tributaria actione* inscribitur. V. plura ap. Jctos.

TRIBUTUS, a, um, part. a *tribuo*: datus, concessus. *Lucr. 1, 799.* demptis paucis, paucisque tributis. *Cic. Or. 2, 11.* Cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto. *Caes. B. C. 2, 21.* Tributa praemia. *Callistrat. Dig. 27, 1, 17.* Tributa immunitas. P. *Tributum absolute*, *εἰσφορά, τέλος*, pecunia, quae a privatis reipublicae penditur. Quid a vectigali differat, ibi dicitur. Triplex fuit apud Romanos, secundum capita, secundum censum, et extra ordinem, seu temerarium. *Festus*: Tributorum collatio cum sit alia in capita, alia ex censu, dicitur etiam quoddam temerarium, ut post urbem a Gallis captam conlatum est, quia proximis quindecim annis census alius non erat: item bello Punico secundo, M. Valerio Laevino, M. Claudio Marcello Coss., cum et senatus, et populus, quod habuit, detulit. Haec *Festus*. Dicebatur *tributum in capita*, quod a singulis pendebatur. Id solvebant patres matresque familias pro numero liberorum. *Tributum ex censu* imperabatur singulis familiis pro ratione fortunarum. *Temerarium* dictum, quod extra ordinem, in magno reipublicae discrimine, et temere, h. e. non habita ordinis, tributum, aut census ratione, conferebatur. Exempla ap. *Liv. 5, 25.* et *26, 36.* invenies. *Varr. L. L. 4, f.* Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quae populo imperata erat, tributum a singulis pro portione census exigebatur. *Ulp. Dig. 50, 16, 27.* Stipendium a stipe appellatum est, quod per stipes, id est modica aera, colligatur. Idem hoc etiam tributum appellari, Pomponius ait: et sane appellatur ab intributione tributum, vel ex eo, quod militibus tribuatur. *Caes. B. C. 3, 32.* Tributum imponere in capita singula servorum et liberorum. *Liv. 23, 31.* Duplex tributum imperare. *Cic. Verr. 2, 2, 53.* Omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt; et *ib. 2, 3, 42.* Imacharenses tributum ferre miseris ac perditos coegisti. Alii leg. *facere*. *Id. Fam. 3, 7.* Intolerabilia tributa exigere a civitatibus. *Caes. B. G. 6, 13.* Tributum pendere. *Cic. Fam. 15, 4.* Multas civitates acerbissimis tributis liberavi. *Paul. Dig. 50, 15, 8.* Tributum capitis alicui remittere. *Tac. A. 2, 47, f.* Urbes levare tributis in tempus. *Id. H. 3, 55.* His tributa dimittere; et *ib. 4, 71.* Facilius tributa tolerare. *Id. G. 43, pati. Just. 16, 3, med.* Cum Athenienses Graeciae et Asiae tributum in tutelam classis descripsissent. *Plin. 21, 13, 45.* Gens ea ceram in tributa Romanis praestat. *Ulp. Dig. 50, 15, 3.* Tributo capitis obligari. *Liv. 4, 60.* Indicere tributum populo. *Stat. Sil. 4, 1, 4.* urbem frenare tributis. *Mart. 7, 55.* mentula damnata tributi. *V. Suet. Dom. 12.* P. Dicitur etiam tributum, cum plures aliquid conferre teneant ad sarcendam jacturam rei privatae, v. gr. mercium jactum in mare ad levandam navim in tempestate: aut cum socius in negotiatione contribuit ceteris in re communi. *Paul. Dig. 14, 2, 2, med.* Placuit omnes conferre oportere, quia id tributum ob servatas res deberent. *Callistrat. ib. 4, 5.* In tributum vocantur qui in potestate servos habent, a creditoribus mercis. P. Translate. *Mart. 10, 17.* Saturnalicio Macrum fraudare tributo Frustra, Musa, cupis. *Juven. 3, 188.* praestare tributa clientes Cogimur. *Stat. Sil. 1, 4, 86.* gaudet Trasimenus, et Alpes, Cannensesque animae; primusque insigne tributum Ipse palam lacera poscebat Regulus umbra. P. In masc. gen. *Pl. Epid. 2, 2, 43.* Tributis cum imperatus est, negant pendi potesse: Illis quibus tributis major penditur, pendi potest. *Cato ap. Non. 3, 252.* Cum tributis exigitur. *Gell. 13, 20, med.* *Hic peccatus recte Latineque dicitur: sicut hic incestus, et hic tributus, quod tributum nos dicimus, a plerisque veteribus dicta sunt.* P. *Tributus*, distributus, divisus. *Cic. Fin. 2, 6.* Omnem vim loquendi in duas tributam esse partes. P. *Tributus* a tribu. *Comitia tributa* fuere, in quibus plebs R. non per centurias, et ex censu, sed per tribus suffragium ferebat. Itaque in his locus erat infimo cuique, et pauperrimo, non erat patribus. *Laelius Felix ap. Gell. 15, 27.* Cum ex generibus hominum suffragium fertur, curiata comitia esse: cum ex censu et aetate, centuriata: cum ex regionibus, et locis tributa. *Festus in Populi.* Populi commune est in legibus ferendis cum plebe suffragium: nam comitia centuriata ex patribus et plebe constant in centurias divisas: at cum plebes sine patribus tributis comitiis convenit, quod plebes scivit, plebiscitum

id ea causa appellatur. *Liv. 2, 60, f.* Insignem annum maxime comitia tributa efficiunt, res major victoria suscepti certaminis, quam usu: plus enim dignitatis comitiis ipsis detractum est, patribus ex concilio submovendis, quam virium aut plebi additum, aut demptum patribus; et *ib. 56.* Volero rogationem tulit ad populum, ut plebeji magistratus tributis comitiis fierent. Haud parva res sub titulo prima specie minime atroci ferebatur: sed quae patriciis omnem potestatem, per clientium suffragia creandi quos vellent tribunos, auferret. Sunt qui his *Livii* locis *tribunicia* legunt, quod ea comitia per tribunos plebis haberentur: sed saniores critici rejiciunt.

TRICAE, arum, f. plur. *λίθοι*, res frivolae, futiles, nullius pretii, nugae. [**Doederl. 3, 87.* *tricae* derivat a *terere*, ita ut sint *res tempus vel hominem terentes.*] *Plin. 3, 11, 16.* Diomedes ibi delevit urbes duas, quae in proverbii ludicrum vertere, Apinam et Tricam. *Pl. Rud. 5, 2, 35.* *Gri.* Quid dare velis, eloquere propere. *La.* nummos trecentos. *Gri.* *tricas.* *La.* quadringentos. *Gri.* *tramas* putridas. *Mart. 14, 1.* Sunt apinae tricaeque, et siquid vilius istis. P. Sic etiam dicuntur impedimenta, et implicationes: quia res frivolae seria agentem impediunt. *Non. 1, 26.* ait, *tricas* esse pilos aut fila, quae pedes pullorum gallinaceorum irretiunt, et involvunt, et ingredientibus impediunt. *Turpil. ib.* *Judicia*, lites, turbas, *tricas*, cociones maximos. *Varr. ib.* Putas eos non citius *tricas* Atellanarum, quam id extricatos? *Pl. Pers. 5, 2, 18.* Quomodo me hodie versavisti? ut me in *tricas* coniecisti? *Cic. Att. 10, 8, f.* Tullia quomodo fert publicam cladem! quomodo domesticas *tricas*! *Coel. ad Cic. Fam. 8, 5, med.* Ut plus biennium in his *tricis* moretur. P. ambages verborum, praesertim quae a lentis debitoribus, aut fraudare volentibus effutiuntur. *Pl. Pers. 4, 3, 62.* Nihil mihi opus est litibus, neque *tricis.* *Id. Curc. 5, 2, 15.* Quod argentum, quas tu mihi *tricas* narras? *Id. Most. 3, 1, 45.* Quin tu istas mittis *tricas*?

TRICAMERATUS, a, um, adj. ex part. *τρίκαμος*, *τρίκαμος*, tres habens camerationes, contignationes, tabulata. Hinc *tricameratum*, i, absolute. V. *Hieron. l. c.* in *BICAMERATUS*.

TRICASSINUS, a, um, adj. ad Tricasses pertinens, Galliae Lugdunensis urbem, nunc *Troyes*, cujus meminit *Plin. 4, 18, 32.* *Inscr. ap. Mur. 1088, 7.* Q. Catulio Decimio Titi Catulli Fil. *Tricassin.*, etc. Hinc *Tricassini*, orum, absolute, sunt incolae illius urbis. *Ammian. 16, 2.* Brevi otio cum milite recreatus ad *Tricassinos* tendebat: et *mox*: Per multa discrimina venerat *Tricassas.* *Inscr. ap. Grut. 371, 8.* Adjutor Procc. civitatis Senonum, *Tricassinorum*, *Meldorum*, *Parisiorum.* F.]

TRICASTINI, orum, m. plur. populi Galliae Narbonensis, quorum tractus dicitur *le Tricastin*, in provincia Delphinatus, versus Rhodanum fluvium. Eorum urbs est Augusta Tricastinorum, *Saint Paul.* *Plin. 3, 4, 5.* Hinc adjective *Sil. 3, 466.* Jamque *Tricastinis* incedit finibus agmen.

TRICCAEUS, a, um, adj. ad Triccam pertinens, oppidum Thessaliae ad Peneum fluvium, ubi templum Aesculapii fuit, cujus meminit *Plin. 4, 8, 15.* *Avien. in Arat. 206.* *Triccaei* sidus stat nominis.

TRICENARIUS, a, um, adj. qui triginta continet. *Front. Aquaed. 29.* et *48.* *Tricenaria* fistula, h. e. quae digitos triginta habet in lumine in rotundum coacto, ut *Id. ib.* explicat. Adde *Vitr. 8, 7, med.* et *Pall. 9, 12.*, ubi haec ratione ponderis exponuntur. P. *Tricenariae* caerimoniae dicebantur, quibus sacra adituris triginta continuis diebus certis quibusdam rebus carendum erat. *Paul. ex Festo in Denariis.* P. *Tricenarius homo*, triginta annorum. *Sen. Excerpt. contro. 3, 3, f.* Nec tricenario quidem filio adoptare licet. *Arnob. 2, 58.* Quot vultis annos agens? vultis vicenarius? vultis tricenarius? P. *Tricenarius* in militia. V. *TRECEENARIUS*.

TRICENI, ae, a, adj. *τριάκοντα*, triginta, nomen numerale distributivum. Primam syllabam producit: at *trecenti*, quod est trecenti, corripit. Saepe tamen in libris commutantur, incuria aut ignorantia librariorum. *Plin. 7, 16, 15.* Dentes triceni bini viris attribuuntur. *Colum. 2, 15, f.* Minores singulae pecudes tricenis diebus singulas vehes stercore efficiunt; et *Mart. 10, 27.* Et tua tricentos largitur sportula nummos: singulis sportulam accipientibus dantur nummi triginta. P. Pro cardinali *triginta*, extra distributionem. *Plin. 18, 16, 43.* *Medica* ab uno satru tricenis annis durat. *Mart. 1, 44.* Bis tibi triceni fuimus, Mancine, vocati: Et positum est nobis nil here praeter aprum. Adde *4, 26.* P. In gen. plurali est *tricenium*, ut cetera distributiva, ut *Tricenium* annorum, pedum, etc. *Plin. 7, 49, 50.* et *11, 33, 38.* et *Front. Aqu. 49.*

TRICENNALIS, e, adj. ad tricennium pertinens. *Ruf. Insect. in Hieron. 1, 11.* Nullum dicebam me usum hujusmodi operis habuisse, et ad Latinum sermonem tricennali jam paene incuria torpuisse. P. *Tricennalia*, ium, absolute est solemnitas trigesimo quoque anno celebrata. *Oros. 7, 28, extr.* Constantinus tricennialibus suis Dematium Caesarem legit, h. e. anno tricesimo imperii sui. V. *DECENNALIS*.

TRICENNIIUM, ii, n. triginta annorum spatium. *Imp. Justin. Cod. 7, 31, 1, med.* Possessio connumeretur in decennium, vel viginti annorum spatium, vel tricennium. *Sidon. ep. 8, 6, med.* Per ipsum fere tempus, ut decemvraliter loquar, lex de praescriptione tricennii fuerat proquiritata, cujus peremptoria abolita rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur. Adde *Cassiod. Var. 1, 18.* et *ib. 3, 31.*

TRICENTENI. V. *TRECENTENI*.

TRICENTI. V. *TRECENTI*.

TRICENTIES, adv. idem ac *trecenties*. *Mart. 3, 22.* Dederas, Apici, bis *trecenties* ventri.

TRICEPS, ipitis, adj. omn. gen. *τρίκεφαλος*, qui habet tria capita: a *tricapitis*, per syncopen, ut *biceps* a *bicapitis*. *Cic. Or. 48.* Quid in verbis junctis? quam scite insipientem, non insipientem; iniquum, non inaequum; tricripitem, non tricripitem? *Id. Tusc. 1, 5.* Die, quae, num te illa terrent, *triceps* apud Inferos Cerberus? etc. *Ov. Met. 7, 194.* Tuque *triceps* Hecate. V. *HECATE*. P. Translate est triplex. *Varr. L. L. 4, 32.* De eo *triceps* historia: nam et *Procius* non idem prodidit, quod *Piso*, nec quod *is*, *C. Aelius Stilius* secutus.

[**TRICESIMANI**, orum, m. plur. ita appellantur milites legionis tricesimae Ulpiae Victricis. *Ammian. 18, 9.* *Tricesimani*, *Decimanique Fertenses*. Alii leg. *Fretenses*. V. *FORTENSES* et *FRETENSIS*. F.] **TRICESIMARIUS**, a, um, adj. *Sext. Plac. 12.* *Tricesimaria* purgatio. B. A.

TRICESIMUS et *Trigesimus*, a, um, adj. *τρίσσεως*, ultimus ex triginta: nomen numerale ordinale. *Cic. Off. 2, 8.* Sexto tricesimo anno post. Alii leg. *trigesimo*. *Id. Fam. 12, 2.* Idem tricesimo post die feci. *Id. Sen. 6, med.* Cujus a morte hic tertius et tricesimus est annus. Alii leg. *trigesimus*. *Just. 12, 15.* Intra trigesimum annum. *Mart. 1, 16.* Bis jam paene tibi consul trigesimus instat; et *10, 103.* quatuor accessit trigesima messis aestas. *Claud. B. G. 488.* tricesima bruma. *Hor. Sat. 1, 9, 69.* tricesima sabbata, h. e. Pascha, solemnitas Judaeorum dies, tricesima hebdomada recurrens, inchoando annum mense Septembri. *Galba ad Cic. Fam. 10, 3.* Antonius legiones eduxit duas, secundam et quintamtrigesimam. Alii leg. *trigesimamquintam*. P. *Manut., Dausqu. et Cellar. in Orthogr.* probant, ac praeferrunt *trigesimus*: quia simile est *vois tricies, triceni*, etc. Idem sentiunt de *tricesimus*.

TRICESSIS, triginta asses, seu tres decusses. *Varr. L. L. 4, 36.*

TRICHALCON, i, n. 2. *τρίχαιλον*, quarta pars oboli apud Graecos. *Vitr. 3, 1, med.* Quadrantes obolorum, quae alii *dichalca*, nonnulli *trichalca* faciunt. V. *DICHALCON*.

TRICHAPTUM, i, n. *τρίχαινον*: a *θρίξ*, *τριχός*, capillus, et *ἄπτω*, necto; vestis tam tenui et subtili textura, ut capillorum similis esse videatur. *Hieron. in Zach. 3, 14, 14.* et in *Ezech. 4, 16, 11.*

[**TRICHEUS**, a, um, adj. *τρίχης*, *εἶα*, v. asper; ita Ionice pro *τριχός*, *tricheus* vero scribitur ex vulgi pronunciatione, qua Graecorum η per Latinorum i effertur. *Trichea*, orum, absolute, sunt salebrae, loca salebrosa. *Tert. in Valent. 14.* Destituta passioni illi suae in *trichea* multiplicia atque perplexa. Alii leg. *trechea*. V. *TRACHIA*. F.]

TRICHIAS, ae, m. *τριχίας*, genus piscis marini, quem quidam putant esse sardiniam, *Sardelle*: negat *Hard.*, quia sardiniae non intrant amnes, quod *trichiae* faciunt: est ita appellatus a *θρίξ*, capillus, quia ejus caro frequentibus et subtilissimis spinis capillorum instar repleta est. *Plin. 9, 15, 20.* Intransitum Pontum soli non remeant *trichiae*. Sed hi soli Istrum amnem subeunt, etc.; et *ib. 51, 74, med.* *Piscium* lupus, et *trichias* bis anno parit.

TRICHIASIS, is, f. *τριχίαισις* (a *θρίξ*, pilus, capillus) morbus est oculorum, quo palpebrarum pili ad oculum conversi, illum irritant et pungunt: de quo verba facit *Cels. 7, 7, n. 8.* et *Mart. 10, 56.* Infestos oculis uris, Hygiene, pilos. Restituit *Morgagnius* hanc vocem *Veg. Vet. 2, 15.* Quodcumque jumentum in oculis *trichiasin* patietur, id est, ut pili aliam palpebram urentes lacrimas moveant, visumque conturbent, hac ratione curato. Alii perperam leg. *tritiacem*, aut *tyriacem*. [*Emendavit hunc locum F.]

TRICHILĀ, ae, f. et *Trichilum*, i, n. pergula compluviata ex vitibus, cucurbitis et cucumeribus, pedamentis et jugis firmata, implicitisque frondibus concamerata, quae et *hypampelus* dicitur: videtur esse a *trichinium*, quod aliquando et *trichinium* dicitur. V. *TRICLINIUM* et *TRICHINUS*. Eandem ita describit *Sidon. ep. 5, 17.* Sub umbra palmitis adulti, quam stipibus allatis, cancellatimque pendentibus pampinus superducta texuerat, conederamus; et *Prop. 4, 8, 35.* Unus erat tribus in secreta lectulus umbra, h. e. in *trichila*. *Virg. Cop. 7.* Sunt cupae, calices, cyathi, rosa, tibia, chordae, et *trichila* umbriferis frigida arundinibus. *Colum. 10, 378.* Tum modo dependens *trichilis*, modo more *chelydri* Sole sub aestivo gelidas per graminis herbas Intortus cucumis, praegnansque cucurbita serpit; et *394.* At qui sub *trichila* manantem repit ad undam Candidus, effetae tremebund-

dior ubere porcae, etc. *h. e.* cucumis, qui sub pergula repit. *Caes. B. C.* 3, 96. In castris Pompeji videre licuit trichilas stratas, magnum argenti pondus expositum, recentibus caepitibus tabernacula constrata, L. etiam Lentuli et nonnullorum tabernacula protecta hedera. Alii *trichinia strata* legunt. *Inscr. ap. Visc. Mus. Pio-Clem. T.* 1, p. 73. ed. *Med.* Mensam quadratam id trichila, abacum cum basi, horologium, labrum cum fulmentis marmoreis posuerunt. P. Eadem significatione etiam *tricta*, vel *triclea*, vel *trictia* scribitur. *Inscr. ap. Mur.* 119, 1. Ti. Claudius Divi Claudii Lib. Actus collegio magno Trib. (lege *L. Lib. h. e.* libertorum) Divae Augustae trictam cum columnis et mensis S. P. D. D. Alia ap. *Maff. Mus. Ver.* 257, 6. et *Mur.* 507, 8. Commune est puteum, et iter ad tricleam. Alia ap. *Fabrett.* p. 156. n. 254. D. M. Ulpiae Sabinae conjugi P. Rufinus Ephestion locum concessum et donatum ab heredibus Flavii Libani. Quae posita est infra hanc trictiam in Long. P. VII., in Lat. P. V. Alia ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 36. Huic monumento cedet hortus, in quo trictiae, viniola, puteum, aediculae, etc. Alia ap. *eund. ib.* p. 210. Q. Octavius Daphnicus trictiam fecit a solo impensa sua, etc. P. Ex allatis in §. 1. et 2. exemplis apparet, trichilam esse plerumque pergulam temporariam ex vitis, cucumeris vel cucurbitae germitibus et foliis contextam; aliquando et stabilem fixamque et ex opere latericio fabricatam, quemadmodum etiam nostris hinc temporibus rusticas solemus calybas, Italice *capanne*, excitare deliciarum causa in villis amoenioribus ad evitandum aestivi temporis fervorem. [*Optime de emendando hoc loco meritis est F.]

TRICHINUS, a, um, adj. *τρῖχινος*, pilis densus, et quasi impeditus, a *τρῖχες*, quomodo a Graecis pili appellantur. Generatim notat densum, sive spissum, quod ex eo conjicere est, quia pergula indidit nomen trichilarum, quia *δυσπρόβητος*, id est densae foliis. *Voss. in Trichilae. Varr. ap. Non.* 2, 864. Quod tunc quaestus trichinus erat, nunc est uber. *Nonius* interpretatur tardum, et quasi impeditum, vel siccum, et sine succo, ut sunt capilli.

TRICHITIS, idis, f. *τρῖχίτις*, genus aluminis. *Plin.* 35, 15, 52. Concreti aluminis unum genus schiston appellant Graeci, in capillamenta quaedam canescentia dehiscens. Unde quidam trichitin potius appellaverit. Hoc fit e lapide, ex quo et chalcitium vocant, ut sit sudor quidam ejus lapidis in spumam coagulatus.

TRICHOMANES, is, n. *τριχομανής*, herba capillamentis abundans, adianto similis, exilior modo, et nigrior, foliis lenticulae, amaris, et adversis inter se. *Plin.* 27, 13, 111. *Id.* 22, 21, 30. *Adde *Appul. de herb.* 47. B. A.

TRICHOPHYTES, is, n. *τριχοφύτες*, herba eadem ac trichomanes: a *τρίχες*, capillus, et *φύων*, gigno. *Appul. Herb.* 47. F.]

TRICHORDIS, e, adj. tres chordas habens. *Sidon. ep.* 5, 5. *med.* Novus Amphion in citharis trichordibus temperandis.

TRICHORUS, a, um, adj. *τριχορός*, tripartitus, tribus loculentis distributus: a *τρίς*, ter, et *χῶρος*, locus. Etiam absolute *trichorum*, i, usurpatur. *Stat. Silv.* 1, 3, 57. quid nunc ingentia mirer, Aut quid partitis distantia tecta trichoris. *Spart. Pesc.* 12. Domus ejus hodie Romae visitur, quae appellatur Pescenniana, in qua simulacrum ejus in trichoro constituit, *h. e.* in uno ex trichoris ejus domus, ut quidem explicat *Casaub.* At *Salmas.* putat, *trichorum* idem esse ac trigonum, *h. e.* triangulari forma factum, quia Deorum et principum virorum aedes, honoris causa, fastigiatiae erant; sed a *Casaubono* standum plerisque videtur. *Inscr. ap. Orell. Coll. inscr. Lat.* n. 1595. Numini domus Augustae Imp. Caes. Nerae Trajani Aug. Ser. Zmaragdias Silvani signum, porticus, item tricorum dedicavit, etc. Alia ap. *Fabrett.* p. 740. n. 505. Septimia Severina sarcophagum et panteum cum tricoro disposuit et perfecit. In utroque lapide vitio saeculi deest aspiratio in vocibus *trichorum*, *sarcophagum*, *panteum* et *trichoro*. P. Adjective. *Paul. Nol. ep.* 32. (al. 72.) n. 10. Reliquia apostolorum et martyrum intra absidem trichora sub altaria sacratis, *h. e.* in tribus loculentis sub altari intra absidem posito: alii legunt *trichoram*, ut ad ipsam absidem referatur, quae ex tribus absidibus constaret: sed prior sententia magis placet. P. Est etiam cogn. R. *Inscr. ap. Grut.* 54, 4. Q. Munatius Trichorus. [*Hunc locum ita emendavit ampliatque F., ut merito ipsi totus possit tribui.]

TRICHRUS, *τρῖχρος*, *h. e.* tres habens colores: a *τρία*, et *χρῶμα*, color: nomen est lapidis. *Plin.* 37, 10, 68. Trichrus ex Africa nigra est, sed tres succos reddit: a radice nitrum, medio sanguinem, summo ochram. Ita *Hard.* ex MSS. Alii legunt a radice nigrum, medio sanguineum, summo candidum.

TRICIES, adv. *τριάζων*, trigesies, triginta vicibus. *Colum.* 5, 2. f. Pedes tricies triceni fiunt nongenti. *Mart.* 5, 39. Supremas tibi tricies in au-

no Signanti tabulas, Charine, nisi Hyblaeis maddidas thymis placentas. *Plin.* 3, 5, 6. Liguribus ager tricies datus. *Id.* 4, 16, 30. Insula patet tricies octies centena vigintiquinque millia P. *h. e.* 3825. milliaria. *Vitr.* 1, 6. Semel et tricies mille et quingenties, *h. e.* 31500. P. Cum de pecunia sermo est, post *tricies* subintelligitur *centena millia*; sic etiam post *vicies*, *centies*, etc. *Mart.* 4, 37. Ex insulis, fundisque tricies soldum (*redit*), *h. e.* tricies centena millia sestertium plena et integra, seu ter millies mille, *scil.* 3,000,000. Sic *Id.* 1, 100. dixit *vicies* plenum. [**Inscr. in Annal. dell' Instituto T.* 4. p. 151. (L. Dasumius P. F. Stel. Tullius Tuscius Cos.) thermas municipales, quas P. Tullius pater ejus Cos. Aug. sestertio ter et tr. (*h. e.* tricies) testamento fecit, adjecta pecunia, ampliatque opere perfecit. Vides itaque hic *sestertio ter et tr.* interpretandum esse *colla spes* di 3,300,300. *sesterzi.* V. SESTERTIUS. P. Ap. *Cic. de rep.* (ed. A. Maio) 3, 10. et in *Fragm. or. pro Fontejo* (ed. Niebhurio) 3. scribitur *triciens*. V. MILLIES. F.]

TRICINIUM, ii, n. trium hominum cantus. *Symmach. ep.* 1, 41. (al. 47.) Tricinium semivolucrum puellarum, *h. e.* trium Sirenum cantus. [TRICIPITINUS, a, um, adj. derivativ. a *tricipite*. Est cogn. R. Hinc L. Lucretius T. F. M. N. Tricipitinus Cos. ann. U. C. CCXCII. in *Fast. Capitol. ap. Grut.* 289. et *Liv.* 3, 8. F.]

TRICLA, ae, et Triclea, et Triclia, ae, f. V. TRICHILA. TRICLIANARCHA et Tricliarches, ae, m. *τρικληνάρχης*, servus convivio praepositus, et totius tricliniaris ministerii curator. *Petr. Sat.* 22. Jam tricliarches experrectus lucernis occidentibus oleum infuderat. *Inscr. ap. Grut.* 474, 4. Tricliarcha. Adde alias ap. *eund.* 578, 1. et 579, 7.

TRICLINIARIS, e, et

TRICLINIARIUS, a, um, adj. ad triclinium, et ad coenandum pertinens. *Varr. ap. Non.* 15, 14. Dolia, et apothecas tricliniarias. *Id.* L. L. 7, 16. Tricliniaris gradus, *h. e.* quo tricliniaris lectus ascenditur; et *ib.* 8, 33. Tricliniariae mappae. *Plin.* 37, 2, 6. Tertio triumpho transtulit lectos tricliniarias tres, etc. *Inscr. ap. Grut.* 576, 6. Sex. Pompejo Volesio Sex. Pompei ser. tricliniar. etc. Alia ap. *Don. cl.* 7. n. 35. Volusianus Caritus Aug. N. ser. tricliniar. *Labeo Dig.* 33, 5, 20. Vestimenta tricliniaria sumere, i. e. coenatoria, cubitoria. P. Absolute *triclinarius* est servus tricliniaris. *Inscr. ap. Zacchar. Excurs. lib.* p. 362. et ap. *Marin. Frat. Arv.* p. 535. Dis. Manibus T. Flavii Aug. L. Fortunati Caes. N. tricliniarum ex Dec. III. P. Item absolute *tricliniariae* videntur *Viscontio* in *Op. var.* T. 2. p. 59. ed. *Med.* fuisse sodales collegiorum omnium, qui Trebulae Mutuscae in tricliniis publicis epulandi causa convenire solebant. Horum meminit *Inscr. Trebulana ap. Fabr.* p. 699. n. 210. Aureliae Crescentiae (lege *Crescentinae*) patronae, conjugi Aurelii Felicissimi patroni municipii Trebulani Mut. statum ponendam tricliniarias decreverunt: dedicata natali die, XVI. Kal. Feb. Arriano et Papo Cos. *h. e.* ann. a Chr. n. CCXLIII. P. Absolute *tricliniaria* sunt stragulae ornatissimas lectis in triclinio. *Plin.* 8, 48, 74. Metellus Scipio, tricliniariae Babylonicae sestertium octingentis millibus venisse jam tunc, posuit in Catonis criminibus. *Id.* 9, 39, 63. Quae purpura quis non jam, inquit, tricliniaria facit? P. Item ipse locus triclinii in aedibus. *Varr. R. R.* 1, 13. f. Ut spectent sua aestiva tricliniaria ad frigus orientis, hiberna ad solem occidentem. P. Legitur et *triclinaris*, *triclinarius*. [*Etiam hujus loci curam egregie gessit F.]

[TRICLINIASTES, ae, m. idem ac tricliniaris. *Not. Tir.* p. 162. Triclinium, tricliniastes. Alii *tricliniensis*. F.]

TRICLINIUM, ii, n. *τρικλίτριον*, lectus trium capax, in quo mensae accumbebatur: a *τρίς*, tres, vel *τρίς*, ter, et *κλίτριον*, lectus. Fuerunt quidem et minores, in quibus duo accumbebant, *biclinia* dicti, aut unus tantum, *scimpodia*; et latiores, in quibus quatuor, aut quinque (*Hor. Sat.* 1, 4, 86. Saepae tribus lectis videas coenare quaternos.); sed fere tres simul hi lecti capiebant: qui qua ratione atque ordine discurrerent, in ACCUMBO dictum est. *Juven.* 5, 17. Tertia ne vacuo cessaret culcita lecto. P. *Triclinium sternere* est componere ad discumbendum, et stragula veste ornare: quae in luxu a ditioribus Babylonica, aut e purpura dibapha adhibebatur. *Vitr.* 6, 10. Oeci quadrati tam ampla magnitudine, uti faciliter in eis, tricliniis quatuor stratis, ministratum ludorumque operis locus possit esse spatiosus. *Varr. R. R.* 3, 13. Erat locus celsus, ubi triclinio posito coenabamus. *Cic. Verr.* 2, 2, 74. f. Non quaero, unde habueris quinquaginta tricliniorum lectos, unde tot candelabra; et *Verr.* 2, 3, 25. Cum Apronius e palaestra disisset, et in triclinio, quod in foro straverat, decubisset. *Mart.* 10, 13. Strataque non unas cingunt triclinia Bajas. *Plin.* 33, 11, 52. Triclinia argentea, testudinea, lignea, etc. P. Postquam mensae citreae, quae rotundae erant, in honore magno apud omnes esse coeperunt, pro lectis usi stiba-

dio sunt, seu sigmate. V. SIGMA et STIBADIUM. P. Metonymice est coenatio, *h. e.* locus, ubi sternuntur lecti ad coenandum. *Cic. Att.* 13, 52. Villa ita completa militibus est, ut vix triclinium, ubi coenaturus ipse Caesar esset, vacaret: et *mox*: Praeterea tribus tricliniis accepti *οἱ πρὸς αὐτὸν* valde copiose. *Id. Or.* 2, 65. f. Quando tandem, Galba, de triclinio tuo exhibis? Cum tu, inquit, de cubiculo alieno. *Quint.* 11, 2. *med.* et *Phaedr.* 4, 24. Triclinium illud supra convivas corrui. *Manil.* 5, 507. triclinia templis Concertant: tectique auro jam vescimur auro. *Varr. L. L.* 7, 14. Triclinia hiberna et aestiva. P. *Triclinium sternere* est etiam lectos tricliniarios in triclinio ponere. *Varr. L. L.* 8, 4. Qui triclinium constrant, si quem lectum de tribus unum imparem posuerunt, etc. *Cic. Mur.* 36. Rogatus, ut triclinium sterneret, stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos. P. In illo *Plin.* 33, 11, 51. Lectos mulierum totos operiri argento, et triclinia quaedam; et 34, 3, 8. Triclinia acrata, abacosque, et monopodia, etc. *Hard.* intelligit mensas in tricliniis: additque auctoritatem *Vitruvii* 6, 10. Quae omnia tamen non videntur esse satis, ut rem conficiant. P. [*Triclinium* pro *triclinio* scribitur in *Inscr. ap. Quas. Mus. Capitol.* T. 2. p. 191. Is monumentum ex pecunia collata sociorum aedificavit arbitrato suo, idemque tectoria perfecit, et triclinium sociorum ex sua pecunia opere tectorio perpoliit. F.]

TRICO, onis, m. *τριώνης*, contentiosus, litium amans, rixator: et praecipue qui, ne solvat aes alienum, tricas comminiscitur et impeditum: et universim, nequam, nebulo, male feriat. *Lucil.* ap. *Non.* 1, 26. Nec mihi amatore hoc opu, nec tricone vadato. *Id. ib.* 85. Lucii Cotta senex, Crassi pater hujus Panaetii Magnus trico fuit nummarius, solvere nulli Lentus. (in voce *Panaetii* videtur latere mendum.) *Capitol. Ver.* 4. Ut vagaretur nocte, et commissaretur cum tricombus, et committeret rixas. [Alii legunt *commiseretur cum tricombus*. V. STRIGO, onis. F.]

TRICOCCUM, i, n. genus heliotropii, ubique nascentis, foliis minoribus, quam helioscopii, et in terram vergentibus, semine scorpionis caudae simili: unde et scorpionum vocatur. *Plin.* 22, 11, 29. [*TRICOLLI, orum, populi Galliae Narbonensis. *Plin.* 3, 4. B. A.]

TRICOLUM, i, n. *τρικόλον*, periodus, sententia tribus membris constans: a *τρεῖς*, tres, et *κόλον*, membrum. *Sen. Contr.* 4, 25. f. In tricolis, et in omnibus hujus generis sententiis curamus, ut numerus constet; non curamus, ut sensus; et *Contr.* 2, 12. f. Dixit quasi tricolum tale, qualia sunt, quae basilicam infestant, *h. e.* molesta sunt audientibus in basilica oratorem. P. Vox est adjectiva: unde grammatici de Odis Horatianis: Ode monocolos, dicolos, tricolos, etc.

TRICONGIUS, ii, m. cognomen Novellii Torquati Mediolanensis, tribus congiis vini epotis uno impetu, spectante Tiberio principe. *Plin.* 14, 22, 28.

TRICOR, aris, dep. i. tricas loquor, involute et perplexa dico, nugor. *Cic. Att.* 14, 19. *med.* Publilius tecum tricatus est; et *ib.* 15, 13. *med.* Vectenum accusat: tricator scilicet, ut homo talis, *h. e.* moras necit, tergiversator, fuites excusationes affert, ne solvat. V. TRICAE. P. [Etiam *trico*, as, a. 1. *Not. Tir.* p. 150. Tricat, intricat, extricat, retricat, protricat. F.]

*TRICORII, orum, *τρικόριοι*, populi Galliae Narbonensis. *Plin.* 3, 4. Rursus a mari Tricorium (i. e. Tricoriorum), et intus Tricollorum, Vocontiorum (regio). Quo in loco sunt qui *το Tricorium* de oppido intelligunt, minus recte. Adde *Liv.* 21, 31. B. A.]

TRICORNIGER, a, um, adj. tria cornua gerens. *Auson. Idyll.* 13. *technopaegn. de litt. monosyll. f.* Furca tricornera specie paene ultima sum *id.*

TRICORNIS, e, adj. *τρικόρως*, tria habens cornua. *Plin.* 8, 21, 30. Indicos boves unicornes, tricoronesque. Adde *Solin.* 52.

*TRICORNIUM, i, n. oppidum Moesiae superioris. *Tab. Peut.* B. A.]

TRICORPOR, oris, adj. omn. gen. *τρικόρως*, tria habens corpora. *Virg. A.* 6, 289. et forma tricorporis umbrae: idest Geryonis. *Sit.* 3, 422. Geryonis peteret cum longa tricorporis arva. *Id.* 13, 201. Monstrum Geryones immane tricorporis irae.

*TRICORYPHOS, i, *τρικόρυφος*, i. e. triceps; Arabiae mons, cujus meminit *Plin.* 6, 28. B. A.]

TRICOSUS, a, um, adj. fallax, tergiversator, qui tricator. *Lucil.* ap. *Non.* 2, 84. Hic tricosus, bovinatorque, ore improbu' duro. Alii rectius legunt *strigosus*. V. STRIGOSUS. *Inscr. ap. Grut.* 50, 1. de Hercule: Alcmenes, Jovis et magni fortissima proles, Tricosus subito post mea fata (al. facta) vocor.

[TRICOSTUS, a, um, adj. qui tres costas habet. Est cogn. R. vetustissimum, ut Sp. Verginius A. F. A. N. Tricostus Caeliomantanus Cos. ann. U. C. CCLXXXVI, de quo multa B. Borghesius in *Fragn. de fast. cons. Capit.* T. 1. p. 58. F.]

TRICUSPIS, idis, adj. omn. gen. *τρικόσπις*, tres habens cuspides, tridens. *Or. Met.* 1, 330. posito-

que tricuspide telo Mulcet aquas rector pelagi. [**Cf. Gierig. ad h. l.*]

TRIDACNA, orum, n. plur. genus ostreorum: a *tridax*, ter, et *daena*, mordeo. *Plin.* 32, 6, 21. Necon inter nos nepotis cujusdam nomenclator tridacna appellavit; tantae amplitudinis intelligi cupiens, ut ter mordenda essent.

TRIDENS, entis, adj. comm. gen. *τριόδους*, *ὁ καὶ ἡ*, *τριόδων*, tres habens dentes, seu cuspides, tricuspis, trifidus. *Val. Fl.* 1, 687. volat immis- sis cava pinus habentis, Infunditque salum, et spu- mas vomit aere tridenti. Sic *Virg. A.* 5, 143. et *ib.* 8, 690. Convolsum remis rostroque tridentibus aequor. Alii retento, aut omisso que leg. *striden- tibus*: de quo multa grammatici, praecipue *Pic- rius*. V. STRIDEO. *Plin.* 8, 51, 77. Ruminales hostias, donec tridentes fierent, puras negavit. Alii leg. *bidentes*. P Absolute est ferrum piscato- rium, hastae praefixum, quo majores pisces trans- figuntur, fuscina, *τριόδωρα*. *Plin.* 9, 30, 48. Poly- mus aegre multis tridentibus confici potuit; et *ib.* 15, 20. Thynni ne tridente quidem in eos saepius jacto terri; et *ib.* 29, 45. Saepiae percussae tride- nte. P Fuit teium gladiatoris retiarum. *Juven.* 8, 203. movet ecce tridentem, Postquam librata pendencia retia dextra Nequidquam effudit. V. FU- SCINA. P Poetae sic vocant sceptrum Neptuni. *Virg. G.* 1, 12. tuque o, cui prima fremement fudit equum magno tellus percussa tridenti, Neptune. *Id. A.* 2, 610. Neptunus muros magnoque emota tridenti Fundamenta quatit; et 418. saevitque tri- denti Spumeus, atque imo Nereus ciet aequora fun- do. *Prop.* 2, 20, 48. Lerne pulsa tridente palus.

TRIDENTIFER, et TRIDENTIGER, a, um, adj. *τριδεντιφόρος*, tri- dentem ferens: appositum Neptuni. *Op. Met.* 8, 595. o proxima coelo Regna vagae, dixi, sortite, tridentifer, undae; et *ib.* 11, 203. Cumque triden- tifero tumidi genitore profundi.

TRIDENTINUS, a, um, adj. ad Tridentum per- tinens, quae est urbs Rhaetiae ad Athesim fluvium, celebris concilio Oecumenico, quod ibi ann. MDXLV. inchoatum sub Paulo III., absolutum est ann. MDLXIII. sub Pio IV. *Plin.* 3, 16, 20. Tridentinae Alpes; et *ib.* 19, 23. Fertini, et Tridentini, et Berunenses, Rhaetica oppida. *Flor.* 3, 3. *med.* Tridentina juga.

TRIDENTIPOTENS, entis, adj. tridente potens: epitheton Neptuni, ut *ignipotens* Vulcani, *bellipo- tens* Martis et Palladis, *arcipotens* Apollinis. *Sil.* 15, 159. Dive tridentipotens, cujus maria ire per alta Orditur. Est qui leg. *tridente potens*.

TRIDUANUS, a, um, adj. *τριήμερος*, trium die- rum spatium durans. *Appul. Met.* 10. Munus gladi- atorium triduanum spectaculi pollicitus. *Hieron. ep.* 54. n. 10. Venter praefertur, esuriens triduanis je- junis semper. *Paul. Nol. Carm.* 21, 207. Tridua- num funus. [*Boeth. Cons. phil.* 3. *pros.* 3. Tridua- na febris. *F.*]

TRIDUUM, i, n. *τριήμερον*, trium dierum spa- tium, ut *biduum* duorum, *quadriduum* quatuor. *Pl.* *Cist.* 1, 1, 106. Ut hanc hoc triduum solum sinas esse hic. *Id. Mil.* 3, 1, 141. Ubi triduum conti- num fuerit, jam odiosus siet. *Ter. Phorm.* 3, 2, 4. Neque te exorare, ut maneat triduum hoc? *Id. Andr.* 2, 6, 9. Bidui est, aut tridui haec sollicitudo: deinde desinet. *Caes. B. G.* 1, 26. *extr.* Ipse triduo intermisso, cum omnibus copiis eos sequi coepit. *Cic. Mil.* 9. *f.* Clodius respondit, triduo illum, ad summum quadriduo periturum; et *Leg.* 2, 22. *f.* Decrevit habendas triduum ferias; et *Mart.* 2, 6. Quid prodest mihi tam macer libellus, si totus tibi triduo legatur? *Plin.* 23, 8, 80. Folia com- manducata per triduum terna. *Id.* 2, 97, 100. Aes- tus idem triduo in mense consistit, septima, octa- va, nonaque Luna.

TRIDUUM, e, adj. ad triennium pertinens, trietericus. *Inscr.* subleatae fidei ap. *Mur.* 2019, 5. Libero Patri Sac. ludis triennialibus datis et populo epulis distributis, etc. V. ORGIA. *F.*]

TRIENNIIUM, ii, n. *τριετία*, trium annorum spa- tium. *Caes. B. G.* 4, 4. Usipetes agris expulsi, et multis locis Germaniae triennium vagati. *Nep. Ann.* 3. Proximo triennio omnes gentes Hispaniae bello subegit. *Cic. Q. Fr.* 1, 1, 2. Praclarum est sum- mo cum imperio fuisse in Asia triennium. *Id. Fam.* 15, 16. *med.* Biennium aut triennium est, cum vir- tuti nuntium remisisti. P *Triennia* absolute sunt *trieterica sacra* in honorem Bacchi celebrari solita. *Op. Met.* 9, 641. Ismariae celebrant repetita trien- nia Bacchae. V. TRIETERICUS.

TRIENS, entis, m. *τριηνησιος*, tertia pars assis, quae sunt unciae quatuor. *Varr. L. L.* 4, 36. et *Hor. A. P.* 327. P Item tertia pars numeri senarii, h. e. duo, apud mathematicos. *Vitr.* 3, 1. *med.* P Item nummus aureus, tertia pars solidi. *Gall. in ep. ap. Treb. Claud.* 17. *f.* Misi ad eum aureos Valerianos centum quinquaginta, trientes Saloninianos trecentos, h. e. tremisses cum effigie Salonini Aug. filii mei. P Item nummus aereus tertiam valens partem assis, obolo similis. *Plin.* 33, 3, 53. Nota aeris fuit ex altera parte Janus geminus, ex altera rostrum navis: in triente vero

et quadrante ratis. *Lic. Epit.* 60. Frumentum se- misse et triente plebi dare. (V. SEMISSIS.) *Ju- ven.* 3, 267. nec habet quem porrigat ore trientem. *Messala ap. Plin.* 34, 13, 38. Serviliorum familia habet trientem sacrum, cui summa cum cura ma- gnificentiaeque sacra quotannis faciunt: quem ferunt alias crevisse, alias decrevisse videri, et ex eo aut honorem, aut diminutionem familiae significari. *Lic.* 22, 10. *med.* Ludi magni voti aeris trecentis triginta tribus millibus, trecentis triginta tribus, triente. P Adjective *trientes pensiones* dixit *Lam- prid.*, cujus locus in TRIENTARIUS recitabitur. Sic *usurae trientes ap. Paul. Dig.* 35, 2, 3. *extr.* Cum *as* etiam universam hereditatem significet, *trients* est ejus pars tertia. *Suet. Aug.* 101. Heres- des instituit Drusum ex triente, et ex partibus reliquis Germanicum, liberisque ejus. *Cic. Att.* 7, 8. Dolabellam video Liviae testamento cum duobus coheredibus esse in triente. P Item ter- tia pars pedis, in mensuris. *Vitr.* 10, 6. Cum trientes a bubus ducerentur, h. e. scapi trientales, seu crassitudinem habentes quatuor pollicum, quae est quarta pars pedis in duodecim divisi. P Item tertia pars digiti, in iisdem mensuris. *Front. Aequed.* 26. et 38. Modulus habet diametri digiti unum, et trientem. P Item tertia pars jugeri- itaque cum jugerum habeat pedes quadratos 28.800, triens ejus est pedum 9.600, ut *Colum.* 5, 1. *med.* docet. Adde *ib.* 2. P Item alterius cujuscumque rei. *Cic. Att.* 7, 8. Cum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente, h. e. in tertia parte ipsius trientis. *Colum.* 12, 20. *f.* Si humida fuerit vin- demia, trientem; si sicca, quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum. *Plin.* 23, 7, 68. Prunorum baccae in vino si decoquan- tur, ita ut triens ex hemina supersit. *Manil.* 3, 563. Bis quinos annos Aries, unumque triente Fra- datum dabit, h. e. annos undecim demptis quatuor mensibus, qui sunt triens, seu tertia pars anni. Adde 566. et 568. P Quatuor cyathi, qui sunt tertia pars sextarii (nam sextarius duodecim cyathos continet) *trientis* nomine appellantur: et fuit poculum quatuor cyathorum capax, in conviviis, et computationibus adhiberi solitum. *Prop.* 3, 8, 29. Cum fuerit multis exacta trientibus hora. *Mart.* 6, 86. Setinum, dominaeque nives, densique trien- tes, Quando ego vos, medico non prohibente, bi- bam? et 9, 88. Septem post calices Opimiani Den- so cum jaceam triente blaesus. *Id.* 10, 49. Cum potes amethystinos trientes, Et nigro madeas Opimiano, h. e. calices ex amethysto, quatuor cyathorum capaces. Adde 1, 107, et 4, 83. et 9, 91. et 11, 6. et 39. etc. P *Triens tertius* est duarum librarum pondus cum triente. *Festus.* Trientem tertium pondo coronam auream dedisse Jovi donum scripsit Quinctius dictator. (V. *Lic.* 6, 29.) Id significare ait Cincius, duas libras pondo et trien- tem, qua consuetudine hodieque utimur, cum li- gnum bes alterum dicimus, etc. V. BES.

TRIENTAL, alis, n. poculum tertiam partem sextarii capiens, id est quatuor cyathorum. *Pers.* 3, 100. Calidumque triental Excudit e manibus. Alii leg. *trientem*. V. v. praec.

TRIENTALIS, e, adj. *τριηνησιος*, qui trien- tem continet, ut Herba trientalis, quae altitudine aequat tertiam partem pedis, h. e. pollices quatuor. *Plin.* 27, 5, 17. Asplenium sunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, radice limosa, etc. *Vitr.* 10, 6. De materia trientali scapos quatuor compegit.

TRIENTARIUS, a, um, adj. qui trientem conti- net, ut Trientariae usurae, quibus quaterna an- nua (non duodecim) pro centum penduntur. *Capitol. Anton. B.* 2. Fenus trientarium, hoc est mi- nimis usuris exercuit, ut patrimonio suo plurimos adjuvaret. Adde *Lampr. Alex. Sever.* 21., qui 26. hoc fenus trientarium vocat *pensionis trientes*. Usuras, inquit, feneratorum traxit ad trientes pen- siones, etiam pauperibus consulens. V. TRIENS.

TRIENTIUS et Tabulius ager dictus est, qui pro tertia parte pecuniae datus est a senatu iis, qui pecuniam mutuum reipublicae dederant in Pu- nicum bellum, ut narrat *Liv.* 31, 13. *extr.* ubi alii pro *Tabulius leg. Tributus*, aut *Tributius*, ut significetur ager triente tributus. Alii *Tabulius* retinent, et tabulas publicas referunt, in quibus illius aeris alieni summa praescripta erat.

TRIERARCHUS, i, m. *τριηραρχος*, et *τριηραρχος*, praefectus triemis: a *τριηρης*, triemis, et *αρχος*, princeps. *Cic. Verr.* 2, 1, 20. Sese, cum esset trierarchus, etc. *Tac. A.* 2, 16. Trierarchum Li- burnicarum navium interfici jubet. *Inscr. ap. Marin. Frat. Arv.* p. 448. Trierarchus et remigibus, qui militaverunt in classe, quae est Miseni, civitatem dedit et connubium, etc.

TRIERIS, is, f. *τριηρης*, vox Graeca idem signifi- cans, quod Latina *triemis*. Ajunt usurpari a *Ne- pote Alc.* 4. et *Liv.* 30, 25., sed utroque loco alii *triemem* leg. Habet tamen sine varietate lectionis *Isid. Or.* 19, 1., item *Inscr. ap. Grut.* 1030, 2. L. Anno Severo Mil. classis Pr. Misensis ex Capri-

corno triere (*triere* insculptum est insectia lapicid- dae), h. e. militi classis praetoriae Miseni consti- tuta, in trieri, cui nomen Capricornus. Sunt aliae tuta, in trieri, cui nomen Capricornus. Sunt aliae *Inscr. ap. Reines. cl.* 8. n. 46., *Fabrett.* p. 365. n. 111. 113. 114. etc. *Donium cl.* 6. n. 9. 10. 11. et *Mur.* 293, 6. et 2027, 4., in quibus scriptum est III. Minervae, III. Herculis, III. Salutis, III. Pie- tatis, etc., ubi legunt eruditi *triere Minervae, triere Salutis, Pietatis*, etc., quae sunt nomina navium, ducta a *τριηρης*, h. e. insigni in puppi picto. Saepae autem sermo est de militibus classis Ravennatis aut Misensis, quas ad tutelam superi et inferi maris collocavit Augustus, ut est ap. *Suet. Aug.* 49. Alias *Inscriptiones* huc pertinentes habet *Fabrett. de col- umn. Traj.* p. 113. P *Trieris* adjective est ap. *Auct. de B. Afr.* 44. Item altera navis trieris ex ea- dem classe. Ita legunt *Oudendorpius*, et *Oberlinus* ex vet. codice; vulgo *triremis*. P Est etiam *Tri- eris* oppidum Phoeniciae. *Plin.* 5, 20, 17.

TRIERERICUS, a, um, adj. *τριηρηικός*, qui ter- tio quoque anno fit: a *trīs*, ter, et *eros*, annus, unde, *τριετία*, triennium. *Trieterica sacra*, sive *orgia*, fuerit sacra Bacchi, quae tertio quoque anno, sumptuosiora annis ejus orgiis, agitabantur. In- stituta sunt, cum ex India victor Liber Pater rediisset, et appellata a triennio, quo peregrinatus est. *Virg. A.* 4, 302. qualis commotis excita sacris Thyas, ubi auditio stimulant trieterica Baccho Orgia, nocturnusque vocat clamore Cithaeron. *Op. Met.* 6, 587. Tempus erat, quo sacra solent triete- rica Bacchi Sithoniae celebrare nurus. *Id. Rem. Am.* 593. Ibat, ut Edono referens trieterica Baccho Ire solet fuis barbara turba comis. *Stat. Ach.* 1, 595. Alternum revocare pia trieterica matres Consuerant. Adde *Hyg. fab.* 131. P Noctu celebrabantur, unde et *Nyctelia* dicta sunt. *Stat. Th.* 2, 661. non haec trieterica vobis Nox patrio de more venit. P [Hinc *trieterica* dictus est Bacchus. *Vet. Poeta in Anth. Lat. T.* 1. p. 11. *Burm.* Semeleie Bacche, Thyrsi- tenens, bimater, trieterice, Nysie, Liber. *F.*]

TRIERERIS, idis, f. *τριηρηίς*, trium annorum spatium, triennium: a *τριετία*, triennium. Hoc quidem vulgo obtinuit, sed reapse trieris est spatium duorum annorum, et initium tertii. Hinc *Censor. de die nat.* 18. Idque tempus Graeci *τριηρηίδα* appel- labant, quod tertio quoque anno intercalabatur, quamvis biennii circuitus, et revera *διετηρίς* esset. Unde mysteria, quae Libero Patri fiunt alternis an- nis, trieterica a poetis dicuntur. V. LUSTRUM. *Stat. Silv.* 2, 6, 72. Cum tribus Eleis unam triete- rida lustris, h. e. annos tresdecim. *Sidon. ep.* 2, 8. *in Carm.* Hinc est quod decimam tuae salutis Vix actam trieteridem dolemus. *Mart.* 10, 53. raptus trieteride nona, h. e. anno aetatis vigesimo septimo. *Id.* 9, 85. bis trieteride juncta, h. e. sex annis. *Auson. Caes.* 3. Julius, ut perhibent, divus trieteride regnat. P Item sacrum, quod tertio quoque anno fit, ut Trieterica Bacchi, de quibus in v. praec. *Cic. N. D.* 3, 23. Dionysius quintus Niso natus et Tyone, a quo trieterides constitutae putantur. *Stat. Th.* 4, 722. et atra sacrum recolit trieteris Ophel- tem; et *ib.* 7, 93. da, parve, tuum trieteride multa Instaurare diem. Utrouque loco *Stat.* Nemeaea cer- tamina significat.

*TRIFANUM, i, n. locus vel oppidum Latii, medio inter Sinuessam Minturnasque loco. *Liv.* 8, 11. *B. A.*

TRIFARIAM, adv. *τρίφαρος*, *τριφάρως*, tribus partibus, aut locis. *Liv.* 3, 22. Ita trifariam adortus castra circumvenit. *Id.* 5, 26. Trifariam Romani munie- bant. *Suet. Vit.* 13. Sed vel praecipue luxuriae, saevitiaeque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat. P Item tribus modis. *Appul. Dogm. Plat.* 3. Destruitur utraque propositio universalis trifariam.

TRIFARIE, adv. idem quod trifariam, usurpatur a *Diomed.* 1, 279., et praeterea legitur in libello *de progenie Augusti*, qui *Messalae Corvino* tribuitur.

TRIFARIUS, a, um, adj. *Solin.* 27. Quorum trifarium genus scinditur. Ita codices quidam, sed alii *trifariam*. *Cass. Var.* 5, 40. *med.* Instructus trifariis linguis, h. e. tribus.

TRIFATIDICUS, a, um, adj. *Auson. Idyll.* 11, 85. Atque trifatidicae Sibyllae. *Trifatidicae* appel- lat, quia veteribus tres praecipue cognitae fuerunt, Cumaea, Erythraea, et Cumana. Alii tamen leg. *et leg. fatidicae*.

TRIFAUX, aucis, adj. omn. gen. *τρίφαυτος*, tres fauces habens. *Virg. A.* 6, 417. Cerberus haec in- gens latratu regna trifauci Personat.

TRIFAX, acis, telum longitudinis trium cubito- rum, quod catapultam mittitur. Ennius: aut perma- ceret paries percussu trifaci. Haec *Paulus ex Fe- sto*. *Trifax* dictus a trina facie, h. e. triangulari. Sic *bifax* in *Gloss. Philox.* est *διεπρόσωπος*.

TRIFER, ra, rum, adj. *τριφάρος*, qui ter in anno fructum fert, ut *bifer* qui bis. *Colum.* 5, 10. *med.* Ficus biferae, et triferae. *Plin.* 16, 27, 50. Vites et triferae sunt, quae ob id insanas vocant, quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. *Id.* 15, 18, 19. Ficus trifero proventu. P De re- cto singulari masculino idem dic, quod de *bifer*, q. v. V.

TRIFIDUS, a, um, adj. τριφύς, qui in tria dividitur, aut dividi potest, triplex: a tris, et findo. Ov. Met. 2, 325. Naides Hesperiae trifida fumantia flamma Corpora dant tumulo, h. e. fulmine trisulco Sic Val. Fl. 6, 53. Cuncta phalanx insigne Jovis, caelataque gestat Tegmina dispersos trifidis ardoribus ignes. Id. 1, 641. trifida Neptunus in hasta h. e. tridenti. Sic Claud. Rapt. Pros. 2, 181. trifida Neptunus cuspide montes Impulit. Stat. Th. 1, 64. trifidaeque in Phocidos arcto Longaevum implicui regem, h. e. Trigemina qua se spargit in campos via (ut ait Sen. Oed. 278.), quod est trivium. Id. Sen. ib. 772. Phocaea trifidas regio qua scindit vias. Id. Med. 687. Serpens trifidam linguam exsertat, h. e. linguis micat ore trisulcis, ut Virg. G. 3, 439. ait. Sic Sil. 6, 222. trifido vibrata per auras Lingua micat motu. Claud. Cons. Mall. Theod. 203. Trifida Sicania, h. e. triquetra. Auct. Laud. Herc. 109. de apro Erymanthi: Horrebant trifidis nigrae corpora setis, h. e. tricuspibus. Sic Sil. 6, 357. de rostro in prora navis: micat aereus alta Fulgor aqua trifidi splendentis in aequore rostri.

TRIFILIS, e, adj. tria fila habens. Mart. 6, 74. Medio recumbit imus ille qui lecto, Calvam trifilem semitactus unguento, h. e. calvam tria tantum fila, seu capillos, vel admodum paucos capillos habentem.

TRIFINIUM, ii, n. τριφύλιον, ubi trium agrorum terminus est. Siculus Flacc. de condit. agr. p. 6. Goes. Trifinium, id est locus, quem tres possessores attingunt. [Inscr. Hispana ap. Grut. 201, 5. Trifinium II. Vir. Sacilernusii Idiensis, Soliensis ex sententia Julii Proculi iudicis, Imp. Caesare Juliano Aug. h. e. trifinium posuerunt duumviri (fratres) Sacilernus Idiensis, et Sacilernus Soliensis, etc. ann. a Chr. n. CXCIII. quo per duos circiter menses imperavit M. Didius Julianus. F.]

TRIFISSILIS, e, adj. qui tripliciter finditur, trifidus. Auson. ep. 128, 7. Ψ dicit esse: nam trifissilis forma est.

TRIFOLIUM, a, um, adj. ad Trifolium pertinet, qui est mons Campaniae prope Neapolim, unde vino ibi provenienti nomen factum est. Plin. 14, 6, 8. n. 6. Campania semper inter plebeja vina et Trifolinis gloriata. Juven. 9, 56. Te Trifolinus ager fecundis vitibus implet. Mart. 13, 114. Non sum de primo, fateor, Trifolina Lyaeo: Inter vina tamen septima vitis ero.

TRIFOLIUM, ii, n. τριφύλλον, herbae genus, ita dictum a tribus foliis, quibus constat. Plin. 21, 9, 30. Folio coronat et trifolium. Tria ejus genera: minyanthes vocant Graeci, alii asphalion, majore folio, quo utuntur coronarii: alterum acuto, oxytriphylon: tertium ex omnibus minutissimum, etc. Add. ib. 21, 88. ubi ejus vires recenset.

TRIFORMIS, e, adj. τριμορφος, tres formas, seu naturas habens. Ov. Met. 15, 859. Juppiter arces Temperat aetherias, et mundi regna triformis, h. e. aeris, maris, Inferorum, quae Junoni, Neptuno, Plutoni, sed sub Jove, parent. Sen. Herc. Oet. 1202. Triformis canis, h. e. Cerberus. Id. Ag. 841. Georyones triformis, h. e. tricorpor. Hor. Od. 3, 22, 2. et Ov. Met. 7, 94. et 177. Diva triformis, h. e. Phoebe soror, quae in coelo est Luna, in terris Diana, apud Inferos Hecate. Appul. Met. 11. Triformis facies. Hor. Od. 1, 27, 23. Triformis chimaira. Auson. Idyll. 11, 40. sphinx. Sen. Med. 7. Hecate.

TRIFUR, ūris, m. τριφύρος, maximus fur, insignis fur, plus quam fur. Nam τρις, hoc est ter, in compositione augendi vim habet, et accipitur pro valde. Pl. Aul. 4, 4, 6. Non fur, sed trifur. V. TRIPLEX.

TRIFURCIFER, ra, rum, adj. maximus furcifer, insignis furcifer, plus quam furcifer. Pl. Rud. 3, 4, 29. Tun', trifurcifer, mihi audes inclementer dicere? Id. Aul. 2, 4. f. Fur trifurcifer.

TRIFURCIUM, ii, n. id quod in modum trigeminae furcae erigitur. Appul. Herb. 77. Gramen, quod in se trifurcium habet.

TRIFURCUS, a, um, adj. τριφύλων, tres habens cuspides, seu acumina, ut bifurcus duo. Colum. 5, 11. Sureuli sint bifurci, vel trifurci; et ib. 10. med. Stirpem trifurcam maxime ponito. Adde Arb. 20.

TRIGĀ, ae, f. τριγώνος ἑπαιος, tres equi sub curru juncti, seu currus tribus equis actus, ut biga duobus, quadriga quatuor: est vox contracta a tri et jugum. Isid. Or. 18, 36. Quadrigas Soli, bigas Lunae, trigas Inferis, sejugas Jovi, desultores Luciferi, et Hespero consecraverunt. Trigas Diis Inferis, quia hi per tres aetates homines ad se rapiunt, id est per infantiam, juventutem et senectutem. Ulp. Dig. 21, 1, 38. f. Si triga venierit, redhibenda erit tota: sed et si quadriga, redhibebitur: sed si duo paria mularum sint, et una mula vitiosa sit, vel par, solum par redhibebitur, alterum non. P Item trium rerum numerus. Arnob. 4, p. 136. Pinnatorum Cupidinum trigas, et quadrigas Appollinarium nomen.

[TRIGĀMĀ, ae, f. conditio illius, qui tertio uxorem duxit, qui tertias contrahit nuptias. Hieron. in Jovin. 1, n. 37. Concedit quidem Deus nuptias, concedit digamiam, et, si necesse fuerit, fornicationi et adulterio praefert etiam trigamiam. F.]

TRIGĀMUS, a, um, adj. τριγᾶμος, qui tres conjuges vel simul, vel successive duxit. Hieron. ad Jovin. 1, n. 24. [Quod si Salomonis exempla ei placent, jam non digamus erit et trigamus, sed nisi septingentas habuerit uxores, et trecentas concubinas, typum ejus et meritum implere non poterit. F.]

TRIGĀRIUS, a, um, adj. ad trigam pertinens. Trigarius, ii, trigae agitator. Plin. 28, 17, 42. Ferunt, Neronem hac potione recreari solitum, cum sic quoque se trigario approbare vellet. Id. 29, 1, 5. Nullius histrionum equarumque trigarii comitator egressus in publico erat, P Trigarium, ii, absolute, est locus, in quo trigae et universi equi ad cursum exercentur, cavallerizza Italica. [Gloss. Philox. Trigarium, τόπος, ὅπου ἔπαιον γυμνάζονται. F.] Plin. 37, 13, 77. Ne equos quidem in trigariis praeferi ullos vernaculis (h. e. Italicis) animadverto. P. Viet. de urbe Roma ponit in regione IX. trigaria septa. Inscr. ap. Marin. Inscriz. Alb. p. 102. Fecit Mindia Helpis C. Julio Thallo marito suo bene merenti, qui egit officinas plumbarias Transtiberina (scil. regione), et trigarii, etc. h. e. et in regione trigarii, nempe nona. V. eund. ib. P [Translate trigarium est quarumcumque rerum trias. Capell. 7, p. 239. Monadem fabricatori Deo, diadem materiae procreanti, triadem idealibus formis consequenter aptamus: animam vero rationis, et iracundiae, cupiditatisque distribuere trigario. (Alii perperam leg. tricario: est enim quod ait Hieron. in Ezech. 1, 1, 7. Rationale animae, et irascitivum, et concupiscitivum. Id. 9, p. 303. Ipsaque tripus triini cursus praesagia pollicetur, hoc est exstantis, instantis, et rapti. Demum trigarium supplicantis semper germanitatis adveniat. Hanc igitur sive trigeminam feminam, sive tres in unius nominis vocabulum conspirantes, etc. F.]

[TRIGEMINO, as, a. I. triplico. Front. de orat. (ed. A. Maio) 1. med. Quae ratio sit verba geminandi, et interdum trigeminandi, nonnunquam quadruplicia, saepe quinquies, aut eo amplius superlata ponendi. F.]

TRIGEMINUS, V. TERGEMINUS.

TRIGEMMIS, e, adj. τριγᾶμος, τριπύδαμος, qui tres habet gemmas. Colum. 3, 19. Vallis, et uliginosi campi situ serimus etiam trigemmum (mallectum), qui est paulo minor dodrante, longior utique semipede, isque non ab eo trigemmus dictus est, quod omnino trium oculorum est; cum fere circa plagam qua matris abscissus est, plenus sit gemmarum; sed quod his exceptis, quibus est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habet. Plin. 17, 21, 35. n. 3. lidem (mallectoli) cum decisi, nec intorti, trigemmes.

[TRIGERANUS, a, um, adj. tribus gruibus comitatus: a τρις, tres, et γέρανος, grus. Est epitheton tauri, qui pro numine colebatur apud veteres Gallos. In antiquo marmore sub Inscr. Tiberio Aug. imperante insculpta, quae sic legitur ap. Mur. p. 1066. Tib. Caesare Aug. Jovi Optumo Maximo aram nautae Parisiaci publice posierunt: mox n. 2. fig. 4. Taurus (lege tauros) Trigeranus (lege trigeranus.) Infra taurus apud arborem, et tres grues supra eundem representantur. F.]

TRIGESIES, adv. τριακοντάκις, tricies. Vitr. 1, 6. med. [Quae sunt semel et tricies millies mille et quingenties mille: hujus autem octava pars, quam ventus tenere videtur, est ter millies mille, et noningenties trigiesies septies mille, et passus quingenti. Schneiderus hic, comparatione facta cum Plin. 2, 108, 112. f., recte probat, hunc Vitruvii locum a Romana scribendi ratione abhorrentem, interpolatum a Jocundo fuisse, atque ita legendum ex Cod. Sulpician. Quae sunt passus trecenties quidecim centena millia: hujus autem octava pars, quam ventus tenere videtur, est tricies noningenties triginta septem millia, et passus quingenti, h. e. quae sunt passus 31,500,000.; hujus autem octava pars est 3,937,500. Vides igitur vocem noningenties in noningenties mutandam, et trigiesies prorsus evanescere ex tota Latinitate, cujus loco uti nos decet alii duobus tricies, aut trigies, quae idem significant, et aliqua fulciuntur scriptorum Latinorum auctoritate. F.]

TRIGESIMUS, V. TRICESIMUS.

[TRIGIES, adv. idem ac tricies. Capell. 7, p. 241. Sexies septuagesies dipondius facit quadringentos trigies dipondius, h. e. 6 x 70 = 432. F.]

TRIGINTA, adv. τριακοντα, ter decem: nomen numerale cardinale, indeclinabile. Cic. Cluent. 27. Judices triginta et duo. Virg. A. 1, 273. Triginta magnos volvendis mensibus orbem. Mart. 7, 81. Triginta toto mala sunt epigrammata libro. P Corripuit ultimam Manil. 2, 322. Ter triginta quadrum partes per sidera reddant; et Juven. 4, 636. Argenti triginta minas posuere profani.

[TRIGINTASEXVIR, iri, m. qui unus est numero seu collegio virorum triginta sex, ut vigintivir, qui unus est ex viris viginti. Videtur ita significari, qui in aliquo municipio est ex primoribus triginta sex, ut decemprimus, qui inter primos decem excellit. Inscr. Nomentana in Giorn. Arcad. T. 3, p. 200. T. Titius T. F. Ser. (h. e. Sergia tribu) Tapo XXXVI. Vir. F.]

*TRIGISANUM, i, n. oppidum Norici. Tab. Peut. B. A.

TRIGLĪTIS, is, f. τριγλίτης, gemma nomen habens ab effigie, aut colore nulli piscis, qui τριγλίς Graecis est. Plin. 37, 11, 72.

TRIGLYPHUS, i, m. τριγλύφος, vox est architectorum, qua significatur pars quaedam zophori in ordine Dorico, tribus canaliculis, seu cavitatibus in longum ductis ornata, ap. Italos lavoro fatto a canaletti nel fregio: a τρις, ter, et γλύφος, scalpo. [Originem, et rationem hujus ornamenti ita describit Vitr. 4, 2. med. Projecturas tignorum, quantum eminebant, ad lineam et perpendicularum parietum praesequerunt: quae species cum invenusta iis visa esset, tabellas ita formatas, uti nunc sunt triglyphi, contra tignorum praecisiones in fronte fixerunt, et eas cera caerulea depinxerunt, uti praecisiones tignorum tectae non offenderent visum. Ita divisiones tignorum tectae triglyphorum dispositione intertignum et opam habere in Doricis operibus coeperunt. F.]

TRIGODES, V. TRYGODES.

TRIGON, ōnis, m. τριγων, genus pilae minimae, durae, et firmo pilo factae, qua ludebatur in thermis, seu balneis, exercitationis gratia, nomen inde ductum, quod a tribus ludentibus jactabatur, et ita dispositis, ut trigoni, seu trianguli figuram efficerent, vel quod locus huic ludo destinatus triangularis formae fuit. Mart. 4, 19. Seu lentum ceromateris, tepidumve trigona, Sive harpasta manu pulverulenta rapis. Id. 12, 83. Captabit tepidum dextra laevaue trigonem, Imputet exceptas ut tibi saepe pilas. (tepidum dicit, quia ludentes agitatione corporis calescebant: vel quia locus ipse tepidus erat, quod significare videtur Stat. Sil. 1, 5, 58.: vel potius quia ludentium manus ipsius attractu tepescebant.) Id. 7, 72. Sic palmis tibi de trigone nudo Unctae det favor arbiter coronae: Nec laudet Polybl magis sinistras: nudum dixit, quia nudi et uncti eo exercebantur. P Plurimum erat in eo usus sinistae manus. Mart. satis indicat loco modo allato: item 14, 46. cujus lemma Pila trigonalis: Si me mobilis scis expulsare sinistris, Sum tua: si nescis, rustice, redde pilam.

TRIGONALIS, e, adj. Pila trigonalis ap. Mart. 14, 46. eadem est ac trigon. V. v. praec. et SPARSIVUS.

TRIGONĪCUS, a, um, adj. trigonus, triangularis, τριγωνος. Firm. Math. 2, 32. med. Trigonica, vel quadrata, vel diametra, vel hexagona radiatio. Adde praef. 4. f. et ib. 1. med. V. TRIGONUS.

TRIGONIUM, ii, n. trigonum, triangulum. Innocent. de casis litter. p. 224. Goes. Via excurrit usque in trigonium constitutum. P Apud Graecos est nomen duarum herbarum, ut est ap. Appul. Herb. 3. et 65.

TRIGONUS, a, um, adj. τριγωνος, triangularis, triangulus: vox Graeca a τρις, et γωνία, angulus. Signa trigona dicuntur ab astronomis, quae ita disposita sunt, ut triangulum in zodiaco efficiant, v. gr. Aries, Leo, Arcitenens, quae quatuor Signis invicem distant. V. TRIQUETRUS. Manil. 2, 276. dicuntur Signa trigona, In tria partitus quod ter cadit angulus astra; et 342. trigoni ductus; trigona pars. P Trigonum, i, n. absolute, triangulus, τριγωνον. Id. 523. Namque Aries, Leo, et Arcitenens sociata trigono, etc. Colum. Arb. 22, et 5, 10. Ternas nuces in trigonum statuito. Vitr. 10, 11. f. Quemadmodum Pythagoricum trigonum orthogonium describitur. Varr. L. L. 6, 4. et Gell. 2, 21. f. Ita sitae stellae, ut terna trigona faciant. P Paenultima male corripuit Auson. Idyll. 11, 50. Per trinas species trigonorum regula currit; et Eclogar. de rat. puerper. 39. cunctantia matrum Vota levat, trigono vires sociante sequenti. P Est etiam piscis nomen ex genere pelamidum, seu thynnorum, ita fortasse appellati ex forma, quia triangula erat ejus sectio, hinc a Xenocrate c. 35. vocatur τριγωνος. Hujus piscis salsamento conditi meminit Athenaeus 3, 116. et Pl. Capt. 4, 2, 71. Pernam, atque ophthalmiam, horaeum, et scombrum, et trigonum, et cetum, et mollem caseum. V. Schneider. in Ind. Scriptor. R. R. in V. Pelamis [*Est piscis, quem nos dicimus Stachelroche, Raja pastinaca, L.]

[TRIHĒMITŌNĪON, ii, n. τριημιτόνιον, tonus cum dimidio. Hyg. de limitib. p. 172. Goes. A Marte deinde ad Solem ter tantum esse dicunt, quantum a polo ad Saturnum, hoc est trihemitonion. F.]

TRIHORIUM, ii, n. Auson. Idyll. 10, 87. Nec duraturus (capito) post bina trihoria mensis. Adde ep. 4, 62.

TRIJŪGIS, e, adj. tribus equis junctis tractus. Auson. ep. 8, 6. Vel cisio trijugi, si placet, insillias.

TRIJŪGUS, a, um, adj. trijugis, τριζυγῆς: et translate triplex. Appul. Met. 6. de Cerbero: Canis praegrans trijugo, et satis amplex capite praeditus. Paul. Nol. carm. 20, 131. Innectens (funis) trijugum supremo stamine ferrum.

TRILĀTERUS, a, um, adj. τριπλευρος, tria habens latera. Front. Expos. form. p. 35. Goes. [Retarum linearum et circumferentium forma trilatera est trium laterum, totidemque angulorum ex duabus rectis lineis et una circumferenti, vel ex duabus

circumferentibus et una recta. Quadrilatera forma est quatuor laterum, totidemque angulorum ex duabus circumferentibus lineis, et duabus rectis. Plurilatera forma est, quae plus quam quatuor lineis comprehensa est. Planarum autem et rectis lineis comprehensarum alia erunt trilatera, alia quadrilatera, alia singulis adjectis super hunc numerum plurilatera in infinitum. F.]

TRILIBRIS, e, adj. *τρίλιβρος*, pondo trium librarum. *Hor. Sat. 2, 2, 33.* mullum laudas, insane, trilibrem. *Gall. Imp. in ep. ap. Treb. Claud. 17.* Misi ad eum pateras gemmatas trilibres duas, scyphos aureos gemmatos trilibres duos.

TRILINGUIS, e, adj. *τρίγλωσσος*, tres habens linguas. *Hor. de Cerbero tricipiti Od. 3, 11, 19.* saniesque manet Ore trilingui. *Val. Fl. 7, 184.* cantuque trilingui Ipsam (*Hecaten*) flammiferos cogam compesceres tauros, P Massilienses a Phocensibus oriundos *Varr. ap. Isid. Or. 15, 1. f.* vocat *trilingues*, quia Graece, Latine, et Gallice loquebantur: qua ratione *Appul. Met. 11.* Siculi trilingues: quia Graece, Punice, et Latine loquebantur. *Hieron. in Ruf. 3, n. 6.* Ego Hebraeus, Graecus, Latinus; trilinguis. *Prud. Hamart. 588.* de vipera: moriturum obscena maritum Ore sitit patulo: caput inserit ille trilingue Conjugis in fauces. Alii minus recte leg. *trilinguae*, ut sit a *trilinguis*, a, um.

TRILIX, icis, adj. omn. gen. *τρίλιξ*, tribus licis constans. *Mart. 14, 145.* Vellera cum sumant Patavinae multa trilices, Et pingues tunicas serra secare potest. *Arnob. 3, p. 112.* Vestis indigent Dii tegmine; ut virgo Tritonia curiose iis stamen neat: et qualitate pro temporis aut trilices tunicas, aut de serico componat. Hinc *Appul. Flor. n. 9.* Habebat indutui tunicam interulam tenuissimo textu, triplici licio, purpura duplici. P Item triplici textura. *Virg. A. 3, 467.* Loricam consertam hamis, auroque trilicem, h. e. trino nexu intextam, inquit *Servius. Val. Fl. 3, 199.* Per clypei cedentis opus, cratremque trilicem.

TRILONGUS Pes est Molossus tribus longis syllabis constans, ut *Aeneas. Terent. de pedib. p. 2413.* P Hunc alii Graeco nomine *trimacrum*, *τρίμακρον*, appellant.

TRILORIS. V. DILORIS.

TRIMACRUS. V. TRILONGUS.

*TRIMAMMION. V. v. sq. B. A.

*TRIMANIUM, i, n. oppidum Moesiae inferioris. *Tab. Peut. P. Τριμανίων* est *Ptolemaeo. Trimamion* stat in *Anton. Itin. B. A.*

TRIMATUS, us, m. *τριμῆτα*, trium annorum aetas. *Plin. 8, 43, 68.* Partus a trigesimo mense occisimus, sed a trimatu legitimus. *Colu. 8, 5. f.* Summovebimus autem veteres (*gallinas*), id est quae trimatum excesserunt. *Plin. 10, 20, 22.* Pavo colores incipit fundere in trimatu. *Inscr. ap. Grut. 1148, 13.* Phosphorus obiit in trimatu.

TRIMEMBRIS, e, adj. triplicia habens membra, tricorpor. *Hyg. fab. 30.* de Hercule: Geryonem Chrysaoris filium trimembrem uno telo interfecit.

*TRIMENSTRUUS, a, um, adj. *τριμηνήστριος* *Gloss. Gr. Lat. B. A.*

TRIMESTRIS, e, adj. *τρίμηνος*, qui est trium mensium. *Varr. R. R. 2, 3.* In nutricatu haedi trimestres cum sunt facti, tum submituntur. *Plin. 37, 10, 59.* Trimestre spatium. *Id. 7, 48, 49.* Arcadum anni trimestres fuere. *Suet. Caes. 80.* Trimestris consul. *Auson. Idyll. 11, 24.* trimestres Annorum coelique vices. *Plin. 10, 63, 73.* Trimestris vitulus. *Id. 18, 7, 2, n. 3.* Trimestre triticum, h. e. quod tertio a satu mense metitur. (V. ALLICASTRUM.) *Id. 10, 25, 36.* Trimestres aves, turdi et turtures, h. e. qui tres menses apud nos vivunt, deinde abeunt. *Colu. 2, 4. med. et ib. 9.* Trimestris satio, h. e. eorum, quae tribus mensibus maturescunt: et fit initio veris. P *Trimestria* absolute, semina quae trimestri spatio maturescunt. *Id. 11, 2. med. et 2, 13. f. et Plin. 18, 26, 65. n. 2.*

TRIMETER et Trimeter, tra, trum, adj. *τρίμετρος*, tres mensuras habens. *Quint. 9, 4. med.* Trimeterum est, Pro misero dicere liceat, sex enim pedes tres percussiones habent. *Terent. de versu iambico, p. 2432.* Sed ter feritur: hinc trimetrus dicitur, Scandendo binos quod pedes jungimus. V. ICTUS, us. P Item tribus pedibus constans. *Diomed. 3, 506.* Versuum genera praecipua sunt quinque: aut enim dimetri sunt, aut trimetri, aut tetrametri, aut pentametri, aut hexametri. Trimeteri exemplum ponit: Jam vaga tollere Phoebus Lumina destinat ortu. *Hor. A. P. 252.* de iambo: Pes citus, unde etiam trimetris accrescere jussit Nomen iambeis cum senos redderet ictus Primus ad extremum similis sibi. P Varia sunt trimetrorum genera, heroum, Archilochium, etc. quae V. *ib. p. 513.* et alibi.

TRIMETRUS, a, um, adj. senariis constans. *Auson. ep. 16, 78.* Aesopiam trimetriam, Quam vertit exili stilo, h. e. Aesopi fabulas trimetris versibus constantes. *Sidon. in carm. ep. 15, l. 9.* quaterna tempora Spondeus addat, ut moram volucripes Habeat parumper insitam trimetria. V. v. praec. TRIMETRUS. V. TRIMETER.

TRIMITALIS, e, adj. *τρίμιτος*, *τριμίτιος*, tri-

bus licis textus. *Nót. Tir. p. 156.* Horreum, urna, trimitalis. Videtur *trimitalis* perperam scriptum pro *triental. F.*

TRIMODIA, ae, f. vas trium modiorum capax. *Varr. ap. Non. 1, 14.* Trimodiam, amphoramque eandem temeti, ac farris modium. P *Trimodia satoria*, cujus usus praecipue in serendo. Ex eo enim semina in segetem jaciuntur. Inde est Italicum *tramoggia. Colum. 2, 9. med.* Nonnulli pelle hyaenae satoriam trimodiam vestiunt, atque ita ex ea, cum paulum immorata sunt semina, jaciunt. *Id. 12, 50. med.* Multa ante olivatum praeparanda sunt, scalae, corbulae, decemmodiae, trimodiae satoriae, quibus districta bacca suscipitur, etc. Adde *ib. 18.* P *Ap. Varr. leg. et tremodia.*

TRIMODIUM, ii, n. *τριμώδιον*, *τριμώδιος*, mensura trium modiorum. *Pl. Men. prol. 14.* Nunc argumentum vobis demensum dabo, Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo. *Plin. 33, 1, 6.* Neque enim aliter potuissent trimodia illa anulorum Carthaginem ab Annibale mitti.

*TRIMONTIUM, i, n. Sic tandem dicta est Philippopolis, urbs Thraciae, a tribus montibus, quibus insidet, scilicet. *Plin. 4, 11. B. A.*

TRIMULUS, a, um, adj. dicitur de puero trimo. *Suet. Ner. 6.* Trimulus patrem amisit. [*Front. ad Verum Imp. (ed. A. Maio) ep. 9.* Nepotem trimulum amisit. F.]

TRIMUS, a, um, adj. *τριμής*, trium annorum: videtur esse vox contracta ex *tri* et *annus*; hinc prima syllaba longa est. *Varr. R. R. 2, 5. med.* de vaccis: Non minores oportet inire bimas, ut trimae pariant; et *ib. 7. med.* Post annum et sex menses equulum domari posse, sed melius post trimum. *Plin. 8, 50, 76.* Caprae ante trimas minus utiliter generant. *Hor. Od. 3, 11, 9.* equa trima. *Pl. Rud. 3, 4, 39.* Filia, trima quae perit mihi. *Plin. 17, 11, 16.* Arborem nec minorem bima, nec majorem trima transferri. *Id. 18, 24, 54.* Semen optimum anniculum, bimum deterius, trimum pessimum. *Id. 36, 23, 55.* In antiquarum aedium legibus invenitur, ne recentiore trima calce uteretur redemptor. *Pall. 4, 11. med.* Vaccae aetatis trimae.

TRINACRIA, ae, f. *Τρινακρία*, nomen Siciliae a tribus ejus promontoriis, Pachyno, Peloro, Lilybaeo, *ἀκρα* enim summissa, et promontorium est. V. TRIQUETRUS. Describitur a *Claud. Rapt. Pros. 1. a. e. 140.* Vox est adjectiva, et insula subintelligitur. *Virg. A. 3, 440.* Trinacria fines Italos mittere relicta; et 582. intremere omnem Murmure Trinacriam. Adde *Just. 4, 2.* P Etiam Rhodus olim sic dicta est. *Plin. 5, 31, 36.*

TRINACRIS, idis, f. *Τρινακρίς*, quae ad Trinacriam spectat, Sicilis. *Or. Fast. 4, 419.* Terra tribus scopulis vastum procurrit in aequor Trinacris: a posito nomen adeptae loci. *Id. Met. 5, 347.* Trinacris insula. *Id. Trist. 5, 13, 22.* Et careat dulci Trinacris Hybla thymo. P *Absolute. Id. Pont. 2, 10, 22.* Trinacris est oculis, de duce, visa meis, h. e. Sicilia.

TRINACRIUS, a, um, adj. *Τρινακρίσιος*, ad Trinacriam pertinens. *Virg. A. 3, 429.* Trinacrius Pachynus; et *ib. 4, 384.* Trinacria unda. *Or. Fast. 4, 287.* Trinacrium mare. *Virg. A. 4, 554.* Trinacria Aetna; (quae *Catullo 68, 53.* est Trinacria rupes) et *ib. 5, 450.* pubes; et *ib. 1, 200.* Trinacrium litus; et *ib. 5, 473.* Trinacrii equi; et 530. viri.

TRINEPOS, otis, m. *τριπέπος*, quintus nepos, filius adnepotis mei, vel adnepotis meae: et refertur ad tritavum. Nepotum enim hic est ordo: nepos, pronepos, abnepos, adnepos, trinepos: quibus si praemittas filium, sex erunt cognationis gradus a primo patre. Post trinepotem qui sunt, proprio carent vocabulo, et posteriores vocantur. *Cajus Dig. 38, 10, 2. et Paul. ib. 10. V. ADNEPOS. f.*

TRINEPTIS, is, f. *τριπέπτις*, filia adnepotis, vel adneptis meae. V. dict. praec. et loca ibi laudata.

TRINICIUM Carmen constat monometro acataleto, ut est hoc: Calidum jubar est. *Servius in Centimetr. p. 1821.*

TRINITAS, atis, f. *τριὰς*, numerus tria continens. *Tert. adv. Valent. 17.* Facta exinde trinitas generum est ex trinitate causarum. P Antonomastice Trinitatis nomine significantur tres Divinae Personae, de quibus *Tert. adv. Prax. et alibi saepe, August., Prud.*, multique praeterea rei Christianae scriptores.

*TRINIUS (sc. fluvius), i, m. vel Trinium (sc. flumen), i, n. in Italia, in sinibus Samnitium ac Frentanorum, in mare Adriaticum influens. *Plin. 3, 12.* Flumen Trinium: ubi casus rectus est. Hodie Trigno audit, indicantibus Cellario atque *Harduino. B. A.*

*TRINOBANTES, populi Britanniae orientales, penes Iamesam aestuarium, ut auctor est *Ptolemaeus*, apud quem *Τρινόβαντες* appellantur. *Caes. B. G. 5, 20. in. et 21. B. A.*

TRINOCTIALIS, e, adj. trium noctium. *Mart. 12, 77.* sed ipse Divum Offensus genitor trinocctiali Affecit domicilio clientem.

TRINOCTIUM, ii, n. *τρινοκτίον*, trium noctium spatium. *Fab. Pictor ap. Gell. 10, 15.* De eo lecto trinocctium continuum non decubat. Ipse *Gell. 3,*

2. f. Non posse impleri trinocctium, quod, etc. *Auson. Idyll. 11, 34.* Trina Terentino celebrata trinocctia ludo. *Val. Max. 2, 4. n. 5.* Ludis trinocctio factis.

TRINODIS, e, adj. *τρίνοδος*, tres habens nodos. Est appositum clavae Herculis, ap. *Or. Her. 4, 115.* Ossa mei fratris clava perfracta trinodi. Adde *Fast. 1, 575.* P Translate. *Auson. ep. 21, 38.* trinodem dactylum Vidi paratum crucianti canterio: Spondeus illi lentipes ibat comes, h. e. trisyllabum.

[TRINOMINIS, e, adj. *τριώνυμος*, tria habens nomina. *Hieron. ep. 108. n. 9.* Ingressa est Hierosolymam urbem trinominem, Jebus, Salem, Jerusalem, quae ab Aelio postea Hadriano de ruinis et cineribus civitatis in Aeliam suscitata est. *Id. adv. Lucifer. 12.* Aut tria nomina audiens, tres Deos credidit, et idololatra effectus est: aut in tribus vocabulis trinominem credens Deum, in Sabellii haeresim incurrit. F.]

TRINSO. V. TRISSO.

TRINUMMUS, vel Trinumus, i, m. nomen est Plautinae comediae, inde ductum, quia sycophanta quidam inducitur operam suam tribus nummis locans ad artes nugatorias, ut ibi legitur 4, 2, 1.

TRINUNDINUM, i, n. spatium dierum septendecim, intra quos nundinae Romae ter habebantur, quia nono quoque die populus ad mercatum conveniebat, ut in NUNDINAE dictum est. Ternae enim nundinae cum diebus interjectis conficiunt eam, quam posuimus, summam dierum; non, ut quidam existimant, septem et viginti. Est autem *trinundinum* syncope ex *trinum nundinum*. Per id tempus leges proponebantur, ut, antequam perferrentur, posset eas populus considerare: comitia creandis magistratibus indicebantur, ne repente suffragium ferrent pro eo, quem creasse mox poeniteret; et ut candidati spatium haberent prensandi. Accusationes quoque et judicia populi trinundino intermisso habebantur, ut et reo defensionis, et populo iudicii recte ferendi spatium esset. *Cic. Fam. 16, 12. med.* Neque se jam velle, absente se rationem haberi sui: se praesente trinundinum petiturum. *Liv. 3, 35.* Comitia decemviris creandis in trinundinum indicta sunt. Alii hoc et superiore loco leg. *trinum nundinum*. Rursus *Cic. fragm. ap. Prisc. 7, 733.* Primo ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum potestasque venisset. *Prisc.* putat *trinundinum* dici pro *trinundinarum*, ut *amphorum* pro *amphorarum*: aliis placet esse ellipsis, qua praeposit. in omittatur. *Sic Phil. 5, 3.* Ubi lex Caecilia, et Didia? ubi promulgatio trinundinum? et *Dom. 17. f.* Sit accusatio trinundinum, prodicta die, qua die iudicium sit futurum. P Haec autem non ita accipienda sunt, ut ipsis tertiis nundinis aut lex ferretur, aut comitia haberentur, aut de reo iudicium a populo fieret; sed ut priusquam haec fierent, et postquam indicta essent, trinae nundinae intercederent. V. NUNDINAE. P Adjective. *Macr. Sat. 1, 16. med.* Scita atque consultata trinundino die proposita, a singulis atque universis facile noscebantur.

TRINUS, a, um, *τρισός*, adjectivum numerale distributivum, idem ac *ternus*: quare in libris saepe unum pro altero ponitur. *Caes. B. G. 5, 51.* Ipse cum tribus legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare constituit, h. e. singulis hibernis castris singulae legioni positus. *Suet. Ner. 56.* Icnuculam cellarem trinis in die sacrificiis colere perseveravit. P Extra distributionem. *Cic. Att. 11, 17.* Tullia mea venit ad me, litterasque reddidit trinas. *Caes. B. G. 7, 46.* Milites celeriter ad munitionem perveniunt, eaque, transgressis trinis castris, potiuntur. *Liv. 9, 43.* Trinis castris intra paucos dies exsuti. *Id. 10, 18.* Litteras ad collegam accessendum missas, in trinis annalibus invenio. *Or. Fast. 4, 480.* trina cornua; et *ib. 6, 216.* nomina. *Suet. Aug. 45. f.* theatra. *Sen. Herc. Fur. 783.* Stygius canis trina capita concutiens. *Plin. 2, 31, 31.* Trinos soles antiqui saepius videre. P In singulari triplex. *Stat. Sil. 4, 9, 15.* tua dicta, Quae trino juvenis foro tonabas. V. FORUM. *Auson. Idyll. 11, 63.* Interdictorum trinum genus; et 66. Trinum dicendi genus est. P *Negat Varro L. L. 9, 3. med.* recte dici *nuptiae tres*, aut *tres bigae*, sed *trinae*. Ex quo fuere qui crederent, *trinus* jungi cum iis tantum, quae carent singulari numero. Sed contra sunt loca *Livii, Ovidii, Senecae, Plinii* allata.

TRIOBOLUS, i, m. *τρίοβολος*, nummus tres obolos valens, h. e. drachmae didymium. Senos enim obolos drachma efficit. Trioboli nota ab altera parte effigiem Jovis, ab altera noctuam habebat. *Pl. Bacch. 2, 3, 26.* Negare, sese debere tibi triobolum. *Id. Rud. 5, 2, 43.* Postulo talentum magnum: non potest triobolum hinc abesse. P *Homo trioboli*, nequam, et nullius pretii. *Id. Poen. 1, 2, 168.* Non ego homo trioboli sum, nisi illi mastigia exturbo oculos. P De pondere didymiae drachmae. *Cato. R. R. 127.* Puero dato pro artate triobolum, et vini heminam. V. INTRIBUTATUS.

[TRIOCALINUS, a, um, adj. *Τριοκαλίνος*, ad Triocalam pertinens, mediterraneum Siciliae oppidum, inter fluvios Himeram et Crimissum, in cuius nummis ap. *Sestin. Class. gen. p. 22.* ΤΡΙΟΚ. Videtur fuisse, ubi nunc S. Maria di Monte-vergine;

de quo meminit Sil. 14, 740. Et mox servili vastata Triocala bello. Diodor. Sic. in Excerpt. ex lib. 36. ait, ita vocatum δὴ τὸ τὰ ἔργα κατὰ ἔξω. Cic. Verr. 2, 5, 4. In Triocalino (scilicet agro), quem locum fugitivi jam ante tenuerunt, Leonidae cujusdam Siculi familia in suspicionem vocata est conjurationis. P. Triocalini, orum, absolute, incolae illius oppidi. Plin. 3, 8, 14. Triocalini, Tiracienses, Zancylaei. F.]

TRIODEIUS, a, um, adj. ad Triviam pertinens, nempe Dianam, quae Graece Τριόδιος dicitur, a τριός, trivium. Inscr. ap. Grut. 28, 6. et Mur. 387, 2. Et veneranda movet Cybeles triodeia signa. Hic Cybeles cum Diana confunditur, quae etiam Hecate appellatur. Hinc Inscr. in Anthol. Lat. T. 2. p. 150. Hecates ministrum trina secreta edoces.

TRIONES, um, m. plur. βόες, boves. Varr. L. 6, 4. Triones etiam nunc boves appellantur a bulceis, maxime cum terram arant: e quibus valentiores dicti glebarii, quod facile glebas proscindant. Sic omnes, qui terram arabant, a terra teriones. Unde triones, ut dicerentur a detrutu: et mox: Posunt triones dici septem, quod ita sitae stellae, ut terna trigona faciant. Adde Gell. 2, 21. P. Triones item dicuntur duo Arcti, seu duae Ursae, major, et minor, quae sunt duo signa coelestia prope Aquilonem, et Circulum hiemalem sita, quia utriusque signi stellae plaustrum, et boves junctos referunt. Cic. N. D. 2, 41. Altera dicitur esse Helice, cujus quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus. Quas nostri septem soliti vocitare triones. Virg. A. 3, 516. Arcturum, pluviasque Hyadas, geminosque triones. Ov. Met. 2, 171. gelidi. Mart. 7, 80. Odrysii. Id. 9, 46. Hyperborei; et 6, 58. Parrhasii. Claud. III. cons. Hon. 205. pigri; et IV. 473. Scythici. Id. Gigantomach. 11. inoccidui. P. In singulari num. ap. Ov. Met. 10, 446. interque Trionem Flexerat obliquum plaustrum temone Bootes. Alii leg. Triones; et ib. 1, 64. Scythiam, Septemque trionem Horrifer inuasit Boreas. Sed hoc loco τριός est vocis Septentrio, qua utitur etiam Virg. G. 3, 381. P. Fuit Trio cogn. R., ut L. Lucretius Trio: hinc in nummis G. Lucretiae ap. Morell. Thes. numism. fam. R. n. 2. et 3. videre est lunam, et septem stellas, seu triones cum inscriptione L. Lucretii. Trio.

TRIONYMUS, a, um, adj. τριώνυμος, tria habens nomina, trinominis. Prisc. 2, 580. In propriis quoque (nominibus) hanc vim habent (ut diversis nominibus idem significant) dyonyma, vel trionyma, vel tetraonyma, ut P. Cornelius Scipio Africanus. Sulpic. Sev. 2. Hist. Sacr. 42. Suspecti habebamur, trionymam solitarii Dei unionem secundum Sabelium credidisse. V. Hieron. l. c. in TRINOMINIS.

TRIOPEIS, idis, f. et. TRIOPEIUS, a, um, adj. patron. V. DRYOPEIUS. *TRIOPEUS vel Triopas, ae, m. Τριόπης, Τριόπης, rex Thessaliae, pater Erisichthonis. Hygin. Astron. 2, 14. Cf. Callim. H. in Cer. v. 24. V. et Dryopeius. B. A.

TRIOPTHALMUS, i, m. gemmae genus in Sicyonia, quod trium oculorum effigiem prae se fert. Plin. 37, 11, 71. Triopthalmus cum onyche nascitur, tres hominis oculos simul exprimens.

*TRIOPIA, ae, f. olim dicta est Cnidos insula. Plin. 5, 28. B. A.

TRIORCHES, ae, m. τριόρχης, avis ex accipitrum genere, a τριός, tres, et ὄρχης, testiculus, quia tres testiculos habet. Plin. 10, 8, 9. Triorchem a numero testium, cui principatum in auguriis Phemonoe dedit: buteonem hunc appellant Romani. [*Der Bussard, Unkenfresser, die Sumpfwiehe, Falco Buteo, L.]

TRIORCHIS, is, f. herba ex genere centaurii. Plin. 25, 6, 32. Tertia est centauris, cognomine triorchis. Qui eam secat, rarum est, ut non vulneret sese. Haec succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam, impugnarique colligentes tradidit a triorchem accipitrum genere, a quo et nomen accepit.

TRIPALIS, e, adj. qui tribus palis sustinetur. Varr. ap. Non. 3, 171. Quid tu? non vides, in vineis, quod tria pala habeant, tripales dici?

TRIPARCUS, a, um, adj. nimis parcus, sordidus, tenax. Pl. Pers. 2, 3, 14. Triparcos homines, vetulos, avidos, aridos.

TRIPARTITO et Tripartito, adv. τριμερῶς. Cic. Tusc. 5, 14. Bona tripartito dividere. Liv. 21, 7. Urbem tripartito aggredi.

TRIPARTITUS et Tripartitus, a, um, part. ab inus. tripartior: in tres partes divisus, τριμερής. Cic. Off. 3, 2. f. Divisio tripartita. Id. Verr. 2, 3, 5. f. Causa tripartita. Pomp. Dig. 1, 2, 2. §. 38. Exstat ejus (h. e. Sex. Aelii) liber, qui inscribitur Tripartita, quoniam lege XII. Tabular. praeposita, jungitur interpretatio, dein subtextitur legis actio.

TRIPATINUM, i, n. trium ferculorum epulae. Plin. 35, 12, 46. Tripatinum, inquit Fenestella, appellabatur summa coenarum lautitia: una erat muraenarum, altera luporum, tertia myxonis piscis.

TRIPECTORUS, a, um, adj. τριπτερός, τριπτερός, tria habens pectora. Lucr. 5, 28. Quidve tripectora tergimini vis Geryonai?

TRIPÉDALIS, e, adj. τριπόδης, trium pedum men-

suram habens. Varr. R. R. 3, 9. Fenestrae latitudine tripedali. Liv. 38, 21. f. Parma tripedalis. Plin. 17, 22, 35. n. 7. Altitudo tripedalis. Id. 18, 30, 73. Paries tripedali crassitudine. Id. 27, 12, 79. Herba caulem habens tripedalem.

TRIPEDANEUS, a, um, adj. idem ac tripedalis. Cato R. B. 45. Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito. Colum. 3, 2. Tripedaneae vites. Id. 5, 5. Scrobs in longitudinem et altitudinem tripedaneus. Plin. 34, 6, 11. Tripedaneae statucae.

TRIPERDITUS, a, um, adj. plane perditus: ea ratione, qua trifur, triparcus, triveneficus, et alia. Priperdita inscribatur comoedia Novii, ex qua fragmentum recitat Non. 3, 162.

TRIPERTITUS. V. TRIPARTITUS.

TRIPES, edis, vj. omn. gen. τριπόδος, qui habet tres pedes. Hor. Sat. 1, 3, 13. modo sit mihi mensa tripes. Mart. 12, 32. Ibat tripes grabatus, et bipes mensa. Liv. 40, 2. et 45. Quod tripodum mulum Reate natum, nunciatum erat. Auson. Idyll. 11, 39. Qui bipes, et quadrupes foret, et tripes, omnia solus. P. Tripes absolute dicitur instrumentum coorum, quod Itali treppiede vocant. V. FRI-XURA.

TRIPETĪA, ae, f. ita vocabatur a Gallis rusticis sellula tribus pedibus fulta, teste Sulpic. Sev. dial. 2, 1. [Sedebat Martinus in sellula rusticana, ut sunt istae in usibus servulorum, quas nos rustici Galli tripetias, vos scholastici, aut certe tu, qui de Graecia venis, tripodas nuncupatis. V. TRIPUS. F.]

TRIPHALLUS, i, m. τριφάλλος, cogn. Priapi, et significat eum, qui magnum phallum habet: nam tri in compositione auget. Auct. Priap. 83, 9. At o, Triphalle, saepe floribus novis Tuas sine arte deligavimus comas. Alii leg. Priape. Varro unam ex suis satyris Menippeis inscripsit Triphallus, ἢ περὶ ἀφρόνιτρος, ex qua fragmentum recitat Non. 2, 484. et Charis. 1, 61. Unam quoque e suis Naevius ap. Gell. 2, 19, ubi alii, ut etiam ap. Varr. l. c., leg. Ithyphallo.

*TRIPHALLIA, ae, f. regio Peloponnesi, in Elide. Liv. 28, 8. 32. 5. 33. 34. P. Et Epiri regio. Id. 32, 13. ubi tamen Gronovius omnino: Stymphaliam inter et Elimiotidem. Drakenborchius legit: In Stymphalaea terrae Elimiotides. B. A.

TRIPICUS, a, um, part. ab inus. tripingo. Prud. Apoth. 381. de titulo Crucis Christi: Pilatus jubet ignorans: i, scriba, tripicis Digere versuculis, quae sit suffixa potestas, h. e. triplici lingua scriptis.

[TRIPICĀ, ae, f. Pelag. Vet. 6. §. 19. Petroselinum Macedonici sem., dauci — l., myrrhae I, spicae nardi —, costi —, tracanti, tripistae —, acori — l., piperis —, croci —, guttae ammoniacae —, cassiae — l. etc. Haec eadem exscripsit Veg. Vet. 3, 68. in. Petroselinum Macedonici unciam unam semis, dauci unam, myrrhae, spicae nardi, costi, tragacanti singulas uncias, acori, piperis, sacchari ana unciam unam, guttae ammoniacae uncias duas, cassiae unciam unam, etc. Ex horum locorum comparatione patet, tripistae esse vocem nihili, et positam perperam fuisse pro singulas, alias vero discrepantias lector per se facile viderit, et qua ratione componendas cognoverit. F.]

TRIPLARIS, e, adj. Triplaris numerus est, cum de duobus numeris minor ter in majore numeratur, ut sunt tria ad unum, quindecim ad quinque, viginti septem ad novem. Haec Macr. Somn. Scip. 2, 1. med., qui hac voce utitur etiam Sat. 1, 6. et al. P. [Item triplaris, vel triplicarius in militia, aut in decuriis servorum vel libertorum dicebatur, qui triplicem annonam beneficii loco accipiebant; ut duplaris vel duplicarius, qui duplicem; et sesquiplaris vel sesquiplarius, qui sescuplam. Inscr. ap. Mur. 844, 6. Q. Pomponio Vero Eq. III. Pl. Aurel. A. F. (h. e. equiti triplari Aureliani Augusti fecit) Abucius Pius Nat. Vind. Com. S. B. M. (h. e. natione Vindelici commilitoni suo bene merenti.) Alia ap. eund. 690, 2. Ti. Claudio Aug. L. Felici immuni triplicario benemerenti ex consensu decuriae universae, etc. F.]

TRIPLARIUS, a, um, adj. τριπλάσιος, triplaris. Capell. 9. p. 322. Atque est in triplasia ratione, ut quatuor ad duodecim.

TRIPLEX, icis, adj. omn. gen. τριπλοῦς, tribus rebus constans. Cic. Tusc. 1, 10. Plato triplicem finxit animam: cujus principatum, id est rationem, in capite posuit; iram in pectore; cupiditatem subter praecordia locavit. Id. Acad. 1, 5. Philosophandi ratio triplex: una de vita et moribus: altera de natura et rebus occultis: tertia de disserendo. Ov. Met. 9, 184. nec me pastoris Iberi (Geryonae) Forma triplex, nec forma triplex tua, Cerbere, movit. Virg. A. 10, 202. gens triplex, h. e. tres populi, vel unus populus in tres tribus divisus, ut ait Serv. Ov. Met. 12, 594. triplex cuspis, h. e. tridens Neptuni. Id. Her. 12, 79. triplex Diana, h. e. quae eadem in coelo est Luna, Diana in terris, Hecate apud Inferos. Id. Met. 12, 40. triplex mundus, h. e. coelum, terra, mare. Sic ib. 5, 368. de Plutone: Cui triplicis cessit fortuna novissima regni. Id. ib. 3, 33. triplici stant ordine dentes. Hor. Od.

1, 3, 9. et Virg. A. 10, 784. aes triplex, h. e. tribus laminis constans, vel crassissimum. Ov. Fast. 3, 801. et Virg. A. 6, 549. triplex murus. P. Triplices, tres. Ov. Met. 8, 453. et 481. triplices sorores, et triplices Deae, h. e. Parcae. Sic Ib. 76. Quaeque ratum triplici pollice netis opus. Id. Met. 4, 425. triplices Minyeides, h. e. tres sorores Minyae filiae. Prop. 3, 15, 24. triplices greges, h. e. tres coetus bacchantum, quorum duces tres erant feminae, ut est ap. Ov. Met. 3, 713. P. Triplices, codicilli, pugillares trium tabellarum, ad scribendum, ut duplices duarum. Mart. 7, 72. et 10, 87. Nec vani triplices, brevesque mappae. Id. 14, 6. Tunc triplices nostros non vilia dona putabis, Cum se venturam scribet amica tibi. Cic. Att. 13, 8. Nihil erat, quod ad te scriberem: modo enim discesse- ras, et paulo post triplices remiseras. P. Triplex, triplum. Liv. 45, 40. et 43. Pediti in singulos dati centeni, duplex centurioni, triplex equiti. Scrib. Comp. 218. Emplastrum recipit singulorum pondi libram, olei veteris triplex adjicitur. P. Triplex dicitur etiam qui ter aliquid perficit. V. QUADRU- PLEX. P. Triplex, magnus, multus. Hoc sensu triplici fluctu (τριπλοῦς) dixit Sall. fragm. ap. Serv. ad illud A. 1, 120. ast illam ter fluctus ibidem Tor- quet agens circum. [Hinc etiam trifur, trifurcifer, triphallus etc. dicitur. P. In ablat. sing. triplice pro triplici scripsit Prud. Apoth. 383. Fronte crucis, titulus sit triplex triplice lingua. Adde Venant. Carm. 7, 4, 12. F.]

TRIPLICABILIS, e, adj. qui triplicari potest. Pro triplici usurpat Sedul. 1, 281. de Ss. Trinitate: Semper ut una manens Deitatis forma perennis Quod simplex, triplicet, quodque est triplicabile, simplet. TRIPLICARIUS, ii. V. TRIPLARIS.

TRIPLICATIO, onis, f. actus triplicandi. Macr. Somn. Scip. 1, 20. med. Secundum triplicationem cum septimae partis adjectione. V. QUADRUPLI- CATIO. Firm. Math. 2, 26. f. Nulla vel duplica- tione. Adde Capell. 7. p. 246. et al. P. Ap. Jctos triplicatio est secunda actoris defensionis contra rei dup- licationem opposita, seu triplicatio est id, quod tertio loco post actionem refertur, atque in judi- cium obijcitur. Cajus Dig. 27, 10, 7. et Justin. Instit. 4, 14. §. 2.

TRIPLICATUS, a, um, part. a triplico: triplex effectus. Plin. 7, 48, 49. Cornici novem nostras tribuit aetates Hesiodus, quadruplum ejus cervis, id triplicatum corvis. [Sidon. ep. 2, 2. med. Oscines corvi voce triplicata puniceam surgentis aurorae facem consulantes. F.]

TRIPLICES. V. TRIPLEX. [TRIPLICITER, adv. τριπλοῦς, trifariam, tribus modis. Auct. ad Her. 4, 42. Commutabimus triplici- ter: verbis, pronuntiando, traducendo. Capell. 3. p. 54. L. vero littera tripliciter sonat. F.]

TRIPLICO, as, a. 1. τριπλοῦς, tribus vicibus multiplico. Macr. Somn. Scip. 1, 20. med. Triplicabis septem, et faciunt viginti unum. Manil. 3, 573. triplicabit Aquarius annos. Gell. 1, 20. Idem ipse numerus triplicatur. V. TRIPPLICABILIS.

TRIPLINTHIUS. V. DIPLINTHIUS.

TRIPLUS, a, um, adj. idem ac triplex. Cic. Univ. 7. med. Deinde tertiam, quae esset secundae sesquialtera, primae tripla.

[TRIPODATIO, onis, f. actus tripodandi, tri- podum, tripodium. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. n. 41. a. lin. 38. Post tripodationem deinde signo da- to publici introierunt, et libellos acceperunt. F.]

TRIPODES. V. TRIPUS.

TRIPODIUS, a, um, adj. ita appellatur pes tri- syllabus prima brevi, duabus reliquis longis, qui et bacchius, et pariambus dicitur. Diomed. 3, 475.

[TRIPÓDO, as, avi, atum, n. l. salto, pedibus terram pulso, idem ac tripodio. Sunt qui verbum utrumque a ter et pedes derivant ex illo Hor. Od. 3, 18, 15. Gaudet invisam pepulisse fossor Ter pede terram; et Ov. A. Am. 1, 111. Dumque, rudem praebente modum tibicine Tusco, Ludius aequatam ter pede pulsat humum. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. n. 41. a. lin. 31. Ibi sacerdotes clusi, succincti, lib- bellis acceptis, carmen descendentes (V. DISCIN- DO.) tripodaverunt in verba haec: Enos Lases ju- vate, enos Lases juvate. Putant nonnulli, hoc ver- bum ex tripod, odis, deductum, et ex iis motibus, quos Pythia ex mensa tripodae responsa ferens patie- batur, sive ex iis choreis, quae circa tripodem du- cebantur, sacros illos sacerdotum saltus significa- tos fuisse; nisi forte a pes, pedis, derivare hanc vocem magis placeat, quod nempe sacerdotes ita metricis modis terram pulsarent, ut tribus pedibus saltare viderentur. Solemnis hujus cantus atque saltatus prima veluti vestigia ap. Liv. 1, 20. Sal- lios item duodecim Marti Gradivo legit Numa, ac per urbem ire canentes carmina cum tripodibus, so- lemnique saltatu jussit. Porro, quemadmodum sal- tare fabulam, Cycloperem, Oedipodem, saltare carmi- na significat haec omnia solo gestu agere, et spec- tatoribus intelligenda exhibere (V. SALTO.); ita carmen tripodare in verba haec significat carmen cum saltatu pronuntiare; verbumque tripodare ad ea refertur, quae activa dicuntur. Veg. Mil. 2, 23. Saltus quoque et ictus facere pariter assuescant (ju-

niores milites), insurgere tripodantes in clypeum, rursusque subsidere, nunc gestiendo provolare cum saltu, nunc cedentes in terga resilire. Alii pro tripodantes rectius legunt *trepidantes*. P. Etiam de equis usurpatur, qui etiam *trepidarii* dicuntur. *Pelag. Vet. 11. med.* Hoc autem vitium a labore contrahitur, si aut in duro, aut inter lapides equus fortiter tripodaverit, aut burdo majorem sarcinam tulerit, aut mula diu juncta laboraverit. *F.*

[TRIPODUM, i, n. idem ac tripodatio, et de equis usurpatur. *Pelag. Vet. 17. med.* Post hanc curam cooperimus (equum) sagis, et in sole calido sedentes exercemus tripodo usque ad sudorem. *Sar-chianus* interpres Italus vertit: *sotto la sferza del sole al galoppo*. Inde ita sumpsit *Veg. Vet. 3, 47. med.* Post curam operitur (equus) sagis, et in sole calido exercetur a sessore trepidans, dum sudet. *F.*

TRIPOLITANUS, a, um, adj. ad Tripolim pertinens. [Plures fuerunt hoc nomine urbes. Inter praecipuas est Tripolis Africae, maritima cum portu, apud Syrtim minorem. *Eutr. 8, 18.* Oriundus ex Africa, Tripolitana provincia, oppido Lepti. Hinc *Tripolitani, orum*, absolute, ejus urbis incolae ap. *Amian. 28, 6. med.* Quae spe Tripolitani frustrati. P. Alia est in Phoenicia, Syriae provincia, de qua *Plin. 5, 20, 17.* Hinc *Tripoliticus, a, um.* V. v. sq. P. Alia in Thessalia, cujus *Liv. 42, 55.* meminit. *Id. 36, 10.* Depopulatus est agrum Tripolitani. P. Item alia in Lydia, cujus incolae *Tripolitani* memorat *Plin. 5, 29, 30. F.*

TRIPOLITICUS, a, um, adj. Tripolitani, ut Tripoliticum vinum. *Plin. 14, 7, 9.* circa Tripolim Syriae nascens.

TRIPOLIUM, ii, n. *τριπόλιον*, herba, cujus meminit *Plin. 26, 7, 22.* Tripolium in maritimis nascitur saxis, ubi alludit unda, neque in mari, neque in sicco, folio isatis crassiore, palmo alto, radice alba, odorata; eadem videtur quibusdam, quae *polium.* V. POLION. *F.*

TRIPONTIUM, ii, n. locus, ubi sunt tres pontes. *Not. Tir. p. 179.* Pons, tripontium, subpontium. Hinc eodem nomine, nunc *Treponti*, vocatur locus ad viam Appiam haud longe a Foro Appii. *Inscr. ap. Morcell. de stil. inscr. Lat. T. 2, p. 129.* Imp. Caesar Nerva Aug. viam a Tripontio ad Forum Appii ex glareis silice sternendam sua pecunia inchoavit. *F.*

TRIPORTENTUM, i, n. magnum portentum. *Pacuv. ap. Varr. L. L. 6, 3. med.* Deorum tripotentia.

TRIPSACA, ae, f. herba quaedam. *Theod. Prisc. de Diacta, c. 9. Bail.*

TRIPTOLEMICUS, a, um, adj. ad Triptolemum pertinens, ut Triptolemicus dens, h. e. aratum, vel sarculus ap. *Fulg. Myth. prol. 1, p. 604. Stav.* [Quo septa herbosis radicibus tellus Triptolemicum contumax abnueret dentem. *F.*

TRIPTOLEMUS, i, m. *Τριπτόλεμος*, filius Celei, regis Eleusinis, et Metanirae, qui primus in Graecia agriculturae rationem creditur invenisse. Alii dicunt fuisse Atheniensem. Cum ejus pater Cererem filiam quaerentem liberalissime hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturae, filium etiam ejus Triptolemum recens natum, per noctem igne fovit, per diem divino lacte nutrit, et eum alatis serpentibus superpositum, per totum orbem misit ad usum frumentorum hominibus indicandum. *Auct. ad Her. 4, 6.* Si Triptolemus, cum omnibus semen largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutaretur. *Ov. Trist. 3, 8, 1.* Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus, Misit in ignotam qui rude semen humum. *Adde Stat. Sil. 4, 2, 35.* P. Ipsam fabulam narrat *Ov. Fast. 4, a v. 507.* P. *Triptolemo fruges dare*, proverb. ap. *eund. Pont. 4, 2, 10.*, dare alicui id, quo maxime abundat.

TRIPTOTĀ. V. DIPTOTĀ.

TRIPUDIO, as, n. i. *χορηγία*, salto, pedibus terram pavio. [*Originationem v. in TRIPUDIUM.] *Petr. Sat. 36.* Ad symphoniam quatuor tripudiantes procurrerunt. *Sen. Tranq. 15. med.* Scipio triumphale illud et militare corpus movit ad numeros, non molliter se infringens, sed ut illi antiqui viri solebant virilem in modum tripudiare. *Venant. Carm. 8, 4, 4.* Creditur et sacro tripudiare gradu. Hic licenter prima in tripudiare producit. *Mamert. Genethl. 10.* Cuncta gaudio calere, cuncta plausibus tripudiare; et *Grat. act. ad Jul. 29.* Tripudiat crebris saltibus multitudo. P. Translate. *Cic. Sext. 41.* Sed illum tot jam in funeribus reipublicae exsultantem ac tripudiantem legum, si posset, laqueis constringeret. [*Sidon. ep. 3, 3. med.* Licet multi complexibus tuorum tripudiantes adhaerescerent. *F.*

TRIPUDIUM, ii, n. auguralis vox, qua significatur auspiciis ex pullorum pastu, cum pullis vescentibus aliqua offae particula illis ex ore in terram excidebat. *Cic. Div. 2, 34.* Sed quia cum pascentur, necesse est aliquid ex ore cadere, et terram pavire, terripavium primo, post terripodium dictum est. Hoc quidem jam tripudium dicitur. Cum igitur offa jam cecidit ex ore pulli, tum aspiciunt tripudium solistimum nuntiant. Ergo hoc auspiciis divini quicquam habere potest, quod tam

sit coactum et expressum? Quo antiquissimos augures non esse usos, argumento est, quod decretum collegii vetus habemus, Omnem avem tripudium facere posse. Haec *Cicero*. Hoc genus auspicii fuit proprium rerum gerendarum, idest imperatoris in bello: eique consules, praetores, dictatoresque paruerunt, qui foris rem gesserunt. Hujus haec fuit consuetudo: singulis magistratibus, qui imperium haberent, pullarii praesto erant: hi jussu eorum, antequam proelium inciperetur, esurientes pullos e cavea emittebant, iisque offam objiciebant, et diligenter spectabant, an pascerentur, et quomodo pascerentur, atque rei eventum ex eorum pastu con-jiciebant. Nam si, offa objecta, aliquid e pullorum pascentium ore in terram cecidisset, auspiciis prosperum habebatur, sin minus, infaustum. (*Fest. in Puls.*) Faustissimum vero erat, si integrae offae ex pullis caderent, quo significabatur universum hostium exercitum prostratum iri; infaustum, si nihil caderet; infaustissimum, si pulli non pascerentur. *Liv. 10, 40.* Tertia vigilia noctis Papirius silentio surgit, et pullarium in auspiciis mittit. Cum pulli non pascerentur, auspiciis mentiri ausus, tripudium solistimum consuli nuntiavit. Consul laetus auspiciis egregium esse, ac Deis auctoribus rem gesturos pronuntiat, signumque pugnae proponit. *Adde Suet. Tib. 2.* P. Hoc auspiciis fuit proprium eorum imperatorum, qui in consulatu, praetura, dictatura provinciam lege curiata obtinuerunt: hi non nisi addicentibus pullis rem ullam aggrediebantur: at proconsules, et propraetores, qui ex privatis provinciis, et bella plebiscito, et comitiis tribuit obtinuerant, tripudium non observabant. *Cic. Div. 2, 36.* Quam multi anni sunt, cum bella a propraetoribus, et proconsulibus administrantur, qui auspiciis non habent? itaque nec amnes transeunt auspiciis, nec tripudium auspiciantur. P. Est etiam saltatio, qua pedibus terra pulsatur, et pavitur, *χορηγία.* *Liv. 25, 17.* Armatum exercitum decucurrisse cum tripudiis Hispanorum, motibusque armorum et corporum suae cuique genti adsueta. *Id. 1, 20.* Salios ancilia ferre, ac per urbem ire canentes carmina, cum tripudiis solemnique saltatu jus-sit. *Catull. 63, 26.* Quo nos decet citatis celere tripudiis. [*Quibus probari posse videtur hujus vocabuli derivatio, quam *Doedert. 4, 36. sq.* facit a *pultare* antiqua forma verbi *pulsare*.]

TRIPUS, odis, adj. omn. gen. *τριπους*, odos, qui tres pedes habet, seu fulcra, quibus sustinetur, ut vas, sella, et hujusmodi. Vox Graeca, quae praecipue dicitur de sella, vel mensa tripede in templo Apollinis Delphici, in qua Pythia, seu Phoebas mulier sacerdos sedebat, et responsa dabat. V. PYTHIA, ae. *Cic. N. D. 3, 16. med.* Ex Jove et Ly-sithoe est is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. *Virg. A. 3, 359.* interpres Divum, qui numina Phoebi, qui tripodas, Clarii lauros, qui sidera sentis. *Sen. Med. 86.* qui tripodas movet, h. e. Apollo, qui oraculum editurus tripodem commovebat: unde *Lucan. 5, 121.* Im-motus tripodas, vastaeque silentia rupis (*Appius*) Sollicitat; et *Claud. in Ruf. praef. 1, 12.* tripodas plenior aura rotat. *Ov. A. Am. 3, 789.* Phoebaei tripodes. *Id. Fast. 3, 855.* Mittitur ad tripodas, certa qui sorte reportet, Quam sterili terrae Delphicus edat opem. P. De ipsis oraculis, cujuscumque sint. *Sen. Med. 885.* Sonuistis aè aè, tripodas agnosco meos. *Val. Fl. 1, 544.* Inde meae quercus, tripodesque, animaeque parentum Hanc pelago misere manum. *Stat. Th. 1, 509.* Salve prisca fides tripodum. P. Tripodes mensae, aut sellae erant apud Graecos dona viris fortibus dari solita. *Virg. A. 5, 110.* Munera principio ante oculos, circoque locantur In medio, sacri tripodes, viridesque coronae, Et palmae pretium victoribus, etc. Ubi *Servius*: Sic pulcri, ut sacros putares: vel quales sacrari solent, nec enim sacrilegus erat, ut sacra donaret: et sic dictum est, ut (*Aen. 3, 466.*) Dodonaeosque lebetas, h. e. quales sunt in Dodona. *Hor. Od. 4, 3.* Donarem tripodas, praemia fortium Grajorum. P. Tripodes sellas, qui pauperiorum esse solent, dixit *Sidon. ep. 4, 21. med.* pro *tripedes*. V. TRIPETIA.

[TRIPUXINUM vel Tripuxinum, i, n. collyrium ita fortasse appellatum, quia in tribus pyxidibus, seu capsulis, alia aliam invicem comprehendente, servabatur: a *τρις*, ter, et *αἴξινος*, buxeus. (V. PYXINUM et PYXIS.) *Pelag. Vet. 30. med.* Collyrium tripuxinum. Balsami — II., croci — II., myrrhae — II., salis sani (lege *Spani*) — III., lepidos — III., os (lege *ossis*) seipiae — II., feronitri (lege *afronitri*, vel *aphronitri*, et adde —), alcyonii —, mellis Attici —. Haec eadem ita paucis immutatis refert *Veg. Vet. 4, 27. med.* Pelagonius item alia collyria composuit. Opobalsami, croci, myrrhae, salis Hispani (al. *Spani*), lepidis, ossis seipiae, singulas uncias, cadmia uncias duas, afronitri unciam unam, mellis Attici libram. Vides itaque, hic *Vegetium* possuisse opobalsami pro balsami, ut legitur ap. *Pelagonium*; item lepidis pro lepidos, Latina scilicet positione pro Graeca, est enim *lepis*, idis, vel *idos*; addidisse *cadmiae uncias duas*; omis-sisse *alcyonii* —; et *mellis Attici libram* pro *mellis Attici* —, quod prius tamen praestat; nam mel At-

ticum videtur, ut *Celsi 6, 6. n. 2.* verbis utar, esse mixtura, qua temperandum est hujusmodi collyrium; tandem aliquantulum discriminis esse in quantitatibus specierum ab utroque praescriptarum. *F.*

TRIQUETRUS, a, um, adj. *τριγυρος*, tres habens angulos, triangulus. *Lucr. 4, 654.* Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est. *Caes. de Britannia, B. G. 5, 13.* Insula natura triquetra, cujus unum latus est contra Galliam, etc. *Colum. 5, 2.* Ager quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus. *Plin. 2, 25, 23.* Triquetra figura, vel quadrata. *Id. ib. 17, 15.* Martis sidus nunquam stationem facere Jovis sidere triquetra, h. e. cum distat a Jove tertia coeli parte, h. e. gradibus centum viginti: qui trinus aspectus dicitur. Hinc *triquetrum* absolute. *Id. ib. 15, 12.* Errantes tres radiorum solis contactu reguntur, et in triquetra a partibus centum viginti stationes matutinas faciunt; et *ib. 18, 16.* Luna in quadrato solis dividua est: in triquetra seminari ambitur orbe. P. *Triquetra* dicta est Sicilia a tribus promontoriis, et triangula specie, ut *Plin. ait 3, 8, 14.* V. TRINACRIA. *Quint. 1, 6. med.* significat, quaeri solere, an *triquetra* rectius dicatur, a tribus sedibus seu locis: *Idem* enim sedes est. *Hor. Sat. 2, 6, 55.* quid? militibus promissa Triquetra Praedia Caesar, an est Italia tellure daturus? *Sil. 6, 489.* Huc E-naeae cohors, Triquetris quam miserat oris Rex, Arethusa, tuus. *Adde Lucr. 1, 717.*

TRIREMIS, e, adj. *τριήρης*, tres habens remorum ordines, ut navis triremis. *Nep. Dion. 9.* Navem triremem armatis ornat, fratrique suo tradit. *Caes. B. C. 2, 6. med.* Conspicatae naves triremes duae navem Bruti, etc. *Ascon. in Verr. 2, 1, 20.* Trierarchus navi triremi praepositus. *Hirt. B. Afr. 44.* Altera navis triremis ex classe errabunda. P. Fere *triremis* absolute dicitur: eratque trina remorum serie instructa, alia super aliam disposita, quarum ima aquae, superior foris propior erat: media inter utramque. Remiges imi *Θαλαμῶν* dicti sunt: medii *Ζωγῆται*; summi *Θυαμῶνται*, ut *Graevius* adnotavit ad *Flor. 4, 11.*, et alii ad *illud Virg. A. 5, 119.* triplici pubes quam Dardana versu Impellunt: terno consurgunt ordine remi. V. dicta in DECEMREMIS. *Ascon. l. c.* Triremis ternos remorum ordines habet: ita et biremis, et quadriremis, et deinceps dicitur. *Plin. 7, 56, 57.* Triremem Thucydides (*scribit primum fecisse*) Aminoclem Corinthum. *Cic. Verr. 2, 5, 17. med.* Navem Cybeam maximam, triremis instar, pulcherrimam atque ornatissimam, etc. *Caes. B. C. 2, 23.* Appulsa ad litus trireme constrata.

TRIRODIUM. V. DIRODIUM.

TRIS, tres. V. TREIS.

TRISAECLISENEX, ecis, adj. omn. gen. qui tria saecula vixit. Epitheton est Nestoris usurpatum a *Laevio* ap. *Gell. 19, 7.*

TRISCELIUM, i, n. idem ac triquetra figura: a *τρισκελής*, tria habens crura, quod a *τρις*, et *αἰέλος*, crus. *Isid. enim Or. 20, 4. f.* Trisceles Graece, Latine tripedes. *Hyg. fab. 176.* Sicilia in triscelo posita. Hinc in Siciliae nummis plerumque videre est triplicia crura divaricata cum capite femineo in eorundem medio. *F.*

TRISCHOENUS, a, um. V. SCHOENUM f.

TRISCURRIA, orum, n. plur. res admodum scurriles, et libero homine indignae, quales fuerunt patriciorum Romanorum exercitationes in arena, et in scenis gladiatorum, et mimorum vices subeuntium: particula *tri* hoc loco auget, quemadmodum in *trifurcifer*. *Juven. 8, 190.* populi frons durior hujus, Qui sedet, et spectat triscurria patriciorum, Planipedes audit Fabios, ridere potest qui Mamercorum alapas. *Scaliger* legit *transcurria*, h. e. ex cursiones in arena. Alii *triscuria*, h. e. indignam patriciorum curam. Alii denique alia hujusmodi multa comminiscuntur.

TRISEMUS, a, um, adj. *τρισημος*, triplex. *Ca-pell. 9, p. 330.* V. DISEMUS.

[TRISEXTIUM, ii, n. mensura tum liquidorum, tum aridorum, continens triplex sextarium. *Not. Tir. p. 147.* Sextarium, bissextium, trisextium, quadrisextium. *F.*

[TRISMEGISTUS, i, m. *Ἐπιμήτης Τριμέγιστος*, *Ἐπιμήτης μέγας καὶ μέγας* (ut vocatur in *Inscr.* trilingui *Rosetti*.) Mercurii epitheton, sive Hermetis, qui quasi *ter maximus* dicitur, vel *valde maximus*: fuit nepos majoris Mercurii, quem fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum asserunt occidisse Argum, Aegyptiisque praefuisse, et leges literasque tradidisse: sed litterarum characteres animalium arborumque figuras habuisse. Hic condidit urbem, quam a se Hermopolin nominavit. Dicitur est autem Trismegistus, quod et philosophus maximus, et sacerdos, et maximus denique rex fuerit. Haec ex *Diodoro Sic.* hausit *Baileys. Lactant. 1, 6.* Ut ei (*Mercurio*) Trismegisto cognomen imponeret (*scientia multarum rerum.*) *Id. 6, 25.* Trismegistus Hermes. P. *Dialogus, Asclepius* dicitur, de Deo, hominibus et rerum universitate, cujus Latina tantum interpretatio exstat, quae a nonnullis *Appulejo* tribuitur, Trismegisti esse vulgo creditur. *F.*

TRISOMUS. V. BISOMUS.

TRISPASTOS, i, f. τροισπαστος, scil. machina, quae, ut ait Vitruvius 10, 3, in., per tres orbiculos circumvolvitur. Est autem a τρις, ter, et πᾶσι, traho. V. POLYSPASTON.

TRISPITHAMI, orum, m. plur. τρισπιθαμοί, populi ultra Indiae fines siti, qui tres spithamas longitudine non excedere dicuntur. Plinius 7, 2, 2. Supra hos in extrema parte montium Trispithami, Pygmaei que narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes. Ita legit Hard. Alii Spithamoei Pygmaei.

TRISSO, as, n. i. verbum fictum a voce hirundinis. Auct. carn. de Philom. 26. Trissat hirundo vaga. Alii leg. trinsat.

TRISTATAE, arum, m. plur. τριστάται, nomen est apud Graecos secundi gradus post regiam dignitatem (tres primi), quos nos magistratus utriusque militiae, et praefectos annonarii tituli nominamus. Ita Hieron. in Ezech. 7, 23, 23.

TRISTE, adv. Prop. 2, 16, 1. quid fies Anxia captiva tristis Andromacha? Cicero Sen. 19. Facilius in morbos incidunt adolentes, gravius aegrotant, tristius curantur, h. e. aegrius, molestius, difficilius. Id. Fam. 4, 13. Quo facilius, quibus est iracundior, respondere tristius possit, h. e. asperius.

TRISTEGA, orum, n. plur. τριστέγα, trinae aedium contignationes: a τρις, ter, et αἶγος, contignatio. Hieron. in Ezech. 12, 41, 7. Alc. Avit. 4, 245. Tristegaque hic facies, simulac coenacula, in illis. Vet. Schol. in Juven. Sat. 3, 199. Superiora tecta et tristega. Vulg. Genes. 6, 16. Et tristega facies in ea. B. A.

TRISTE V. in TERO et TERGEO.

TRISTICULUS, a, um, adj. τριστικυλλος, subtristis, aliquantum tristis. Cicero Div. 1, 46. Filio iam suam Tertium, quae tum erat admodum parva, animadvertit tristiculam. [Adde M. Aurel. ap. Front. ad Caes. (ed. A. Maio) 3, 17. F.]

TRISTIFICUS, a, um, adj. τριστικυλλος, qui tristitiam affert. Cicero Div. 1, 7. ex poeta: Tristificas certant Neptuno reddere voces. Macrobius Sat. 7, 12. med. Acetum acre tristificum. Prudentius Cath. 4, 76. tristificus tyrannus.

TRISTIMONIA, ae, f. tristitia. Hirt. B. Afr. 10. Magno metu ac tristimonia sollicitabantur. Alii leg. tristitia. Addunt quidam Lexicographi locum ex Naevio in Colage ap. Fest. Tristimoniam deturbat ex animo. V. v. sq.

TRISTIMONIUM, ii, n. tristitia. Petrus fragm. Trag. 63. Burm. Cum nos in tristimonio essemus.

TRISTIS, e, adj. λυπηρός, σκυθρωπός, moerens, moestus, contracta fronte curam animi significans. [Etym. vocis multifariam faciunt. Papias: tristis quasi tritus, quia tristis est animo contrito. Foss. a Gr. τρις, ter, vel τριπλῶς, tripliciter, vel τριζῶ, derivat. Mart. uno cognationis nomine jungit tristis, τριπλῶς et Trauer: Doederl. deinde 3, 235. sq. a trahere ducit, ita ut tristis proprie sit, qui frontem irae, ferociae causa contraxerit: non, quae solita est vocis explicatio, quem calamitas confecerit, nos: den das Unglück mürbe gemacht hat. — Discrimen inter tristis et moestus v. in h. v.] Plinius Baech. 4, 4, 18. Quid vos moestos tam, tristestue esse conspicit? Cicero Verr. 2, 4, 14. Se sane tristem et conturbatum domum revertisse. Id. Mur. 21. f. Videsne tu illum tristem, demissum? jacet, diffidit, abiecit hastas. Petrus Sat. 91. Video Gitona tristem confusumque. Plinius Cas. 2, 3, 7. Amor hominem facit ex tristi lepido et lenem. Horatius Ep. 1, 18, 89. Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosus. Plinius Cist. 1, 1, 55. Nunquam ego te tristiorum vidi esse: quid, cedo, te, obsecro, tam abhorret hilaritudo? Terentius Hec. 3, 2, 20. Quid tu igitur lacrimas? aut quid es tam tristis? Caes. B. G. 1, 32. Sequani tristes capite demisso terram intueri. P. De eo, qui tristem se simulat contrahendo vultum, licet tristis non sit. Terentius Eun. 3, 5, 47. Cape flabellum hoc, et ventulum huic facito: accipio tristis. Donatus exponit, invitatus, quasi sit ironia: ut in illo ib. 4, 1, 8. Invitat tristis: mansit. P. Tristia sunt quaecumque tristes faciunt, vel tristitiam indicant, aut portant. Plinius Most. 3, 2, 124. Vultu tristi est senex. Petrus Sat. 115. Tristissimum exegimus noctem. Seneca Q. N. 3, 27. med. Sine ullis solibus triste nubilo coelum est. Cicero ad Brut. 2, 1. Tristes de Bruto nostro litterae nuntii que afferebantur. Id. Div. 2, 15. f. Tristissima sunt extra sine capite. Id. Pis. 14. med. Ut tuum laetissimum diem cum tristissimo meo conferam. Id. Fam. 15, 7. Defensus tristibus temporibus, ornatus secundis; et Horatius A. P. 73. tristia bella. Virgilius G. 4, 252. tristi languebunt corpora morbo. Id. A. 2, 115. isque adytis haec tristia dicta reportat; et ib. 5, 840. somnia. Ovatus Trist. 4, 10, 112. fata. Juven. 2, 62. et Ovatus Met. 15, 43. sententia tristis; et Livius 5, 51. Tristissimi exsillii solatium. Horatius Sat. 1, 3, 87. cum misero tristis venere calendae. Seneca Herc. Fur. 835. Via ad Manes tristis; et 1136. iter triste laboris. Livius 42, 40. Cum medici salutis causa tristiora remedia adhibent, h. e. acerbiora, et acriorem doloris sensum inducunt. P. Et praesertim quae ad funus pertinent. Seneca Oct. 101. Tristi morte finire mala.

Tom. IV.

Virgilius A. 3, 301. dapes, et tristia dona Libabat cineri Andromache. Id. G. 4, 256. tristia funera ducunt. Mart. 1, 97. tristes lacernae, h. e. fuscae, pullae, atrae. Sic 14, 158. tristis lana. Ovatus Met. 12, 4. officium triste, h. e. exsequiarum. Virgilius A. 6, 222. ingenti subiere fetetro Triste ministerium. P. Et quae ad Inferos. Seneca Herc. Oct. 1065. tristes Erebi Dii. Virgilius A. 4, 243. tristia Tartara. Horatius Od. 2, 14, 10. et Virgilius A. 6, 438. tristisque palus inamabilis unda. Sil. 13, 571. tristis Acheron: moestum dicit Seneca Thyest. 17. P. Pro minaci. Sil. 2, 2. Tristia magnanimi portabat iussa senatus. Virgilius A. 10, 611. quid, o pulcherrime conjux, Sollicitas aegram, et tua tristia dicta timentem? Tacitus A. 4, 71. med. Tristibus dictis atrocita facta conjungere. [Cf. Boettich. lex. Tac. p. 468.] P. Pro noxio. Ovatus Met. 6, 140. tristi medicamine tactae Defluxere comae. Lucretius 5, 347. si tristior incubisset Causa, darent late cladem magnasque ruinas. P. Interdum ad saporem amarum transfertur, quo vultum contrahere solemus, et conformare ad tristitiam. Virgilius G. 1, 75. triste lupinum; et ib. 2, 126. tristes succi; et ib. 3, 448. tristis amurca. Sil. 3, 281. tristes epulae. Ovatus Pont. 3, 1, 23. tristia absinthia. Id. Trist. 4, 6, 12. tristis sapor. Plinius 16, 6, 8. glans cerro tristis. Catullus 99, 13. Ut mi ex ambrosio mutatum jam foret illud Suaviolum tristi tristius helleboro. Lucretius 4, 635. aliis quod triste et amarum est, Hoc tamen esse aliis possit praedulce videri. Ovatus A. Am. 1, 521. Nec male odorati sit tristis anhelitus oris. P. Quoniam vero tristitia in fronte hominis irae, saevitiae, minarum, gravitatis indicium est; tristis aliquando est iratus. Plinius Cas. 2, 3, 14. Eja mea Juno: non decet te esse tam tristem tuo Jovi. Tibullus 4, 4, 19. lacrimis erit aptius uti, Si quando fuerit tristior illa tibi. Propertius 1, 6, 10. illa minatur, Quae solet ingrato tristis amica viro. Adde Afran. ap. Non. 4, 455. P. Item saevus, immitis, severus, tetricus, in utramque partem. Virgilius A. 6, 315. Navita sed tristis (Charon) nunc hos, nunc accipit illos: Ast alios longe submotos arce arena. Id. A. 2, 337. tristis Erinnyes. Tibullus 3, 3, 35. tristes sorores, h. e. Parcae. Horatius Sat. 1, 5, 102. tristes Dii. Virgilius A. 3, 365. Caelaeno tristes denuntiat iras. Id. A. 2, 548. tristia facta. Plinius Pan. 41. Qui fronte gravi, et tristi supercilio utilitatibus fisci contumaciter adessent. P. In bonam partem. Cicero Or. 2, 71. med. Vultus quo severior est et tristior, hoc illa quae dicuntur, salsiora videri solent: a risu et amoenitate remotior est. Terentius Andr. 5, 2, 16. Tristis severitas inest in vultu, atque in verbis fides. Ubi Donatus: Ad laudem interdum sumitur, non ad amaritudinem, tristis. Cicero Verr. 2, 1, 10. P. Sulpicium iudex tristis et integer. Seneca Hipp. 984. Tristis virtus perversa tulit Praemia recti. Cicero Brut. 30. Rutilius in quodam tristi et severo dicendi genere versatus est. [Cf. Tac. Dial. 20. Vulgus quoque — adsevit jam exigere laetitiam et pulchritudinem orationis; nec magis perfect in iudicium tristem et impexam antiquitatem, i. e. siccitatem, omni laeto cultu carentem. Cf. quae hujus generis dicendi exempla plura laudat Ern. in lex. technol. lat. rhet. p. 407. sq.] Id. fragm. ap. Non. 4, 455. Gravitatis suae liquit illum tristem et plenum dignitatis sonum. Id. Off. 1, 30. med. Erat in Crasso multus lepos, in Scuro singularis severitas, in Laelio multa hilaritas, in Scipione ambitio major, vita tristior. Horatius Sat. 1, 10, 11. Et sermone opus est modo tristi, saepe jocosus. P. Item infelix, infaustus. Livius 8, 24. extr. Alexandri Epirensis tristis eventus. Cicero Mur. 20. Tua sors tristis, atrox. Val. Max. 5, 10, 2. extr. Dolore succumbere, ipsa clade, quae nuntiata erat, tristius duxit. P. Item aspectu horridus. Stat. Ach. 2, 408. tristes ursae. Plinius 13, 22, 40. Arbor cortice non scabro quidem, sed qui circumgelatus videri possit, tam tristis aspectu est. P. Elegans est illa metaphora ejusdem Plinius 16, 25, 40. Non omnes arbores florent: et sunt tristes quaedam, quaeque non sentiant gaudia annorum. Seneca ep. 12. Apparet has platanos negligi: nullas habent frondes: quam nodosi sunt, et retroridi ramis quam tristes et squalidi trunci! P. Triste, res tristis. Virgilius Ecl. 5, 80. Triste lupus stabulis, maturis frugibus imbres, Arboribus venti, h. e. res noxia. Horatius Sat. 1, 8, 41. Umbrae cum Sagana resonant triste et acutum. Stat. Th. 4, 19. triste salutantes. Id. Sil. 5, 1, 64. Nec frons triste rigens. P. Tristia, res tristes, aerumnae, calamitates, curae. Ovidius libros suos de exilio et aerumnis ita inscripsit. Id. Fast. 6, 463. interdum miscetur tristia laetis. Horatius Od. 1, 16, 25. nunc ego mitibus Mutare quaero tristia.

TRISTITAS, atis, f. tristitia. Pucov. ap. Non. 2, 869. Vultum alligat quae tristitas? Adde Turpil. ib. Alii leg. tristitias in recto casu: alii tristities.

TRISTITIA, ae, i. ἀστυχία, ἀστυχία, moestitia, aegritudo, cura ex malo impendente, aut praesente. Val. Max. 2, 6, n. 14. Cum tristitia et moerore in vita remanent. Sallustius Cat. 32. Ex summa laetitia atque lascivia repente omnes tristitia invasit. Cicero Or. 2, 17. f. Iudex tum ad tristitiam, tum ad laetitiam est contorquendus. Lucceus ad Cicero Fam. 5, 14. La-

erimis ac tristitiae se tradere. Hirt. B. Afr. 10. Magno metu ac tristitia sollicitari. Ovatus Met. 9, 396. tristitiam compescere. Horatius Od. 1, 7, 17. finire. Tacitus G. 27. et Ovatus Pont. 2, 1, 10. ponere. Plinius 21, 21, 91. abolere. Id. 24, 6, 15. animi resolvere. Id. 23, 1, 22. Vino tristitia et cura hebetatur. Seneca Tranq. 15. Vinum tristitiae medetur. Petrus Sat. 24. Tristitiam ad ultimam perductus. Val. Max. 1, 6, n. 12. Subita tristitia implicati militum animi. Cicero Att. 12, 40. med. Hilaritate tristitiam temporum condire, h. e. tristia tempora. P. Translate. Plinius 11, 18, 20. Apes morbos sentiunt: index eorum tristitia torpens. Cicero N. D. 2, 40. Sole recedente, quasi tristitia quaedam contrahit terram. Plinius 18, 21, 50. Sarculatio induratum hiberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis. Id. 2, 6, 4. Sol coeli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat. Id. 9, 9, 11. Delphinorum similitudinem habent tursiones: distant et tristitia aspectus, abest enim illa lascivia. P. Tristitia rei, acerbitas, asperitas. Cicero Off. 1, 12. Qui proprio nomine perduellis esset, is hostis vocaretur, lenitate verbi tristitiam rei mitigante. P. Ut tristis iratum aliquando significat, sic tristitia iram. Ovatus Her. 3, 89. Propter me mota est, propter me desinat ira: Simque ego tristitiae causa, modusque tuae. Propertius 1, 18, 9. Quid tantum merui? Quae te mihi crimina mutant? An nova tristitiae causa puella tuae? P. Item gravitatem, severitatem: et fere de illa dicitur, quae nimia est, et ab omni risu, joco, comitate abhorret, uno tenore morosa, aspera, rigida et dura: qualis dicitur fuisse in Stoicis. Suetonius Ner. 23. Taciturnitate pudoremque quorundam pro tristitia ac malignitate arguens. [Cf. Ern. ad h. l. qui trist. expl. per acerbitatem et iniquitatem in iudicando: approb. Brem.] Plinius ep. 1, 10. Nullus horror in cultu (al. vultu), nulla tristitia, multum severitatis. Id. ep. 8, 21. Severitatem comitatemque miscere, ne illa in tristitiam, haec in petulantiam excedat. Cicero Or. 2, 58. med. Tristitiam ac severitatem mitigare ac relaxare. Sil. 8, 611. Laeta viro gravitas, ac mentis amabile pondus, Et sine tristitia virtus. P. Interdum de vultu ad gravitatem composito, qui auctoritatem ac dignitatem conciliat. Cicero Proc. cons. 5. f. Ille vos tristitia vultuque decepit. Id. Am. 18. f. Tristitia autem, et in omni re severitas, habet illa quidem gravitatem: sed amicitia remissior esse debet. P. [Cf. Proprium etiam vocabulum est de affectata morum severitate. Quint. Inst. prooem. 15. sed vultum, et tristitiam, et dissentientem a ceteris habitum pessimis moribus praetendebant: ubi Spald. praeter Juc. 2, 8, 9. laud. Quint. qui 2, 1, 34. agens iterum de ostentantibus ex professo philosophiam, barbam et tristitiam jungit. Cf. Ter. locum Eun. 3, 5, 47. in tristis laud.] P. Tristitias in genitivo, ut familias, monetas, etc. Enn. ap. Calpurn. Pison. MS. referente Merula ad fragm. Enn. p. 19. et 417. Omnibus endo locis ingens apparet imago Tristitias.

TRISTITIAS. V. TRISTITAS.

TRISTITIES, ei, f. idem quod tristitia. Appul. Met. 4. Tristitie animi, languore corporis anxius; et ib. 9. Mira tristitie deformis; et ib. 10. Senili tristitie striata frons, h. e. rugis: nam in tristitia frons in rugas contrahitur. P. Ap. eund. ib. 6. in fabula Psyches Tristities et Sollicitudo ancillae Veneris sunt.

TRISTITUDO, inis, f. tristitia. Appul. Met. 3. Omnem de tuo pectore tristitudinem mitte. In Apol. Nihil tam laetum dices, quin possit ad tristitudinem intelligi. Sidon. ep. 8, 11. f. Animus tristitudine gravis.

TRISTOR, aris, depon. i. moerore afficior, tristis sum: λυπέομαι. Seneca Ira 2, 7. Concitari, tristari que ob scelera. Id. Prov. 2. med. Nunquam flere, nunquam tristari.

TRISULCUS, a, um, adj. τριγλύχιος, tricuspis, tridens, trifidus, triplex. Vox fere poetica. Trisulcum fulmen, quod feriendo tres veluti sulcos facit: vel quia ob celeritatem triplex esse videtur: vel quia triplex est vis ejus, afflare, scindere, cremare. Varr. ap. Non. 6, 2. Et pater Divum trisulcum fulmen igni fervido actutum mittat. Festus: Trisulcum fulgur fuit ab antiquis dictum, quia aut incendit, aut afflat, aut terebrat. Seneca Thyest. 1089. trisulco flammeam telo facem Per pectus hoc transmittit. Ovatus Ib. 471. Aut Jovis infesti telo feriare trisulco. Id. Met. 2, 848. cui dextra trisulcis Ignibus armata est. Adde Seneca Hipp. 189. P. Trisulca lingua serpentis, quae adeo celeriter vibratur, ut triplex videri possit: vel revera trifida, ut Plinius 11, 37, 65. affirmare videtur. Virgilius A. 2, 475. et linguis micat ore trisulcis. Appul. Met. 6. Trisulca vibramina draconum. Val. Fl. 2, 500. de monstro marino: atque ordine curva trisulco Fulmineus quatit ora fragor, h. e. instructa triplici ordine dentium, ut de serpente ait Ovatus Met. 3, 34. Sic Stat. Th. 5, 509. ter lingua vibrat, terna agmina adunci Dentis. Id. ib. 11, 532. de apro: lunataque dentibus uncis Ora sonant, quod fulmineum fragorem illustrat. P. Trisulca Sicilia, triquetra, tribus promontoriis, quasi cuspidibus instructa. Claud. Rapt. Pros. 1, 145. Nunc illam socia raptam tellure trisulcam Op-

disium, iterque illud, quod tritum in Graeciam est, vitavissim. *Sen. V. B. 1.* Tritissima quaeque via, et celeberrima maxime decipit. *Tibull. 4, 13, 9.* secretis vivere silvis, Qua nulla humano sit via trita pede. *Lucr. 1, 924.* Avia Pieridum peragro loca, nullius ante Trita solo. *Op. Pont. 2, 7, 44.* curvis Appia trita rotis. *Id. Met. 2, 167.* ruunt, tritumque relinquunt Quadrijugi spatium. *Plin. 9, 31, 51.* Cancris os Ponti evincere non valent: quamobrem regressi circumeunt: apparetque tritum iter. *Id. 8, 32, 50.* Semitae humanis vestigiis tritae. *Prop. 4, 7, 16.* Et mea nocturnis trita fenestra dolis, h. e. saepius adita, et crebro ita redituque meo paene detrita. P Translate est a multis usurpatus, translaticius, vulgatus, contritus. *Cic. Fl. 27.* Quid in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despiciat ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? *Id. Off. 1, 10. med.* Summum jus summa injuria, factum est jam tritum sermone proverbium. *Id. Brut. 81. med.* Ut eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam majores ejus ei tritam reliquissent. *Id. Acad. 2, 7. med.* Faciamus tractando usitatum hoc verbum, ac tritius. *Plin. 33, 12, 54.* Tritior mos. Ita *Hard.* Alii aliter leg. *Vitr. 2, 1. med.* Cum homines quotidie faciendo tritiores manus ad aedificandum perfecissent, h. e. exercitiores, peritiores. *Cic. Fam. 9, 16. med.* Frater tuus, quem litteratissimum fuisse judico, facile diceret, hic versus Plauti non est, hic est: quod tritas aures habere notandis generibus poetarum, et consuetudine legendi. P Turpem sensum habet ap. *Prop. 3, 9, 30.* Et famulos inter femina trita suos. De masculo usurpat *Mart. 2, 51.* et *Petr. Sat. 87.* P *Tritum, i,* absolute vocatur lomentum generis vilissimum ap. *Plin. 33, 13, 57. f.* P Item thymalli genus, quod prophetae Asclepiu diadema, Latine tritum appellatur, ut ait *Appul. Herb. 108.*

TRITUS, us, m. *επιτριτος*, actus terendi. In sexto casu sing. *Cic. N. D. 2, 9. f.* Nam et lapidum conflictu atque tritu elici ignem videmus, et recentis fossione. *Plin. 34, 12, 30.* Sory tritu pinguius nigrescens. *Id. 33, 4, 21.* Aurum tritu perpolitur. *Lact. 6, 4.* Via aspera et saxis exstantibus impedita, ut cum summo labore ac pedum tritu sit cuique gradiendum.

TRIVENEFICUS, a, um, adj. valde veneficus. *Tri* auget, ut in *trifur, triportentum.* *Pl. Aul. 1, 2, 8.* Mirum, quin tua me causa faciat Juppiter Philippum regem, aut Darium, trivenefica.

TRIVERBERO, onis, m. *Gloss. Cyrill.* Verberibus obduratus. *B. A.*

TRIVIA, ae, f. *Τριωδις*, Diana sic dicta, ut ait *Varr. L. L. 6, 2. med.*, quod in trivio fere ponitur in oppidis Graecis: vel quod Luna dicitur esse, quae in coelo tribus viis movetur, in altitudinem, et latitudinem, et longitudinem: vel quod, ut alii dicunt, tres vias percurrit, coelestem, terrestrem, infernam. Fabulantur etiam fuisse filiam Jovis et Pheraeae Aeoli filiae, a matre fuisse in trivio expositam, a pastoribus sublatam, et in trivii enutritam. *Enn. ap. Varr. l. c.* Ut tibi Titanis Trivia dederit stirpem liberum. *Virg. A. 6, 35.* Deiphobe Glauci, Phoebi Triviaeque sacerdos. *Tibull. 1, 5, 16.* Nota novem Triviae nocte silente dedi. *Op. Fast. 1, 389.* Exta canum Triviae libere. Adde *Catull., Val. El., Sen. Trag., Mart., Claud. et Tac. A. 3, 62.* P Vox est adjectiva, ut *Trivia Dea ap. Prop. 2, 23, 40.* P *Triviae lacus* est in Latio, prope Ariciam cum nemore Dianae sacro, nunc *lago di Nemi.* Meminit *Virg. A. 7, 516.* V. NEMORENSIS. De eo *Stat. Sil. 3, 1, 56.* Fumat Aricinum Triviae nemus, et face multa Conscius Hippolyti splendet lacus: conscius vocatur, quia ibi Hippolytus a Diana occultatus dicitur, ut in HIPPOLYTUS dictum est. Adde *Op. Fast. 3, v. 261.* P *Trivialis virginis* *Lucret. 1, 84.* dixit more suo.

TRIVIALIS, e, adj. *ἀγοραῖος, ἐπιτριτων*, ad trivium pertinens: atque adeo vulgaris, plebejus, vilis, communis. *Quint. 1, 4. f.* Litterarii paene ista sunt ludi, et trivialis scientiae, h. e. grammaticae, quam doceri pueros in trivii, mos fuit Graecorum. V. locum *Justini* in TRIVIUM. *Suet. Rhet. 6.* Declamabat modo splendide atque adornate, tum circumcise ac sordide, et tantummodo trivialibus verbis. *Id. Aug. 74.* Triviales ex circo ludii. *Juven. 7, 55.* Communi feriat carmen triviale moneta. *Calpurn. Ecl. 1, 28.* non hoc triviale more viator, Sed Deus ipse canit. *Nemes. Ecl. 4, 2.* calamis ac versu doctus uterque, Nec triviale sonans.

TRIVIALITER, adv. passim, per trivium. *Arnob. 7, p. 242.* Infantes parvuli trivialiter et populariter instituti.

TRIVIATIM, adv. per trivium, ut *Triviatim* discurrere, *Capell. 1, p. 2.*

TRIVICUS vel Trivicum, i, oppidum vel vicus Italiae, in Hirpinis, hodie *Trevico.* *Hor. Sat. 1, 5, 79.* Villa Trivici. *B. A.*

TRIVIR, iri, m. idem ac triumvir. *Inscr. optima* notae ap. *Morison. Inscr. Reg. p. 266.* T. Ervenus T. F. Sabinus trivir Aed. Pot. II. testamento legavit, etc. V. TRIUMVIR f. F.]

TRIVIUM, ii, n. *επιτριτων*, locus in quem tres viae conveniunt, ut *bivium*, in quem duae, *quadriivium*,

in quem quatuor. *Cic. Div. 1, 54. med.* Ut ventum est in trivium, eadem qua ceteri, fugere noluit. P Sumitur tamen saepe pro quocumque loco frequenti, quo homines convenire solent. *Id. Agr. 1, 3.* Ut in atrii auctionariis potius, quam in trivii, aut in compositis auctionentur. *Just. 21, 5.* de Dionysio tyr.: Ludimagistrum professus pueros in trivio docebat. *Virg. A. 4, 609.* Nocturnis Hecate trivii ululata per urbes. P Trivia, ut etiam quadrivia, erant rusticorum sacris attributa. Nam ibi oves caedebant, et sarta appendebant. *Tibull. 1, 1, 15.* Nam venor, seu stipem habet desertus in agris, Seu vetus in trivio florida sarta lapis. P Arripere maledictum ex trivio, h. e. verba contumeliosa ex faece plebis in trivii commorantis. *Cic. Mur. 6.* P Adjective *Dii trivii*, qui trivii praesunt. V. BIVIUS.

*TRIULATTI, orum, populi Alpini. *Plin. 3, 20. B. A.*

TRIUMPHALIS, e, adj. *θριαμβευτικός*, ad triumphum pertinens. *Plin. 22, 3, 4.* Triumphales coronae, h. e. quibus triumphantes utebantur. *Quint. 11, 1.* Habitus triumphalis. P *Vir triumphalis*, qui triumphavit, sicut *consularis*, qui consul fuit. *Suet. Aug. 25.* Solos triumphales, quamquam et socios expeditionum, et participes victoriarum suarum, nunquam donis impertiendos putavit. *Id. Cal. 3.* Oravit causas etiam triumphalis, h. e. triumphalibus ornamentis insignitus. Alii perperam leg. *triumphales*, h. e. in quibus agitur de triumpho aliquibus decernendo. *Vell. 2, 6., Quint. 11, 1. et Op. Fast. 6, 364.* Consularis ac triumphalis vir. P *Triumphalis provincia*, ex qua devicta imperator triumphum reportavit. *Cic. Pis. 19. med.* Ex ea provincia, quae fuerit ex omnibus una maxime triumphalis. P *Currus triumphalis*, quo vehebantur triumphantes. *Plin. 7, 26, 27.* Curru triumphali revectus est. P *Corona triumphalis*, qua imperator in triumpho coronabatur. Hae coronae primum ex lauro fieri solebant, postea ex purissimo auro confectae sunt, quod inde aurum coronarium appellabatur. *Plin. 22, 3, 4.* P *Porta triumphalis*, porta urbis Romae, per quam triumphi agebantur, hoc est imperatores triumphantes in Urbem deducebantur. Haec inter Flumentanam et Carmentalem fuit haud longe a Tiberi, et ad Martium campum ducebat. *Cic. Pis. 23. Suet. Aug. 100.* P *Vestes triumphales* fuere, quibus imperatores induti triumphabant, idest tunica purpurea palmata, et toga non solum purpura, sed cocco etiam auroque distincta. *Plin. 8, 48, 74.* *Inscr. ap. Mur. 2043, 1.* M. Coccejus Aug. Lib. Ambrosius praepositus vestis albae triumphalis fecit. P *Aurum triumphale* est, quod vestibus triumphalibus inseritur. *Plin. 9, 36, 60.* de purpura succo, seu colore purpureo: Diis advocatur placandis, omnemque vestem illuminat; in triumphali miscetur auro. P *Coena triumphalis*, convivium, quod imperator triumphans factis sacrificiis in Capitolio celebrabat. *Plin. 9, 55, 81.* Coenis triumphalibus Caesaris dictatoris sex millia numero muraenarum mutuo appendit. P *Triumphales imagines*, h. e. vironum triumphalium. *Hor. Ep. 8, 12.* P *Statua triumphalis*, quae habitu triumphantis facta est. *Plin. ep. 2, 7.* Heri a senatu Vestricio Spurinnae, principis auctore, triumphalis statua decreta est. P *Triumphalia ornamenta*, erant insignia, quibus triumphantes olim uti solebant; quae postea favore principum concedebantur interdum iis quoque, qui non triumphassent. *Suet. Aug. 38.* Super triginta ducibus justos triumphos, et aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curavit. P Hujusmodi ornamenta erant corona aurea, patera aurea, equi albi, toga picta, tunica palmata, sella curulis, et scipio eburneus (*Liv. 10, 7. et 30, 15.*), quae omnia interdum *triumphalia* absolute appellantur. *Tac. H. 4, 4.* Muciano triumphalia de bello civili data. *Vell. 2, 116.* Triumphalia adipisci. *Suet. Claud. 24. et Ner. 15.* Triumphalia ornamenta. P [*Triumphalis praetor* creatus primum circa ann. a Chr. n. CCCXXX. ab Imp. Constantino M., quod munus bellicae felicitatis causa institutum fuisse legitur in *Cod. Theod. 6, 4, 5. et 25.* *Inscr. ap. Oederic. Syllog. p. 131.* Alfenio Cejonio Juliano Kamenio V. C. praetori triumphali, etc. Alia ap. *Fabrett. p. 776. n. 267.* Lolliani V. C. Praet. triumphalis. Ita pro triumphalis. V. TRIUMPHUS. F.] P **Triumphale cognominatum* est Ipastargi, oppidum Hispaniae Baeticae. *Plin. 3, 1. B. A.*

TRIUMPHATOR, oris, m. *θριαμβευτής*, qui triumphat. *Appul. Apol.* Ille vir de Sabinis, deque Samnitibus triumphator. P Est unum ex appositis Jovis, ut Fulminator, Sercinator, etc. *Id. de Mundo f.* Triumphator, Propagator, Tropaeophorus. P Translate. *Minuc. Fel. Octav. 37.* Triumphator erroris.

TRIUMPHATORIUS, a, um, adj. idem quod triumphalis. *Tert. adv. Marc. 5, 10. extr.* Verbum triumphatorium, et insultatorium.

TRIUMPHATRIX, icis, f. quae triumphat. Ita est appellata honoris causa legio nona a C. Julio Caesare, ut videtur, ob victoriam in Hispania relatum adversus Cn. Pompejum juniorem, Magni filium, quae postea ab Augusto *Hispaniensis* etiam fuit cognominata, ut constat ex duabus *Inscr. ap. Mur. 813, 1. et ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 4952.*, quem-

admodum alia *fulminatrix*, alia *adjutrix*, alia *rapax*, alia *victrix* vocatae fuerunt. *Inscr. paucis* ab hinc annis in Histria reperta, nunc in *Mus. lapid. Semin. Venet.*, et a *Jo. Labusio* illustrata in *Gaz-zett. di Venez. ann. 1833. n. 56.* L. Vinusius L. F. Veter. Leg. VIII. Triumph. Septumiae P. F. Sabinae uxori, Vinusiae Tertullae F. annor. . . . F.]

TRIUMPHATUS, a, um, part. a *triumpho*: *θριαμβευθείς*, de quo triumphatum est. *Virg. G. 3, 33.* Bisque triumphatas utroque ab litore gentes. *Op. Am. 1, 15, 26.* Roma triumphati dum caput orbis erit. *Plin. 5, 5, 5.* Omnia armis Romanorum superata, et a Cornelio Balbo triumphata. *Virg. A. 6, 837.* Ille triumphata Capitolia ad alta Corintho Victor aget currum. *Op. Fast. 3, 732.* Teque triumphato viscera tosta bove, h. e. bello et praeda abacto. *Sic Id. Pont. 2, 1, 45.* Deque triumphato, quod sol incenderit, auro Aurea Romani tecta fuisse furi. P Dicitur etiam de hostibus victis, et in triumphum adductis. *Vopisc. Aurel. 33.* Zenobia cum eo (*Aureliano*) ingressa est, victa et triumphata; et 39. Tetricum triumphatum correctorem Lucaniae fecit, filio ejus in senatu manente.

[TRIUMPHIGER, ra, rum, adj. qui gerit triumphum. *Dracont. Satisf. 22.* Nominis Asdingui bella triumphigera. F.]

TRIUMPHO, as, avi, atum, a. I. *ἐπιτριμνω*, *θριαμβεύω*, triumphum ago. *Varr. L. L. 5, 7. med.* Triumphare appellatur, quod cum imperatore milites redeuntes clamitant per urbem in Capitolium eunti, io triumpho, io. Idque a *θριάμβω* Graeco Liberi Patris cognomento potest dictum esse. *Cic. Mur. 7.* Cum Murenas pater amplissime atque honestissime ex praetura triumphasset. *Liv. 5, 28.* Camillum triumphantem albi per urbem vexerant equi. *Id. 36. 39.* Proconsulem P. Cornelium triumphaturum esse censebat. *Op. Fast. 5, 52.* Illa (*Majestas*) coronatis alta triumphat equis. *Cic. Phil. 11, 8.* Africenus, qui de Numantinis triumphaverat. *Id. Pis. 23. extr.* Tu inventus es, qui consulari imperio praeditus, ex Macedonia non triumphares. *Op. Pont. 2, 8, 39.* Sic fera quamprimum pavido Germania vultu Ante triumphantes serva feratur equos, h. e. triumphalem curram trahentes. *Vell. 2, 96. extr.* Hujus victoriae compos Nero, ovans triumphavit, h. e. ovationem, non triumphum egit. P Cum accusativo. *Gell. 2, 11. f.* Triumphavit cum imperatoribus suis triumphos duos. *Aurel. Vict. Vir. illustr. 61.* Achaeos bis proelio fudit, triumphandos Mummo tradidit. *Lact. 6, 23. f.* Hic terram triumphabit, hic erit consimilis Deo. *Trebell. XXX. Tyr. 24.* Aurelianus eum (*Tetricum*), quem triumphaverat, correctorem totius Italiae fecit. Adde *Aurel. Imp. in ep. ap. Treb. ib. 30.* P Passive. *Tac. A. 12, 19. extr.* Pro Mithridate non potentiam, neque regnum precari, sed ne triumpharetur, neve poenas capite expenderet, h. e. in triumpho duceretur. P Impersonaliter. *Cic. Off. 2, 8.* Portari in triumpho Massiliam vidimus, et ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam imperatores nostri ex Transalpinis bellis triumpharunt. *Liv. 3, 63. extr.* Tum primum sine auctoritate senatus, populi jussu triumphatum est. P Translate. *Prop. 2, 7, 28.* Mirum, si de me jure triumphat amor. Adde *Op. Am. 2, 18, 18.* P Saepae est sibi placere, exsultare, gaudio efferi, velut si rem magnam adeptus sit. *Ter. Heaut. 4, 2, 5.* Triumpho, si licet me latere tecto abscedere. *Cic. Cat. 2, 2.* In quo exsultat et triumphat oratio mea. *Id. Cluent. 5. f.* Tum vero illa egregia mater palam exsultare laetitia, ac triumphare gaudio coepit, victrix filiae, non libidinis. *Id. Verr. 2, 5, 46.* Laetaris tu in omnium gemitu, et triumphas. *Caes. ad Cic. post ep. 16, 9. ad Att. Meum factum probari a te, triumpho et gaudeo.* Alii leg. *triumpho gaudio.* *Pl. Bacch. 4, 9, 48.* Ut sit mulsim, qui triumphent milites.

TRIUMPHUS, i, m. *θριαμβήσις*, genus honoris, qui haberi solitus est iis, qui imperium a populo acceptum summa cum virtute ac felicitate administrassent, nimirum ut domum redeuntes magna cum celebritate et pompa in Urbem ingrederentur: ductum a voce Graeca allata. V. TRIUMPHO. *Plin. 7, 56, 57.* ejus auctorem facit Liberum Patrem. *Sall. Jug. 34.* Incedunt per ora vestra magnifice, sacerdotia, et consulatus, pars triumphos suos ostentantes. *Id. ep. Mithrid. ad Arsac. med. et Cic. Verr. 2, 5, 26. et 30.* Aliquem per triumphum ante currum suum ducere. *Plin. 7, 43, 45.* Lucius Metellus primus elephantos duxit in triumpho. *Cic. Verr. 2, 5, 39. med.* Agere triumphum de aliquo; et *Fam. 3, 10.* ex aliqua re. *Plin. 7, 26, 27.* ducere, h. e. agere. *Vatin. ad Cic. Fam. 5, 10. med.* Agere res justissimi triumphi, h. e. ut ob eas triumphus debeatur. *Cic. Balb. 4.* Pompejus tot habet triumphos, quot orae sunt partesque terrarum. *Id. Off. 1, 22. f. et Nep. Cat. 2.* Mihi Pompejus hoc tribuit, ut diceret, frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi meo in rempubl. beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. *Id. Fin. 4, 9. med.* Cum senatus triumphum Africano decerneret. P Translate. *Id. Phil. 14, 5.* Is demum est justus triumphus ac verus, cum bene de republica meritis testimonium a consensu civitatis datur. *Id. Vat. 16.* Tribules ita te ode-

runt, ut repulsam tuam triumphum suum duxerint. *Just. 14, 4. med.* Triumphum de se ipso ducere, *h. e.* seipsum triumphandum alteri praebere. *Plin. 37, 2, 6.* Triumphus luxuriae, *h. e.* cum luxuria maxime viget. P Triumphus honorum omnium amplissimus fuit, qui suffragio, aut studio civium deferrentur. Ut autem imperium mandatum est consulibus, dictatoribus, praetoribus, et privatis hominibus, iisque item omnibus prorogatum est, sic consules, dictatores, praetores primum, deinde etiam reliqui triumpharunt. Igitur si qui de triumpho postulando cogitarent, aliquandiu ad Urbem manebant, lictores, facesque lauratos habebant, senatu in aedem Bellonae evocato, res a se gestas exponebant: denique triumphum petebant. Decreto inde a senatu triumpho, quoniam sine imperio triumphare nemo poterat, qui sine magistratu Urbem triumphi causa iniri erant, eis legem de imperio ferre necesse erat, id est ut eo die, quo Urbem inirent, cum imperio essent. P Triumphus nullo bello gesto acti exemplum habes ap. *Liv. 40, 38.* P Pompa triumphi, quamquam alia aliis temporibus pro rerum ac victoriarum conditione fuit, tamen in hoc vere fuit semper eadem, ut senatus, qui ad portam obviam prodierat, ante iret: tum spolia de hostibus capta, et praeda omnis auri atque argenti, et oppidorum captorum simulacra, et captivorum hostium duces vincti subsequerentur: tum imperator auratis quadrigis, laurea coronatus, dextra lauri ramum tenens, os minio illitus, bulla ornatus, vestibus triumphalibus indutus, id est tunica palmata, et toga picta, veheretur: currum vero legati, et tribuni militum in equis, et pedibus exercitus omnis victor laureatus cum cantu et clamore assectaretur. Erat etiam in curru ei a tergo, qui suggeret: Respice post te: hominem memento te, ut ait *Tert. Apol. 33.* Hanc vero pompam imperator per Urbem in Capitolium ducebat, ibique taurum immolabat, ac splendidum convivium apparabat. Ad vesperam positus imperii insignibus domum omnino privatus se referebat, tibi et fistulis praecineatibus. *Cic. Pis. 25.* Disseris de triumpho. Quid tandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces? quid simulacra oppidorum? quid aurum? quid argentum? quid legati et tribuni in equis? quid clamor militum? quid tota illa pompa? quid vehi per Urbem? *Liv. 34, 52.* Triumvirum triumphavit. Die primo arma, tela, signaque aerea et marmorea transtulit: secundo aurum argentumque factum, infectumque, et signatum: tertio die coronae aureae, dona civitatum, translatae CXIV., et hostiae ductae, et ante currum multi nobiles captivi obsidesque, inter quos Demetrius regis Philippi filius fuit. Ipse deinde Quinctius in Urbem est inductus, milites secuti currum frequentes, ut ex omni provincia exercitu deportato. His ducenti quinquageni aeris in pedes divisi, duplex centurioni, triplex equiti. *V. Ov. Pont. 2, 1. et Trist. 4, 2, Liv. 3, 29. et Vopisc. Aurel. 34.* P Fuit et aliud triumphi genus, quod speciali nomine *Oratio* appellabatur, de quo *V. suo loco.* P Olim triumphus scriptum fuit, teste *Cic. Or. 48. et Quint. 1, 5. med.,* et apparet in nummo gentis *Papiae ap. Morell. Numism. Fam. R. tab. 1. n. 1.,* in quo videre est caput Dei Triumphi laureatum cum tropeo. Posteriori aeo etiam triumphus, quod improbandum. **V. TRIUMPHALIS.**

[TRIUMPILINI, orum, m. plur. incolae vallis, quae nunc *Val Trompia* dicitur in agro Brixiano. *Plin. 3, 20, 24.* Euganeae gentes, quarum oppida XXXIV. enumerat Cato. Ex iis Triumphilini, venalis cum agris populus: et *mox:* Gentes Alpinae devictae, Triumphilini, Camuni, etc. *F.*]

TRIUMVIR, iri, m. unus ex magistratu trium virorum. [Contra morem Latinorum *duumviri, triumviri* a recentioribus dicuntur etiam ii, qui non re sed cogitatione tantum, i. e. propter consilii, gloriae etc. communionem quandam uno collegii nomine comprehendendi possunt. Cf. *Doederl. 4, 348.*] *Sall. Jug. 46.* Cajum Gracchum triumphum colonis deducendis ferro necaverant. *Nep. Att. 12., Vell. 2, 88. et Gell. 3, 9.* M. Antonius, qui postea III Vir R. P. C. fuit. *Varr. ap. Gell. 13, 12.* Ego triumphus vocatus a P. Porcio tribuno plebis, non ivi. P Romae triumphi multiplices fuere: Epulones, Capitales, Mensarii seu Monetales, Nocturni, Agrarii seu Coloniae deducendae, Reipubl. constituendae. De his ordine deinceps. P De genitivo plurali *V. in Triumviri Capitales.*

Triumviri Agrarii, seu Coloniae deducendae, dicti sunt, qui plebem Romanam in agros hostibus ereptos, cum eo colonias mitti placeret, deducebant. Sed modo triumphi, modo quinqueviri, modo septemviri, modo decemviri, modo viginti viri agris dandis, vel coloniae deducendae creati sunt. Pertinebat ad hujus magistratus officium, ut et agros novis colonis dividerent, et urbes designarent, et aedificare volentibus areas partirentur, et commodis regionibus urbem distinguerent, et legibus magistratibusque civitatem sisterent, et ad speciem optimi gubernaculi republicam effingerent. *Liv. 3, 1.* Triumviro agrum dando creant T. Quintium, A. Virginium, P. Furium. Adde 4, 11., 6, 21., 8, 16. et aibi.

Triumviri Capitales, erant tres viri magistratu ornati, qui carceris custodiam habebant, ut, cum animadverti oporteret, interventu eorum fieret. Creati sunt post praetorem peregrinum, eo tempore, quo centumviri litibus judicandis, quatuorviri curandarum viarum, triumviri monetales. *Pomp. Dig. 1, 2, 2.* P Sunt qui hunc magistratum eundem esse censeant, atque magistratum duumvirorum capitalium, qui a Tullo Hostilio originem habuere. Sed differebant. Nam duumviri semper binario numero creati sunt, deinde exercebant iudicium de perduellione, denique rarissime creati sunt, id est in causa P. Horatii, in iudicio M. Manlii, in iudicio C. Rabirii, ac postremo vetustate evanuerunt, ut docet *Sigonius l. 2, de ant. jure C. R. c. 18.;* at vero triumphi capitales tres semper fuere, nullum iudicium exercebant, sed tantum carceri praerant: denique perpetui erant in republica. *Cic. Or. 46.* Planque duorum virorum iudicium, aut triumvirorum capitalium, aut decemvirorum litibus judicandis dico nunquam. Sententia est, in genitivo plurali usitata dici *duumvirum, triumvirum, decemvirum,* per syncopen. *Val. Max. 5, 4. n. 7.* Sanguinis ingenui mulierem praetor apud tribunal suum, capitali crimine damnata, triumpho in carcere necandam tradidit: et *infra:* Quae tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad triumphum, a triumpho ad praetorem, a praetore ad concilium iudicium perlata, remissionem poenae mulieri impetravit. **V. TRESVIRI.**

Triumviri Coloniarum, qui fere duumviri, interdum quatuorviri, erant magistratus prope consulari aut praeturae compar, qui colonias regebant. Hi etiam triumphi, aut duumviri, aut quatuorviri iure dicundo appellabantur. *Inscr. ap. Grut. 491, 4. III. Vir in Col. Auxim. bis. Alia ap. Gud. 135, 7.* Petronius Saturninus III. Vir I. D. Adde 141, 1.

Triumviri Epulones, qui postea quinqueviri, ac ultimo septemviri, fuere sacerdotes, qui Jovi ceterisque Diis epulas instruebant. *V. EPULO. Liv. 33, 42.* Romae eo primum anno (id est DLVII.) triumphi Epulones facti, C. Licinius Lucullus, T. Romulejus, qui legem de creandis his tulerat, et L. Porcius Lecca: his triumphis item, ut pontifici, lege datum togae praetextae habendae jus.

Triumviri Locorum Publicorum Persequendorum, in provinciis erant iidem ac Romae Curatores Locorum Publicorum Judicandorum, ut habetur in *Inscr. ap. Grut. 200, 5, 6.* Illorum porro munus erat loca publica a privatis possessa rei publicae, causa cognita, restituere. *Inscr. Genevensis ap. Grut. 398, 6.* T. Julio T. F. Corn. Valeriano patrono coloniae, III. Vir. Locor. P. Persequendor., etc. Adde aliam *Viennensem ap. eund. 458, 2.*

Triumviri Mensarii, fuere tres viri magistratu praediti, qui aliquando et Quinqueviri Mensarii fuerunt: utriusque autem creati sunt ad aes alienum plebis Romanae dissolvendum, quo illa paene obruta erat improbitate feneratorum, atque ita dicti sunt, quod ad mensas sederent, et pecuniam publicam fenori darent. **V. MENSARIUS.**

Triumviri Monetales, fuere tres viri magistratu praediti, qui auri, argenti, aeris flatoribus praerant, et his notis inscribebantur, A. A. F. F. *h. e.* auro, argento, aere flando, feriundo. *Pompon. Dig. 1, 2, 2. §. 30.* Eodem tempore et Triumviri monetales (*creati sunt*) aeris, argenti, auri flatores. **V. MONETALIS.**

Triumviri Nocturni, fuere qui Urbis curam nocte gerebant. Non multo tempore post rogationem duumvirorum classis restituendae, quae facta est eo anno, quo App. Claudius Caecus censuram gessit, M. Valerio et P. Decio Coss. creati sunt, ut ab iis difficili bellorum, et civilium seditionum tempore, muri custodiaeque portarum per milites stationarios munirentur. Id etiam eorum curae junctum est, ut et nocturnas seditiones a civibus arcerent, et quies Urbis servaretur. Hujus magistratus partes in officium praefecti vigili demum traductae sunt. *Paul. Dig. 1, 15, 1., Liv. 9, 46. et Val. Max. 8, 1. n. 6. damnat.*

Triumviri Reipublicae Constituendae, fuere C. Octavius, M. Antonius, et M. Lepidus, hoc enim nomine dominationis suae consilia tegebant. *Flor. 4, 6., Suet. Aug. 27., Vell. 2, 88. et Epit. Liv. 120. cum supplemento Freinsheimii.*

*Triumviri alii memorantur a Livio pro variis reipublicae necessitatibus instituti, ut 25, 5. conquiendae juventuti per agros ad supplendos exercitus, ib. 7. sacris conquiendis, et reficiendis aedibus Fortunae, etc., a Suet. Aug. 37. senatui legendo. In quodam nummo G. Aciliae ap. Eckhel. D. N. V. T. 5. p. 119. legitur III VIR. VALETU, quod nonnulli interpretantur *Triumviri Valetudini Tuendae,* alii rectius *Triumviri Valetudo.* Etiam in municipiis et colonis aliquando pro Quatuorviris et duumviris fuerunt triumphi, ut patet ex *Inscr. ap. Donat. 76, 3. L. Manlio L. F. Pal. Severo III. Viro Bovillensium, etc. Alia ap. Morisan. Inscr. Reg. p. 266. T. Ervenus T. F. Sabinus trivir (ita pro triumpho) Aed. Pot. II. (h. e. aedilicia potestate iterum) testamento legavit municipibus Reginis Jul., etc.**

TRIUMVIRALIS, e, adj. ad triumphos pertinens. *Hor. Epod. 4, 11.* Sectus flagellis triumphalibus, *h.*

e. triumphum capitalium. Sic Tac. A. 5, 9. Triumvirale supplicium. Sen. Ben. 2, 11. Triumviralis proscriptio, h. e. III Virum R. P. C.

TRIUMVIRATUS, us, m. ἀρχὴ τῶν τριῶν, magistratus, quem tres collegae administrant. *Cic. Brut. 31.* Qui quidem in triumphatu iudicaverit contra P. Africanum avunculi sui testimonium. *Liv. 9, 46.* Tribunatu ante gesto, triumphatibusque, nocturno altero, altero coloniae deducendae. *Plin. 9, 35, 59.* Ne triumphatu suo nimis superbiat Antonius, *h. e. R. P. C.*

TRIUNCIS, e, adj. trium unciarum, τετρασημόλιος. *Gall. Imp. ap. Treb. Claud. 17.* Paragaudem triumphum unam. **V. TERUNCIVS.**

TRIXAGO, inis, f. herba eadem, ac Graeco nomine chamaedrys. *Plin. 24, 15, 80. *Veget. de re veter. 1, 17. 1, 42. (al. 2, 14.) et 3, 24. (al. 5, 23.) B. A.*

*TRIXIS, is, f. arboris genus, quam vicinum vocant a seminis similitudine. *Plin. 15, 7. B. A.*

TROAS, adis, adj. f. Τρωάς, ad Trojam pertinens, et ejus circa agrum, et regionem, et Phrygiam. *Ov. Her. 13, 94.* Qui primus Danaum Troada tangat humum; et *ib. 16, 181.* Occurrent denso tibi Troades agmine matres. *Sen. Troad. 94.* agnosco Troada turbam. P Troas, absolute mulier Trojana, aut ex Phrygia. *Virg. A. 5, 613.* in sola secretae Troades acta Amisum Anchisen flebant. *Ov. Met. 13, 566.* Troada telorum lapidumque incensere jactu Coepit, *h. e. Hecubam. Id. Her. 13, 137.* Troasin invidio, *h. e. Troadibus, datus pluralis Graecae positionis, ut heroisin ap. eund. et Dryasin ap. Prop. P Troas, regio circa Trojam, quam Plin. 5, 30, 32. describit. Nep. Paus. 3. Qui locus in agro Troade est, h. e. in agro, cui nomen Troas: duo casus continuati. P Fabula. Claud. in Eutr. 2, 404. quoties crinitus ephebus Aut rigidam Nioben, aut flentem Troada fingit. P Est etiam tragoediae nomen a Q. Tullio Cicerone scriptae. Cic. Q. Fr. 3, 6. Quatuor tragoedias XVI diebus absolvisse cum scribas, tu quidquam ab alio mutueris? et *χρῆστος* quaeras, cum Electram, et Troadem scripseris? *Male ergo innuit *Angelus Maius*, unicum locum, qui Q. Ciceronem tragicis carminis scriptorem fuisse refert, exstare in *Comment. antiq. in Cic. pro Archia poeta* a se edito. *V. p. 55. ed. Mediol. 1814.* P Fuit et Troas urbs Troadis. *Plin. 5, 30. Paul. in Pand. 15, 8. Dicta et Alexandria Troica a Liv. 35, 42. et 37, 35. et Alexandria simpliciter a Cic. Acad. 4, 4. et Antigoniam a Plin. l. c. et Troas Antigoniam Alexandr. in numo Titi ap. Golzium. P Troades, fabula Accii. Prisc. 6. p. 682. P Troades fabula, quae superest, Senecae tribuitur a Prisciano et Valerio Probo, sed idem bis Hecubam vocat. Philosophi esse, et Euripidis Troades longe vincere, iudicabat olim Heinsius. *B. A.***

[TROCHAEIDES, is, adj. omn. gen. τροχαιοδής, *h. e.* similis trochaeo, similitudinem trochaei habens. *Capell. 9. p. 335.* Alius vero est numerus, qui trochaeides nominatur, id est, qui figuram quandam speciemque trochaei habere videtur, ex elationibus geminis, et longa positione consistens. *F.]*

TROCHAEUS, i, m. τροχαιός, pedis nomen in arte metrica, idem ac choreus, duabus syllabis constans, quarum prima longa est, brevis altera: a τροχῶ, curro, quia chori, in quibus usitatus est, agilius moventur in morem currentium. *Quint. 9, 4. §. 80.* Iambo contrarium e longa et brevi, hunc choreum nos, ut alii trochaem, nominemus. *Cic. Or. 3, 47.* Nam cum sint numeri plures, iambum, et trochaem frequentem segregat ab oratore Aristoteles. *Prud. περὶ στεφ. praef. 8.* nos citos iambo Sacramus, et rotatiles trochaeos. P Hoc nomine veteres appellaverunt et tribrachyn, id est pedem ex tribus brevibus constantem, ob eandem rationem. *Quint. l. c. §. 82.* Tres breves trochaem, quem tribrachyn dici volunt, qui trochaei nomen choreo imponunt. *Cic. Or. 57.* Contraque accidere in spondeo et trochaeo, quorum alter longis constaret, alter e brevibus fieret. [*Recte hunc locum emendavit *F.*]

TROCHAEICUS, a, um, adj. trochaeis constans, ut Trochaicum metrum. *Diomed. 3, 504. et 508.* [Trochaicus versus, *Terent. de metr. p. 2437.* P Trochaicus item dicitur, qui tribrachis constat. *V. v. praec. P Quint. 9, 4. §. 140.* At ille comicus (*versus*) aequae senarius, quem trochaicum vocant pluribus choreis qui trochaei ab aliis dicuntur, pyrrhichisq; decurrit. *F.]*

TROCHILISCUS, i, m. parvus trochilus. *Lacervius* poeta ap. *Appul. Apol. Philtra* omnia undique eruant, Trochilisci, iynges, taeniae. Alii rectius leg. *trochisci. V. TROCHISCUS. [*Emendavit *h. l. F.*]*

TROCHILUS, i, m. τροχίλος, avicula quaedam, quae etiam rex avium, et regulus tum a Graecis, tum a Latinis appellatur, eoque nomine cum aquila pugnare dicitur. *Plin. 10, 74, 95.* Dissident aquilae et trochilus, si credimus, quoniam rex appellatur avium. **V. REGAVIOLUS.** P *Hard.* alium ab hoc eum esse putat, de quo *Plin. 8, 25, 37.* de crocodilo: Hunc saturum cibo piscium, et semper esculento ore, in litore somno datum, parva avis quae trochilos ibi vocatur, rex avium in Italia, in-

vitat ad handum pabuli sui gratia. P In archi-
ectura est membrum, quod et scotia dicitur. Vitr.
3, 3. med. [*Quod ad paenultimae attinet quanti-
tatem, quam pro brevi sumendam curavit Forc.,
haud abs re erit notare, syllabam illam passim cor-
ripere Aristophanem in Arr., τροχίλλων autem scriptum
reperiri ap. Herod. 2, 68. Bail.]

[*TROCHISCILUS, i, m. parvus trochiscus. Ap-
pul. Apol. 1. p. 153. Stev. Bail.]

TROCHISCUS, i, m. τροχίσκος, parvus trochus,
seu parva rota. Trochisci dicuntur compositiones
quaedam medicorum in formam rotulae, seu globuli,
quas Latini pastillos vocant. Cels. 5, 17. Graece
usurpat, Latine Coel. Aurel. Tard. 2, 7. et Veg.
Fet. 2, 9. f. V. IYNX, et TRAJECTORIUM. P
*Item piscis quidam ap. Plin. 9, 52. B. A.

TROCHLEA, ae, f. τροχός, τροχίλιον, machina
tractoria ad sublevanda et demittenda onera, conti-
nens rotulam aeneam, ligneamve (cui proprie no-
men trochlea competit), axiculum per eam rotulam
trajectum, et funem, qui circa rotulam currit. Ex-
emplum ejus in puteis habemus. Ab aliquibus rech-
amus dicitur. Vitr. 10, 2. Alligatur in summo troch-
lea, quam etiam nonnulli rechamum dicunt. In
trochleam induntur orbiculi duo, per axiculos ver-
sationes habentes, per quos orbiculum summum
trajectur ductarius funis, etc. Cato R. R. 5. f.
Trochleas Graecanicas binas, quae funibus sparteis
ducantur. Lucr. 4, 903. Multaque per trochleas,
et tympana pondere magno Commovet, atque levi
sustollit machina nisu. P Trochleis pituitam ad-
ducere, translate dicitur pro difficile et cum stre-
pitu expuere. Quint. 11, 3. med. de pronuntiatione:
Jam tussire et expuere crebro, et ab imo pul-
mone pituitam trochleis adducere, etsi non utique
vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt,
potissimum huic loco subjiciantur.

TROCHLEATIM, adv. per trochleam. Sidon. ep.
5, 17. med. Lintheum villis onustum erecto trochlea-
tim fune nutabat. [Un floccoso sciugatojo pende-
va sospeo alla carrucola. F.]

TROCHUS, i, m. τροχός, circulus, seu rota fer-
rea, quae ludi causa a pueris ferreo manubrio, quod
clavis dicebatur, impulsu mittebatur; habebat autem
circum infixos parvos anulos, qui, dum jaceretur,
finitum et sonum reddebant. Differt a turbine,
quia turbo erat ligneus, vel etiam fortasse ex alia
materia, sed non circularis, at in modum metae fa-
ctus. Trochus Graecorum inventum fuit, hinc Hor.
Od. 3, 24, 57. Graecum appellat: est autem dictus a
τροχός, curro. Prop. 3, 12, 6. Increpat et versi
clavis adunca trochi. Mart. 14, 168. Inducenda ro-
ta est: das nobis utile munus: Iste trochus pueris,
at mihi canthus erit; et ib. 169. Garrulus in laxo
cur anulus orbe vagatur? Cedat ut argutis obvia tur-
ba trochis. Adde 11, 22., Hor. A. P. 380., Ov. A.
Am. 3, 383. et Trist. 2, 486. P Trochi figuram
exhibet Hieron. Mercur. l. 3. de art. gymn. c. 8. [et
Winckelmann. Monum. ant. ined. T. 2. tab. 194. 195.
196. F.]

*TROCOMI, orum, populi Gallograeciae. Liv. 38,
16. Plin. 5, 32. B. A.

TROES. V. TROS.

TROEZENIUS, a, um, adj. Τροϊζήμιος, ad Troe-
zenem pertinens. Plin. 4, 12, 19. Troezenius ager.
Id. 14, 18, 22. Troezenium vinum. Id. 37, 7, 25.
Troezenii carbunculi. Ov. Met. 8, 566. Troezenius
heros, h. e. Lelex filius Pitthei, qui Troezenie reg-
navit. P Troezenii, orum, oppidi incolae. Mela
2, 3. med. P Est autem Troezen, enis, Τροϊζήνη,
et Troezen, es, et Troezena, ae, f. trium oppido-
rum nomen: quorum primum est in Peloponneso ad
sinum Argolicum, in quo regnavit Pittheus avus The-
sei maternus: alterum ibidem in Messenia: tertium
in Asia minore, circa Cariam, de quibus Mela l. c.
et Plin. 4, 5, 9, 5, 29, 29. et 31, 2, 8. Primum
ceteris est nobilissimum. Stat. Th. 4, 81. Theseia Troe-
zen. Ov. Met. 15, 296. prope Pittheam Troezena.

*TROGILIUS, a, um, adj. Hinc ora Trogilia ap.
Plin. 5, 29. quae promontorium est Ioniae, e regione
Sami. Straboni est η Τρωγίλιος ακρη, Ptolemaeo
Τρωγίλιον ακρον. Τρωγίλλιον appellatur in Act. Apost.
20, 15. P Hinc insulae Trogiliae, tres insulae Sa-
mo adjacentes. Plin. 5, 31. P Trogilia, orum, in-
colae Trogili. Fuit autem Trogilius, ο Τρωγίλιος,
locus in Sicilia, prope Syracusas. Liv. 25, 23. Tro-
gilliorum portus. B. A.

*TROGINI, orum, populi Galatiae. Cic. de Div.
2, 37. ubi, cum nusquam alibi Troginorum mentio
facta sit, Trocmorum conjiciebat J. Gronovius. V.
Cellar. Orb. descr. T. 2. p. 152. sq. et Davis. ad l.
B. A. [*Orell. exhibet Trogmorum.]

TROGLODYTAE, arum, m. plur. Τρωγλόδυται,
pop. Africae, in Aethiopia sub Aegypto: ita dicti a
τρογίλη, foramen, caverna, et δύνω, vel δύνω, subeo,
hoc est a specubus, in quibus habitabant. Sen. ep.
90. med. Non in defossis latent Syrticae gentes? qui-
bus propter nimios solis ardores nullum tegumen-
tum satis repellendis caloribus solidum est, nisi ipsa
arens humus. P Serpentes vivunt, venationibus
dediti, velocissimi, ab uxore et colloquio alieni.
Abundant margaritis, et myrrha. Eorum regio Tro-

glodytica dicta fuit, in ora Occ. sinus Arabici. Plin.
5, 8, 8., 7, 2, 2., 8, 8, 8.

TROGLODYTICUS, a, um, adj. Τρωγλόδυτικός,
ad Troglodytas pertinens. Plin. 12, 16, 35. Tro-
glodytica myrrha. Id. ib. 21, 46. Troglodytica bal-
lanus. P Troglodytica, et Troglodytica (subaudi
regio) Troglodytarum terra. Plin. 2, 70, 71. et
ib. 71, 76.

TROGLODYTIS, idis, f. adj. Τρωγλόδυτις, Tro-
glodytica, ut Troglodytis myrrha, Plin. 6, 29, 34.
et Scrib. Comp. 90.

TROGON. V. TRYGON.

TROGUS POMPEJUS, natione Gallus, philoso-
phus ac historicus disertissimus, floruit sub Augusto,
scripsitque quatuor et quadraginta voluminibus uni-
versi orbis, sed praecipue Graecorum historiam,
quam Justinus in epitomen redegit. Trogi vero libri
non exstant. Just. praef. et 38, 3. extr. et 43. in.
et extr.

TROJĀ, ae, f. Τροία, et Τρωία, Ilium, urbs olim
nobilissima Asiae minoris in Phrygia, apud Idam
montem, et Xanthum fluvium, tria mill. pass. ab
ora litorali. Celebris est carminibus Homeri, et
Virgilii, qui bellum Graecorum, a quibus diruta
est, cecinere. Id bellum decem duravit annos: cap-
taque est urbs vel dolo equi duratei, vel prodicione
Aeneae, vel Thymoetis viri Trojani. Ejus fatum
consistere creditum est in Palladio, cineribus La-
omedontis, et in vita Hectoris, Troili, Paridis. Virg.
A. 3, 3. omnis humo fumat Neptunia Troja. Neptu-
niam dicit, quia a Neptuno una cum Apolline ejus
muri, rogatu Laomedontis, exstructi fuisse dicuntur.
P Aliquando Troiā est trisyllaba. Sen. Troad.
824. Misit infestos Troiae ruinis Non semel arcus.
Adde 853. P Troja, seu Trojanus ludus, erat
equestris puerorum ludus apud Romanos, in Circo
agi solitus. Nomen ex eo sortitus est, quod a Tro-
janis eum accepissent Romani, ut quem Aeneas pri-
mus instituerit in Sicilia ad filii Ascanii, puerorum-
que ceterorum exercitationem. Horum puerorum sex
erant turmae, quorum totidem duces severi equitum
Romanorum dicebantur, tres nempe seniorum, tres-
que juniorum, qui et principes juventutis antiquitus
sunt appellati. Ubi vero Augustorum filii creati se-
virii sunt, soli jam ipsi principes juventutis appellari
coepti sunt: si quando bini Caesarum filii essent,
major seniorum, minor juniorum turmis, una sin-
guli cum aliis duobus senatorum ex gente patricia
filiis praefecti: si unus tantum esset, is vel seniorum,
vel juniorum turmis dux datus, ut aetas ejus
ferebat. V. plura huc pertinentia ap. Morcell. de
stil. Inscr. Lat. T. 1. p. 377. et SEVIR. Festus:
Troja et regio Priami, et lusus puerorum equestris
dicitur. Virg. A. 5, 596. Hunc morem, hos cur-
sus, atque haec certamina primus Ascanius, longam
moris cum cingeret Albam, Rettulit, et priscae do-
cuit celebrare Latinos, Quo puer ipse modo, secum
quo Troia pubes. Albani docuere suos: hinc maxi-
ma porro Accepit Roma, et patrium servavit hono-
rem. Trojaque nunc, pueri Trojanum dicitur agmen.
Suet. Aug. 43. Sed et Trojae ludum edidit frequen-
tissime, majorum minorumque puerorum delectu.
Id. Caes. 39. Trojam lusit turma duplex, majorum
minorumque puerorum. Id. Cal. 18. f. Edidit et
Circenses, interjecta Trojae decursione. Adde Claud.
21. P Troja dictus est etiam locus in agro Lau-
rente, quo primum in Italia Aeneas cum suis con-
stitit, inquit Festus, cui adde Liv. 1, 1. med., qui
paulo supra tradit, etiam locum in Venetis, in quem
primum Antenor egressus est, Trojam vocatum esse,
et pagum Trojanum.

TROIĀDES, ae, m. Τρωιάδης, Trojanus. Vet.
Poeta in Anth. Lat. T. 2. p. 315. Burm. Troiades.
Vet. puer, geminique sub aethere pisces, h. e. Si-
gnum Aquarii, Ganymedes. Alii leg. Trojanusque.
P Troiades, um, f. plur. Τρωιάδες, mulieres Tro-
janae. Pers. 1, 4. Ne mihi Polydamas et Troiades
Labeonem Praetulerint. Troiades per contemptum
vocat Romanos proceres, qui se Trojagenas credi
volebant, sed mollem et ignavam vitam vivebant.
(Simile est illud Virg. A. 9, 617. O vere Phrygiae;
neque enim Phryges.) Respicit autem ad duos Ho-
meri versus, quos recitat Cic. Att. 2, 5.

TROJĀNUS, a, um, adj. Τρωϊανός, ad Trojam
pertinens. Virg. A. 2, 4. Trojanas ut opes, et la-
mentabile regnum Eruerint Danai. Hor. Ep. 1, 2,
1. Trojanum bellum. Id. Od. 1, 28, 11. Trojana
tempora, h. e. belli Trojani. Ov. Fast. 4, 121.
Trojanus judex, h. e. Paris. Id. Am. 3, 9, 29. Tro-
jani fama laboris, h. e. Trojani belli. Lucan. 1,
598. et Claud. in Eutr. 1, 328. Minerva Trojana,
h. e. Palladium Troja Romam advectum, et in tem-
plo Vestae asservatum. Suet. Tib. 6. extr. Trojani
ludi, h. e. ludus Trojae, de quo V. in TROJA.
P Equus Trojanus, proverbiali locutione pro clan-
destinis insidiis accipitur, et latenti periculo: tractum
a fabula equi lignei, cujus fraude Graeci
Trojae potiti esse dicuntur. Cic. Mur. 37. Intus,
intus, inquam, est equus Trojanus, a quo nunquam
me consule dormientes opprimere. P Porcus
Trojanus, dicebatur aper, qui integer torrebatur,
minutioribus animalculis veluti gravidus, quemad-
modum et equus ille armatis hominibus gravidus

fuit. Macr. Sat. 2, 9. f. Similem habes ap. Petr.
fragm. Trag. 40. Burm. P Trojani, orum, Tro-
jae et Phrygiae incolae. Virg. A. 11, 421. etc.

TROICUS, a, um, adj. Τρωϊκός, Trojanus. Cic.
Brut. 10. Neque enim jam Troicis temporibus tan-
tum laudis in dicendo Ulyssi tribuisset Homerus.
Nep. Dat. 2. et Fell. 1, 5. Troicum bellum. Ov.
Pont. 2, 10, 14. Ne careant summa Troica bella
manu. Id. Ib. 418. Troica vela, h. e. classis Ae-
neae. Id. Met. 15, 730. Troica Vesta. V. VESTA.
Juven. 8, 221. Troica scribere, h. e. bellum Tro-
janum. P Troicus ephebus Avieno in Arat. 549.
est Ganymedes. V. AQUARIUS. P Troicum ignem
appellat Stat. Silv. 1, 1, 35. ignem perpetuum, qui
Romae servabatur in templo Vestae, quia ejus Deae
sacra ex Troja Aeneas in Italiam advexerat.

*TROILIUM, i, n. oppidum Etruriae. Liv. 10,
46. B. A.

TROILUS, i, m. Τρωϊλος, diminut. Trois, filius
Priami et Hecubae, mortuo Hectore fratre, ejus
virtutis heres multas de Graecis victorias reporta-
vit: ter Achilli congressus, ab eo tandem interfe-
ctus est. Ejus vita inter Trojana fata numeraba-
tur. Virg. A. 1, 478. P [Est etiam cogn. R.
Inscr. ap. Gud. 304, 10. Q. Gargilius Troilus. F.]

TROJUGĒNĀ, ae, adj. comm. gen. Τρωϊός, Tro-
janus, quasi in Troja, seu Troade genitus, ea for-
ma, qua Graecos vocamus Grajugenas, quasi ge-
nitos in Graecia. Virg. A. 8, 117. Trojugenas, et
tela vides inimica Latinis. Id. ib. 3, 359. Troju-
gena interpres Divum, qui numina Phoebi, etc.
Lucr. 1, 464. Tyndariden raptam, belioque sub-
actas Trojugenas gentes. Catull. 64, 356. Troju-
genum infesto prosternet corpora ferro. Juven. 1,
100. jubet a praecone vocari Ipsos Trojugenas, h.
e. patriciorum R. nobilissimos, qui se genus ducere
jactabant a primis illis Trojanis Romae conditori-
bus. Adde 11, 95. P Dicitur de Romanis. Liv.
in veteri carmine 25, 12. Annem Trojugena Can-
nam Romane fuge.

TROIUS, a, um, adj. Τρωϊός, trisyll. Troicus,
Trojanus. Virg. A. 1, 600. Troius Aeneas Liby-
cis ereptus ab undis; et 123. Arma virum, tabu-
laeque, et Troia gaza per undas; et 253. Troia
arma. Ov. Her. 1, 28. Troia fata canunt. Tibull.
2, 5, 40. Troia sacra.

TROMENTINA Tribus Romana, una ex rusticis
appellata est ab agro Tromento in Etruria, ubi
constituta est ann. U. C. CCCLXIX. una cum Tel-
latina, Sabatina, et Arniensi. Festus: et Liv. 6,
5. extr. Inscr. ap. Grut. 1109, 8. T. Plotius T. F.
Tromentina Rufinus. Alia ap. Gud. 64, 6. Q. Asi-
sieno Q. F. Tro. Agrippae, etc. *Cic. Att. 4, 16.
med. Sed quidam judices, in his Opimius VEIEN.
TRO. Antius, tribunus plebis appellarunt, ne in-
jussu populi judicarent. B. A.

*TRONUM, i, n. Dalmatiae oppidum. Ant. Itin.
B. A.

[TRŌPĀ, ae, f. τροπή, conversio, a τρέπω, ver-
to. Hinc Tropae chimerinae, τροπαία χιμερική, di-
citur bruma, seu solstitium hiemale, cum nempe
sol ex circulo Tropico Capricorni ad illum Cancri
converit incipit, Vet. Kalend. Farnes. ap. Grut.
138. mense Decembr. Hiemis initium, sive tropae
chimerinae. F.]

TROPĀEĀTUS, a, um, adj. tropaeus ornatus.
Ammian. 23, 5. Trajanus, et Verus hinc sunt di-
gressi victores, et tropaeati. August. de partic. p.
2012. Clypeatus, et tropaeatus nomina sunt, non
participia, quia non a verbo veniunt.

TROPĀEI, orum, m. plur. τροπαίοι, venti alta-
ni, qui in terra geniti, cum mare perlarint, re-
deunt ad continentem; ita dicti από τής τροπής, h.
e. a conversione. Ibidem, cum in mare tendunt,
apogaei vocantur, quod a terra proficiscantur. Plin.
2, 43, 44. Namque et e fluminibus, et e sinubus,
et e mari videmus, etiam tranquillo, et alios, quos
vocat altanos, et terra consurgere; qui cum e mari
redeunt, tropaei vocantur; si pergant, apogaei.
P Tropaei item dicuntur in certo lusus genere, qui
alios vellicant infestantque, et, ne deprehendantur,
convertunt se. Suet. Claud. 8. Et quoties post ci-
bum obdormisceret, quod ei fere accidebat, oleam
ac palmularum ossibus incescebatur, interdum
ferula flagrove velut per ludum excitabatur a tro-
paeis. Alii rectius leg. copreis.

TROPĀEOPHORUS, i, m. τροπαιοφόρος, tropae-
um referens. Appul. de Mundo f. Juppiter Trium-
phator, Propagator, et Tropaeophorus.

TROPĀEUM, i, n. τροπαίον, monumentum a vic-
tore erectum in honorem Deorum, eo loci, ubi ho-
stes in fugam vertit: a τροπή, conversio, fuga,
a τρέπω, verito. Prima tropaea ex arboribus con-
fecta sunt, quas amputatis minoribus ramis hostium
spoliis ornabant. Deinde coepta sunt fieri ex la-
pide, et in montibus et locis altioribus locari. Et
Romae in arcubus marmoris figebantur: in num-
mis etiam insculpebantur. Hinc Cic. Inv. 2, 23.
Cum Thebani Lacedaemonios bello superavissent,
et fere mos esset Grajis, cum inter se bellum ges-
sissent, ut ii, qui vicissent, tropaeum aliquod in
finibus statuerent, victoriae modo in praesentia de-
clarandae causa, non ut in perpetuum belli memo-

ria maneret, aeneum statuerunt tropaeum. Accusantur apud Amphictyonas, h. e. quia aeneum, non ligneum, constituerant tropaeum. *Sall. fragm. ap. Serr. ad A. 11, 6.* Pompejus devictis Hispanis, tropaea in Pireneis jugis constituit. *Tac. A. 2, 22.* Caesar congeriem armorum struxit, superbo cum titulo: Debellatis inter Rhenum Albimque nationibus, exercitum Tiberii Caesaris ea monumenta Marti, et Jovi, et Augusto sacravisse; et 18. Miles struxit aggerem, et in modum tropaeorum arma, subscriptis victiarum gentium nominibus, imposuit. *Virg. l. c.* Ingentem quercum decisis undique ramis Constituit tumulo, fulgentiaque induit arma, Mezentil ducis exsuviis, tibi magne tropaeum Bellipotens: aptat rorantes sanguine cristas, Telaque trunca viri, et bis sex thoraca petum, Perfossumque locis, clypeumque ex aere sinistrae Subligat, atque ense collo suspendit eburnum; et 83. Indutosque jubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces, inimicaque nomina figi, h. e. occisorum nomina inscribi. *Flor. 3, 2. f.* Ipsi, quibus dimicaverant, locis saxaeas erexere turres, et desuper exornata armis hostilibus tropaea fixere: cum hic mos inusitatus fuerit nostris: nunquam enim populus R. hostibus domitis victoriam suam exprobravit (usque ad ea tempora). *Suet. Caes. 11.* Tropaea C. Marii de Jugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim a Sulla disjecta, restituit. *Cic. Pis. 38.* In Macedonia tropaea posuit, quae bellicae laudis victoriaeque omnes gentes insignia et monumenta esse voluerunt. *Id. Inc. 2, 23.* Tropaeum statuere. *Tac. A. 15, 18.* sistere. *Val. Fl. 4, 739.* regia tecta Bebrycis praefixa tropaeis. *Inscr.,* quae pertinet ad ann. a Ch. n. LXXXVI, ap. *Marin. Frat. Arv. p. 457.* In Capitolio post tropaea. P. Metonymice est victoria, et spolia, quae vincendo parantur. *Nep. Them. 5.* Haec est altera victoria, quae cum Marathonio positae comparari tropaeo. *Hor. Od. 2, 9, 19.* nova Cantemum Augusti tropaea Caesaris. *Ov. Her. 9, 103.* Se quoque Nympha tuis ornavit lardanis armis, Et tulit e capto nota tropaea viro; et *ib. 17, 241.* Cytherea vicit, habetque Parta per arbitrium bina tropaea tuum. *Id. R. Am. 157.* Vince Cupidinea pariter Parthasque sagittas, Et refer ad patrios bina tropaea Deos. P. Translate. *Cic. Verr. 2, 2, 47.* Utrum hoc signum cupiditatis tuae, an tropaeum necessitudinis atque hospitii, an amoris indicium esse voluisti? *Ov. Her. 21, 213.* ut miserabile corpus, Ingenii videas bina tropaea tui. *Prop. 3, 7, 34.* Maecenatis erunt vera tropaea fides. P. Multi scribunt tropaeum addita aspiratione, quae tamen in Graeca origine nulla est: quare a *Cellario* rejicitur, et a *Pierio* ad *Virg. G. 3, 32.* et *A. 11, 172.* scribitur, in melioribus libris nullam esse. Defenditur tamen a *Dausquio*, qui et a Graecis aliquando ait *τροφαίων* scribi, et alia inde affert exempla, quibus ea scriptio firmatur. Sane Latini *Riphaei*, *Bosphorum*, et *triumphum* scribunt, licet in *Ῥιφαίοις*, *Βόσπορος*, et *Θρισημῶς* nulla sit aspiratio. Rectius tamen tropaeum retinueris.

[TROPHIMA seu potius Trophema, ātis, n. τροφήμα, alimentum pueris aliquibus praebitum. *Paul. Dig. 16, 3, 26.* Habere me a vobis auri pondus plus minus decem, et discos duos, saccum signatum, ex quibus debetis mihi decem, quos apud Titium deposuistis: item quos trophimati decem: item ex ratione patris vestri decem, et quod excurrit. Alii Trophimati scribunt, ut sit dativus singularis a nomine proprio viri Trophimas, atis, quod minus probandum videtur. F.]

[TROPIMUS, i, m. et Trophimē, es, f. τροπίμος, et τροπίμη, alimentum praebens, nutriticus et nutritica. Est cogn. R. *Inscr. ap. Fabr. p. 187. n. 427.* Dis Manibus M. Tiberii Trophimi, etc. Super hac inscriptione exstat in lapide sculpta cerva puerulum lactans, quae Telephi, filii Herculis, educationem repraesentare, simulque cognomini alludere videtur. Alia ap. *Marin. Frat. Arv. p. 690.* Baebia Trophime. F.]

TROPHONIANUS, a, um, adj. a Trophonio, ut Trophoniana Chaeronis narratio, ap. *Cic. Att. 6, 2. h. e. de Trophonii antro.*

TROPHONIUS, ii, m. Τροφώνιος, insignis architectus, qui subterraneum fanum in Lebadia Boeotiae regione construxit, quod ab ipso Trophonii antrum cognominatum est. Ibi cum aliquandiu oracula reddidisset, atque tandem fame interiisset, ferunt Genium quandam antrum hoc subisse, atque ex eo oracula reddidisse. Qui hinc oracula sciscitabantur, linea tunica tantum induti, taeniis cincti et caligati in aditu specus sedere soliti sunt, atque inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placentas, quas Lemuribus, serpentibusque occurrentibus objicerent. Deinde accepto oraculo, rursus per alium hiatum in terram descendissent, nunquam postea risisse. Hinc factus est locus Graeco proverbio, ut homines tristes et tetrici in Trophonii antro vaticinari dicantur. V. *Adagia Erasmi.* Meminit hujus Trophonii *Cic. Div. 1, 34, N. D. 3, 19.* et *Tusc. 1, 47.* itemque *Plin. 34, 8, 19. n. 7.* et *31, 2, 11.* Omnium accuratissime *Paus. 9, 39.* Trophonii antrum describit. P. *Cic. N. D. 3,*

22. et *Arnob. 4, p. 135.* Mercurium secundum, Valentis et Phoronidis filium, sub terris habitantem Trophonii nomine appellari tradunt. P. Jovem Trophonium *Liv. 45, 27.* memorat, qui fuit praecipuum numen, deinde Trophonii architecti illius templi nomen increbuit.

[TROPICE, adv. τροπικῶς, per tropos. *August. 4. de Genes. ad litt. 9.* Maluit tropice loqui. F.]

TROPICUS, a, um, adj. quasi dicas conversivus: a τροπή, verito. Signa tropica sunt quatuor, Libra, Capricornus, Aries, et Cancer, ita dicta, quod Sol cum ad ea in Zodiaco pervenerit, conversionem cursus sui, et anni mutationem facit: nam cum est in signo Cancrī, quo tempore dies longissimi sunt, solstitium aestivum facit, paulatimque revertitur, descenditque usque ad Capricornum, ubi solstitium hiemale efficit, diesque brevissimos: similiter cum est in signo Arietis, noctes diebus aequales reddit, et Ver inducit; cum vero Libram ingressus est, tunc quoque dies aequat noctibus, et affert Autumnum. *Manil. 3, 614.* Sed tamen in primis memori sunt mente notanda, Partibus adversis quae surgunt condita signa, Divisumque tenent aequo discrimine coelum; Quae Tropica appellant, quod in illis quatuor anni Tempora vertuntur signis, nodosque resolvunt, Totumque emittunt converso cardine mundum, Inducuntque novas operum, rerumque figuras. Sequitur inde *Manilius* quatuor horum signorum effectus explicare. *Auson. Idyll. 16, 7.* dies quam longus erit sub sidere Cancrī, Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno. *Id. Eclog. de ratione dier. anni.* Nonaginta dies et quatuor ac medium sol Conficit, a tropico in tropicum dum permeat astrum. P. Apud astronomos Tropici sunt duo circuli in sphaera, quorum alter Zodiacum in signo Cancrī tangit, alter in signo Capricorni, quia nimirum Sol cum ea signa tetigit, revertitur, ut dictum est. *Hug. Astr. 1, 6.* Graece *Hos Plinius 2, 70, 70.* solstitialem, et brumalem vocat. P. Tropica, absolute, h. e. mutationes, conversiones. *Petr. Sat. 88.* Coepi causam desideriae praesentis excutere, cur pulcherrimae artes perissent: tum ille, pecuniae, inquit, cupiditas haec tropica instituit. P. Tropica a tropis rhetoricis. *Gell. 13, 24. f.* Ut tropica quadam figura mutationem vocabuli fecerint. *August. contra mendac. c. 10.* Tropicae locutiones.

*TROPINA, orum, locus vel oppidum in India, cis Gangem. *Plin. 6, 20. B. A.*

TROPIS, is, f. τροπίς, Graece sentinam navis significat: translate sumitur pro fundo lagenae, atque hinc pro vino rapido, quod in fundo lagenae est: hujusmodi vino utebantur veteres in balneis vel ad lavanda corpora, vel ad vomitum provocandum. *Mart. 12, 53.* Fumosae feret ipse tropin de faece lagenae.

TROPOLOGIĀ, ae, f. τροπολογία, figuratus sermo. *Hieron. in Joel. 2, 18.* Juxta tropologiam omnis anima terra est Domini.

TROPOLOGICE, adv. τροπολογικῶς, figurate. *Hieron. in Ezech. 1, 6, 2.* Videntur mihi tropologice montes esse, qui ad perfectam scientiam pervenerunt: colles, qui paulo inferiores sunt. *Id. in Sophon. 1, 8.* Tropologice aliquid exponere.

TROPOLOGICUS, a, um, adj. τροπολογικῶς, per tropos expressus. *Sidon. ep. 9, 3. med.* Tropologicus genus, et figuratum. *Hieron. adv. Joann. Jerosol. n. 7.* Tropologica interpretatione aliquid subvertere.

TROPUS, i, m. τροπός, ut plerique grammatici definiunt, inquit *Quint. 9, 1,* est dictio ab eo loco, in quo propria est, translata in eum, in quo propria non est. Ipse vero tum *ib.*, tum *8, 6.* ita definit: Tropus est verbi vel sermonis a propria significatione in aliam cum virtute mutatio. *Cic. Brut. 17. f.* Latine vocat immutationem verbi. *Quintilianus* vero l. c. dicit verbi vel sermonis, quia sunt tropi, qui uno verbo fiunt, ut metaphora: et qui pluribus, ut allegoria. Tropis utitur vel quia necesse est, ut cum proprium deest; vel quia significantius; vel quia decentius. Ubi nihil horum sit, quod transferretur, improprium erit, inquit *Quint. l. c.* P. Different tropi a figuris, quae fiunt in sententia etiam propriis verbis, et certo ordine collocatis: tropi vero etiam uno verbo, sed immutato. *Quint. 9, 1.* [*Cf. *Ern. lex. technol. lat. rhet. p. 408.*] P. Est etiam cantus, sonus. *Venant. carm. 10, 10, 54.* Reddebantque suos pendula saxa tropos; et *ib. 60.* vox erat una tropis; et *ib. 12, 4.* Mulceat atque aures fistula blanda tropis.

TROS, ois, m. Τροῦς, ὠς, rex Phrygiae, filius Erichthonii, nepos Dardani, pater Assaraci, et Ganymedis, qui postea Jovis pincerna fuit. Ab eo Troja nomen habet. *Virg. G. 3, 36, Sil. 11, 297, Ov. Fast. 4, 33.* et *Auson. Idyll. 12. de hist. v. 19.* P. Adjective est Trojanus. *Virg. A. 1, 578.* et *ib. 10, 108.* Tros, Rutulusve fuat, nullo discrimine habeo. *Id. ib. 6, 51.* cessas in vota, precesque Tros, ait, Aenea! *Id. ib. 1, 176.* Egressi optata potiuntur Troas arena; et *ib. 5, 265.* Demoleus cursu palant Troas agebat. *Ov. Her. 1, 13.* In te fingebam violentos Troas ituros. *Virg. A. 12, 137.* Laurentum, Troumque acies, urbemque Latini.

[TROSIUS, a, um, adj. vulneratus: a τροῖος, vulnus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut. 170, 3. C.* Avilius Licinius Trosius. F.]

*TROMIS, is, f. Moesiae inferioris oppidum, in Istri ripa. *Ov. Pont. 4, 9, 79. B. A.*

TROSSULI, orum, m. plur. Equites apud Romanos, qui sub Romulo *Celeres*, et postea *Flexumines* appellati fuerant: ita dicti, quod Trossulum opp. Etruriae sine peditibus expugnassent, ut ait *Fest.* Idem narrat *Plin. 33, 2, 9.* *Vet. vero Schol. ad Pers. 1, 82.* addit, fuisse illud oppidum non longe a Volscis; at *Plin. l. c.* affirmat, fuisse citra Volsinios. Cum autem *Liv. 9, 41.* narret, Decium consulē Volsinensium castella aliquot vi cepisse, argui posse videtur Trossulum captum ab equitibus eo anno, h. e. U. C. CCCCXLVI., Numio quodam duce, ut ait *Schol. l. c.* P. *Nonius 1, 240.* scripsit, Trossulos quasi torosulos dictos, hoc est bene habitos, et musculorum toris praevales. Eum induxit, ut ita scriberet, altera hujus vocis significatio, qua dici coepit de iis, qui cultu, et vitae delicatioris genere aliis antecellant. *Varr. ap. Non. l. c.* Nunc emunt Trossuli nardo nitidi vulgo Attico talento equum. *Pers. l. c.* Unde istud dedecus, in quo Trossulus exultat tibi per subsellia laevis. P. Quia autem Trossuli vox in malam partem accipi coeperat, hinc factum videtur, ut equites nominis hujus puderet, eos praesertim, qui veram nominis causam ignorarent, ut scribit *Plin. l. c. ex Junio Gracchano.* P. De jactantibus nobilitatem et divitias, Trojugenis, Troiadicibus, delicatam, mollem et ignavam vitam agentibus. *Sen. ep. 87. med.* Cato canterio vehebatur, et hippoperis quidem impositis, ut secum utilia portaret. O quam cuperem illi nunc occurrere aliquem ex his Trossulis in via divitibus, cursores et Numidas, et multum ante se pulveris agentem! *Id. ep. 76. in.* Quid ergo! idem faciam, quod Trossuli, et juvenes?

[TROTTONARIUS, a, um, adj. est epitheton militare equi, qui et trepidarius dicitur, Italice *trottante, che trotta,* succussator, qui succussat: hujusmodi equorum incessus Romanis minus probatus videtur, quippe qui sessori incommodus esset. *Veg. Vet. 1, 56. f.* Sed Parthi ipsos equos, quos vulgo trepidarios, militari verbo trottonarios (alii leg. *tottonarios*) vocant, ita edomant ad levitatem, et quaedam blandimenta vecturae, ut asturconibus similes videantur. *Id. ib. 4, 6. f.* Inter colatorios, et eos, quos trottonarios (alii leg. *tottonarios*) vulgus appellat, ambulatura eorum (*Persarum*) media est, et cum neutris sint similes, habere aliquid creduntur ab utrisque. F.]

TROUS, a, um, adj. Τρούς, Troicus, Trojanus. *Ov. Met. 12, 73.* curru instabat Achilles, Troaque Peliae sternebat cuspidis ictu Agmina. Alii leg. *totaque.*

TROXALIS, idis, f. τροχάλις. *Plin. 30, 6, 16.* Esse animal locustae simile sine pennis, quod troxalis Graece vocetur, Latinum nomen non habet, aliqui arbitrantur: nec pauci auctores, hoc esse, quod gryllus vocetur. Ita *Hard.,* alii leg. *tryxalis.*

TRUĀ, ae, f. vasis genus, de quo ita *Varr. L. 4, 25.* Trulla a similitudine truae, quae quod magna, et haec pusilla, ut trulla. Hinc Graeci τροχίλιον, nos trullam. Truae, quae a culina in lavatrinam aquam fundunt: trua, quod travolat ex ea aqua. Ab eodem est appellatum trulleum, simile enim figura, nisi quod latius concipit aquam, et quod manubrium eorum non est, nisi vinaria trulla accessit. Haec *Varro*, ad quae verba *Scaliger* adscribit, rectius Graece dici τροχίλιον, h. e. τὸ κωνητήριον τῆς χύτρας, instrumentum, quo agitantur et miscentur in olla ea, quae coquantur. *Festus in Antroare.* Truant, movent, truam quoque vocant, quo permovent coquentes exta. *Non. 1, 68.* a terendo dedit. *Titin. ib.* Cocus magnum ahenum quando fervit, paula confutat trua. *Pomp. ib.* Mulier ubi aspexit tam mirifice tutulatam truam, h. e. in summo capuli quasi tutulo quodam ornatam. Alii leg. *tutulatam*, pulcris litteris, vel notis inscriptam. [Hinc in *Mus. Borbon. T. 3. tab. 31.* videre est truam in summo capuli inscriptam: *Victor. Fec. F.*]

TRUCIDATIO, onis, f. σφαγήσιμος, actus trucidandi, caedes crudelis. [*Cf. quae dicta sunt in *trucido.*] *Cels. praef. med.* Interiora (hominis) sub gravissimis vulneribus, et ipsa trucidatione mutari: *ἀνακομή.* *Cato ap. Gell. 13, 24. med.* Succidias humanas facis, tantas trucidationes facis: decem funera facis, h. e. decem homines eodem tempore interficiendo. *Cic. Phil. 4, 5.* Nullus ei ludus videtur esse jucundior, quam cruor, quam caedes, quam ante oculos trucidatio civium. *Liv. 28, 16.* Inde non jam pugna, sed trucidatio velut pecorum fieri. [*Ein Schlachten wars, nicht eine Schlacht zu nennen.] *Plin. 17, 27, 45.* Interlucatio arboribus prodest: sed omnium annorum trucidatio inutilissima.

TRUCIDATOR, oris, m. σφαγέτης, qui trucidat. *August. C. D. 1, 1.* Hucusque cruentus saeviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidatoris furor. *Adde ep. 105. med.*

TRUCIDATUS, a, um, part. a trucidare: κατεσφαγμένος, crudeliter caesus. *Tac. A. 2, 45.* Trucidatae

legiones. Just. 4, 3. Inter aras et patrios lares trucidati.

TRUCIDO, as, avi, atum, a. I. ἀγραιῶ, ἐπαγραιῶ, crudeliter caedo, pluribus vulneribus concido. Videtur esse a trux et caedo. [Doederl. 1, 41. contractum vult ex tauricido, ut trucidio proprie sit taurum interficere; deinde hominem inermem sicut pecus caedere. Quae unice vera videtur ratio. Cf. 3, 189. sq. ubi de discrimine hujus verbi et jugulare item obtruncare disputat.] Cic. Manil. 3. Cives R. necandos trucidandosque denotavit. Liv. 29, 18. med. Tribunos militum verberatos, servilibusque omnibus suppliciiis cruciatos trucidando occidit. Sall. Cat. 61. f. Ne capti sicut pecora trucidemini. Hirt. B. Afr. 26. med. Villas exuri, pecus diripi trucidarique. Hor. A. P. 185. Ne pueros coram populo Medea trucidet. Cic. Cat. 1, 4. Trucidare aliquem ferro. Plin. 9, 6, 5. Orcae balaenas caveatas angustias trucidant, h. e. lancinant morsu. Id. 11, 11, 11. Multae (apes) singulos (fucos) aggressae trucidant. Hor. Ep. 1, 12, 21. seu pisces, seu porrum, et caepe trucidat, h. e. dentibus conficit, mandis, vesceris. Suet. Cal. 29. Trucidaturus fratrem. P. Translate. Cic. Har. resp. 1. f. Haud potest gravioribus a me verbis vulnerari, quam est a gravissimo viro P. Servilio confectus ac trucidatus. Liv. 6, 37. Trucidare plebem fenore, h. e. opprimere, et, ut ait Pl. Curc. 4, 2, 22., lacerare. Sic Liv. ib. 26. f. Fenore circumventam plebem corpus in nervum ac supplicia dare. Cic. Coel. 18. Juventus ne effundat patrimonium, ne fenore trucidetur. Lucr. 6, 145. nubes multo si forte humore recepti ignem, continuo magno clamore trucidat, h. e. violenter exstinguit.

TRUCTA, ae, m. et Tructus, i, m. piscis fluvialilis. [Gloss. Philox. Τρώωνης, tructa. Isid. Or. 12, 6. med. Varii nuncupati pisces a varietate, quos vulgus tructas vocat. Plin. Val. 5, 43. Omnem aspratrem piscem, videlicet ut sunt lupi, corvi, pisces de flumine, qui petram habent, ut tructi, squali, comede. Eucher. 18. Limacem pariter nunc sibi tructa petat. F. *Ap. Anglos appellatur trout. B. A.]

TRUCULENTE, vel Truculenter, adv. ἀπρηδός, vultu severitate praefrente terroris incutiendi gratia, atrociter, superbe, torviter. Cic. Agr. 2, 5. med. Concio tandem expectata P. Rullii, quod et princeps erat agrariae legis, et truculentius se gerebat, quam ceteri. Quint. 6, 1. Aspicere aliquem truculentissimè.

TRUCULENTIÀ, ae, f. asperitas, torvitas, superbia, severitas. Pl. Truc. 3, 2, 7. Tuam expecto truculentiam. P. Translate. Tac. A. 2, 24. Truculentia coeli praestat Germania, h. e. saevitia, inclementia.

TRUCULENTUS, a, um, adj. ἀπρηδός, qui vultu saevitiam praefert, trux, atrox, saevus, asper, terribilis: a trux, ut a macer macilentus, etc. [Cf. quae Doederl. 1, 42. sq. de hujus vocis originatone et vocabulis synonymis trux et torvus docet.] Ter. Ad. 5, 4, 10. Ille clemens, placidus, nulli laedere os, aridere omnibus: ego agrestis, saevus, tristis, parcus, truculentus, tenax. Ubi Donatus: saevus factis, tristis animo, truculentus vultu, et aliter dici potest, ut tristis sit, qui dolet; truculentus et saevus, qui terret. Pl. As. 2, 3, 21. Oculi truculentus; et Tac. H. 4, 22. Quo truculentior visu foret. Plin. 8, 4, 5. Tigris etiam feris ceteris truculentior. Cic. Sext. 8. Quam teter incedebat! quam truculentus! quam terribilis aspectus! Ov. Met. 13, 558. spectat truculenta loquentem, Falsaque jurantem, tumidaque exaestuata ira. Tac. A. 1, 25. Truculentis vocibus strepere, h. e. seditiosis, et minarum plenis. Pl. Bacch. 4, 5, 3. Truculentus est saevus senex. P. Agrestis, rusticus. Sen. Hipp. 461. Truculentus et silvester, et vitae inscius tristem juventam, Venere deserta, colis. P. Saevus, ferus, crudelis. Ov. Pont. 2, 7, 31. Nulla Getis toto gens et truculentior orbe: Sed tamen hi nostris ingruere malis. Id. Met. 13, 804. Asperior tribulis, feta truculentior ursa. (Adde Her. 11, 9.) Tac. A. 12, 50. Truculentior quam antea, tanquam adversus defectores, et in tempore rebellaturos. Auct. ad Her. 4, 8. med. Truculentissimum ac nefarium facinus. P. Truculenta pelagi, et truculentum aequor Catull. 63, 16. et 64, 179. est mare procellosum, aspectu foedum atque horrificum. P. Truculentus inscribitur ultima ex iis, quae restant, Plauti comoediis, quia inducitur quidam saevo ingenio, et voluptatum inimico.

[TRUCULO, as, n. I. verbum turdorum vocem repraesentans, quo utitur Auct. carm. de Philom. 15. Dum turdus truculat, sturnus tunc pusitat ore. Al. leg. trutilat. F.]

TRUDIS, is, f. contus, pertica, longurius praefixo ferro, quo naves impelluntur, ubi aqua brevis est, aut litus proximum: item alia: a trudo. Isid. Or. 18, 7. Trudes hastae sunt cum lunato ferro: ab eo quod trudent, et detrudent. Virg. A. 5, 208. Ferratasque sudes, et acuta cuspidem contos Expediunt. Ubi Pierius: In Mediceo, et antiquis aliquot aliis exemplaribus trudes legitur. Neque timendum syllabae, cum tam multa reperiantur, quae derivata a longis, brevia tamen ipsa sunt, ut duces a duco:

ita dicax, lucerna, sopor, fragilis, coma, etc. Hanc lectionem etiam Isid. l. c. agnoscit. Tac. A. 3, 46. Quidam trudibus, aut furcis inertem molem prosternere.

TRUDO, is, usi, usum, a. 3. ὀρέω, vi impello, propello. Foss. in Etym. a ῥέω, tero, derivat. Lucr. 6, 1031. Trudit et impellit, quasi navim velaque ventus. Id. 1, 292. venti Quamlibet in partem trudent res ante, ruuntque impetibus crebris. Id. 6, 433. pugno aliquid, aut brachii conjectu trudere. Id. 3, 1014. adverso nixantem trudere monte Saxum, quod tamen a summo jam vertice rursus Volvitur. Mart. 3, 82. Cubitisque trudit hinc et inde convivas. Tac. A. 1, 63. Cohortes fugientium agmine impulsae trudebantur in paludem, ni, etc. et ib. 2, 11. Hostes undique effusi trudent adversos, instant cedentibus; et Hor. Epod. 2, 30. Aut trudit acres hinc et hinc multa cane Apros in obstantes plagas. Virg. G. 1, 310. glaciem cum flumina trudent. Id. ib. 3, 373. Sed frustra oppositum trudent pectore montem. Id. A. 4, 405. formicae grandia trudent Obnixae frumenta foras. Claud. in Eutr. 1, 130. tandem ceu funus acerbum, Infaustamque suis truserit penatibus umbram. Adde Laud. Stil. 2, 113. P. Item edo, emitto, cum de plantis sermo est. Virg. G. 2, 31. Truditur e sicco radix oleagina ligno; et 74. se medio trudent de cortice gemmae; et 335. pampinus trudit gemmas, et frondes explicat omnes. P. De aqua. Claud. de Apono 13. quacumque cavernas Perforat, offenso truditur igne latex. P. Translate. Cic. Att. 1, 1, 16. med. Nunc est expectatio comitiorum, in qua omnibus invitatis trudit noster Magnus Auli filium. Id. Har. resp. 28. Unus est inferior gradus, aut interitus, aut servitutis, quo ne trudamur, Dii immortales nos admonent. Id. Tusc. 1, 29. extr. Socrates cum pane in manu mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in coelum videretur ascendere. Id. fragm. ap. August. contra Acad. 3, 7. Voluptatem Epicuri solis inter se pectoribus esse commune, in quorum societatem et hominem et sapientem trudi, nefas esse. Sen. ep. 41. f. In vitia alter alterum trudimus. Cato ap. Gell. 7, 3. med. Secundae res laetitia transversum trudere solent a recte consulendo atque intelligendo. Tac. H. 5, 25. Atrociori Civilis rabie semet in arma trusus, h. e. impulsus ad arma capienda. Hor. Od. 2, 18, 15. Truditur dies die; et Petr. Sat. 82. Quod hodie non est, cras erit. Sic vita truditur; et Ter. Andr. 4, 4, 40. Fallacia alia trudit. Proverb. Ital. Fun diavolo caccia l'altro.

TRULLA. V. TRULLA.

TRUENTINUS, a, um, adj. ad Truentum pertinens, quod est flumen Piceni, nunc il Tronto, cum oppido cognomine, quod nunc Civitella del Tronto appellatur: hoc in ep. I. Pompeji ad Dom. post ep. 12. l. 8. ad Att. Castrum Truentinum dicitur. Sil. 8, 433. Quique Truentinas servant cum flumine turres. P. Truentini, orum, ejus oppidi incolae, et fluminis accolae. Plin. 3, 15, 20. Forum Truentinorum. V. FORODRUENTINI.

TRULLA, ae, f. ἀνείδιον, diminutivum truae, quasi sync. a trulla, ut Varr. L. L. 4, 25. docet. Videtur idem esse ac rudicula, aut cochlear, aut concha manubriata. Cato R. R. 13. Labra olearia, conchas majores duas, et minores duas, trullas aeneas tres, amphoras olearias duas. Colum. 9, 12. Custos novum loculamentum guttis mellis respersum admoveat: tum manibus, aut etiam trulla congregatas apes recondat. Liv. 37, 11. f. Contis binis a prora prominentibus, trullis ferreis multum conceptum ignem prae se portabant, h. e. ollis concavis in modum rudiculae, aut cochlearii majoris. P. Item instrumentum, quo structores calcem inducunt parieti. Pall. 1, 15. Prima trullis frequentetur inductio, cum sicari coeperit, iterum inducatur; et ib. 13. f. Impensa pumicea cannam induemus, et trulla aequabimus. Adde Isid. Or. 19, 18. P. Item vasis potorii genus, ἄμβλλον. Cic. Verr. 2, 4, 27. med. Erat vas vinarium ex una gemma praegrandi, trulla excavata, manubrio aereo: (trulla hic est ipsius vasis pars cava.) et f. Mittit etiam trullam gemmeam rogatum. Hor. Sat. 2, 3, 143. Qui Vejentanum festis potare diebus Campana solitus trulla, h. e. fictili. Etiam ligneas trullas Cato R. R. 13. f. memorat. Mart. 9, 97. Clinicus Herodes trullam subduxerat agro: Deprensus dixit, stulte quid ergo bibis? Scaev. Dig. 34, 2, 37. Trullae, scyphi, modiolus, phialae. Plin. 37, 2, 7. T. Petronius moriturus invidia Neronis principis, ut mensam ejus exheredaret, trullam murrhinam trecentis talentis emptam fregit. In Suppos. Amph. Plautini, scena quae incipit Quis tam vasto, v. 20. In popinam devortundum est mihi: lances detegam omnes, omnesque trullas hauriam. Inscr. optumae notae ap. Morisan. Inscr. Reg. p. 266. T. Ervenus T. F. Sabinus testamento legavit municipibus Reginis Jul. trullam argenteam anaglyptam P. II. S. h. e. pondo II. semis. P. Haec satis probant, trullam esse potorium vas. Sunt, qui lasanum, scaphium significare putent, vel matellam, in illo Juven. 3, 107. Si bene ructa-

vit, si rectum minxit amicus, Si trulla inverso crepitum dedit aurea fundo. (Aurea ditioribus et delicatioribus aliquando fuisse scaphia, constat ex Mart. 1, 38.) et Plin. 34, 2, 3. Vasa Corinthia isti elegantiores modo in esculenta transferunt, modo in lucernas, aut trulleos (alii trullas) nullo munditiarum respectu. Huc pertinere ajunt et locum Mart. modo allatum. P. Ap. Ulp. Dig. 34, 2, 20. med. in ed. Torrentini habetur trylla: et ap. Scaev. ib. 37. trulla.

TRULLEUM, i, n. vasis genus, quo manus perluuntur, χέρινον. Varr. L. L. 4, 25. Trua, quod travolat ea aqua. Ab eodem est appellatum trulleum. Simile enim figura, nisi quod latius concipit aquam, et quod manubrium cavum non est. Id. ap. Non. 15, 32. Itaque ea sibi modo ponere, ac suspendere, quae utilitas postulare, trulleum, matellionem, pelvim, nasiternam. Adde Caton. R. R. 10. P. Trulleus, i, m. idem quod trulleum, legitur ab Harduino ap. Plin. l. c. in v. praec.

[TRULLIO, onis, m. dimin. trullei, vel idem ac trulleum. Plin. Val. 3, 38. Folia herbae parietariae conteres diligenter, et exprimes colabisque, et mittes in trullionem, aut acetabulum, succum, ut bulliat. Theod. Prisc. 4, 1. in. Vinum cum passo Cretico agitatum transcolas in trullionem, sed immittis simul supra memorata de mortario in ipsum trullionem. F.]

TRULLISSATIO, onis, f. κοιλίσις, tectorii inductio: item ipsum tectorium inductum. Vit. 7, 3. med. Parietes quam asperrime trullissentur, postea autem supra, trullissatione subaercente deformatione directiones arenati; et ib. 4. med. Calce ex aqua liquida dealbentur, uti trullissationem testaceam non reputant: et mox: Trullissationem inducere.

TRULLISSO, as, a. I. κοιλίσις, παροχολώ, trulla tectorium induco. Vit. 7, 3. Coronis explicatis, parietes quam asperrime trullissentur: et mox: Inferior pars testa cum calce trullissetur. Adde ib. 4. et 5, 10.

[TRUNCATIO, onis, f. ἀποκοπή, amputatio. Imp. Valent. et Valens Cod. Theod. 7, 13, 5. Si quis ad fugienda sacramenta militiae fuerit inventus truncatione digitorum damnum corporis expedissee, et ipse flammis ultricibus concremetur, et dominus ejus, qui non prohibet, gravi condemnatione feriatur. V. MURCUS. F.]

TRUNCATUS, a, um, part. a trunco: ἀποκομθεῖς, amputatus, abscissus. Just. 11, 14. f. Qui poenam captivitatibus truncata corporis parte tulerant. Tac. A. 1, 17. Quod tricena aut quadragena stipendia, senes, et plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent. Stat. Th. 4, 590. Truncatusque Pelops. V. PELOPS. Claud. in Ruf. 2, 411. truncatos alii rapuere lacertos, Amputat ille pedes, humerum quatit ille solutis Nexibus. Sil. 4, 541. frons truncata, h. e. altero oculo spoliata. P. Translate. Claud. B. G. 88. desertus ab omni Gente sua, manibusque redit truncatus, et armis, h. e. spoliatus militibus, et armis.

TRUNCO, as, avi, atum, a. I. ἀποκόπτω, truncum reddo, obtrunco, amputo, mutilo, scindo. [*Discrimen inter hoc v. et mutilo Doederl. 4, 325. hoc statuit, ut truncare ad majora, ut caput, brachia, pedes, manus; mutilare ad partes minores, ut cornua, (de quibus proprie sic dici volunt,) pertineat.] Ov. Met. 8, 647. truncat olus foliis, h. e. inutilibus foliis spoliatis. Lucan. 6, 566. truncare caput; et 584. cadavera; et Tac. H. 3, 33. Dum pecuniam sibi quisque trahunt, majore aliorum vi truncantur. Val. Fl. 6, 567. jam non per curva volentem Stagna, nec in medio truncantem marmore cervos, h. e. in mari glacie concreto sagittis conficientem. Claud. Gigantomach. 70. truncare aquas. Sidon. ep. 2, 2. med. Si caedua silva truncetur. P. Translate. Stat. Sil. 2, 3, 98. lascivia vires tenuare Thalia Dulce, vel heroos gressu truncare tenores, h. e. pedes diminuere, et pentametrum de hexametro facere, elegos scribere.

TRUNCULUS, i, m. parvus truncus. Trunculusum ap. Cels. 2, 20. et 22., et 4, 7. extr. sunt frusta extrema membrorum suillorum, et praesertim pedum, secta et parata in cibum, ἀγκυλώλια, petioli. V. TRUNCUS, i.

TRUNCUS, a, um, adj. κολοβός, cui aliquid abscissum est, mutilatus, mutilus, truncatus: v. gr. arbor ramis spoliata, corpus abscisso capite, brachio, aliove membro. Just. 2, 9. f. Non duabus manibus amissis victus, truncus ad postremum, veluti rabida fera, dentibus dimicavit. Virg. A. 6, 496. populataque tempora raptis Auribus, et truncas inhoneste vulnere nares. Mart. 2, 83. Trunci naribus auribusque vultus. Stat. Silv. 5, 3, 52. Pelops truncus, h. e. humero minor. Virg. A. 11, 9. tela trunca, h. e. fracta. Stat. Th. 2, 711. trunci enses, et fractae hastae. Val. Fl. 2, 300. trunca alnus, h. e. navis sine clavo, et armentis. Id. 6, 251. truncum lignum, h. e. hasta fracta, et sine cuspidem. Virg. A. 3, 665. trunca pinus. Stat. Th. 4, 455. trunca nemora, h. e. arbores decacuminatae. Plin. 7, 11, 10. Varie ex integris truncos gigni, ex truncis integros, h. e. aliquo membro carentes aut debiles. Liv. 41, 9. Puer trunci

corporis in agro Romano natus. *Op. Met.* 9, 1. de Acheloo in taurum verso: et *Stat. Th.* 4, 107. et *Sil.* 3, 42. trunca frons, *h. e.* cornu spoliata. *Sen. Oed.* 1021. truncum corpus, *h. e.* oculis carens. Eodem sensu *Sil.* 9, 399. trunca frons. *Gell.* 17, 9. Litterae truncae atque mutilae. [*Discrimen est inter truncus et debilis: hoc veram membri alicujus amissionem significat; debilis non nisi usum membri alicujus perditum indicat. *Doederl.* 4, 327.] P Cum genitivo. *Virg. G.* 4, 310. Animalia trunca pedum. *Sil.* 10, 311. truncus capitis. P Interdum trunca dicitur ipsa res, quae abscissa est. *Sen. Contr.* 1, 4. Ridebant adulteri truncas viri fortis manus. *Val. Fl.* 4, 181. hinc trunca rotatis Brachia rapta viris. P In pumilione membra adeo contracta sunt et brevia, ut trunca esse videantur. *Prop.* 4, 8, 41. Nanus et ipse suos breviter concretus in artus Jactabat truncas ad cava buxa manus. P Translate. *Lic.* 31, 29. *med.* Capua, urbs trunca, sine plebe, sine magistratibus. *Quint.* 11, 3. *med.* Manus vero, sine quibus trunca esset actio ac debilis, vix dici potest, quot motus habeant. *Cels. praef.* Rerum quoque naturae sibi cognitionem vindicaverunt, tanquam sine ea trunca et debilis medicina esset. *Stat. Th.* 12, 478. Geticae non plura queruntur Hospitibus tectis trunco sermone volucres; et *ib.* 5, 333. It truncum sine honore pecus, *h. e.* armentum, cui taurus vir gregis ademptus est. *Gell.* 2, 23. *f.* Versus sunt hi Caecilii trunca quaedam ex Menandro dicentis, *h. e.* fragmenta, et mutilas sententias.

TRUNCUS, i, m. *στέλεχος*, pars arboris crassior et rectior a radice ad cacumen, ex qua rami exeunt: sive ramos habeat haerentes, sive amputatis truncata sit. [**Truncus* et *stirps* in eo quidem conveniunt, quod utrumque vocabulum de firma arboris parte, oppos. ramis et foliis dicitur: at *stirps* appellatur firma arboris pars quatenus totum alit et continet, ramos et folia quasi stolones, appendices habens: *truncus* mutilatam, siccam arboris partem designat, opp. ramis, foliis, ipsoque cacumine, quatenus ornant. Ita *Doederl.* 4, 322. ubi v.] *Lucr.* 1, 352. cibus in totas (arbores) usque ab radicibus imis per truncos, ac per ramos diffunditur. *Cic. Or.* 3, 46. In arboribus non truncus, non rami, non folia sunt denique, nisi ad suam retinendam conservandamque naturam. *Virg. G.* 3, 233. arboris obnixus trunco; et *ib.* 2, 78. trunci enodes. *Hor. Sat.* 1, 8, 1. truncus ficulnus. *Op. Met.* 8, 346. acernus. *Colum. Arb.* 17. Melius truncis, quam plantis olivetum constituitur. (plantae sunt vivradices.) *Virg. A.* 11, 83. Indutosque jubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces, inimicaeque nomina figi, *h. e.* tropaea. P Per synecdochen ipsa arbor. *Val. Fl.* 8, 461. cum Chaonio radiantia trunco Vellera vexit ovans. P Sumitur et pro ramo, qui e trunco decidit. *Id.* 8, 287. Illi autem intorquent truncis frondentibus undam, *h. e.* ramis majoribus prae festinatione non spoliatis fronde, vice remorum. P Translate est corpus hominis, non consideratis brachiis, quae sunt veluti rami. *Cic. Or.* 18. Status erectus et celsus; nulla mollitia cervicium: trunco magis toto se ipse moderans, et virili laterum flexione. *Id. Rosc. Com.* 10. Nemo illum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico aestimabat. *Sic. Or. Her.* 9, 93. Inque canes totidem trunco digestus ab uno Cerberos. *Id. Am.* 3, 7, 15. Truncus iners jacui, species, et inutile pondus. P Item cadaver praeciso capite. *Virg. A.* 2, 557. jacet ingens litore truncus. *Lucr.* 3, 655. Et caput abscissum, calido viventeque trunco. Adde *Claud. III. cons. Hon.* 76. P Truncus columnae est scapus. *Vitr.* 4, 1. *med.* Trunco toto strias, uti stolarum regas, matronali more demiserunt. *Sic. Id.* 3, 3. truncos in stylobatis vocat medias eorum partes, seu media corpora exaequata, non consideratis spiris, coronis, etc. Simile est illud *Plin.* 16, 40, 76. n. 2. Quae obeliscum in Vaticano Circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem, ad sustinendum eum, adduxit. P In illo *Virg. Mor.* 56. Non illi suspensa focum carnaria juxta, Durati sale terga suis, trunciue vacabant: trunci sunt trunculi. V. TRUNCULUS. P Translate a trunco arboris. *Cic. Tusc.* 3, 34. Stirpes sunt aegritudinis quam multae, quae ipso trunco everso, omnes elidendae sunt. P Est convicium in hominem stupidum, ut *stipes, caudex.* *Cic. N. D.* 1, 30. *med.* Qui potest esse in ejusmodi trunco sapientia? *Id. Pis.* 9. Qui tanquam truncus atque stipes, si stetisset modo, posset sustinere tamen titulum consulatus.

TRUO, as, a. i. trua moveo, misceo. V. TRUA. TRUO, onis, m. avis eadem, quae onocrotalus. *Festus.* V. ONOCROTALUS. P Joculariter *Caecilii* (*ibid.*) irridens magnitudinem nasi: Pro Dii immortales! unde prorepsit truo? Dicitur enim truo supra rostrum nares habere valde prominentes.

TRUSATILIS, e, adj. qui truditur: a supino *trusum* verbi *trudo*: *Mola trusatilis* est, quae manu hominis truditur et circumagitur: unde et *manualis* dicitur, *χειρομήλης.* *Cato R. R.* 10. et 11. Molas asinarias unas, et trusatiles unas, Hispanienses unas. *Gell.* 3, 3. *f.* Cum (*Plautus*) ob quaerendum vi-

ctum, ad circumagendas molas, quae trusatiles appellatur, operam pistori locasset.

TRUSITO, as, a. i. frequent. a *truso.* *Phaedr.* 2, 7. Subito latrones ex insidiis advolant, Interque caedem ferro mulum trusitant, *h. e.* verberando et vulnerando impellunt. Alii aliter leg.

TRUSO, as, a. i. frequent. a *trudo.* *Catull. Carm.* 56, 5. Deprendi modo pupulum puellae Trusantem, *h. e.* puerum irritato conatu stuprum puellae inferre allaborantem.

TRUSUS, a, um, part. a *trudo.* *Tac. H.* 5, 25. Proceres in arma trusus. *Ammian.* 14, 10. Rufinus ad discrimen trusus est ultimum.

TRUTINA, ae, f. *τρυτήνη*, foramen, intra quod est ligula sive examen in libra, et statera, seu foramen anuli ex quo pendet scapus seu librile, seu jugum in statera: ita vero appellatur a *τρυών*, tero, quia *τρυών* τῷ βάρει τῶν ὀζῶν. *Vet. Schol. ad Persii loc. mox citand.* Trutina est foramen, intra quod est ligula, de qua examinatio fit. P Accipitur pro ipsa libra, aut statera. *Vitr.* 10, 8. Id autem ex trutinis, quae staterae dicuntur, licet considerare: cum enim ansa propius caput, unde lancula pendet, uti ad centrum est collocata, et aequipondium in alteram partem scapi, etc. *Varr. L. L.* 4, 36. Per trutinam solvi solitum, vestigium etiam nunc manet in aede Saturni, quod ea etiam nunc propter pensuram, trutinam habet positam. *Id. ap. Non.* 2, 861. Trutina argentaria. V. staterae et librae figuram in *Mus. Borbon.* T. 1. tab. 55., ibique annotata. P Translate. *Cic. Or.* 2, 38. Quae non aurificis statera, sed quadam populari trutina examinatur. *Juven.* 6, 435. Committit vates et comparat; inde Maronem. Atque alia parte in trutina suspendit Homerem. *Pers.* 1, 6. examene improbum in illa Castiges trutina. *Hor. Ep.* 2, 1, 29. Romani pensantur eadem Scriptores trutina. *Id. Sat.* 1, 3, 72. in trutina ponetur eadem. *Inscr. ap. Visc. Mus. Pio-Clem.* T. 1. p. 73. *ed. Mediol. T. T. Cocceii Gaa et Patiens* quaestores III. protectum ante porticum, trutinam, et pondera D. D. S. posuerunt.

TRUTINATUS, a, um, part. a *trutino*: examinatus. Translate. *Sidon. ep.* 7, 9. in conc. *med.* Statu satis superque trutinato personae, temporis, provinciae, civitatis. [*Sym. Laud. in Valent.* (ed. A. Maio) 2, 5. Nec urbium tuarum fata trutinata sunt. *F.*]

TRUTINOR, aris, dep. 1. pondero, examino, *σπαθμίωμα.* Translate. *Pers.* 3, 82. Exporrecto trutinantur verba labello. P *Trutino*, as, a. i. idem. *Hieron. ep.* 36. n. 14. Sint alii deserti, et inflatis buccis spumantia verba trutinent. *Paul. Petr.* 3, 137. nec livor adussit Invidiae tanti trutinantem pondera facti. *Cass. Var.* 5, 40. Diu trutinandus est, cui traduntur examina.

TRUX, truceis, adj. omn. gen. *ἀτηρής, δεινός*, qui vultu saevitiam praefert, aspectu terribilis, torvus, truculentus. Volunt esse ab *atrox* per apharesin. [*Doederl.* 1, 41. *trux* per contractionem factum docet a *taurox*, Gr. *ταυροδόν βλεπόν.* Maxime frequent. *h. verb.* Tacito. V. *Boettich. Lex. Tac.* p. 470.] *Pacuv. ap. Cic. Div.* 2, 64. de testudine: Capite brevi, cervice anguina, aspectu truci. *Cic. in Arat. Div.* 2, 42. de dracone: E trucebusque oculis duo fervida lumina flagrant. *Id. Agr.* 2, 25. Hujuscemodi me aliquid ab hoc horrido ac truce tribuno plebis expectasse. *Lucan.* 7, 291. faciesque truces, oculosque minaces. *Hor. Epod.* 5, 3. Quid iste fert tumultus? et quid omnium Vultus in unum me truces? *Claud. Laud. Stil.* 1, 229. lucosque vestusta Religione truces, *h. e.* sacrum horrorem incutientes. P Item saevus, ferox, immitis, ferus. *Tibull.* 1, 10, 76. Ferae truces. *Pl. Bacch.* 5, 2, 29. arietes. *Lucan.* 7, 128. et *Stat. Th.* 11, 574. animi. *Auct. argum. Truc. Plaut.* 5. mores. *Sen. Herc. Fur.* 936. Saevi ac truces tyranni. *Id. ib.* 735. Magna pars regni truceis est ipse dominus. *Id. Oed.* 479. Truces puellae, *h. e.* Amazones. *Id. Troad.* 832. Chiron truceis pueri magister, *h. e.* Achilles. *Id. Octav.* 400. truces fremitus tubae. *Hor. Epod.* 2, 5. Neque excitatur classico miles truci. *Sil.* 1, 67. Expavere truncem per vasta silentia vocem. *Hor. Ep.* 1, 19, 1. Ira (*genuit*) truces inimicitias, et funebre bellum. *Plin.* 22, 6, 7. Herbae aspectu hispidae, tactu truces; et *Mart.* 14, 37. Truces blattae, *h. e.* cruceles et inimicae librorum. *Plin.* 2, 36, 36. Truces venti. P Cum infinito. *Sil.* 13, 220. *trux* audere, *h. e.* ferox, et temerarius ausis, ut ait *Op. A. Am.* 2, 83. P *Agrastis*, durus, asper, et inimicus voluptatum, *Id. ib.* 477. Blanda truces animos fertur mollisse voluptas. *Prop.* 2, 25, 50. *Trux* tamen a nobis ante demandus eris. *Mart.* 11, 86. Mella dari, nucleosque jubet, dulcesque placentas, Et quidquid pueros non sinit esse truces, *h. e.* refractarios, asperos. *Quint.* 11, 1. *in.* *Trux* atque violentum dicendi genus adhibere. P *Comp. Trucior* ap. *Ammian.* 25, 1. *med.* Ut flagitabat major vis, et *Trucior.* Alii leg. *atrociior.* Praeterea *Trucior*, et *Sup. Trucissimus* agnoscuntur a *Rhemn. Palaem.* p. 1369., sed sine exemplis.

TRYBLIUM, ii, n. *τρυβλίον*, catinus, paropsis, patina. *Pl. Stich.* 5, 4, 8. Hoc convivium est pro-

opibus nostris satis commode nucibus, fabulis, ficulis, olea in tryblio, etc. Adde *Varr. L. L.* 4, 25.

TRYCHNOS, i, f. *τρυχρός*, quae et *strychnos*, herba duorum generum, quorum alterum Latine vesicaria dicitur, acinis coccineis, granosis folliculis, etc. V. *Plin.* 21, 31, 105. V. SOLANUM.

[TRYGETUS, i, m. *τρυγητός*, vindemia. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1144, 10. Calpurnius Trygetus. V. TRYX. *F.*]

TRYGINON, i, n. *τρυγών*, genus atramenti e vinaceis facti: a *τρυγός*, *υγός*, vini faeces. *Plin.* 35, 6, 25. Est autem vox adjectiva, et atramentum subauditur.

[TRYGODES, is, n. *τρυγώδες*, collyrii cujusdam nomen: a *τρυγός*, *υγός*, faex, hinc *τρυγώδης*, faeculentus. *Cels.* 6, 6. n. 8. Euelpides autem, qui aetate nostra maximus fuit oculus medicus, utebatur eo (*collyrio*), quod ipse composuerat: trygodes nominabat. Alii minus recte *trigodes* legunt. *F.*]

TRYGON, onis, m. *τρυγών*, oros, piscis marinus, alio nomine pastinaca: ita dicitur a stridore, quem edit: *τρυγών* enim, vel *τρυγών* est strido, cujus aor. P. 2. *τρυγών*, unde est *τρυγών*. *Auson. ep.* 4, 60. letalis trygon, mollesque platessae: letalis dicitur, quia letalia vulnera infligit. V. PASTINACA. [**Der Stachelroche*, Raja pastinaca, L.] P *Trygon* dicitur etiam avis quaedam solo hoc nomine nota, quae ex turturum genere fuisse videtur. Ejus memini *Plin.* 10, 16, 18. Is tradit noctuam, bubonem, picum arbores caventem, trygonem, cornicem, a cauda de ovo exire. Alii perperam leg. *picum, arbores caventem trogonem*, ita ut *trogonem* sit a *τρυγών* arrodens.

TRYLLA. V. TRULLA. [TRYPHE, es, f. *τρυφή*, luxus, mollities. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1456, 5. Cornelia Tryphe. *F.*]

[TRYPHENUS, a, um, adj. delicatus: a *τρυφάω*, in deliciis vivo. Est nomen propr. R. *Inscr. ap. Mur.* 2076, 2. Prospectus, et Tryphenus. Alia ap. *Labus. Monum. Besc.* p. 87. Valeria Q. L. Tryphena. *F.*]

[TRYPHERUS, a, um, adj. *τρυφερός*, delicatus. Est nomen propr. R. *Juven.* 11, 135. Sed nec structor erit discipulus Trypheri doctoris. *Inscr. ap. Donat.* 428, 25. Vibia Tryphera. *F.*]

[TRYPHO, onis, m. *τρυφών*, delicatus, mollis: a *τρυφάω*, delicate vivo. Est cogn. libert. R. *Cic. Fam.* 13, 60. L. Livinejus Trypho, L. Reguli libertus. *F.*] P **Medicus* quidam, de quo *Cels.* 6, 5. *extr. et praef.* 7. P Item rex Syriae. *Justin.* 36, 1. 38, 9. et 39, 1. P Ptolemaeus Tryphon propter luxum cognominatus. V. PHILOMETOR. P De Tryphone, qui Alexandri Balae filio bimulo regnum asseruisse dicitur, V. *Duker. ad Epit. Lib.* 55. B. A.

[TRYPHOSUS, a, um, adj. delicatus: a *τρυφάω*, delicate vivo. Est cogn. R. *Inscr. ap. Mur.* 1557, 13. L. Sallustius Tryphosus; et 1257, 10. Flavia Tryphosa. *F.*]

TRYX, ygis, f. *τρυξ*, mustum. *Festus*: Tryga antiqui vinum appellabant, unde trygetus (*τρυγητός*, vindemia) adhuc dicitur.

TRYXALIS. V. TROXALIS.

TU

TU, tui, tibi, te, omn. gen. *σύ, σοῦ, σοί*, *οὐ*, pronomen primitivum secundam personam designans: a *τὸ* Dorice pro *οὐ*. *Ter. Andr.* 2, 1, 10. Tu si hic sis, aliter sentias. *Phaedr.* 3, 8. *extr.* quotidie speculo vos uti volo: Tu, formam ne corumpas nequitiae malis: Tu, faciem ut istam moribus vincas bonis. *Hor. Od.* 1, 9, 15. nec dulces amores Sperne puer, neque tu choreas. *Catull.* 68, 21. Tu mea tu moriens fregisti commoda, frater. *Pl. Men.* 5, 9, 20. Tun' meo patre es prognatus? *h. e.* tune? *Ter. Ad.* 3, 2, 55. Propera tu, mea Canthara, curre. *Id. Eun.* 4, 3, 22. Tam infandum facinus, mea tu, ne audivi quidem. *Pl. Cas.* 3, 5, 18. Jam tibi istuc cerebrum desperuciam, excetra tu. *Sic. Pers.* 2, 4, 7. Nescio, inquam, ulmitribu tu. *Ter. Eun.* 4, 7, 32. Miseret tui me. *Pl. Bacch.* 3, 1, 12. Neque mei, neque tui puditum est. *Id. Ps.* 1, 1, 3. Duorum labori parsissem lubens: mei te rogandi, tui respondendi mihi. *Op. Her.* 20, 74. Copia placandae sit modo parva tui. Alii leg. *placandi*, quamvis de femina sermo sit, (ut et in illo *Pl. Truc.* 2, 4, 19.) Quando tui videndi est copia. *Sciopp. in Min. Sanct.* l. 3. c. 8. *f.* improbat eum *Heins.* illud *placandae*: at *Perizon.* probat. [*A partibus *Heinsii* stat etiam *Ruhnck.* q. v. p. 111. *ed. Fr.*] *Pl. Merc.* 1, 1, 71. Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis. *Ter. Phorm.* 4, 3, 34. Quis te istaec jussit loqui? *Id. Heaut.* 5, 1, 48. tene istuc loqui? *Id. ib.* 1, 1, 31. Quid de te tantum meruisti? *Sil.* 15, 185. Evastanda tibi tellus, etc. P [*Notandum usus, quo pronomen tu maxime tum poni solet, quum praecepta qualiscunq; generis dantur, pronuntiantur. *Hor. Sat.* 2, 2, 20. tu pulmentaria quare Sudando: ubi *Heindf.* hanc regulam propositam his firmat exemplis. *Ep.* 1, 16, 53. Tu nihil admittas in te formidine poenae; 1, 18, 37. Arcanum neque tu scrutaberis illius unquam; et

3. et 4. et alibi. *Cic. Brut.* et alibi. Fortasse id agnomen a tuberibus in corpore ortum est. P. Tubero, Indiae fluvius. *Mela* 3, 7. *extr. B. A.*

TUBEROSUS, a, um, adj. tuberibus plenus. *Varr. R. R.* 1, 49. Falcibus consecranda quae foenisece praeterierunt, ac quasi herba tuberosum reliquerunt campum. *Petr. Sat.* 15. Nescio quis calvus, tuberosissimae frontis.

[TUBERTUS, a, um, adj. idem videtur esse ac tuberatus. Est cogn. R., ut P. Postumius Tuberus. V. POSTUMIUS et POSTUMUS. F.]

*TUBERUS sc. fluvius, vel Tuberum, sc. flumen, in Gedrosia fuit. *Plin.* 6, 23. Flumen Tuberum navigabile. *B. A.*

TUBICEN, icinis, m. *οὐλίχης*, qui tuba canit: sicut *tibicen*, qui tibia. In militia fuere tubicines, cornicines, et bucinatores, qui tuba, cornu, bucina dabant signum militibus ad munia sua exsequenda, et praecipue ineundi proelii. Canebant etiam ubicunque opus esset, in ludis, in sacris, etc. V. TUBA. *Liv.* 2, 64. f. Cornicines, tubicinesque in equos impositos canere ante vallum jubet. *Or. Met.* 3, 705. Ut fremit acer equus, cum bellicus aere canoro Signa dedit tubicen. *Sen. ep.* 78. *med.* Evincamus omnia, quorum praemium non corona, nec palma est, nec tubicen praedicationi nominis nostri silentium faciens; sed virtus et firmitas animi, h. e. tuba signum dans, ut praeco audiatur. *Petr. fragm. Trag.* 64. et 69. *Burm.* Tubicines imitari, h. e. ore clauso, et inflatis buccis sonum tubae similem edere. *Varr. L. L.* 4, 24. Tubicines sacrorum. P. Item in exsequiis. V. TUBA. Hinc illud *Petr. Sat.* 129. ad tubicines mittere. V. TIBICEN. P. Tubicines etiam dicti sunt, docente *Festo*, qui sacerdotes publice sacra faciebant tubarum lustrandarum causa.

*TUBICINATOR, oris, m. *οὐλίχης* *Gloss. Cyrill.* *B. A.*

*TUBIBINO, as, *οὐλίχης* *Gloss. Cyrill.* *B. A.*

TUBILUSTRUM, ii, n. festum, quo fiebat agna in atrio sutorio lustratio tubarum, quae in sacris adhibebantur. Bis in anno fiebat, X. kal. April. Minervae, et X. kal. Jun. Vulcani. De priore *Or. Fast.* 3, 849. Summa dies e quinque tubas lustrare canoras Admonet, et forti sacrificare Deae. De altero *Id. ib.* 5, 725. Proxima Vulcani lux est: Tubilustria dicunt. Lustrantur purae, quas facit ille, tubae. Adde *Varr. L. L.* 5, 3. et *Fest.* in *Tubilustria*.

[TUBLINATES, ium, m. plur. incolae oppidi Tublini, nunc *Toblino*, ap. Tridentum. V. *Inscr.* in *COLLUSTRUM*. F.]

[TUBOCANTIUS, ii, m. idem ac tubicen: a *tuba* et *cano*. *Inscr.* ap. *Mur.* 936, 5. Alcimas Zmurnius (h. e. Smyrneus) tubocantius. F.]

*TUBUCCI, oppidum Lusitaniae. *Ant. Itin.* *B. A.*

TUBULATIO, onis, f. dispositio alicujus rei in modum tubuli, excavatio. *Appul. Flor.* n. 9. Flexa tubulatione ligulae. *Arnob.* 3, p. 108. Nonnulli turgentibus malis, aut buccarum tubulatione succibucces. Alii minus recte leg. *cumulatione*.

TUBULATUS, a, um, adj. cavatus ad effigiem tubuli. *Plin.* 9, 36, 61. Alterum purpura vocatur cuniculatum procurrente rostro, et cuniculi latere introrsus tubulato, qua profertur lingua. *Plin. alter ep.* 2, 17. Adhaeret dormitorium membrum, transitu interjacente, qui suspensus, et tubulatus conceptum vaporem huc illuc digerit et ministrat, h. e. tubulis instructus. V. *Senecae l. c.* in *TUBUS*.

TUBULUS, i, m. *οὐλίχης*, diminut. tubi, sed idem fere significans, nempe canalem, fistulam, per quam aqua, aut fumus, aut calor ex igne permeat. *Varr. R. R.* 1, 8. *med.* Aliquot arundines colligatas libris dimittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso, qua humor transire possit. *Vitruv.* 8, 7. Ductus aquae fiunt generibus tribus, rivis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus. *Plin.* 35, 12, 46. Ad tecta imbricibus tegulisque, ad aquas tubulis, ad balneas mammatis. *Procul. Dig.* 8, 2, 12. Non licet tubulos habere admotos ad parietem communem, quia per eos flamma terretur paries. P. *Tubuli* etiam dicuntur massae metalli igne fusi et excocti, quas hodie *panes* aut *offas* appellant: fortasse quia conformati in laminas, et convoluti, foramine remanente, tubos referunt. *Plin.* 33, 6, 35. Et plerumque omnes hi colores in iisdem tubulis inveniuntur: et *mox*: Spuma ut sit utilis, iterum coquitur, contractis tubulis ad magnitudinem anulorum. P. Est etiam cognomen R., ut L. Hostilius Tubulus, vir praetorius, de quo mentio est ap. *Cic. N. D.* 1, 23. et *Fin.* 2, 16. et in nummo ap. *Eckhel. D. N. V.* T. 5, p. 227. in quo leg. L. H. TVB.

*TUBUNAE, arum, oppidum Mauritaniae Caesariensis. *August. ep.* 77. et *adv. Donat.* 6, 12. *B. A.*

*TUBURBIS. V. v. sq. *B. A.*

*TUBURBO, oppidum duplex Africae Propriae, in Zeugitana. Tuburbo majus, sc. oppidum, meminit *Tab. Peut.* Minus commemorat *Ant. in Itin.* P. *Tuburbis* exhibet *Plin.* 5, 4. *B. A.*

TUBURCINABUNDUS, a, um, adj. avide comedens, vorax. Vox est *Catonis*, et tanquam nimis vetusta, rejicitur a *Quint.* 1, 6. *med.*, ubi alii scrib. *tuburchinabundus*. [Ita *Spald.* quem cf.] V. LURCABUNDUS.

TUBURCINATUS, a, um, part. a *tuburcinor*, esus, devoratus. *Appul. Met.* 6. Prandio raptim tuburcinato.

TUBURCINOR, aris, dep. 1. *λαβύσσω*, raptim comedo, ut *Non.* 2, 851. interpretatur. *Titin. ib.* Tuburcinari sine me vultis reliquias. *Turp. ib.* Melixa intus cessat: credo hercle, heluo tuburcinatur. *Pl. Pers.* 1, 3, 41. Tuburcinari de suo, siquid est domi.

*TUBURNICENSE oppidum in Numidia. *Plin.* 5, 4. *B. A.*

TUBUS, i, m. *οὐλίχης*, canalis teres et concavus, fistula major, per quem aqua, aliudve transmeat. *Sen. ep.* 90. *med.* Quaedam nostra demum prodiisse memoria scimus, ut suspensuras balnearum, et impressos parietibus tubos, per quos circumfunderetur calor, qui ima simul et summa fovet aequaliter. *Colum.* 1, 5. Aquam fictilibus tubis deducere. *Plin.* 16, 42, 81. Alni ad aquarum ductum in tubos cavantur. *Id.* 5, 31, 34. Tubo coriis facto aquam trahere. *Pall.* 1, 18. Ex lacubus tubi fictiles subjectis doliis manantia vina defundant. P. Translate de pudendo muliebri. *Mart.* 11, 61. Modo qui per omnes viscerum tubos ibat. P. *Varr. L. L.* 3, 24. et *Fest.* in *Tubilustrum* docent, tubos dictas esse in fastis et a tubicinibus sacrorum ipsas tubas, quas in sacris adhibebant.

*TUBUSUPTUS, i, oppidum Mauritaniae Caesariensis. *Plin.* 5, 2. V. THUBUSCUM. *B. A.*

[TUCCA, ae, m. *καρπώδης*, carnivorus, teste *Laur. Lydo* de magistrat. *Rom.* 1, 23. *Τούκκας ὁ καρπώδης, ὃν οἱ ἰδιώται ζικκίον ἐπάκουον κατ' ἤρως*, Videtur *ζικκίος* esse id, quod Itali *ciccia* vocant, hinc *ciccioles* sunt frustula carnis, quae ex adipis suilla igne soluta remanent. Inde factum cogn. R., ut Plotius Tucca Virgilii amicus, de quo V. *Donat. Vit. Virg.* n. 11. et *Hor. Sat.* 1, 5, 40. et *ib.* 10, 81. Ad cognominis significationem alludere videtur *Mart.* 12, 41. Non est, Tucca, satis, quod es gulosus, Et dici cupis et cupis videri. Item ad nominis *Id.* 3, 14. Romam petebat esuritor Tuccius Profectus ex Hispania. V. TUCETUM. P. Ex dictis apparet, Tucca et tucetum seu tucetum esse nomina originis Celticae, quae vulgo prius ab Italis, et Hispanis usurpata, mox etiam Romanam civitatem consecuta fuerint, hinc etiam nunc ap. Germanos *tauchen* significat *immergere, immolare*. F.]

*TUCCA, ae, f. oppidum Africae Propriae, in Zeugitana, cognomento *Therebinthina*. *Anton. Itin.* P. Item oppidum maritimum in Mauretania Caesariensi, ad Ampsagam flumen. *Plin.* 5, 2. *B. A.*

*TUCCABORI, oppidum Africae Propriae. *Cyprian. ap. Cellar.* P. *Tuccabori* appellat *August. adv. Donatist.* 6, 24. P. Idem oppidum esse, quod et Tucca audit, censet *Schellerus*. *B. A.*

*TUCCIA, ae, f. virgo Vestalis, incestus accusata, aquae in cribro prolatae prodigio se purgavit. *Plin.* 28, 2. Exstat Tucciae Vestalis incestae precatio (*Licetus legit incestus deprecatio*), qua usa aquam in cribro tulit, anno Urbis DCIX. *Val. Max.* 8, 1. Eodem auxilii genere Tucciae virginis Vestalis incesti criminis reae castitas infamiae nube obscurata emersit: quae conscientia certae sinceritatis suae, spem salutis ancipiti argumento ausa petere est. Arrepto enim cribro, Vesta, inquit, si sacris tuis castas semper admovi manus, effice, ut hoc hauriam e Tiberi aquam, et in aedem tuam perferam. Audaciter et temere jactis votis sacerdotis rerum ipsa natura cessit. Nec fidem ei derogat *August. de Civ. Dei* 10, 16. Quod virgo Vestalis, de cujus corruptione quaestio vertebatur, aquam impleto cribro de Tiberi hauriens, minime profluentem, abstulit controversiam; et *mox*: Haec ego atque alia hujusmodi, nequaquam illis, quae in populo Dei facta legimus, virtute atque magnitudine conferenda iudico: quanto minus ea, quae illorum quoque populorum, qui tales Deos coluerunt, legibus iudicata sunt prohibenda, magica scilicet vel Theurgica. Adde *Tert. Apol.* 22. et *cf. Dion. Hal.* 2, p. 129. P. Hujus (ait *Hofmannus*) itaque Tucciae memoriam ad nostra usque tempora conservatam vult clarissimus quidam Vir in lucerna, quae in Gazophylacio Galvaniano ostenditur, imagine pedalis ferme longitudinis, aerea pervetusta, qua Virgo Vestalis maturioris aevi faberrime representatur, insignis. Sed pluribus hanc sententiam rationibus refellit *Fortunius Licetus, de lucernis Antiquorum* 6, 83. P. Scribitur et Tuca. *B. A.*

[TUCCITANUS, a, um, adj. ad Tuccin pertinens, Hispaniae Baeticae oppidum, cujus mentio est ap. *Plin.* 3, 1, 3. *Inscr.* ap. *Grut.* 323, 12. Valeriai C. F. Atinae flaminici coloniae Aug. Gemellae Tuccitanai, etc. *Tuccitani, orum*, absolute, sunt incolae illius oppidi. *Aliae ap. eund.* 267, 2, 3. et 4. Respublica Tuccitanorum. F.]

*TUCCIUS, i, m. nomen proprium virorum R., ut M. Tuccius, cujus meminere *Liv.* 35, 41. et *Coel. in Cic. Fam. l. et. ep.* 8. in. Quin et L. Tuccium Vallam, medicum, commemorat *Plin.* 7, 53. *B. A.*

TUCETUM et TUCETUM, i, n. genus edulii seu farciminis ex carne bubula, vel porcina una cum arvena reconditi in usus mensarum. *Gloss. Phil. Tuetum, ζωμός παχός. Fulg. de prisc. serm.* n. 41.

Tuceta dicuntur escae regiae. *Callimorphus Pisacis*: Ambrosio redolent tuceta sapore. *Pers.* 2, 43. grandes patinae, tucetaque crassa. *Vet. Schol. ad h. l.* Tuceta apud Gallos Cisalpinos bubula dicitur, condimentis quibusdam crassis oblita ac macerata: et ideo toto anno durat. Solet etiam porcina eodem genere condita servari, aut ad saturarum jura. Hinc Plotius Virgilii amicus in eadem regione Tucca es. nominatus. (V. TUCCA.) *Appul. Met.* 2. Parabat, quod naribus jam inde hariolabar, tucetum perquam sapidissimum. *Id. ib.* 5. Mirisque illis et beatis edulibus, atque tucetis sorores oblectat. *Id. ib.* 7. Tuceta concinnat, apponit scitule; et *ib.* 9. Pulmentata recentia tucetis temperat. *Arnob.* 2, p. 73. Ut spirulas, et botulos facecent, isicia, catillamenta, summatam cum his carnem, et glaciali conditione tuceta, h. e. condimentis quibusdam, et glacie in caveis subterraneis a putredine servata. P. In locis supra allatis plerique libri *tucetum* scribunt.

TUCHARCHUS. V. TOEARCHUS.

*TUCIA. Virgo Vestalis. V. Tuccia. P. Fuit et Tucia fluvius prope Romam decurrens. *Sil.* 13, 5. Tucia deducit tenuem sine nomine rivum. Ubi alii codices *Turia*. *B. A.*

*TUDE, oppidum Hispaniae Tarraconensis, hodiernum *Tay. Anton. Itin.* P. *Tyde* audit *Plin.* 4, 20. *B. A.*

TUDER, ertis, n. *Todi*, colonia et urbs Umbriae, in colle, apud Tiberim fl., media inter Perusiam, et Narniam. *Sil.* 6, 644. excelso summi qua vertice montis Devexum lateri pendet Tuder, atque ubi latis, etc. Adde *Plin.* 3, 14, 19.

TUDERNIS, is, f. adj. quae est Tudertis agri, ut Tudernis vitis. *Plin.* 14, 3, 4. n. 7.

TUDERTIS, tis, adj. omn. gen. qui est ex Tuderti oppido. *Sil.* 4, 222. Et Gradivicolam celo de colle Tudertem. *Id.* 8, 464. haud parci Martem coluisse Tudertes. *Inscr.* ap. *Grut.* 19, 6. Pro salute coloniae, et ordinis decurionum, et populi Tudertis.

[TUDERTINUS, a, um, adj. idem ac Tuders. *Tudertini, orum*, absolute, incolae Tudertis oppidi. *Inscr.* ap. *Donat.* 248, 3. Spoletini, Trebiates, Tudertini, et Veitionenses. F.]

TUDES, is et itis, m. *σφῆρα*, malleus: ab antiquo *tudo* pro *tundo*, quomodo et *frago* pro *frango*, et *pago* pro *pango* dicebant veteres. *Fest.* Tudites malleos appellabant antiqui, a *tundo*. Inde Atejus Capito existimat Tuditano cognomen inditum, quod caput malleoli simile habuerit. *Sever. Aetn.* 659. Fabriles operae tudibus contundere massas Festinant.

*TUDIATOR, oris, m. *Gloss.* Tudiatores, *χαλκῶπιποι*. Fuerint ergo fabri aerarii. *B. A.*

*TUDICIUS, i, m. nomen senatoris, de quo *Cic. pro Cluent.* c. 70. in *B. A.*

TUDICULA, ae, f. machina lignea, qua tunduntur oleae: a *tudo* pro *tundo*. *Colum.* 12, 50. *med.* Est et organum erectae tribulae simile, quod tudicula vocatur, (alii leg. *rudicula*), idque non incommode opus efficit, nisi quod frequenter vitiat, et si baccae plusculum ingesseris, impeditur. In *Gloss. Phil.* tudicula est *τοῦρν*, h. e. trulla, qua quippiam in olla teritur, et agitur. *Gesnero* videtur ei similis esse, quam nos dicimus *Kaffeemühle*.

DUDICULO, as, a. l. commoveo, misceo, agito: a tudicula. *Varr. ap. Non.* 2, 844. Haecine nobis tibi tudicullasse? *Apic.* 5, 2. Cum bene ferberit, tudicullabis, et in mortario teres.

TUDITANUS, a, um, adj. Est cogn. R., ut P. Sempronius C. F. C. N. Tuditanus ann. U. C. DL. cum M. Cornelio Cethego. V. vocis etym. in *Festi l. c.* in TUDES. *Enn.* ap. *Cic. Brut.* 15. Additur orator Cornelii suaviloquenti Ore Cethegus Marcus, Tuditano collega, Marci filius. P. Sempronium Tuditanum meminerunt *Liv.* 41, 21. *Cic. Brut.* 25. *B. A.*

TUDITES. V. TUDES.

TUDITO, as, a. l. frequent. a *tudo*. Hujus verbi participium tantummodo in usu est. *Fest.*: Tuditantes negotium, significare ait Cincius, i. e. agentes. Ennius libro secundo: haec inter se tota vi tuditantes. Et Lucretius item lib. 2. (1141.) Nec tuditancia rem cessant extrinsecus ullam Corpora conficere. Haec *Fest.*: Rursus *Lucret.* 3, 395. Et quantis intervallis tuditancia possint Concursare, etc. h. e. propellentia, protrudentia.

TUEO, es, a. 2. idem quod tueor, defendo. *Cic. Leg.* 3, 3. ex XII. *Tab.* Censores vectigalia tuento. Alii leg. *tuentor*. *Inscr.* non optime notae ap. *Fabr.* p. 498. n. 23. Rogo per Superos, qui estis, ossa mea tueatis. P. [**Pass. Varr. L. L.* 6, 2. *med.* Ibi sacra fiunt, ac tueuntur. *Id. R. R.* 3, 1. Majores nostri in pace a rusticis Romanis alebantur, et in bello ab his tuebantur. *Vitruv. praef.* 8. Res omnes non ali sine elementorum potestate, neque crescere, nec tueri. *Cajus Dig.* 27, 10, 7. Consilio et opera curatoris tueri debet non solum patrimonium, sed et corpus et salus furiosi. Adde *Papin. ib.* 28, 3, 17. Transscriptum haec ex v. sq. *Plura v. ap. Ramsh.* §. 74. p. 204.]

TUEOR, eris, tuitus sum, dep. 2. *ὄρω*, βλέπω, aspicio, intueor, video. *Varr. L. L.* 6, 2. *med.* Tueri duo significat: unum ab aspectu: unde est

illud: Tueor te senex, pro Jupiter! et (Ennius) Quis pater aut cognatu' volet nos contra tueri? Alterum a curando ac tutela, ut cum dicimus, bellum tueor, et tueri villam. Haec Varro. Pacuv. ap. Non. 4, 468. Quam te post multis tueor tempestatibus? Virg. A. 4, 362. Talia dicentem jamdudum aversa tuetur. Id. Ecl. 3, 8. transversa tuentibus hircis. Id. A. 1, 713. Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo; et ib. 8, 265. nequeunt expleri corda tuendo Terribiles oculos, vultum, etc. et ib. 9, 794. de leone: Asper, acerba tuens. [*Videndi notionem h. v. ap. poetas tantum habet, locumque Cic. Tusc. 3, 1, 2. quem Noster laud., delevimus, ubi nunc omnium consensu, ita ut ne lectionis quidem discrepantia notetur, intueri pro tueri legitur.] P Pro sentire. Lucr. 6, 1161. Nec nimio cuiquam posses ardore tueri, Corporis in summam fervere partem. P Considerare, inspicere. Grat. Cyn. 345. vulnera, morbos, Causasque, affectusque canum tua cura tueri est. P Et quia quae asservare volumus, ea jugiter aspicimus; hinc metonymice ponitur pro servare, custodire, tutari, διασώζειν, διατηρεῖν. [*Doederl. 4, 306. recte comparat nostr. schützen, ut formam intens. a schauen.] Cic. Fin. 5, 23. Justitia societatem conjunctionis humanae munificet et aequae tuens. Id. Fam. 1, 9. A quibus tuendus erat, derelictus. Id. Manil. 5. Videte, ne vobis turpissimum sit, illud quod accepistis, tueri et conservare non posse. [*Eundem verborum ordinem restituit Heind. ap. Cic. N. D. 2, 23, 60. ut ad omnia tuenda conservandaque consensisse videantur: ubi notat plus esse conservare quam tueri.] Id. Tusc. 1, 1. Mores et instituta vitae, resque domesticae ac familiares et melius tuetur, et lautius. Nep. Att. 21. med. Curam diligentiamque in valetudine tuenda adhibere. Id. Phoc. 1. Tueri gloriam paternam. Cic. Tusc. 2, 21. dignitatem. Id. Fam. 13, 49. rem, gratiam, et auctoritatem suam. Id. Tusc. 3, 5. f. mediocritatem officiorum, et vitae communem cultum atque usitatum. Id. Brut. 20. L. Paulus personam principis civis facile dicendo tuebatur. Id. Att. 1, 17. f. Tueor, ut possum, illam a me conglutinatum concordiam. P [*Imprimis dicuntur tueri templa, aliasque aedes, qui ea sarta tecta conservant. Cic. Verr. 1, 1, 50. aedem Castoris P. Iunius habuit tuendam. Plin. Pan. 51, 1. Idem tam parvus in aedificando, quam diligens in tuendo: ubi v. Gierig.] P Item alere. [*Significat in universum praebere alicui ea, quae qualiacunque opus sunt. Cf. Heusing ad Cic. Off. 1, 4, 4.] Cic. Deiot. 8. Antea majores copias alere poterat, nunc exigua vix tueri potest. Id. Par. 6, 1. f. Nunquam eris dives, ante quam tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, ut eo tueri sex legiones, et magna equitum ac pedum auxilia possis. Colum. 6, 3. Tueri armentum paleis. Liv. 5, 4. Agrum colere, unde domi militiaeque se ac suos tueri posset. Nep. Ep. 3. med. Amicorum in se tuendo caruit facultatibus. Colum. 7, 12. Canem in primis mercari, tuerique debet agricola. P Item tutari, defendere. Phaedr. 3, 7. Tueri domum a furibus. Cic. Deiot. 8. Fines suos ab excursionibus hostium et latrocinii tueri. Id. Or. 1, 38. Arnis prudentiae causas tueri et defendere. [*Frequentissima est utriusque verbi tueri et defendere conjunctio: exempla habes ap. Doederl. 4, 306. sq. qui ita distinguendum statuit, ut tueri, opp. negligere, nonnisi voluntatem periculumque non praesens, sed futurum respiciat; defendere, opp. deserere, ad factum ipsumque impetum spectet. Hinc pupillarum esse tutores, reorum defensores: utrumque tamen verbum vi non differre; defendens enim majorem animum virtutemque propulsando impetu exhibere; tuens praestare diligentia atque amore in evitando periculo futuro.] Plin. 20, 14, 54. Pulegium olfactu capiti tueri contra frigorum injuriam, et ab siti traditur. Id. 24, 19, 118. Ipsa herba tusa tueor ab inflammationibus plagas. Virg. A. 9, 175. de legione: Excubat, exercetque vices, quod cuique tuendum est. Quint. 5, 13. med. Verres fortiter et industrie tuitus contra piratas Siciliam dicitur. Est qui leg. tutatus. Absolute. Caes. B. C. 3, 111. extr. Quod tam late tueri tam parva manu non poterat. P [*Est etiam colere. Cic. Fam. 3, 9. officii tuendis erga te observantia: ubi Manut. laud. 13, 68. Tuebor omni observantia patrem tuum.] P Apud Jctos tueri lex aut praetor dicitur, cum alicui favet, et jus ejus defendit. Ulp. Dig. 48, 5, 19. extr. Si nupta esse desiderit, accusari poterit: neque enim aliam lex tueor, quam eam quae nupta est. Id. ib. 37, 8, 1. med. Ubi iuste dubitari potest, an, etc. decreto tuenda est, ne praedictum partui fiat. Adde ib. 43, 17, 1. P Item fovere, praestare. Cic. Rab. Post. 15. Simulacrum pristinae dignitatis, quod Caesar solus tueor et sustinet. Id. Att. 2, 20. Caecilium, quibus rebus possum, tueor diligenter. Id. Fam. 2, 16. extr. Ut nos liberosque nostros ita tuere, ut amicitia nostra et fides tua postulat. Planc. ad Cic. Fam. 10, 11. Tuum munus tuere, et me defende ac suscipe. [*Tueri h. l. eadem ratione dictum est, quae nos, cetera Rolle, einem Amte genughun. Schütz. in cl. Cic. s. v. praeter h. l. laud. ista: Phil. 8, 10. quam magnum est personam in republ. tueri prin-

cipis. Brut. 20. L. Paullus Africanus pater personam principis civis facile dicendo tuebatur. Quem locum Forc. supra laudaverat sub notione servandi custodiendi.— Administrandi sensum vindicat in his: Suet. Tib. 25. partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas in Republ. depoposcit. Id. Gr. 8. minus idoneus ad tuendam scholam.] P Tueor etiam dixerunt pro tueor, ut Festus docet: unde contuor. [*At notandum: tuor nonnisi videndi, spectandi notione usurpari. V. Doederl. 4, 306.] Lucr. 4, 450. Omnia, quae tuimur, fieri tum bina tuendo. Id. 4, 362. Fit, quasi tornatu ut saxorum structa tuantur. Catull. 20, 4. Herique villulam, hortumque pauperis Tueor. Stat. Th. 3, 151. haec oscula, nati, Vestra tuor? Adde Albin. 1, 137. [*ubi v. Ruhnk. p. 122. ed. Fried.] Hinc part. Tutores V. s. l. P [*Confunditur tueri et tenere. V. Curt. ad Lucan. 1, 275. Beier. ad Cic. Off. 2, p. 45.] TUFĀ, ae, f. [vox cadentis Latinitatis, qua denotatur apex cassidi militum insertus, ex indicio boum caudis factus, ut ex Cosma Indicopleuste probat Ducangius in Glossar. med. et inf. Graecitatis. Hinc Laur. Lydus de magistrat. R. l. 1. c. 8. Λόγος ἀροζυριδῶν μὲν οὐκ ἔχοντα, ἰσορρομίας δὲ λογίας, καλοῦσι δὲ ἀντὶς οἱ μὲν Ῥωμαῖοι ὄντας, οἱ δὲ βάρβαροι τούτους, h. e. Lanceae spiculis carentes, at longioribus setis ornatas, quas Romani jubeas, barbari tufas appellant. Inde autem ortum videtur Gallorum recentiorum toupet, quem Itali ciuffo dicunt. Veg. Mil. 3, 5. Muta signa sunt aquilae, dracones, vexilla, flammulae, tufae, pinnae. F.] TUFICANI, orum, m. plur. incolae Tufici, oppidi in Umbria, cujus mentio est in Inscr. ap. Mur. 1120, 4. et 5., et in alia ap. Donat. 350, 1. Plin. 3, 14, 19. Trebates, Tuficani, Tifernates. F.] *TUGĪĀ, ae, f. oppidum Hispaniae Tarraconensis, inter Sucionem Baetimque flumina, non longe a Mentosa. Anton. Itin. P Hinc *TUGIENSIS, e, adj. ad Tugiam pertinens. Plin. 3, 1. Tugiensis saltus. B. A. TUGURIOLUM, i, n. καλύριον, parvum tugurium. Appul. Met. 4. Dormientis anus perfracto tuguriolo. Arnob. 6. p. 191. Tuguriola Diis dare, conclavia et cellulas fabricari. Hieron. ep. 112. n. 5. Tuguriolum parvum. TUGURIUM, ii, n. καλύρη, casa rustica, ex leviori materia excitata, arundine, ulva, carice, filice, junco et hujusmodi, et paleis tecta, aut corticibus fagi, tiliae, abietis, piceae, ut Plin. 16, 9, 14. tradit. Festus: Tuguria a tecto appellantur domicilia rusticorum sordida. Afranius in Virgine: Sordidum tugurium et turpe. Caecilius in Hypobolimaeco: Habitabat in tugurio sine operculo. Capell. 3. p. 52. E littera vel in o reformatur, ut a tegendo toga; vel in u, ut a tego tugurium. Pompon. Dig. 50, 16, 180. Tugurii appellatione omne aedificium, quod rusticae rei magis custodiendae convenit, quam quod urbanis aedibus, significatur. Otilius ait, a tecto, tanquam tegularium (alii leg. tegurium) esse dictum, ut toga, quod ea tegamur. Varr. R. R. 3, 1. Principium, quo agri coli sunt coepti, atque in casis et tuguriis habitabant, nec murus, nec porta quid esset, sciebant. Colum. 12, 15. Crates erigantur inter se acclives testudineato tecto, more tuguriorum. Virg. Ecl. 1, 69. Pauperis et tuguri congestum caespit culmen. Adde Cic. Sext. 43. P [Scribitur etiam tegurium. V. Inscr. in COLLUSTRUM, in qua tegurium est aedicula seu parvum templum, quatuor plerumque columnis, vel pilis lapideis suffultum, quod Itali capitello vocant. F.] TUGURIUNCULUM, i, n. tuguriolum. Hieron. Vit. Hilar. n. 9. Tuguriunculum, quod junco et carice texerat. TUISCO, onis, m. numen apud veteres Germanos cultum. Tac. G. 2. Germani celebrant carminibus antiquis Tuisconem Deum, terra editum, et filium Mannum, originem gentis conditoresque. F.] TUITIO, onis, f. διατήρησις, actus tuendi, custodia. Cic. Top. 23. f. Natura partes habet duas, tuitionem sui, et ulciscendi jus. Macr. Sat. 21, 2. med. Si talia vis videri tuitionem pudoris. Ulp. Dig. 37, 11, 2. Praetor filium tueri debet: quae tuitio ei, qui emancipatus est, necessaria est, h. e. decretum in favorem filii, quo jus ejus defenditur. Id. ib. 7, 4, 1. et ib. 9, 9. Parvi refert, utrum ius sit constitutus usufructus, an vero tuitio praetoris. Inpp. Theodos., Valent. et Arcad. Cod. 1, 46, 1. Nunquam in negotiis privatorum vel tuitio militaria, vel executio tribuatur. Inscr. ap. Grut. 348, 1. Inlatis arcae Seviro. ob locum et tuitionem statuae HS. N. IIII, h. e. custodiam et conservatorem. Alia, quae Patavii etiamnum exstat, ap. Fabr. p. 485. n. 160. Frontem templi veris et hermis marmoreis pecunia sua ornavit, et tuitioi dedit HS. CCCXXXIIII. Alia ap. Maff. Mus. Ver. 164, 5. Et in tuitionem HS. CCCXXXIIII. TUITOR, oris, m. qui tueor, inspicit, custodit. Paul. Dig. 16, 1, 1. Appellantur tutores, quasi tutores atque defensores: sicuti aeditui, qui aedes tueantur. Paul. ex Festo in Aedituis. Aedituus sacrae aedis tuitor, id est curam agens. Alii leg. tutor. TUITUS. V. in TUEOR.

*TULCIS, fluvius Hispaniae Tarraconensis, Tarraconem praeterlabens. Mela 2, 6. med. B. A. *TULINGI, orum, populi Galliae Belgicae. Caes. B. G. 1, 5. B. A. TULLIA, V. TULLIUS. TULLIANE, adv. more Tullii. Diomed. 1, 198. A nomine proprio ducuntur adverbia, ut a Tullio Tulliane. August. contra Pel. 2, 10. n. 37. Tulliane joculari. TULLIANUS, a, um, adj. ad Tullium aliquem pertinens. Cic. Att. 15, 29. De Tulliano semisse M. Axianum adhibebis; et ib. 26. De illo Tulliano capite libere cum Cascelio loquere, h. e. sorte et summa pecuniae. Macrob. Somn. Scip. 1, 1. Tullianus Scipio, h. e. qui a M. Tullio Cicerone loquens inducitur in somnio Scipionis. P Tullianum pars inferior carceris Romae, uti appellatur a Livio 34, 44. extr., ubi sontes necabantur. Sall. Cat. 58. Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur, ubi paululum escenderis ad laevam, circiter duodecim pedes humi depressus. Eum muniunt undique parietes, atque insuper camera lapideis fornibus vincta: sed inculcu, tenebris, odore fueda atque terribilis ejus facies est. In eum locum postquam demissus Lentulus, quibus praecceptum erat, laqueo gulam fregere. Varr. L. L. 4, 32. med. et Fest. Carcer a coerendo, quod exire prohibentur. In hoc pars, quae sub terra, Tullianum, ideo quod additum a Ser. Tullio rege. Adde Liv. 29, 22. f. P Etiam extra urbem Romam carcer Tullianum appellatur, nempe in Thessalia ap. Appul. Met. 9. Statimque vinctos in Tullianum compingunt. TULLIOLA, ae, f. dimin. Tulliae. Sic saepe Cic. appellat filiam suam, praesertim in Epist. Famil. TULLIUS, ii, m. nomen propr. R. hominis. Ser. Tullius fuit sextus rex Romanorum. M. Tullius Cicero princeps Romanae eloquentiae. V. CICERO. Fortasse ductum est a tullis, quos, ut ait Festus, alii dixerunt esse silanos, alii rivos, alii vehementes projectiones sanguinis arcuatim fluentis. Ennius in Ajace: Misso sanguine tepido, tullii efflantes volant: θεομαὶ σπέρματι ἀπὸ φροσύης μέλον μένος. P Adjective Tullia lex lata a M. Tullio Cicerone in consulatu, duplex fuit: alia de ambitu, vetans biennio, quo quis petat, gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die: alia de legatione, ne, sicut antea, infinitum tempus ejus esset, sed annum. V. Cic. Sext. 64. et Valin. 15., item Leg. 3, 8. P Tullia, nomen propr. feminae. Nobilis est filia Ser. Tullii, uxor Tarquini Superbi, quae per cadaver interfecti patris, in via jacentis, carpentum quo vehebatur, agi jussit, ut Liv. 1, 48. narrat. Fuit et filia Ciceronis hoc nomine, quae et Tulliola appellata. V. v. praec. *TULLUM, i, n. oppidum Galliae Belgicae, in agro Leucorum, ad Mosellam flumen, hodie Toul nuncupatum. Anton. Itin. B. A. [TULLUS, i, m. praenomen R. Hinc Tullus Hostilius tertius Romae rex. Cic. de rep. (ed. A. Maio) 2, 17. Mortuo rege Pompilio, Tullum Hostilium populus regem comitiis curiatis creavit. Inscr. ap. Mur. 751, 6. Tul. Tullius Tul. F., P. Sertorius P. F. censors. P Etiam cogn. fuit, ut L. Volcatius Tullus Cos. ann. U. C. DCLXXXVIII., memoratus a Cic. Cat. 1, 6. et Sall. Cat. 18. F.] TULO, is, tetuli, latum, a. anom., γέρω, antiquum et obsoletum verbum, a veteribus usurpatum, teste Diomed. 1, 369. et 376. et Prisc. 8, 817. et 10. p. 896. P Praeterito tetuli usi sunt Plaut., Terent. et alii. V. FERRO. Dempta vero reduplicatione transit in supplementum verbi Fero. TUM, δὲ, μήλωτα δὲ, conjunctio, quae in oratione plerumque subsequitur conjunctionem cum: ejusdem fere significationis, nisi quod tum majus quiddam in se contineat, aut specialius. Nam si membra ambo ejusdem sint ponderis, magis utimur tum geminato. [*Cf. Zumpt. Gr. Lat. §. 339. p. 294. Ramsh. §. 197. p. 897. sqq.] Cic. N. D. 1, 1. Cum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae sunt, tum perdifficilis et perobscura quaestio est de natura Deorum. Id. Tusc. 4, 1. Cum multis locis nostrorum hominum ingenia virtutesque soleo mirari, tum maxime iis in studiis, quae in hanc civitatem e Graecia transtulerunt. V. CUM. P In rebus paribus, ut dixi, tum geminatur. Cic. Verr. 2, 2, 43. f. Tum semper, tum in his ipsis rebus. Id. Att. 9, 4. Dissero in utramque partem tum Graece, tum Latine. P Saepae conjungitur cum autem, pro tum etiam. Cic. N. D. 2, 39. f. Isque tum fusus, et extenuatus sublimis fertur, tum autem concretus in nubes cogitur. Id. Leg. 1, 5. In ripa ambulantes, tum autem residentes. P Item cum vero, etiam sine particula cum praecedente, pro tum etiam. Id. Or. 1, 43. f. Ex his enim et dignitatem maxime expetendam videmus, tum vero justus atque honestus labor honoribus, praemiis, atque splendore decoratur. P Accipitur etiam pro et, praesertim si saepius repetatur. Id. N. D. 2, 20. Quia tum occultantur, tum rursus aperiantur; tum abeunt, tum recedunt; tum antecedunt, tum subsequuntur; tum celerius moventur, tum tardius, tum omnino ne moventur quidem. [*V. Zumpt. l. supra 1.] P Est etiam adverbium, et accipitur pro dein-

de, vel praeterea. *Virg. A. 6, 249.* atri velleris agnam Aeneas matri Eumenidum, magnaque sorori Ense ferit, sterilemque tibi, Proserpina, vaccam: Tum Stygio regi nocturnas inchoat aras. *Ter. Andr. 1, 5, 33.* Laborat e dolore, atque ex hoc misera sollicita est; tum autem hoc timet, ne deserat se. *Cels. 1, 3, med.* Qui vomuit, ambulare debet, tum ungi, deinde coenare. *Colum. 4, 24.* Secundum plagam posita gemma pruinis et frigore, tum deinde aestu laborat. *Ter. Eun. 2, 3, 78.* Quid tum postea? Sic, Tum praeterea. *Cic. Verr. 1, f. [Cf. Ramsh. §. 198. p. 899. sq.]* P Item pro tunc. *Id. Att. 7, 6.* Nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. P In hac acceptione similiter conjungitur eleganter, cum vero, vel autem. *Virg. A. 1, 489.* Tum vero ingentem gemitum dat pectore ab imo. P Item cum denique, vel demum. *Cic. Q. Fr. 1, 1, 10.* Tum denique fore beatas respublicas putavit, si aut docti, aut sapientes homines eas regere coepissent. *Lic. 2, 20, f.* Tum demum impulsu Latini, percussaque inclinavit acies. [*Discrimen inter tum et tunc Zumpt. Gr. L. §. 285. difficile quidem explicatu judicans propter libros veterum scriptorum parum diligenter in hac re editos, illud tamen ad verum proxime accedere perhibet: tunc, nostr. damals, opp. esse partic. nunc; tum, nostr. da, opp. esse partic. quum. Ramsh. §. 197. p. 898. tum, nostr. dann, da, esse contrarium partic. nunc, certumque aut praeteriti aut futuri temporis punctum designare; tunc idem sed majori quadam certitudine ac vi demonstrare. V. B. Crus. cl. Suet. p. 789. et in l. nostro tunc. Item quos Frotsch. laud. ad Rut. Lup. p. 175. b. P Tunc temporis ap. Just. 31, 2. Civitas Hannibalem, tum temporis consulens, in foro expectabat. P Confund. saepissime tum et tunc. V. Drak. ad Liv. 2, 12, 15. Garat. ad Cic. Phil. 7, 5. in. Cort. ad Lucan. 1, 60, 167, 3, 197, 443. — Tum et cum. V. Cort. ad Lucan. 3, 9. Beier. ad Cic. Off. 1, 161, 2, 89. — Porro conf. tum tum et cum-tum Beier. ad Cic. Off. 2, 124. — Tum et tamen. Id. ib. p. 121, 191. — Tum et totum. Id. ib. p. 388. — Tum et tunc. Wunderl. varr. lectt. praef. 34, 57. — Tum et tuus. Id. ib. p. 23. — Cf. tu in f.]

TUMBA, ae, f. *τύμβος*, et *τύμβα*, (ut est in *Gloss. Phil.*) sepulcrum, tumulus. *Prud. aeg. orop. 11, 9.* Sunt et muta tamen tacitas claudientia tumbas Marmora.

TUMEFACIO, is, feci, factum, a *3. ἐξοχώω*, tumidum facio. *Or. Met. 15, 304.* vis fera ventorum Extentam tumefecit humum.

TUMEFACTUS, a, um, part. a *tumefacio: ἐξοχωμένος*, inflatus. Translate. *Prop. 3, 4, 3.* Non me laetitia tumefactum fallis inani; et *4, 1, 63.* Ut nostris tumefacta superbiat Umbria libris. *Mart. 4, 11.* Dum nimium vano tumefactum nomine gaudes.

TUMENS, entis, part. a *tumeo: οὐδαίνω*. *Virg. A. 2, 273.* perque pedes trajectus lora tumentes; et *381.* anguem Attolentem iras, et caerulea colla tumentes. *Colum. 11, 2.* Gemmae vitis tumentes. *Phaedr. 2, 7.* Sacri multo hordeo tumentes. P Translate. *Tac. H. 1, 16.* Nero longa Caesarum serie tumens. V. alia huc pertinentia in TUMEO. P *Anni tumentes*, prima adolescentia. *Stat. Achill. 1, 292.* Virginitas matura toris, annique tumentes. V. similem locum in TUMESCO.

[TUMENTIA, ae, f. tumiditas. *Coel. Aur. Acut. 1, 10.* Capitis tumentia. Adde *ib. 3, 8, F.*]

TUMEO, es, vi, n. 2. *οὐδαίνω, ὀξώω*, turgeo, inflatus, tumidus sum. [*De discrimine inter *tumere* et *turgere* v. *tumidus*.] *Pl. Pers. 2, 5, 11.* Quid hoc in collo tibi tumet? *Sag. vomica est: pressare parce Or. Met. 3, 72.* plenis tumuerunt guttura venis; et *33.* Igne micant oculi, corpus tumet omne veneno. [**Lucr. 4, 1042.* Irritata tument loca semine.] *Plin. 2, 66, 65.* In poculis repletis media maxime tument. *Mort. 11, 56.* Lingonicis aegedum tumeat tibi calcita lanis. *Id. Spect. 26.* Vela tument sinu. *Id. 13, 58.* Aspice, quam tumeat magno jecur anseris majus; et *ib. 41.* vivo lacte papilla tumet. *Juven. 3, 293.* Cujus aceto, Cujus conche tumes? *h. e. ventrem habes saturum et distentum. Prop. 4, 2, 14.* Et coma latentis spicae fruge tumet. *Or. Fast. 3, 238.* Uvidaque e tenero palmitis gemma tumet; et *ib. 2, 776.* unda tumet a vento. *Tibull. 4, 1, 194.* tument freta ventis. *Id. 1, 9, 72.* lumina tument fletu. *Plin. 15, 14, 15.* Pulmonea mala stolidum tument. *Sen. Herc. Oct. 552.* Juppiter fronte subita tumuit, *h. e. cornua emisit in taurum versus. Id. ib. 775.* Euboica tellus vertice immenso tumens, *h. e. celso monte se attollens. Sic Claud. de Apono 12.* Conspicuo clivis molliter orbe tumet. P Absolute. *Plin. 29, 2, 9.* Rutam tritam imponunt contusis, tumentibusque. P Translate. *Virg. A. 6, 48.* pectus anhelum Et rabie fera corda tument. *Hor. Ep. 1, 1, 36.* Laudis amore tumes, *h. e. plenus es, laboras cupidine laudis.* P Usurpatur et de tumentibus prae libidine, *ἀγγύω, σαγγύω. Tibull. 1, 9, 36.* de puero: Dum tumet, et teneros consertit usque sinus. *Hor. Sat. 1, 2, 116.* tument tibi cum inguina. V. TUMOR. P [*Dicitur etiam de furore bestiarum, quas mansuetas cruor gustatus in pristinam cupidinem agit. *Lucan. 4, 2, 41.* Admonitaeque tument gustato san-

guine fauces.] P Saepae dicitur de iratis, quia in ira bile tumet jecur, ut *Hor. Od. 1, 13, 4.* ait. *Cic. Tusc. 3, 9.* Inflatus et tumens animus in vitio est: sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet: at iratus animus ejusmodi est: nunquam igitur sapiens irascitur. (Illa nunquam tumet absunt in MS. *Verburgii*: sed paulo ante *Cic. tumidum ac turgidum* dixerat.) *Liv. 31, 8, extr. et Sen. Phoen. 352.* Tumet animus ira; et *Troad. 1096.* Leo tollit minas, atque animis tumet. *Val. Fl. 6, 2.* Mars acri corde tumet. *Sen. Thyest. 267.* Nescio quid animus majus et solito amplius, Supraque fines moris humani tumet, *h. e. plenus irae concipit, et parat.* [**Cf. Ruhnk. ad Or. Her. 8, 57.* et prae ceteris *Bentl. ad Hor. A. P. 197.*] P *Tumere* etiam dicuntur, qui seditionem bellumve irritati, aut praesentis status pertaesi moliantur. [**Ruhnk. ad Or. Her. 7, 121.* ductam metaphoram putat a gemmis arborum, quae tumescunt, cum flores et folia parturiunt. *Burm.*, quem *Ruhnk.* vitup., a mari fluctuoso. At v. *Nostr. in tumor.*] *Plin. Pan. 28.* Congiarium quod ante principes ad odium sui leniendum tumentibus plebis animis objectabant. *Tac. H. 3, 32.* Nec multum virium a tergo, quoniam Galliae tumeant. *Claud. B. Get. 381.* hinc animo frustra tumuistis inani. *Cic. Att. 14, 4.* Quotidie aliquid novi suspicor: tument negotia; [**Pertinet huc illud Herod. 3, 76.* et *127. οὐδαίνωρον ἰσχυράτων.*] et *Or. Her. 7, 121.* Bella tument. P Cum dativo. *Stat. Sil. 2, 1, 58.* Accensus quis bile feret, famulisque tumentem Leniet? *h. e. irascentem servis.* P Cum infinito. *Val. Fl. 1, 198.* nec nunc mihi jungere montes Mens tumet, aut summo deponere fulmen Olympo. P Pro superbiere, efferris. *Phaedr. 1, 3.* Tumens inani graculus superbia. *Virg. A. 11, 854.* Ut vidit fulgentem armis, ac vana tumentem. *Val. Fl. 3, 677.* parta jam laude tumens. *Mart. 4, 46.* Saturnalia divitem Sabellum Fecerunt: merito tumet Sabellus. *Plin. 37, 1, 13.* Tumere gloria. *Just. 39, 2.* successu rerum. Adde *Claud. in Ruf. 1, 165.* et *Juven. 8, 40.* P Refertur et ad inflatum ac turgens dicendi genus. *Auct. dial. de Or. 18.* Nec Ciceroni obtrectatores defuisse, quibus inflatus et tumens, nec satis pressus videretur. *Mart. 4, 49.* A nostris procul est omnis vesica libellis: Musa nec insano syrmatre nostra tumet, *h. e. nihil tragicum canit.* P [**Conf. tumere et timere V. Cort. ad Lucan. 1, 204, 354, 5, 431, 8, 371.*]

TUMESCO, is, n. 3. *ὀξώομαι*, tumens fio, turgesco, intumescio. *Tac. H. 2, 77, f.* Contacta et tumescit vulnera. *Cic. Prognost. Dig. 1, 7.* et *Virg. G. 2, 479.* et *Or. Met. 1, 36.* Maria tumescunt. *Id. ib. 6, 377.* inflata colla tumescunt. *Lucan. 10, 224.* de fluvio: ingresso vere tumescit Tabernivis. *Sen. Herc. Fur. 936.* succo tumescit herba. P Translate est superbiere. *Quint. 1, 2, med.* Mens aut languescit, aut contra tumescit inani persuasione. *Claud. in Eutr. 1, 176.* atque tumescunt Serviles animi. *Id. II. cons. Stil. 61.* Lydia Pactoli fonte tumescit. P Item clam moveri, gliscere. *Virg. G. 1, 463.* caecos instare tumultus Saepae monet, fraudemque, et operata tumescere bella. *Vell. 2, 15.* Mors Drusi jam pridem tumescens bellum excitavit Italicum. V. TUMEO. P Item irasci. *Or. Her. 8, 57.* Rompor, et ora mihi pariter cum mente tumescunt. *Claud. IV. cons. Hon. 242.* rabie succensa tumescit. P *Id. epithal. Pall. et Celer. 125.* matura tumescit Virginitas, *h. e. tument papillae.* *Hieron. adv. Jovin. 1, n. 12.* Uteri tumescentes. V. TUMENS, TUMEO, TUMIDUS f. et TUMOR.

*TUMEX, icis, f. a *tumendo*, Vibex *Vet. Gloss. B. A.*

TUMICLĀ, ae, f. syncope pro *tumicula*, *h. e. restis, funiculus: diminutivum a tumice*, quam vocem vide. *Appul. Met. 8* Illico me tumicula spartea deligatum tradidit Philebo.

TUMIDE, adv. inflare. *Pl. As. 3, 3, 115.* Ut tumide is! Ita *Meursius.* Alii ut tu *incedis!* *Sen. Suas. 1, f.* Ut sententiam adjectione supervacanea, atque tumide perderet. Alii leg. *tumida.* *Id. Contr. 4, 25, f.* Tumidissime dixit *Murrhedius.*

TUMIDITAS, atis, f. *ὀξωος*, tumor. *Firm. Math. 8, 29, med.* Qui ventris tumiditate correpti hac ex causa moriantur. Adde *Hieron. ep. 53, n. 11.*

*TUMIDO, as. *Gloss. Gr. Lat.* Tumidare, *οὐδαίνω*. *B. A.*

TUMIDOSUS, a, um, adj. tumidus, tumens, ut *Tumidosi colles, Ammian. 21, 10.* Alii leg. *tumulosi.*

TUMIDULUS, a, um, dimin. tumidi, ut *Tumidula gingivula, Appul. Apol.*

TUMIDUS, a, um, adj. *οὐδαίλος, ὀξώδης*, inflatus, tumens, tumefactus. *Cic. Tusc. 3, 9.* Membrum tumidum ac turgidum vitiose se habet. (*tumidum* medici dicunt praeter naturam inflatum: *turgidum*, cum ex tumore quippiam erumpere paratum est. [**Accuratus hoc discrimen exposuit Doedert. 4, 190. sq.*] *Id. ib.* Sapientis animus nunquam turgescit, nunquam tumet.) *Hor. Od. 3, 3, 48.* Quam tumidus rigat arva Nilus. *Id. Ep. 2, 2, 201.* agitur tumidis velis aquilone secundo. *Virg. A. 3, 157.* et *ib. 8, 671.* Tumidum mare. *Or. A. 1, 9, 13.* Tumidi Euri; et *ib. 2, 14, 15.* Tumidus venter. *Id. Met. 1, 460.* Tumidus anguis; et *ib. 15, 77.*

Tumidae urvae; et Am. 2, 16, extr. Tumidi montes; et *Tac. A. 2, 23.* Tumidae terrae Germaniae: *passi montuosi;* [**Recte ita Noster.* Neque video, qui difficilius explicatu locus esse possit, cujus omnino plana sententia exstet: causas nempe *Tacitus* exhibet, quibus auster validior factus sit, quarum causarum primam posuit montuosos Germaniae tractus: augetur enim venti vehementia, cum per vallium angustias in planitiem emittitur. — Varias hujus loci interpretationes conjecturasque inspicere possunt ap. *Rupert.* Quid *Boettich.* in *lex. Tac.* p. 470, sq. sibi velit, haud sane assequor.] et *Colum. 4, 1.* Tumidior terra; et *Cels. 2, 6.* Tumidiores oculi. *Or. Rem. Am. 337.* Tumidae papillae. *Stat. Th. 2, 204.* Tumida virginitas, *h. e. papillis tumidis.* V. similem locum in TUMESCO. [**Cf. Ruhnk. ad Jul. Ruf. p. 263. sq. ed. Fr.*] P Translate est iratus, quia in ira bile tumet jecur, ut *Hor. Od. 1, 13, 4.* ait. *Id. A. P. 94.* Iratusque Chremes tumido delitigat ore. *Virg. A. 6, 407.* tumida ex ira tum corda residunt. *Stat. Ach. 1, 155.* Insidias et bella moventur. *Just. 41, 3, med.* de Parthis: Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia. *Flor. 4, 12.* Tumidae gentium inflataeque cervices. V. similia in TUMEO. P Item superbus, elatus, inflatus. *Lucan. 5, 233.* Tumidis infesta numina. *Or. Met. 8, 495.* Successu tumidus *Prop. 2, 19, 15.* Tumidus honor, *h. e. superbus faciens.* *Stat. Th. 2, 162.* tumidi solio, et late dominantibus armis. *Hor. Sat. 2, 5, 98.* Crescentem tumidis infla sermonibus utrem; et *Sen. Ben. 2, 16.* Alexander tumidissimum animal. *Sil. 11, 25.* Eridani tumidissimus accola, Celtae. P De inflato dicendi genere. *Liv. 45, 23, med.* Non negaverim nostrorum (*Rhodiorum*) tumidiorum sermonem esse. *Plin. ep. 7, 12.* Ut tibi tumidius videretur, quod est sonantius et elatius; et *ep. 9, 26.* Visus es mihi in scriptis meis adnotasse quaedam, ut tumida, quae ego sublimia; ut improba, quae ego audientia; ut nimia, quae ego plena arbitrabar. *Quint. 12, 10.* M. Tullium suorum homines temporum incessere audebant, ut tumidiorum. *Gell. 7, 14.* Plerumque sufflati atque tumidi fallunt pro uberibus; squalescentes et jejuni pro gracilibus. P [**Conf. tumidus et tumidus.* V. Cort. ad *Lucan. 1, 204.*]

TUMOR, oris, m. *οὐδημα, ὄγκος*, inflatio, abscessus. *Cic. Tusc. 4, 37, extr.* Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturna lippitudo depellitur; et *ib. 3, 9.* Num manus affecta reete est, cum in tumore est? *Auct. ad Her. 2, 27, f.* Deformatum, tumore praeditum, decoloratum fuisse constat, ergo veneno necatus est. *Prop. 2, 23, 86.* Turpia cum faceret Palladis ora tumor, *h. e. inflatio buccarum in sonanda tibia.* *Mart. 8, 64.* tumor excitat papillas. *Claud. in Ruf. 1, 72.* Tumor pelagi. *Front. de colon. p. 126, et 127.* *Goes.* Tumores terrae, tumuli, colliculi. *Sic Or. Met. 15, 305.* tumor ille loco mansit, et alti Collis habet speciem. *Claud. Rapt. Pros. 2, 101.* curvata tumore Parvo planities, et mollibus edita clivis Creverat in collem. *Mart. 4, 64.* Et planus modico tumore vertex Coelo perfruit sereniore. *Plin. 20, 25, 96.* Folia hypomarthri illinuntur tumoribus ardentibus; et *ib. 2, 4.* Tumores subitos sanare. *Id. 24, 4, 6.* discutere. *Id. 20, 16, 61.* sedare. *Id. 33, 6, 35, f.* lenire. *Id. 22, 85, 69.* maturare atque aperire. *Id. 24, 8, 37.* sistere; et *35, 17, 57.* cohibere; et *21, 21, 89.* tollere. P Item libidinis titillatio. *Auct. Priap. 83, 42.* Et inquietus inguina arrigat tumor. V. TUMEO. P Translate est motus hominum ex ira, aut rerum novarum cupiditate in seditionem aut bellum spectantium: ductum a tumoribus, qui in pus erumpere minantur. [**Cf. tumeo.*] *Cic. Att. 14, 5.* Ne deserere viderer hunc tumorem. *Claud. in Ruf. 2, 117.* praesens tumor, et civilia nuper classica, etc. P Item quavis animi perturbatio et aegritudo. *Cic. Tusc. 3, 12.* Cum tumor animi resedisset; et *ib. 31, f.* Nos omnia in consolationem unam conjecimus; erat enim in tumore animus; et *ib. 4, 29, f.* Vetat Chrysippus ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere. P Et praesentis ira: qua animus velut inflatur. *Sen. Ira 1, 16, med.* Ira habet non solidum robur, sed vanum tumorem; et *ib. 3, 2, f.* Ira violavit legationes, rupto jure gentium, rabiesque infanda civitatem tulit; nec datum tempus, quo resideret tumor publicus. *Virg. A. 8, 40.* tumor omnis et irae Concessere Deum. Est qui leg. *timor*, sed invitis libr. meliorib. *Pierio* teste. *Sen. Thyest. 519.* Ponatur omnis ira, et ex animo tumor Erasus abeat. *Lactant. Ira D. 18, med.* Ut residente per intervallum temporis animi tumore, haberet modum castigatio. *Arnob. 1, p. 15.* Nullus tumor indignationis in Diis est. P Item superbia, elatio, arrogantia. *Sen. Hipp. 136.* durus et veri insolens Ad recta flecti regius non vult tumor. *Just. 11, 11, f.* Hinc illi aucta insolentia, mirusque animo increvit tumor. *Claud. epist. 1, 6.* Me dolor incautum, me lubrica duxerit aetas, Me tumor impulerit, me devius egerit ardor. *Lucan. 10, 99.* multos tumores Mente gerit famulus Magni cervice revulsa. P De tumido dicendi genere, et vaniloquentia. *Gell. 2, 23, f.* Consarcinare verba tragici tumoris. *Quint. 9, 4, f.* Affectamus etiam tumorem, qui spondeis atque iambis maxime continetur. *Petr.*

Sat. I. de declamatorib.: Haec ipsa tolerabilia essent, si ad eloquentiam ituram viam facerent: nunc et rerum tumore, et sententiarum vanissimo strepitu hoc tantum proficiunt, ut cum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos. Alii leg. verborum tumore. Sen. Ben. 2, 11. f. Quid opus est arrogantia vultus? quid tumore verborum? ipsa res te extollit.

*TUMSA, ae, oppidum Africae Propriae, in Zeugitana. Tab. Pent. P Tuniza est Ant. Itin. B. A. TUMULAMEN, inis, n. tumulus. Inscr. ap. Fabric. p. 634, n. 290. Ipse meis quod constitui tumulamina membris.

TUMULATUS, a, um, part. a tumulo: rapiti, tumulo conditus. Op. Pont. 1, 6, 49. Inque Tomitana jaceam tumulatus arena. Mart. 11, 91. Aeolidon Canace jacet hoc tumulata sepulcro.

TUMULO, as, a. I. θάπρω, sepelio, in tumulo condo. Catull. 64, 153. nec injecta tumulabor mortua terra. Ob. Met. 15, 716. et quam tumulavit alumnus, h. e. Cajeta. Id. ib. 8, 710. neu sim tumulandus ab illa.

TUMULOSUS, a, um, adj. Sall. Jug. 96. Pervenit in locum tumulosum. V. TUMIDOSUS.

TUMULTUARIAE, adv. ex τοῦ παρανοήτος, cum tumultu, festinanter. Ammian. 24, 2, med. His raptim ac tumultuarie actis. Spart. Caracall. 6. Tumultuarie cum Parthorum satrapis manum contulit.

[TUMULTUARIO, adv. idem ac tumultuarie. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 1, 65. Quod per lyrae cantus et musicam tumultuario convenisset. P.]

TUMULTUARIUS, a, um, adj. ἀνοήσιος, in tumultu factus, ut tumultuarii milites, qui in tumultu evocabantur, id est in bello Italico, et Gallico. Hi milites fiebant per conjunctionem. Nam quia singulos interrogare non vacabat propter praesens periculum; qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolium, et exinde proferens duo vexilla, unum roseum, quo pedites evocabat, alterum caeruleum, quo equites, dicebat: Qui vult salvam rempublicam, me sequatur, et qui convenissent, simul jurabant. Unde dicebatur ista militia conjuratio. Hinc illud Virg. A. 8, 4. simul omne tumultu Conjurat trepidum Latium. (Adde Sere. ad Virg. A. 2, 157. et V. Signon. de ant. jure C. R. c. 15.) Liv. 5, 37. Quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto aegre ad undecimum lapidem occursum est. Id. 35, 2, f. Mens ea senatui fuit, ut in Hispania tumultuarii milites legerentur. Gell. 16, 10, med. Proletarii asperis reipubl. temporibus, cum juvenutis inopia esset, in militiam tumultuariam legabantur. Adde Liv. 35, 23. P Translate sumitur pro omni eo, quod sine praemeditatione, et subito factum est, παρανοήτως, ut Tumultuarii opus, Tumultuaria oratio, etc. Nam in tumultu omnia praepropere administrari publice privatimque solita fuerunt, cum bellum urgens, et quasi muris imminens solemnem actum non admitteret. Quint. 10, 7, med. Sed nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor unquam. Liv. 6, 29. Locum, quem tumultuario opere communirent, capiunt. Id. 21, 8. Nihil tumultuarii pugnae simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent. Gell. 11, 7. Homo celebratus in causis, sed repentina et quasi tumultuaria doctrina praeditus. Id. 6, 16. Qui tumultuariis et inconditis linguae exercitationibus ad famam se faciundiae permiserat. Sidon. ep. 2, 10. Tumultuarii carmen inscripsi, h. e. improvisato: etenim ib. mox: Quae imaginarie tantum, et quodammodo umbratilliter effingimus.

TUMULTUATIM, adv. propter, temere. Sidon. ep. 4, 11. Non tumultuatim doctrinae suae opes erogaturus.

TUMULTUATIO, onis, f. actus tumultuandi. Liv. 38, 2. Haec tumultuatio regem cupientem, si se sequerentur, raptim evadere angustias, revocare primos, et eadem, qua venerat, via referre coegit signa. P Significat etiam militum tumultuorum conjunctionem. Isid. Or. 9, 3, med. Conjuratio est, quae fit tumultu, quando viciniam urbis periculum singulos jurare non patitur: sed repente colligitur multitudo, et tumultuosa in ira conflatur. Haec tumultuatio dicitur. V. TUMULTUARIUS.

*TUMULTUATOR, oris, m. ὀλιόλοπος Gloss. Gr. Lat. B. A.

[TUMULTUATUS, a, um, part. a tumultuor: qui tumultuatur. Petr. Sat. 79. Non diu tumultuatus stabili januam effregi. F.]

TUMULTUO, V. in v. sq.

TUMULTUOR, aris, atus sum, dep. I. θορυβίζω, tumultum cieo, turbas facio, inquietus sum. Auct. ad Her. 4, 15. In otio tumultuaris, in tumultu solus es otiosus. Pl. Poen. 3, 1, 21. In re populi placida, atque intersectis hostibus, non decet tumultuari. Suet. Galb. 9. Tumultuari Gallias comperit. Cic. Agr. 2, 37. Ego is consul, qui saepe et sine causa tumultuer. Id. Coel. 15, med. Quid tumultuaris, soror? quid insanis? Id. fragm. ap. August. contra Acad. 3, 7. Clamat Zeno, et tota illa porticus tumultuatur, hominem natum ad Tom. IV.

nihil aliud, quam honestatem. Quint. decl. 2, 18. Hominis, qui ferro occiditur, tumultuatur exitus, et similis est repugnanti. P Positione activa. Pl. Rud. 3, 2, 14. Quid sit, mihi expedi, quid tumultues. Cic. Off. 1, 23. Fortis et constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantem de gradu dejeci. Just. 12, 15. Tumultuantes milites, insidiis periisse regem suspicantes. Suet. Cal. 55. Equiti R. tumultuanti per centurionem denuntiavit, abiret sine mora, h. e. obstrepenti in ludis; et Plin. 8, 9, 9. Tumultuantem elephantum catenis coercere. P Passive impersonaliter. Liv. 25, 21. Cum tumultuatum in castris sciret Caes. B. G. 7, 61. Hostibus nuntiatur, in castris Romanorum praeter consuetudinem tumultuari. P Translate. Quint. proem. 7. Oratio carens ordine, tumultuetur necesse est, et sine rectore fluitet, nec cohaereat sibi.

TUMULTUOSE, adv. θορυβώδως, cum tumultu. Liv. 2, 28. Rem consulere ordine non licuit, adeo tumultuose excepta est clamoribus undique, et indignatione patrum; et 29. Senatus tumultuose vocatus, tumultuosius consulitur. Caes. B. G. 7, 45. Equitibus imperat, ut paulo tumultuosius omnibus in locis pervagarentur. Cic. Verr. 2, 2, 14, extr. Ut hominem id aetatis, minime litigiosum, quam tumultuosissime adorianatur. Suet. Cal. 45. Jubeat sibi post prandium quam tumultuosissime, adesse hostem nuntiari. Adde Afran. ap. Charis. 2, 107.

TUMULTUOSUS, a, um, adj. θορυβώδης, tumultu plenus, tumultuarius. Pl. Trin. 5, 2, 52. Quis homo tam tumultuosus sonitu me excivit subito foras? Cic. Fam. 2, 12. Tumultuosae conciones. Id. Inv. 1, 3, f. Ex seditiosa et tumultuosa vita se in studium aliquod quietum tradere. Liv. 2, 10. Primam periculi procellam, et quod tumultuosissimum pugnae erat, parumper sustinuit; et 24. Latini equites cum tumultuoso advolant nuntio, Volscos infesto exercitu ad urbem oppugnandam venire. Suet. Ner. 40, f. Coenae tempore interpellatus tumultuosioribus litteris. Vel. 2, 74. Caesar Italiam longe, quum speraverat, tumultuosiore reperit. Hor. Od. 3, 1, 26. Tumultuosum mare; et Cels. 1, 2, et 8, 4, med. Somnus gravior, tumultuosa somnia. P De eo, qui tumultum excitat. Liv. 4, 28. In otio tumultuosi, in bello segnes. P Translate. Quint. 3, 8, med. Saepius subsidit in controversiis impetus dicendi, etc. verum id quoque aequalis erit, non tumultuosius, neque turbidius. P In aliquib. MSS. ap. Suet. legitur tumultuosus, ut monstruosus, montosus, etc.

TUMULTUS, us, m. θόρυβος, turba, perturbatio, trepidatio, seditio, motus discursantium, trepidantium, strepitantium, rumor sive in bello, sive in seditioe, sive ob aliam quamlibet causam: a tumor, aut tumeo. Cic. Cat. 2, 12. Ut Urbi sine vestro motu ac sine ullo tumultu satis esset praesidium. Id. Dejot. 7. Vultus hominum te intuentium recordare: numquae trepidatio? numqui tumultus? numquid nisi moderate, nisi quiete? Liv. 25, 13, med. Per tumultum ac trepidationem omnia agi. Caes. B. G. 5, 26. Initium repentinum tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige. Nep. Att. 2. Cinnano tumultu civitatem esse perturbatam. Virg. G. 1, 465. caecos instare tumultus. Id. A. 2, 122. Ithacus vatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Hor. Sat. 2, 2, 16. Saeviat, atque novos moveat fortuna tumultus. Ov. Met. 5, 5. Inque repentinis convivia versa tumultus. Sall. Jug. 57. Formidinae et tumultum facere. Liv. 25, 26. Tumultum praebere; et ib. 4, f. Turbae ac tumultus concitatore esse. Cic. Cat. 3, 3. Tumultum injicere civitati. Liv. 36, 19, edere. Id. 25, 29, f. sedare. Tac. H. 4, 16, comprimere. Lucan. 1, 297, componere. Liv. 25, 23, extr. Sine strepitu ac tumultu aliquid facere; et ib. 25, med. Cum omnia terrore ac tumultu streperet. Id. 28, 19, extr. Arx etiam inter tumultum capta est. Sen. Herc. Fur. 714. Acheron rapitur tumultu ingenti. P De aeris, aut maris tempestate, procella, fragoribus. Hor. Od. 1, 16, 11. tremendo Juppiter ipse ruens tumultu; et ib. 3, 27, 17, vides, quanto trepidet tumultu Pronus Orion? Lucan. 5, 592. pelagi coelique tumultus. Sen. Herc. Fur. 1091. Tumultus maris. Ov. Met. 3, 308. de Semele: corpus mortale tumultus Non tulit aetherios, h. e. Jovem accedentem cum tonitru ac fulminibus. P Tumultus dicebatur a Romanis bellum aliquod subitum, quod ob periculi magnitudinem, hostiumque vicinitatem, magnam Urbi trepidationem incutiebat. Proprie autem tumultum dicebant bellum Gallicum, aut Italicum. Cic. Phil. 8, 1. Belli nomen ponendum in sententia quidam non putabant, tumultum appellare malebant, ignari non modo rerum, sed etiam verborum. Potest esse bellum sine tumultu, tumultus esse sine bello non potest. Quid est aliud tumultus, nisi perturbatio tanta, ut major timor (al. tumor) oriatur, unde etiam nomen ductum est tumultus? Itaque majores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticum, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem esse tumultum, quam bellum hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. Haec

Cic. qui Phil. 3, 12. Rem, inquit, administrandam arbitror sine ulla mora, et confestim gerendam censeo, tumultum decerni, justitium indici, saga sumi dico oportere, delectum haberi sublati vacationibus in Urbe, et in Italia. Hisce verbis Cicero omnia tumultus signa expressit, quibus apparet, omnia in tumultu praepropere administrari publice, privatimque solita, cum bellum urgens, et quasi muris imminens solemnem actum non admitteret. Liv. 7, 9. Dictator cum tumultus Gallici causa justitium edixisset, omnes juniores sacramento adegit. Id. 34, 56. Bojorum gentem ad defectionem spectare. Ob eas res tumultum esse decrevit senatus. P Etiam alibi subitum bellum, seditio repentina tumultus dicta. Liv. 41, 6. Sedato tandem Istrico tumultu: et paulo post: In Sardinia magnum tumultum esse, cognitum est. P Translate de mixtione et conflictu rerum diversarum et contrariarum. Hor. Sat. 2, 2, 75. simul assis Miscueris elixa, simul conchylija turdis, Dulcia se in bilem vertunt, stomachoque tumultum Lenta feret pituita. Sen. de Thyeste, qui natos suos comederat, Thyest. 999. Quis hic tumultus viscera exagitat mea? Quid tremuit intus? Claud. Laud. Stil. 1, 162. tam varius vocum generumque tumultus. P De perturbatione animi et mentis ex cogitationibus in diversa trahentibus. Hor. Od. 2, 16, 9. Non enim gazae, neque consularis Summovet licitor miseros tumultus Mentis. Id. Sat. 2, 3, 208. species veri scelerisque tumultu Permixtae. Petr. Sat. 123. pulsata tumultu Pectora, perque duas scinduntur territa causas. Sen. Herc. Fur. 1219. Nondum tumultu pectus attonito caret. Id. Oed. 328. quid fieri queam Inter tumultus mentis attonitae vagos? Lucan. 7, 183. gaudet monstris mentisque tumultu. Claud. in Ruf. 1, 20. Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum. P Tumultus sermonis, cum verba confusa et fracta exprimuntur, non articulate et distincte, propter linguae impedimentum. Plin. 7, 12, 10. Surae proconsulis rictum in loquendo contractionemque linguae, et sermonis tumultum piscator quidam in Sicilia reddidit. P Tumultus criminum ap. Quint. decl. 1, 4. est confusa coactio criminationum. P Ap. Hor. Ep. 1, 19, 19. O imitatores, servum pecus! ut mihi saepe Bilem, saepe jocos vestri movere tumultus! h. e. conatus et contentiones assequendi imitando aliorum scripta, simulque nimium ac servilem metum, non longius abeat. P Metonymia est in his. Tibull. 2, 6, 25. urbiq; tumultus Portatur validis mille columna jugis, h. e. terrorem et tumultum injiciens, ne, vicis intremtentibus, aedes ruant. (V. similem loc. ap. Sen. ep. 90, med. et Juven. 3, a v. 254.) Stat. Silv. 1, 2, 234. Omnis plebejo teritur praetexta tumultu, h. e. concursu plebis: ubi autem concursus, ibi tumultus. P In illo ejusdem Theb. 6, 588. variasque per artes Instimulant docto languentia membra tumultu: tumultus est creber motus et agitatio erurum a meditantibus cursuram facta, instar eorum, qui in tumultu discursant. P Genitivus tumulti, ut senati, etc. antiquorum est. Sall. Cat. 62. Cohortes veteranae, quas tumulti causa conscripserat. Ita legit Non. 8, 50. et probat Curtius: alii tumultus. Ter. Andr. 2, 2, 28. et Hec. 3, 2, 21. Nihil ornati, nihil tumulti. Pl. Cas. 3, 5, 22. et Poen. 1, 1, 79. Quid intus tumulti fuit? Adde Enn., Turp., Afran., Pomp., Acc. ap. Non. 8, 7. et 50.

TUMULUS, i, m. λόφος, colliculus e terra nonnihil eminens: a tumeo. Fest. Tumulum Stilo Aelius sic definit: Tumulus est cumulus arenae editus, secundum mare in altum elevatae; unde similiter et manu factus, et naturalis proprie dici potest. [Doederl. 2, 122. docet: esse tumulus quasi diminutivum a tumor terrae.] Ov. Met. 4, 240. tumulumque super gravis addit arenae. Caes. B. G. 1, 43. Planities erat magna, et in ea tumulus terreus satis grandis. Cic. Att. 14, 13. Quaeris utrum magis tumulis prospectuque, an ambulatione aliter delecter. Ov. Met. 15, 397. tumulus sine ullis arduis arboribus. Cic. Cat. 2, 11. Tumuli silvestres. P Saepae ponitur pro sepulcro, quia ibi coacervari terra consuevit. Virg. A. 3, 321. Priameia virgo Hostilem ad tumulum Trojae sub moccibus altis Jussa mori. Cic. Arch. 10. Cum Alexander in Sigaeo ad Achillis tumulum astisset. Ov. Met. 4, 157. Componere tumulo; et ib. 14, 176. condere; et ib. 8, 236. ponere. Albinov. 1, 161. tumulo ponemur in uno. Tac. A. 2, 7. Tumulum alicui struere. Lucan. 8, 713. raptim parare alicui. Ov. Met. 2, 326. tumulo dare corpora. Virg. Ecl. 5, 42. Et tumulum facite, et tumulo superaddite carmen. Ov. Her. 7, 194. et Fast. 3, 547. et Trist. 3, 3, 72. Hoc tamen in tumuli marmore carmen erit. P Tumulus honorarius, est cenotaphium, hoc est vacuum sepulcrum, quod in mari submerso, eique, ejus corpus haberi non poterat, erigi solebat. Suet. Claud. 1. Ceterum exercitus ei honorarium tumulum excitavit, circa quem, etc. P In neutro genere. Inscr. infimae notae ap. Reines. cl. 20, n. 197. Sibi posterisque suis hoc tumulum fecit.

TUN, tunc? V. in TU.
TUNC, adv. τότε, tum, eo tempore: cui respon-

det nunc. In MSS. facile *tunc* et *tum* commutantur. [V. in TUM. De discrimine inter *tunc* et *tum* ibi dictum est. — Originem quod attinet, sunt qui doceant, esse *tum*, et *tunc* ortum, eodem quidem modo, quo *nunc* ex *num*. V. *Beier*. ad *Cic. Off.* 1. p. 336. Sed particulae notione, qua certum idque ipsum tempus, id momentum cum vi quadam significat, de quo sermo est, illud videtur ut verius commendari, contractum esse *tunc* ex *tumce*.] *Cic. Phil.* 7, 5. Sed erat *tunc* excusatio oppressis, misera illa quidem, sed tamen justa: nunc nulla est. *Nep. Eam.* 3. Macedones milites ea *tunc* erant fama, qua nunc Romani feruntur. *Id. Timoth.* 3. Philippus jam *tunc* valens multa moliebatur. *Pl. Capt.* 4, 2, 107. Cujus erat *tunc* nationis, cum hinc abiit? *Id. Merc.* 3, 2, 9. Cum senex sis, *tunc* in otium te colloces, dum potestur. *Prop.* 1, 1, 23. *Tunc* ego crediderim vobis, et sidera, et amnes Posse Cytaeae ducere carminibus. *Colum. praef.* 1. f. Quas ordine suo *tunc* demum persequar, cum praefatus fuero, etc. *Id.* 9, 15. Si favi transversim inhaerent, *tunc* scalprato ferramento est opus. *Just.* 36, 4. Hujus testamento heres populus R. *tunc* instituitur. *Pl. Most.* 3, 2, 54. *Tunc* tibi chorda tenditur: inde in ferriterium: postea in crucem recta. *Stat. Th.* 5, 81. nam me *tunc* libera curis Virginitas, annique tegunt: pro tegebant, tempus pro tempore. P. Additur et genitivus temporis. [*V. in *tum* similem usum.] *Just.* 1, 4. De gente obscura *tunc* temporis Persarum Cambysi (*filiam*) in matrimonium tradit. *Appul. Met.* 11. Quippe quod *tunc* temporis videre praesentibus plurimi. P. [*De confusione part. *tunc* et *tum*, quae solemnis fere est in libb. MSS. v. *tum*.]

TUNDIS, Indiae oppidum. *Tab. Peut. B. A.*
TUNDO, is, tūdi, tunsum, et tusum, a. 3. *ζώνω*, repetitis ictibus caedo, pulso, verbero, percutio: ab obsolete *tudo*: unde praeteritum *tudidi*, et *tuditans*. *Cic. Verr.* 2, 5, 54. f. Caedunt acerrime virgibus: denique Sestius, converso bacillo, oculos misero tundere vehementissime coepit: et *mox*: Cum jacenti latera tunderentur. *Plin.* 34, 15, 43. Ferrum rubens non est habile tundendo, h. e. quod tundatur. *Id.* 19, 1, 3. Linum textum tunditur clavis semper injuria melius. *Colum.* 2, 21. Spicas fustibus tundere. *Claud. Laud. Stil.* 2, 464. pingues nec grandine tundat olivas Scorpions. *Pl. As.* 2, 1, 14. Quid hoc, quod picus ulmum tundit? *Prop.* 3, 15, 35. Dea magna Cybele Tundet ad Idaeos cymbala rauca choros. *Hor. A. P.* 430. tundere pede terram, *Id. Epod.* 17, 55. saxa Neptunus alto tundit hibernus salo. *Catull.* 11, 4. litus tunditur unda. *Claud. in Ruf.* 1, 276. carina, geminis quae lassa procellis Tunditur. *Ov. Am.* 1, 6, 54. Huc ades (*Borea*), et surdas flamine tunde fores; et *ib.* 2, 9, 10. Pectoraque infesta tundat aperta manu. *Virg. A.* 6, 598. Vultur rostro jecur tundens. *Tibull.* 1, 5, 44. Et miserum sancto tundere poste caput, h. e. caput posti illidere. *Lucr.* 4, 932. Tundier, et crebro pulsarier aeris ictu. *Virg. G.* 3, 382. Gens effrena virum Rhiphaeo tunditur Euro. P. Est etiam pinsere, in pila comminere, *πύσσω*, *πύσσω*. *Plin.* 13, 22, 43. et 20, 19, 79. Tundere aliquid in pila. *Id.* 19, 5, 29. Tundere aliquid in pollinem. *Id.* 33, 7, 49. in farinam. P. Translate est obtundere saepius idem repetendo, et usque ad fastidium audientium: ductum, inquit *Donat.*, a malleo fabricorum, *Ter. Hec.* 1, 2, 48. Tundendo atque odio denique effecit senex. *Prop.* 4, 5, 35. Tundat Amycle, Natalem Majis Idbus esse tuum. *Virg. A.* 4, 447. assiduis hinc atque hinc vocibus heros Tunditur. *Pl. Poen.* 1, 3, 25. Pergin' aures tundere! [*Agit de hoc signif. *Doederl.* 1, 125. sqq. ubi ab hoc verbo *studium* derivandum censet. V. *Studeo*.] P. Eandem incudem *tundere*, proverbialis dictio, in idem studium incumbere, in una eademque re assidue laborare. *Cic. Or.* 2, 39. Siquem plane rudem institui ad dicendum velim, his potius tradam assiduis: uno opere eandem incudem diem noctemque tundentibus. P. Dicitur interdum de eo, qui unico ictu percutit. *Ov. Met.* 5, 291. seque jacit vecors e summae culmine turris, Et cadit in vultus, discussique ossibus oris Tundit humum moriens. *Lucr.* 4, 265. lapidem digito cum tundimus, ipsum Tangimus extremum saxi, summumque colorem. P. Praeteritum *tudidi* paenultima correpta (quae in *contudit* ab *Ennio* producitur, tanquam a *tudi* disyllabo: ab aliis passim corripitur. V. *CONTUNDO*.) agnoscitur a *Varr. L. L.* 8, 56., item a *Charis.* 3, 217. et *Prisc.* 10. p. 891. P. *Tunsi* pro *tudidi* agnoscitur a *Diomed.* 1, 369. P. Etiam *tusi* olim dixere: unde *tusus*. *Naevis* ap. *P. Merulam* in *collect. fragment. Ennii* p. 42. Qui terrai Latiae hemones tuserunt Vires, fraudesque Poenicas, labor.

TUNES, etis, f. urbs Africae, in ora maris Mediterr., ampla, cum arce, et portu amplo, caput regni Tunetani, piratica infamis. *Liv.* 30, 9. Occupat relictum fuga oppidum Tuneta. *Id. ib.* 36. Ut Tunetem venirent.

TUNGRI, orum, m. plur. nunc *Tongres*, urbs Eburonum, in Belgio, media inter Trajectum ad Mosam in Or. et Fanum S. Trudonis in Occ. *Plin.*

4, 17, 31. P. De fonte aquae calidae, ap. Tungros, nunc *die Bäder zu Spa*. *Id.* 31, 2, 8. Tungri civitas Galliae fontem habet insignem, plurimis bullis stellantem, ferruginei saporis. Purgat hic corpora, tertianas discutit, calculorumque vitia. P. In singulari num. *Inscr.* ap. *Grut.* 334, 3. M. Ulpus Felix natione Tunger. *Sil.* 7, 681. Terrificis Maurus prorumpit Tunger in armis. Alii rectius leg. *Terrificus nigris prorumpit Maurus in armis*.

TUNICA, ae, f. *ζώνη*, vestis interior, corpori adhaerens, cui toga superinduitur, viris et mulieribus usurpata, olim sine manicis, deinde manicata, et cinctu constricta. De notatione V. *Fossium*. Romani tunica diu caruerunt, sola toga contenti, ut *Gell.* 7, 12. docet. *Ascon. in fin. comment. pro M. Scaur.* Cato praetor judicium, quia aestate agebatur, sine tunica exercuit, campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat, jusque dicebat, idque repererat ex veteri consuetudine, secundum quam et Romuli aetatis statuatae in Capitolio, et in Rostris Camilli fuerunt, togatae sine tunicis. Haec *Ascon.* Non est tamen negandum, antiquissimam fuisse Romae tunicam, cum *Livius* 1, 2. scribat, Numam Saliis tunicae pictae insigne dedisse. Sed hoc non probat, vulgarem omnium tunc ejus fuisse usum, sed Saliorum peculiarem. P. Postea substrictam et brevem citra humerum desinentem induere coeperunt, Graece *ἔσφυδα* dictam: manicas quoque addiderunt delicati homines ad manus usque oppriendas: quod probo dedit P. Scipio Africanus P. Sulpicio Gallo ap. *Gell. l. c.* *Virg.* quoque reprehendit *A.* 9, 616. et *Cic. Cat.* 2, 10. P. Plebecula, et turba forensis tunica saepe utebatur sine toga: unde *tunicatum popellum* dixit *Hor. Ep.* 1, 7, 65. P. Qui tunicam simul gestabant ac togam, hanc deponere in exercitationibus, quo expeditiores essent: unde illud *Juven.* 2, 143. tunicati fuscina Graechi. P. Mulierum tunicae laxiores erant et prolixiores, quam virorum, horum vero, quam militum, ut est ap. *Gell. l. c.*, ad ulnas crurae adversus oculos protegenda. *Quint.* 11, 3. *med.* Cui lati clavi jus non erit, ita cingatur, ut tunica prioribus oris infra genua paulum, posterioribus ad medios poplites usque perveniant: nam infra mulierum est, supra centurionum. *Ov. Fast.* 1, 407. Illa super suras tunicam collecta ministrat. *Id. A. Am.* 3, 301. Haec movet arte latus, tunicisque fluentibus auras Excipit. P. Duas etiam tunicas gestare, aut etiam plures mos fuit, frigori arcendo. *Suet. Aug.* 82. Hieme quaternis cum pingui toga tunicis, et subucula, et thorace laneo munitur. *Varr. ap. Non.* 2, 312. Mihi puero modica una fuit tunica et toga, sine fasciis calciamenta, equus sine ephippio. *Calpurn. Ecl.* 3, 30. ambas Diduxi tunicas, et pectora nuda cecidi. P. Cum plures erant, ea proprie *tunica* dicebatur, quae sub toga statim: quae interior, propria interdum nomina habuit, *subucula*, *indusium*, *interula*. *Varr. ap. Non.* 14, 36. Posteaquam binas tunicas habere coeperunt, instituerunt vocare subuculam, et indusium. P. Saepissime tamen communi nomine *tunica* dicta, quae carni adhaeret, et est Italica *camicia*. *Masur. Sabin.* ap. *Gell.* 10, 15. *tunicam intimam* dixit: *tunicam* absolute *Ov. Fast.* 2, 171. et 347. et *Am.* 1, 5, 9. et 13. et *ib.* 7, 47. et *ib.* 2, 15, 12. et *ib.* 3, 7, 40. et *ib.* 14, 21. et *Prop.* 2, 2, 66., quibus locis *tunica* indusium est, eaque detracta, membra patent. P. Servis verberandis tunica detrahebatur. *Juven.* 6, 475. perit libraria, ponunt Cosmetae tunicas. *Pl. Pers.* 3, 1, 34. Ubi captum est flagrum, dum tunicas ponit, etc. Adde *Petr. fragm. Trag.* 49. *Burm.* P. Quae sub toga erat tunica, in viris duplex fuit, recta, et clavata. *Recta* quid sit, V. in *RECTA*, ae. De *clavata* V. in *CLAVUS* et *CLAVATUS*. Ee tunica palmata V. *PALMATUS*. P. De tunica Jovis V. in *PALMATUS*. P. Tunica pallio propior: [nos: *das Hemde ist mir näher als der Rock*.] proverbium, quo significatur, non omnes aequo conjunctos nobis curae esse, sed esse alios aliis cariores: similiter ex rebus nostris quasdam esse, quae magis tangunt, aut plures interest curare et servare: quia tunica corpus tangit, pallium non item. *Pl. Trin.* 5, 2, 30. Hunc priorem aequum est me habere. Tunica propior pallio est. P. *Tunica* molesta est supplicii genus, de qua dictum est in *MOLESTUS* et *SUPERVESTIO*, et *TAEDA*. P. Translate est membrana, integumentum, velamentum, cutis cujuspiam rei. *Cels.* 7, 24. Colligendae venae, vinciendaeque, ubi tunicis inhaerebant; et *ib.* 2. Quidquid abscedit, velamento suo includitur: id antiqui tunicam nominabant. *Id.* 4, 1. Renes tunicis superconteguntur. *Id.* 7, 7, n. 14. et *Plin.* 11, 37, 54. Tunicae oculorum. *Id.* 22, 22, 46. boletorum. *Juven.* 14, 153. lupini, h. e. siliqua, theca. *Quint. decl.* 13, 12. Cum se ruptis jam tunicis in patulum capita (*florum*) fuderunt. *Plin.* 24, 3, 3. Cortex ligni, corticique tunica subjecta. *Id.* 16, 14, 25. de tilia: Inter corticem ac lignum tenues tunicae multiplici membrana; et *ib.* 36, 66. Arundines longis vestiri tunicis, h. e. foliis calamum amplexentibus. *Id.* 11, 35, 41. Genus tinearum tunicas suas trahentium, quo cochleae modo. *Lucr.* 4, 56. Cum veteres ponunt tunicas aestate cicadae.

Virg. G. 2, 74. se medio trudent de cortice gemmae, Et tenues rumpunt tunicas. *Catull.* 95, 7. At Volusi annales laxas scombris saepe dabunt tunicas.

TUNICATUS, a, um, adj. *ζωνοφόρος*, qui sola indutus est tunica, hoc est, qui nullam tunicae superinduit togam: cui opponitur *togatus*: quales fuere pauperiores apud Romanos, praesertim turba forensis, denique etiam divites, cum sese exercebant. *Cic. Coel.* 5. Ut exercitatione ludoque, campestri tunicati uteremur. *Hor. Ep.* 1, 7, 65. Villa vendentem tunicato scruta popello. P. Metaleptice sumitur pro indocto, imerito. Sic *Auct. dial. de Or.* 7. vulgus imperitum appellat populum tunicatum. P. Translate *tunicatum caepe* dixit *Pers.* 4, 3. h. e. multa involucre velut tunicas habens. P. *Tunicata quies* est quae habetur ruri, ubi, togis depositis, tunicati homines liberius vivunt. *Mart.* 10, 51. O soles, o tunicata quies!

*TUNICENSE OPPIDUM in Africa Propria fuit. *Plin.* 5, 4. B. A.

TUNICO, as, a. l. *ζωνίζω*, tunica aliquem induo. *Varr. ap. Non.* 2, 873. Haec lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.

TUNICOPALLIUM. V. in *PALLA*.

TUNICULA, ae, f. *ζώνιον*, parva tunica. *Varr. ap. Non.* 3, 247. Ut venalem tuniculam poneret quotidie. *Turpil. ap. eund.* 14, 8. Epistola excidit mihi, inter tuniculam ac strophium quam collocaveram. *Pl. Rud.* 2, 6, 65. Redactus sum usque ad hanc unam tuniculam, et ad hoc misellum pallium. P. Parvum integumentum, folliculus, membrana. *Fest. in Gluma.* Gluma hordei tunicula. *Plin.* 26, 12, 76. et 29, 6, 38. Tuniculae oculorum. *Id.* 30, 10, 27. Tunicula stellionis, quam eodem modo, ut anguis, exsui.

*TUNNUM, i, n. Britanniae oppidum. *Not. Imper. (ap. Cellar.) B. A.*

TUNSUM, a, um, part. a *tundo*: *κοφθεῖς*, repetitis ictibus caesus, percussus, contusus. *Virg. G.* 4, 302. Tusa per integrum solvuntur viscera pellem; et *ib.* 3, 133. Cum graviter tunsis gemit area frugibus. *Id. A.* 11, 37. Ingentem gemitum tunsis ad sidera tollunt Pectoribus; et *ib.* 1, 485. Suppliciter tristes, et tunsae pectora palmis Iliades. *Appul. Met.* 7. f. Tunsis ac diverberatis vehementer uberibus. P. Item tundendo comminutus, pinsitus, *μετακνέρος*. *Virg. G.* 4, 267. tunsung glaciae admiscere saporem. *Colum.* 6, 8. Tunsung allium; et 9, 13. *med.* Grana mali Punice tunsia. *Id.* 6, 7. Cupressi quindecim coni, totidemque gallae, et utrumque ponderis vestissimus casus: quibus in unum tunsis admiscetur vini quatuor sextarii. *Appul. Met.* 4. Hordeum tunsung miunitim.

TUOR, eris, dep. 3. V. TUEOR.

TUOR, oris, m. visus. *Appul. de Deo Socrat.* Fila tenuia usque adeo, ut radios omnes nostri tuoris raritate transmittant.

TURACULUM, quod legitur ap. *Varr. L. L.* 4, 8. f., monet *Scal.* legendum esse *auguraculum*.

TURALIS, e, adj. idem ac turarius. *Serc.* ad *Virg. A.* 5, 745. Acerra, id est, arca turalis, id quod continet, pro eo quod continetur. F.]

TURARIUS et Thurarius, a, um, adj. ad tus pertinens. *Turarius*, ii, qui tura tractat, et vendit. *Firm. Math.* 8, 25. f. Turarios faciet, vel pigmentarios, seu pharmacopolas. *Tert. Idol.* 11. Nisi si quis et de turario dissimulabit. *Inscr.* ap. *Mur.* 952, 6. L. Faenio L. J. L. Favori thurario. P. *Tibiae turariae*, quae et *Lydiae*, quibus canebant in sacris, dum tus adoleretur, memorantur a *Sol.* 5. *med.* et fuisse putat *Salmas.*, quas *Plin.* 16, 36, 66. f. appellat tibias sacrificas Tuscorum, e buxo factas; et quas designat *Virg. G.* 2, 193. Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras. P. *Vicus Turarius* fuit Romae in regione Urbis VIII, ut est ap. *Sex. Rufum*, et *P. Victor. de Regionib. Urb. R.* Meminit etiam *Cic. Verr.* 2, 1, 59., ubi *Ascon.* tradit, in eo fuisse signum Vertumni. Quod autem hoc signum ponunt alii in vico Tusco, inde quidam putant, Tuscum et Turarium vicum eundem esse, vel saltem Vertumni signum fuisse in extremo Turario, eo loci, ubi Tuscum tangebatur: quod ex eo etiam veri fit simile, quia *Ascon.* Vertumnus in extremo Turario locat. Sunt etiam, qui perperam cum Jugario confundunt, [quem oppositum Tusco, seu Turario fuisse, in altero nempe latere basilicae Juliae, prohavit *Nibbyus del Foro R.* p. 95. F.] P. De descriptione V. in *THUS*.

TURBA, ae, f. *τύρβη*, tumultus, seditio, motus et trepidatio plurium, perturbatio multitudinis, ut *rixam* duorum: a Graeca voce allata, quae Attice pro *τύρβη*, tumultus. Alii volunt esse per syncope *θύρβος* idem significante. *Ulp. Dig.* 47, 8, 4. Praetor ait: Cujus dolo malo in turba damnus factum esse dicitur, etc. Turbam ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, utique non accipiemus in turba id factum, quia duo turba non proprie dicuntur. Enimvero si per plures fuerint: decem puta, aut quindecim homines, turba dicitur: quid ergo, si tres aut quatuor? turba utique non erit: et rectissime Labeo inter turbam et rixam multum interesse ait: nam turbam multitudinis hominum esse turbationem et coetus, at

rixam duorum. Hactenus *Ulpianus*. *Cic. Fam.* 6, 6. f. Quanta in turba, quantaque in confusione rerum omnium viveremus. *Id. Rosc. Am.* 32. med. Verum, ut fit, multa saepe, imprudentibus imperatoribus, vis belli ac turba olitur. *Caes. B. C.* 2, 35. Fugientium multitudine ac turba portae castrorum occupantur. *Sall. Cat.* 38. Semper in civitate quibus opes nullae sunt, bonis invident, malos extollunt, turba atque seditionibus sine cura aluntur. *Quint.* 2, 16. Seditiones turbaeque populares excitantur. *Tac. H.* 4, 1. f. In turbas et discordias pessimo cuique plurima vis. *Cic. Verr.* 2, 5, 12. f. Maximas in istius castris effecisse turbas dicitur. *Sall. or. Maeri Licin. ad pleb. med.* Turbas concitare. P Dicitur etiam de perturbatione, quae a paucis fit. *Cic. Verr.* 2, 4, 66. Ecce autem nova turba atque rixa. *Ter. Eun.* 4, 3, 11. Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit! et 4, 4. f. Jam tum inceperat turba inter eos. *Id. Heaut.* 5, 2, 17. Quantas turbas concivi insciens! *Id. Eun.* 4, 1, 2. Timeo, nequam ille hodie turbam faciat, aut vim Thaidi. *Id. Heaut.* 1, 2, 16. Propter eam haec turba atque abitio evenit. *Pl. Aul.* 2, 9. extr. Fugiam intro, ne quid hic turbae fiat. *Acc. ap. Non.* 12, 26. Non vides, quantam turbam, quantosve fluctus concites! Adde *Caecil. ib.* P De duobus tantum. *Or. Fast.* 2, 715. Oscula quisque suae matri properata tulerunt, Non intellectu credula turba Deo, h. e. Titus et Aruns filii Tarquinii Superbi. P Metonymice accipitur pro incondita multitudine hominum, *ὄχλος*. *Cic. Verr.* 1, 7. Videt ad ipsum Fornicem Fabianum in turba Verrem. *Nep. Dat.* 6. Si in turbam exisset, ab homine tam necessario se relicto. *Just.* 11, 13. f. Dario majorem turbam hominum esse, sibi virorum. *Juven.* 6, 195. *Ζῶν καὶ ψυχῆ* modo sub ludice relicto Uteris in turba. *Quint.* 1, 2. Turbam hominum fugere. *Cic. Sen.* 23. med. Cum ex hac turba et colluvione discedam. *Or. A. Am.* 2, 210. Ipse face in turba, qua venit illa, locum. *Manil.* 2, 136. nec in turbam, nec turbae carmina dicam, h. e. imperitiae multitudine. *Propert.* 3, 1, 12. Turba scriptorum; et *ib.* 48. puellarum. *Sen. V. B.* 2. Argumentum pessimi turba est, h. e. quod vulgus et plures sequuntur. P Item pro multitudine, copia confusa quarumcumque rerum. *Cic. N. D.* 1, 15. Chrysippus magnam turbam congregat ignotorum Deorum. *Id. Brut.* 97. Ut te eripias ex turba patronorum; et 32. Qui istam turbam voluminum effecerit. *Lucr.* 2, 919. praeter vulgum turbamque animantum. *Sil.* 7, 129. turba luporum. *Cic. Or.* 2, 77. f. Ea quae excellent, serventur ad perorandum: si quae erunt mediocria, in mediam turbam atque in gregem conciantur. *Or. Pont.* 4, 5, 27. Cum tamen a turba rerum requieverit harum. *Id. ib.* 7, 35. Nec te misa super jaculorum turba moratur. *Id. Met.* 6, 219. ubi turba rotarum, Duraque molliantur subjectas ungula glebas; et *ib.* 4, 722. aper quem turba canum circumsona terret; et *ib.* 10, 144. volucrum; et 106. arborum. *Quint.* 8, 2. med. inanium verborum. *Plin. ep.* 9, 25. caestrium negotiorum. *Nemes. Ecl.* 4, 28. squamea. *Lucan.* 9, 405. malorum; et 608. serpentum. *Plin.* 11, 37, 61. Dentes multis piscium in lingua et toto ore, ut turba vulnerum molliant, quae attritu subigere non queunt. *Quint. decl.* 9, 11. extr. Ut reum, quem premere atrocitas criminum non potest, turba confundat. *Just.* 32, 2. Turba querelarum confusus adolescens, repente obtulit. P *Ap. Liv.* 33, 41. est hoc nomine oppidum in Hispania citeriore. P Item Aquitaniae oppidum. *Not. civit. Gall. B. A.* P [*Confund. turba et turba. V. Gronov. observ. in eccles. p. 679. ed. Fr.]

TURBAMENTUM, i, n. *τὸ ταραχῶδες*, idem ac turbatio. *Sall. or. Lepidi ad populum R. f.* Maxima turbamenta reipubl. atque exitia probate. *Tac. H.* 1, 23. Quaeque alia turbamenta vulgi.

TURBASSO. V. in **TURBO**, as.

TURBATE, adv. *ταραχῶδης*, confuse, turbulente. *Caes. B. C.* 1, 5. Aguntur omnia raptim atque turbate.

TURBATIO, onis, f. *ταραχῆ*, confusio, perturbatio. *Liv.* 24, 28. In hac turbatione rerum in concionem vocari placuit. *Flor.* 4, 6. Divitiarum spes ex turbatione reipublicae. *Gell.* 19, 1. Turbatio coloris et vultus. *Appul. Met.* 9. Raptim tunicam injectus, sed plane prae turbatione pedibus intectis, procurrat cubiculo.

TURBATOR, oris, m. *ταραχῆς*, qui turbat. *Liv.* 4, 2. Jam ad consulatum vulgi turbatores accingi; et *ib.* 48. Turbatores vulgi tribuni plebis. *Sen. Contron.* 3, 17. f. Turbator otii. *Tac. A.* 1, 55. Arminius turbator Germaniae. [*Cf. cp. 30. et 3, 27.]

TURBATRIS, icis, f. perturbatrix. *Stat. Th.* 4, 369. Accumulat crebros turbatrix fama pavores. *Prud. Psych.* 668. Tempestas placidae turbatrix invida pacis.

TURBATUS, a, um, part. a *turbo*: *ταραχθῆς*, *ταραχθῶς*, perturbatus, commotus, confusus. *Petr.* Sat. 131. Turbatum sputo pulverem medio sustulit digito. *Hor. Sat.* 1, 1, 60. limo turbatum haurit aquam. *Suet. Tib.* 69. Turbatiore coelo nunquam non coronam lauream capite gestavit. *Virg. G.* 3,

259. abruptis turbata procellis freta. *Suet. Cal.* 23. med. Turbatus mare ingressus. *Or. Met.* 8, 859. Turbati capilli; et *Suet. Caes.* 40. Fastos turbatos correxit. *Liv.* 3, 70. Priusquam hostis turbatos ordines reficeret. *Suet. Ner.* 19. Turbatus religione simul ac periculo. *Caes. B. C.* 2, 12. Hostes turris ruina commoti, inopinato malo turbati. *Sil.* 2, 529. Turbatus ira; et 642. malis. *Sall. or. Philippi contr. Lepid.* Omnia seditionibus turbata. *Liv.* 7, 26. Oculis simul ac mente turbatus. *Stat. Th.* 9, 570. Tristibus interea somnum turbata figuris. *Petr. Sat.* 106. Turbato vehementius vultu proclamat. *Cic. Planc.* 4. extr. Populi voluntates turbatas placare. *Just.* 18, 2. f. Turbata cum Romanis pax. *Plin. ep.* 8, 14. med. Omnia soluta, turbata, atque etiam in contrarium versa; et *ep.* 9, 5. extr. Quae si confusa, turbata, permixta sunt, etc. P Cum genitivo. *Sil.* 14, 677. de Archimede: meditantem in pulvere formas, Nec turbatum animi, tanta feriente ruina.

TURBELLAE, arum, f. plur. turbatio, turbae, confusio. *Pl. Bacch.* 4, 9, 134. Tantas turbellas facio. *Id. Ps.* 1, 1, 107. Scis tu, mea si commovi sacra, quo pacto, et quantas soleam turbellas dare. *Appul. de Deo Soerat.* Quae omnes turbellae tempestatesque procul a Deorum coelestium tranquillitate exulant. P Sunt qui unico l scribunt *turbellae*, sed improbat *Voss.*, non enim, inquit, simile est illis *suadela*, aut *loquela*, sed his *popellus*, *tennellus*, *umbella*, etc.

TURBEN, inis, n. idem ac *turbo*, inis, quidam leg. ap. *Virg. A.* 7, 378. et *Tibull.* 1, 5, 3., secuti auctoritatem quorundam ap. *Charis.* 1, 118.; sed praeterquam quod omnes fere libri *turbo* praefert, ipse *Charis.* *ib.* p. 48. stulte facere ait, qui *turben* dicunt. Fallitur etiam *Servius*, qui ad *Virg. l. c.* etiam *Catull.* dixisse *turben* affirmat. Ipse tamen *turbo* (V. *Catull.* l. c. in **TURBO**, inis.) retinet: neque aliter sane dici debet.

TURBIDATUS, a, um, part. a *turbo*: turbidus. *Capell.* 2, p. 40. Aer ex calore supero, madoreque infero turbidatus.

TURBIDE, adv. *θολοῦς*, confuse, turbulente. *Cic. Tusc.* 4, 10. Intellegatur igitur, perturbationem, jactantibus se opinionibus inconstanter et turbide, in motu esse semper. *Tac. A.* 3, 12. Turbide et seditiose tractare exercitus. *Gell.* 5, 9. f. Oris vinculo solutus, per omne inde vitae tempus non turbide, neque adhaese locutus est. *Nazar. Pan. Constant.* 33. med. Vota hominum metu interclusa, turbide aliquid egerunt, cum cumulata eruperunt.

TURBIDO, as, a. l. conturbo. *Solin.* 49. f. Cameli proclatione limum excitant, ut (aqua) turbidetur. *Sidon. ep.* 6, 2. Animae serenitatem saecularium versutiarum flatibus turbidare. *Capell.* 1, p. 18. Haec laetitia commutationum assiduorum nullo crebrius turbidabatur.

TURBIDULUS, a, um, adj. dimin. turbidi, aliquantum turbidus. *Prud. Apoth.* 276. Turbiduli sensus, et litigiosa fragosis Argumenta modis.

TURBIDUS, a, um, adj. *θολοῦς*, turbatus, impurus, sordidus. *Cic. Tusc.* 5, 34. Cum aquam turbidam, et cadaveribus inquinatam bibisset. *Virg. G.* 2, 137. auro turbidus Hermus, h. e. arenas aureas trahens. *Id. A.* 6, 296. Acheron coeno turbidus; et *ib.* 11, 876. Volvitur ad muros caligine turbidus atra Pulvis; et *ib.* 4, 245. Turbida nubila; et *ib.* 12, 283. tempestas; et *ib.* 685. turbidus imber. *Plin. ep.* 8, 17. Immite et turbidum coelum. *Cic. Inv.* 1, 3. f. Ex turbida tempestate in portum se tradere. *Sen. Hipp.* 790. Lumen turbidum lunae. *Lucret.* 5, 998. turbida ponti aequora. *Or. Her.* 18, 7. freta ventis turbida. *Hor. Od.* 3, 3, 4. Auster Dux inquieti turbidus Adriae. *Plin.* 11, 10, 10. Turbidi dies. *Or. Her.* 10, 16. coma turbida a somno. P Translate est turbarum plenus, confusus, tumultuosus. *Nep. Pel.* 4. Hoc tam turbido tempore Epaminondas domi quietus fuit. *Quint.* 1, 10. med. Haec ei cura inter turbidissimas actiones vel terrenti optimates, vel ja timentis fuit. *Cic. Fam.* 6, 14. f. Fac animo magno fortique sis, et, si turbidissima sapienter ferebas, tranquilliora laete feras. *Id. Tusc.* 1, 33. Mens, quae omni turbido motu semper vacet. *Or. Trist.* 1, 11, 34. Pectora sunt ipso turbidiora mari. *Cic. Phil.* 2, 16. In turbidis rebus. *Tac. A.* 16, 13. Turbidis casibus. [*Ita maxime hoc verbum frequent. Tacito. Exempla v. in *Boettich. Lex. Tac.* p. 472.] P Absolute. *Liv.* 3, 40. In turbido minus perspicuum fore putant, quid agatur. *Tac. H.* 1, 21. Cui compositis rebus nulla spes, omne in turbido consilium. *Sen. ep.* 3. f. Quidam adeo in latebras refugerunt, ut putent in turbido esse, quidquid in luce est. P Cum genitivo. *Tac. H.* 4, 48. C. Caesaris turbidus animi. P Refertur et ad orationem. *Quint.* 3, 8. med. Verum id quoque aequalius erit, non tumultuosius atque turbidius. P Saepe est commotus aliquo affectu, et praesertim ira, quae maxime omnium perturbat. *Stat. Silv.* 3, 5, 14. quem (*Ganymeden*) turbida semper Juno videt, refugitque manum, nectarque recusat. (Similis est locus *Mart.* 9, 26.) *Virg. A.* 11, 742. et Venulo adversum se turbidus infert. Sic *ib.* 9, 57. huc turbidus atque huc Lu-

strat equo muros, aditumque per avia quaerit. (eod. modo *Stat. Th.* 7, 669. et *ib.* 8, 539. locutus est.) *Stat. Silv.* 3, 1, 39. turbidus ira. *Sil.* 12, 417. turbidus irae. *Id.* 13, 214. turbidus ausi, h. e. temerarius, inconsultus. *Or. A. Am.* 3, 245. Dictus eram cuidam subito venisse puellae: Turbida per-versas induit illa comas; et *Virg. A.* 10, 648. atque animo spem turbidus hausit inanem, h. e. arrogantia elatus, tumens. *Id. ib.* 11, 814. ex oculis se turbidus abstulit Aruns, h. e. timore percussus. P Item qui turbas molitur, tumultuosus, seditiosus. *Tac. A.* 1, 38. Reduxit in hiberna turbidos, et nihil ausos. *Id. H.* 3, 49. Eo suffragio turbidissimus quisque delecti. *Id. A.* 14, 59. Turbidum ingenium. *Id. H.* 4, 11. Civitas adhuc turbida, et novis sermonibus laeta; et 39. extr. Sic egesto quidquid turbidum, redit urbi sua forma legesque, et munia magistratum. [*Cf. *Boettich. Lex. Tac.* p. 472.] P Turbida acies, ap. *Sen. Herc. Fur.* 954. et turbida frons, ap. *cund. Hipp.* 432. turbati animi indicia sunt. P *Turbidum*, turbide, adverbii more. *Hor. Od.* 2, 2, 5. recenti mens trepidat metu, Plenoque Bacchi pectore turbidum Laetatur.

TURBINATIO, onis, f. *στροβίλλος*, conformatio in turbinem. *Plin.* 15, 21, 23. Aliis rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species.

TURBINATUS, a, um, adj. *στροβιλλῶς*, in figuram turbinis desinens. *Plin.* 11, 37, 69. Cor homini infra laevam papillam turbinato mucrone in priora eminens. *Id.* 37, 4, 15. Adamas laterum sexangulo laevore turbinatus in mucronem. *Id.* 15, 15, 17. Turbinator piri figura. *Inscr. ap. Don. cl. 2. n.* 80. et *Mur.* 475, 2. Turbinato lapide viam sternere.

TURBINEUS, a, um, adj. in modum turbinis. *Or. Met.* 8, 556. Corpora turbineo juvenilia vortice mersit, h. e. aquis in modum turbinis praecipiti cursu inundantibus: de torrente enim loquitur.

TURBO, as, avi, atum, a. l. *ταράσσω*, *ταραχῶω*, misceo, confundo, perturbo: a *turba*. *Cic. Har. resp.* 22. Miscere, ac turbare. *Id. Cluent.* 49. extr. Mare, quod sua natura tranquillum sit, ventorum vi agitari atque turbari. *Sen. Hipp.* 827. Turbare decus capitis; et *Herc. Fur.* 931. tempestas fretum Violenta turbat. *Liv.* 30, 18. Hastati elephantos peditum aciem turbantes invadunt. *Id.* 3, 70. Permissus equitatus turbaverat ordines. *Id.* 32, 36. Spem pacis turbare. *Plin.* 23, 1, 6. Uvae recentes alvum turbant. *Id.* 24, 10, 47. Hedera mentem turbat. *Val. Fl.* 7, 132. et tanto turbetur Graecia luctu. P Item proturbo, sterno, occido. *Stat. Th.* 9, 745. Prima Tanagraeum turbavit arundo Choraebum. [**Tac. A.* 12, 55. missi e Syria in subsidium equites — turbantur, quod duri circum loci — equestre proelium haud patiebantur. *Boettich.* qui h. l. in *Lex. Tac.* p. 471. laudat, conferendum censet *Liv.* 38, 13, 12. Tum quoque equites, in agmen Romanum eruptione facta, haud modice primo impetu turbavere, ibique *Drak.* Adde *Ruhnk.* ad *Or. Her.* 3, 88. et *Burm.* ad *Val. Fl.* 4, 293.] P Absolute, vel cum casu communi est turbas excitare, tumultuari, seditionem, discordiam moliri. *Cic. Q. Fr.* 3, 1. extr. Simul, nequid ille turbet, vide. *Pl. Bacch.* 5, 1, 5. Magis quam id reputo, tam magis uror, quae meus filius turbavit. *Id. Cas.* 5, 2, 6. Ita ridicula audita, iteratu ea sunt, quae ego intus turbavi. *Ter. Hec.* 4, 4, 12. Dum ne reducam, turbet porro, quam velint. *Varr. R. R.* 3, 17. Cum mare turbaret. *Virg. A.* 6, 801. Et septemgemini turbant trepida ostia Nili, h. e. Aegyptus turbatur. *Lucret.* 2, 125. Corpora, quae in solis radiis turbare videntur. *Tac. A.* 3, 47. Si una alterave civitas turbet; et *ib.* 4, 1. Nonus Tiberio annus erat compositae reipublicae, cum repente turbare fortuna coepit. *Id. H.* 1, 85. Milites nihil in commune turbantes. P *Turbare turbas* hoc sensu dixit *Pl. Bacch.* 4, 10, 1. P [**Turbare sacra, festa, thiasos, deum sedes* est profanare, ut expl. *Gron.* in *Observ.* p. 69. ed. Fr. exemplis praeter alia laudatis istis: *Or. Met.* 4, 32. solae Minyides intus Intempestiva turbare festa Minerva. *Quint. Decl.* 265. publica sacra turbare.] P Passive. *Cic. Q. Fr.* 3, 9. Ad te haec quidem scribo, quae palam in republica turbantur. P Impersonaliter. *Ter. Eun.* 4, 3, 7. Nescio quid profecto, absente nobis, turbatum est domi. *Cic. Sull.* 20. Quo facilius Romae ea, quae conabatur, efficeret, si in Hispania turbatum esset. *Virg. Ecl.* 1, 12. totis Usque adeo turbatur agris. P *Turbare rationes*, et *turbare absolute* est rem familiarem ita exhaurire, ut sumptibus ferendis et aeri alieno dissolvendo non sufficiat, decoquere, conturbare. V. **CONTURBO**. *Ulp. Dig.* 11, 3, 1. extr. Rationem sibi commissam turbare. *Coel.* ad *Cic. Fam.* 8, 8. M. Servilius postquam, ut coeperat, omnibus in rebus turbat, nec quod non venderet, cuiquam reliquerat. [*V. *Manut.* ad h. l.] *Petr. Sat.* 119. greges servorum, ostrumque renidens, Quae turbant census. Adde *Juven.* 14, 94. P *Turbasso* antique pro *turbavero*, ut *leasso*, *imperasso*, *rogasso*, etc. *Cic. Leg.* 3, 4. Qui turbassit in agendo, fraus actoris esto. Alii leg. *turbassitur*. [**Ap. Orell.* locus ita se habet: *Ast si quid turbassitur in agendo*, etc.]

TURBO, inis, m. *ταίλας*, *τυφών*, ventus vortico

sus et validissimus, qui obvia quaeque prosternit. Sen. Q. N. 5, 13. Ventus circumactus, et eundem ambiens locum, et se ipsa vertigine concitans, turbo est. Qui si pugnacior est, ac diutius volutatur, inflammatur, et efficit, quem *περσική* Graeci vocant. Hic est igneus turbo; et *ib.* 7, 5. Turbo circa terram concipitur ac fertur. Ideoque arbusta radicitus vellit, et quacumque incubuit, solum nudat: silvas interim et tecta corripit, inferior fere nubibus, utique nunquam altior; et *mox*: Turbo omni nube velocior rapitur, et in orbem vertitur. Eadem fere *Plin.* 2, 48, 50. habet *Cic. Fam.* 12, 25. Ut Minerva, quam turbo deiecerat, restitueretur. *Pl. Curc.* 5, 2, 47. Exoritur ventus turbo: spectacula ibi ruunt. *Virg. A.* 2, 416. Adversus rupto ceu quondam turbine venti confligunt; et *ib.* 1, 87. venti ruunt, et terras turbine perflant. *Sen. Ag.* 478. turbo convolvit mare. *Lucan.* 4, 767. Quantus Bistonio torquetur turbine pulvis; et *Val. Fl.* 4, 452. niger intorto turbine nimbus. *Catull.* 64, 107. Indomitus turbo contorquens flamine robur. *Id.* 68, 63. in nigro jactati turbine nautae. *Lucr.* 1, 273. venti rapido percurrunt turbine campos; et 293. venti interduo vortice torto (*res*) Corripiunt, rapideque rotanti turbine torquent. *Lucan.* 5, 594. Avulsit laceros, percussa puppe, rudentes Turbo rapax. *Virg. A.* 10, 603. torrentis aquae, vel turbineis atri More furens. *Sen. Troad.* 230. turbineis vasti modo. *Lucan.* 5, 611. Violentus turbo. *Virg. A.* 6, 592. At pater omnipotens densa inter nubila telum Contorsit, praecipitemque immani turbine adegit, *h. e.* vi et impetu fulminis ruentis instar turbineis. *Id. ib.* 3, 572. Aetna atram prorumpit ad aethera nubem Turbine fumantem piceo, et candente favilla. P Clemens turbo *Val. Fl.* 6, 747. est placidus et sine impetu rapiens. P Translate. *Or. Am.* 2, 9, 28. Nescio quo miserae turbine mentis agor. *Cic. Dom.* 53. med. Tu procella patriae, turbo ac tempestas pacis atque otii. *Id. Pis.* 9. med. In maximis turbineibus ac fluctibus reipublicae navem gubernare, salvamque in portu collocare. *Catull.* 64, 149. ego te in medio versantem turbine leti Eripui. *Sil.* 11, 101. O confuse nimis Gradivi turbine Varro, *h. e.* Marte adverso, et pugna infelici, quae velut turbo cuncta disjicit. *Or. Met.* 7, 614. Attonitus tanto miserarum turbine rerum, *h. e.* tanta turbatione rerum ex pestilentia. Sic *Sen. Agam.* 196. horum te mala Ventura moveant, turbo queis rerum imminet. *Lucan.* 2, 243. Virtutis jam sola fides, quam turbine nullo Excutiet Fortuna tibi. P Turbo vulgi *Claud. II. cons. Stil.* 200. est multitudo. P Cujusque rei cursus in gyrum, revolutio, circumactio. *Lucr.* 5, 623. cum coeli turbine ferri: et 631. de luna: flaccidiore turbine fertur inferior, quam sol. *Id.* 6, 640. per fauces montis ut Aetnae Exspirent ignes interdum turbine tanto. *Sen. Hipp.* 1236. incitatis membra turbineibus ferat Nusquam resistens orbe revoluta rota. (Adde *Herc. Oed.* 945. et 1069.) *Virg. A.* 12, 531. Praecipitem scopulo atque ingentis turbine saxi Excutit. *Claud. Laud. Stil.* 1, 287. Aegaeus turbo, *h. e.* mare procellosum, et ventis circumactum. *Stat. Th.* 4, 813. hos turbo rapax, hos lubrica fallunt Saxa, *h. e.* torrentes aquarum vortices. *Sil.* 3, 191. Ater letiferus stridebat turbine serpens, *h. e.* spiris se circumvolvens. *Sen. Thyest.* 621. Res Deus nostras celeri citatas Turbine versat. *Pers.* 5, 78. Verterit hunc dominus, momento turbineis exit Marcus Dama. V. CIRCUMAGO f. et VERTIGO f. *Or. Am.* 3, 15, 5. usque a proavis vetus ordinis heres, Non modo militiae turbine factus eques, *h. e.* per varios militiae gradus, et quadam veluti circuitione. *Id. Trist.* 4, 10, 7. hos duos versus repetens habet *Fortunae munere*. P Item vis, impetus. *Virg. A.* 11, 284. quantus in clypeum assurgat, quo turbine torquet hastam. *Val. Fl.* 3, 78. hasta volans immani turbine transstris Insouit. *Lucan.* 3, 465. lancea denso balistae turbine rapta, Haud unum contenta latu transire. *Sil.* 4, 542. intorquens directo turbine robur. *Val. Fl.* 3, 243. Talia magnanimi diverso turbine fundunt Tela viri; et 6, 279. magnoque doloris Turbine Gesandrum Mavors rapit. P Item turba, confusio, seditio, tumultus, in illo *Val. Fl.* 2, 262. et insomni lassatas turbine tandem Conticuisse domos. P Est etiam turbo genus instrumenti lusorii, nempe lignum forma metae inversae, ima sui parte in acutum desinens, in summo latius, quod a pueris scutica circumagitur, *βέρβηξ, στροβίλος*. Quid a trocho differat, V. *ibi.* *Virg. A.* 7, 378. Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo, Quem pueri magno in gyro, vacua atria circum, Intenti ludo exercent: ille actus habena Curvatis fertur spatii: stonet inscia supra Impubesque manus mirata volubile buxum. Dant animos plagae. *Tibull.* 1, 5, 3. Namque agor, ut per plana citus sola verbere turbo, Quem celer assueta versat ab arte puer. P Item quidquid instar lusorii turbine factum est: ut cardinis ima pars, et similia. *Cic. Fat.* 18. f. Revertitur ad cylindrum, et ad turbinem suum, quae moveri incipere, nisi pulsa, non possunt. *Plin.* 37, 4, 15. Si duo turbine latissimis suis partibus jungantur. *Id.* 2, 10, 7. Figura umbrae similis metae ac turbini inverso.

Id. 27, 4, 5. In turbinebus cadorum eam (*herbam*) serunt, ut aizoum majus, *h. e.* in cadis turbinatis. *Varr.* ap. *Serv.* ad *A.* 1, 453. Fores graves atque innixae in cardinum tardos turbine. *Plin.* 9, 36, 61. Turbo conchae, *h. e.* concha turbinata. Sic *Or. Met.* 1, 335. cava buccina sumitur illi Tortilis, in latum quae turbine crescit ab imo. P De re, quae circumagitur. *Plin.* 36, 13, 19. n. 3. Columnarum in officina turbine ita librati pependerunt, ut pueri circumagente tornarentur. P Quemadmodum in ludo puerili turbo erat conus inversus, seu meta, ita instrumentum nendi, quod *fuso* dicunt Itali, est compositum ex duplici cono inverse posito, quo quidem utebantur in re magica et incantationibus. V. RHOMBUS. *Hor. Epod.* 17, 6. Canidia parce vocibus tandem sacris, Citumque retro solve, solve turbine. *Albinov.* 1, 164. Hanc lucem celeri turbine parca neat. *Catull.* 64, 313. tum prono in pollice torquens Libratum tereti versabat turbine fustum. P Si credimus *Charis.* 1, 117., docuit *Caesar de Analog.* 2. etiam de tempestate *turbonem* dici debere. P *Turben* in recto singul. V. s. s. l. [TURBO, onis, m. idem ac turbator, qui turbat. Est nomen propr. gladiatoris ap. *Hor. Sat.* 2, 3, 310. P Item cogn. R., ut Q. Marcus Turbo praef. praetorii Hadriani Augusti, cujus mentio est in *Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 242, 4. et ap. *Spart. Hadr.* 5. et 6. P Item est idem ac *turbo, inis*, q. v. v. F.] TURBOR, oris, m. turba, perturbatio. *Coel. Aurel. Acut.* 1, 15. n. 149. Novo turbore corpus afficiunt; et *ib.* 2, 1. med. Phreneticis alienationem cum turbore effici. TURBULĀ, ae, f. *Appul. Met.* 10. f. Vitatis turbulis, et electo secreto litore; et *ib.* 11. Turbulae complent totas plateas. TURBULENS, entis, adj. turbulentus. *Callistr. Dig.* 48, 19, 28. In quibusdam civitatibus turbulentibus. Ita *Torrent.* et *Gothofr.*, at *Haloand.* turbulentis. TURBULENTĒ, adv. *ταραχιδῶς*, confuse. *Cic. Dom.* 26. Omnia contra leges moresque majorum temere, turbulente, per vim, per furorem esse gesta. *Id. Part.* 30. Turbulentibus agere. *Sidon. ep.* 2, 13. med. Turbulentissime regere. TURBULENTER, adv. idem ac turbulente. *Cic. Fam.* 2, 16. f. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. TURBULENTĪA, ae, f. confusio, turba, perturbatio. *Tert. adv. Herm.* 41. Haec iniquis non est, haec turbulentia et passivitas non est. TURBULENTIO, as, a. 1. *διαθορυβίω*, perturbo. *Appul. Met.* 9. Me strepitu turbulentant; et *ib.* 2. Hospes totam civitatem turbulentant. TURBULENTUS, a, um, adj. *θολερός*, valde turbatus, turbidus. *Cic. Verr.* 2, 5, 10. med. Nullus dies tam magna turbulentaque tempestate fuit, quin aliquo tempore ejus diei solem homines viderent. *Phaedr.* 1, 1. Cur turbulenta fecisti mihi Aquam bibenti? *Pl. Mil.* 2, 5, 3. Loca Neptunia turbulenta. *Cic. Fin.* 1, 6. med. Turbulenta atomorum concursio hunc mundi ornatum efficere non poterit. P Item turbarum plenus, valde turbatus, confusus. *Θορυβώδης. Pl. Epid.* 1, 1, 68. Heu edepol res turbulenta! *Id. Rud.* 4, 4, 142. Credebam edepol, turbulenta praedam eventuram mihi. *Varr.* ap. *Gell.* 13, 11. Multos (*convivias*) esse non convenit, quod turba plerumque est turbulenta. *Cic. Pis.* 15. Illud meum turbulentissimum tempus profectiois tuo tranquillissimo praestat. *Id. Fam.* 12, 10. f. Ille ex turbulenta republica, hic ex pace et victoria bellum excitavit. *Id. Caecin.* 12. Feci quae dicis omnia: et ea sunt et turbulenta, et temeraria, et periculosa. *Id. N. D.* 2, 28. Falsae opiniones, errores turbulenti, et superstitiones paene aniles. *Liv.* 2, 61. Turbulentior inde annus excepit, L. Valerio, Ti. Aemilio consulibus. *Cic. Tusc.* 4, 5. Mederi animis, nec eos turbulentos esse pati, *h. e.* aegritudinibus turbatos. P Item turbarum amans, seditio, et discordias excitans, *ὀζλώδης. Cic. Brut.* 28. med. Civis ut vita, sic oratione turbulenta. *Id. Or.* 2, 11. f. Sex. Titius seditiosus civis, et turbulenta; et 31. med. Turbulenti et mali cives. *Id. Att.* 4, 3. med. Conciones turbulenta Metelli, temerariae Appii, furiosissimae Publii. *Tac. H.* 2, 38. Turbulenti tribuni. *Suet. Caes.* 16. Turbulentissimae leges. *Cic. Att.* 15, 4. Antonii turbulenta consilia. TURBYSTUM, i, n. *Plin.* 33, 5, 26. Chryscolla nisi rapuit colorem, adduntur scytatum, atque burbystum: ita vocant medicamenta sorbere (*h. e.* colorem bibere) cogentia. TURCAE, arum, m. plur. populi Scythiae, Caucasios montes inter Pontum Euxinum et Caspium mare incolentes: qui suis sedibus aliquando egressi, imperium longe lateque propagarunt. *Plin.* 6, 7, 7. Dandari, Tassagetae, Turcae. *Mela* 1, 19. f. Thyssagetae, Turcaeque vastas silvas occupant, alunturque venando. P [Hos sequiori tempore etiam Turci, *Τουρκοί* appellantur ab *Historiae Byzant.* scriptoribus, ut a *Theophrasto Byzantio* ap. *Photium Biblioth. Cod. LXIV.*, qui Massagetas eos antiquitus dictos ait, eorumque legatos ad Justinum Aug.

junioem missos narrat, quod itidem factum fuisse prodit *Coripp. Laud. Just.* 3, 390., ubi eorum populorum *Sultan* appellatur, q. v. v. s. l. F.] TURCILINGI, orum, Germaniae populi, inter Viadrum (*the Oder*) ac Vistulam flumina. *Paul. Diac. Langobard.* 1, 1. Heruli atque Turcilingi. B. A. TURDĀ. V. TURDUS. TURDĀRIUM, ii, n. locus, in quo inclusi turdi, merulae, aliaeque hujusmodi altilis aves saginantur, (qui locus a *Varr. B. R.* 3, 5. et *Colum.* 8, 10. describitur.) Et TURDĀRIUS, ii, m. turdos alens et saginans. Alterutra harum vocum, vel utraque significari potest in illo *Varr. L. L.* 5. in. Ut verba litteras alia assumant, alia amittant, alia commutent, ut fit in turdo, in turdario, in turdelico. [TURDELĀ, ae, f. idem ac turdus. *Isid. Orig.* 12, 7. med. Turdela quasi major turdus. F.] TURDELIX, icis, f. parvus turdus. V. TURDARIUS. TURDETĀNI, orum, m. plur. populi Hispaniae ulterioris in Baetica, quorum regio Turdetania. *Liv.* 21, 5. et 34, 17. P Joculariter *Pl. Capt.* 1, 2, 60. cum dixisset, multis militibus opus esse, inter eos enumerat *paniceos, placentinos, turdetanos, ficedulenses*, ludens nimirum in ambiguo: nam *Turdetani* et populi sunt, et significare possunt eos, qui turdos saginant, et vendunt, et qui turdorum avidi sunt: qui jocus in aliis quoque nominibus, qui ibidem leguntur, latet. TURDILLUS, i, m. dimin. turdi, parvus turdus. Legitur a quibusdam ap. *Sen. ep.* 96. f., ubi alii aliter. V. TURTURILLA. TURDŪLI, orum, m. plur. populi Hispaniae, quos alii eosdem faciunt ac Turdetanos, alii diversos. V. geographos. *Varr. R. R.* 2, 10. scribit neque hos, neque Basculos esse ad pecuariam rem idoneos: fortasse quia natio nimis mollis fuit, et fugitans laboris. P Adjective. *Lic.* 34, 20. Consul Turdulo bello occupatus. TURDUS, i, m. *τῦρδης*, genus avis praestanti sapore in cibis. *Hor. Ep.* 1, 15, 41. Nil melius turdo, nil vulva plerius ampla. *Mart.* 13, 92. Inter aves turdus, si quis me iudice certet. Adde *ib.* 51, P *Turda*, ae, f. an Latine dicatur, lis est. Negat *Varr. L. L.* 8, 38. et *R. R.* 3, 5. Contra *Casaub.* ex libr. MSS. et editis, et *Vet. Schol.* ita leg. illud *Pers.* 6, 24. Nec tenuem solers turdarum nosse salivam. P De ratione alendorum turdorum multa *Varr. R. R.* 3, 5. et *Colum.* 8, 10. P Est et piscis hoc nomine, quem et ipsum *τῦρδης* vocant Graeci, a colore turdi avis dictus, ut *Varr. L. L.* 4, 12. docet. *Quint.* quoque 8, 2. inter ea, quae a similitudine nomen habent, *soleam* et *turdum* ponit. *Plin.* 32, 11, 53. Turdus inter saxatiles nobilis. Adde 9, 15, 20. et *Colum.* 8, 16. f. et 17. [*Meerdrossel* vel *Meeramsel.*] P *Turdus* fuit etiam cogn. R., ut C. Papirius Turdus, ap. *Liv.* 41, 6. et in *nummis* G. Papiriae ap. *Eckhel. D. N. V. T.* 5. p. 268. TUREUS, et Thureus, a, um, adj. *λεβανώδης, λεβανικός*, ad tus pertinens. *Virg. G.* 2, 117. solis est turea virga Sabaeis. *Id. A.* 6, 225. congesta cremantur Turea dona focis. *Colum.* 3, 8. Turea planta. *Or. Fast.* 4, 410. Detis et in veteres turea grana focos. *Stat. Th.* 4, 412. turea altaria, *h. e.* in quibus tus adoletur. P De descriptione V. in TUS. TURGĒO, es, rsi, n. 2. *οἰδίω*, inflatus sum, tumeo. *Virg. Ecl.* 7, 48. laeto turgent in palmite gemmae. *Id. G.* 1, 315. Frumenta in viridi stipula lactentia turgent. *Or. Met.* 15, 202. Herba turgens. *Plin.* 12, 17, 37. Caules praedulci liquore turgentes. *Mart.* 13, 47. accepta spongia turget aqua; et *ib.* 68. ura mero; et 14, 45. pila pluma. *Juven.* 14, 136. pleno turget sacculus ore. *Prop.* 4, 4, 27. Turgens rana. *Id.* 1, 21, 3. turgentia lumina fletu. *Cato R. R.* 157. Silienes turgent, et si cor dolet. *Enn.* ap. *Prisc.* 9, 870. Cyclopsis venter velut olim turserat alti, Carnibus humanis distentus. *Or. Fast.* 3, 357. turgentia ora, *h. e.* vultus tumens ex ictu. *Plin.* 20, 13, 51. Rutam decoctam imponunt mammis turgentibus. P Translate. *Claud. in Eutrop.* 1, 350. si talibus, inquit, Creditur, et nimiis turgent mendacia monstris, *h. e.* plena sunt. P De oratione inflata. *Auct. ad Her.* 4, 10. med. Ut corporis bonam habitudinem tumor imitatur saepe; ita gravis oratio saepe imperitis videtur ea, quae turget et inflata est. *Hor. A. P.* 27. professus grandia turget: Serpit humi tutus nimium, timidusque procellae. P De iratis, ut *tumeo. Pl. Cas.* 2, 5, 17. et *Most.* 3, 2, 10. Uxor in fermento tota est: ita turget mihi. P In *Gloss. Philox.* et *turgit*, et *turgo* legitur. Ex quo discimus, etiam in tertia conjugat: usurpari posse, ut *ferreo, fulgeo*, et similia. P Scribitur et *turgueo*. TURGESCO, is, n. 3. *ὀρζοομαι*, turgere incipio, tumesco. *Varr. R. R.* 3, 9. med. Ne aqua in eorum corpore turgescat. *Colum.* 10, 325. valide turgescit lurida caule Brassica. *Or. Am.* 3, 10, 11. turgescere semen in agris. *Pers.* 5, 56. Hic satur irriguo fuerit turgescere somno, *h. e.* crassus et pinguis fieri. *Plin.* 8, 50, 76. Turgescitibus virtutis. P Translate. *Cic. Tusc.* 3, 9. Sapientis

animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet. Id. ib. vertens carmina Homeri: Corque meum penitus turgescit tristibus iris. Pers. 3, 8. turgescit vitrea bilis. Id. 5, 18. Non equidem hoc studeo, bullatis ut mihi nugis Pagina turgescat, h. e. plena sit, crescat. Quint. 12, 10. Gedicendi, quod immodico tumore turgescit.

TURGIDULUS, a, um, adj. dimin. turgidi. Catull. 3, 18. Flendo turgiduli rubent ocelli. Paul. Petr. 5, 450. Saepe gemens jugis post annua vota laboris De jam turgidulis numerabat damna racemis.

TURGIDUS, a, um, adj. ὑπόχθης, inflatus, tumens, tumidus: a turgeo. Cic. Tusc. 3, 9. Membrum tumidum ac turgidum. Pl. Mil. 4, 3, 15. Mulier lippa, atque oculis turgidis. Mart. 6, 39. At ille (puer) sima nare, turgidis labris. Plin. 7, 45, 46. Aqua subter cutem fusa turgidus. Appul. Met. 6. Turgidus venter; et Ov. A. Am. 2, 661. Dic habilem quaecumque brevis; quae turgida, plenam. Hor. Od. 3, 13, 4. haedus, Cui frons turgida cornibus. Id. ib. 4, 12, 4. fluvii Hiberna nive turgidi. Id. ib. 2, 10, 24. et Ov. Am. 2, 11, 42. turgida vela vento. Hor. Od. 1, 3; 19. mare turgidum. P. Translate. Petr. Sat. 2. Grandis, et, ut ita dicam, pudica oratio non est maculosa, nec turgida, sed naturali pulcritudine exurgit. Hor. Sat. 1, 10, 36. Turgidus Alpinus jugulat dum Memnona, etc. h. e. inflato stilo scribens. Claud. Laud. Stil. 2, 158. nec quos promoveris, alto Turgidus alloqueris fastu. Appul. Met. 9. Vultu turgido, subductisque superciliis incessit iratus; et ib. 2. Feminae vesania turgidae.

[TURGIO, onis, m. idem ac turio. Videtur esse a turgeo, inde etiam turio, extrita littera, derivatum. Plin. Val. 1, 55. Rutae turgiones ad denarios duos dolorem statim tollunt. F.]

TURGOR, oris, m. Capell. 2, 35. Distentus magno cum turgore. Adde 5. f.

TURIANUS, a, um, adj. ad Q. Turium pertinens, negotiatorem in Africa. Cic. Fam. 12, 26. Ne patiari, Erotem Turium, Q. Turii libertum hereditatem Turianam avertere. Alius cujusdam C. Turii praetoris meminit Hor. Sat. 2, 1, 49. P. Turiana cassia memoratur a Marciano Dig. 39, 4, 16. §. 7. inter species ad vectigal pertinentes; ubi tamen alii leg. thymiana, cassia.

[TURIASONENSIS, e, adj. ad Turiasonem pertinens, Hispaniae Tarraconensis municipium, nunc Tarazona, in cuius nummis ap. Eckhel. D. N. V. T. 1, 59. MUN. TURIASO. Plin. 3, 3, 4. Oscenses regionis Vescitanae, Turiasonenses. F.]

TURIBULUM, et Thuribulum, i, n. θυμιατήριον, vas in quo tus adoletur. Liv. 29, 14. Turibulis ante januas positus, atque accenso ture precantes, ut, etc. Cic. Verr. 2, 4, 21. De L. Papirio turibulum emisti. Curt. 8, 9. Cum rex Indiae se in publico conspici patitur, turibula argentea ministri ferunt, totumque iter, per quod ferri destinavit, odoribus complent. P. Est sidus in coelo, quae et Ara dicitur. German. in Arat. 390. Scorpius erecta torquet qua spicula cauda, Turibulum vicinum Austris sacro igne videbis Arcturum contra. V. Ara. Adde Vitruv. 9, 7. De descriptione V. in TUS. Sic et in aliis derivatis.

[TURICENSIS, e, adj. idem ac Tigrinus, ad Turicum pertinens, Helvetiae oppidum, nunc Zurigo. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 454, 7. D. M. Hic situs est L. Ael. Urbicus, qui vixit An. no M. V. D. V. Unio Aug. Lib. P. P. Sta. Turicensis XL. G. (h. e. praepositus stationis Turicensis quadragesimae Galliarum) et Aelia Secundina puero dulcissimo F. F.]

TURICRENUM, et Thuricremus, a, um, adj. ut Turicremae arae, Lucr. 2, 353. et Virg. A. 4, 453., in quibus tus in honorem Deorum crematur. Sic Turicremi foci, Ov. Her. 2, 18. et Turicremi ignes, Lucan. 9, 989.

[TURIENSIS, e, adj. ad Turiam pertinens, Hispaniae Tarraconensis fluvium, qui nunc Guadalabiar dicitur, quique, ut ait Sall. fragm. Hist. 2. ap. Prisc. 6, 680. Valentiam parvo intervallo praeterfluit. Memoratur etiam a Mela 2, 6. et Plin. 3, 3, 4., apud quem editiones perperam habent Turium pro Turiam. Ita enim Claud. Laud. Seren. 72. roseis formosus Turia ripis. Hinc Cic. B. 2. Accusator fatetur, hunc in Hispania, acerrimis illis proeliis et maximis, Sucronensi, et Turiensi, interfuisse. F.]

TURIFER, et Thurifer, a, um, adj. λιβανωτοφόρος, tus ferens. Plin. 6, 23, 26. Turifera regio. Ov. Fast. 3, 720. Et domitas gentes, turifer Inde, tuas. Val. Fl. 6, 138. turiferos, felicia regna, Sabaeos. Claud. III. cons. Hon. 71. Turiferi Arabes. Id. Rapt. Pros. 2, 81. Quidquid turiferis spirat Panchaia silvis. P. Ap. Prud. Apotheos. est qui tus Diis adolet, 359. Catholica non es de plebe, sed unus De grege turifero.

TURIFICATOR, oris, m. qui tus offert. August. contra Iul. Petil. c. 103. Nolo mihi dicas: Non sum traditor, non sum turificator, non sum persecutor.

[TURIFICATUS, a, um, part. a turifica. Ita vocabantur, qui Christiani cum essent, metu adacti idolis tura incendebant. Cyprian. ep. 55. in. Desi-

derasti, ut rescriberem tibi, qua ratione Cornelius Trophimo, et turificatis communicet. F.]

[TURIFICO, as, n. 1. idolis tura incendio. Anthelm. Laud. Virg. 694. Cui (pino) proceres stolidi tunc turificare solebant. F.]

*TURIGA, ae, oppidum Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. Uculuniacum, quae et Turiga nunc est. Sic. ed. Hard. ubi ed. Elzer. habet Curiga. B. A. TURII, orum, V. in THURINUS.

TURILEGUS, et Thurilegus, a, um, adj. qui tus colligit. Ov. Fast. 4, 569. modo turilegos Arabas, modo despicit Indos.

TURIO, onis, m. tener arborum, arbustorumque summus ramusculus. Colum. 12, 48. extr. Lauri turiones in hoc usu mittito, ut olivas depriment. Apic. 8, 1. Elixatur perna aprina in aqua marina cum lauri turionibus et anetho. V. TURGIO.

*TURISSA, ae, oppidum Hispaniae Tarraconensis, prope montes Pyrenaeos, in agro Vasconum. Anton. Itin. P. Iturissa appellatur a Mela 3, 1. B. A.

*TURIUS sc. fluvius, vel Turium, sc. flumen, in Hispania Tarraconensi erat, inque mare Mediterraneum influebat. Hodie est the Guadalabier. Plin. 3, 3. Flumen Turium (nominat). Mela 2, 6. post med. Saetabim et Turium et Sucronem non magna excipit flumina. P. Appellatur et Turias vel Turia. Sall. fr. ap. Prisc. 6. vel in ed. Cort. Sall. 957. Inter laeva moenium et dextrum flumen Turiam, quod Valentiam parvo intervallo praeterfluit. B. A.

TURMA, ae, f. ὑπη, agmen triginta equitum, sive, cum tribus decurionibus, triginta trium. Nam Varr. L. L. 4, 16. disertim scribit, suo etiam tempore tres fuisse in turma decuriones; Festus autem ita de decurionibus: Decuriones appellantur, qui decem equitibus praesunt. Postea res mutata est. Nam turma facta est triginta duorum equitum, et unus toti turmae est praepositus, qui quantum triginta duobus equitibus praesesset, tamen pristino retento nomine, et ipse decurio vocabatur. Clare id ita ostendit Veg. Mil. 2, 14. Quemadmodum inter pedites centuria, vel manipulus appellatur, ita inter equites turma dicitur. Et habet una turma equites XXXII. Huic qui praees, decurio nominatur. Ut enim centum et decem pedites ab uno centurione sub uno vexillo gubernantur, similiter XXXII. equites ab uno decurione sub uno vexillo reguntur. P. De origine vocis ita Varr. l. c. Turma terna est, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatiensium, Raminum, et Lucerum fiebant. Itaque primi singularum decuriarum decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis sunt etiam nunc terni. Haec Varr. Cic. Marc. 2. f. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil cohors, nihil turma decerit. P. Translate usurpatur pro quacunque multitudine. Hor. Od. 3, 4, 44. ut impio Titanas immanemque turmam Fulmine sustulerit corusco. Claud. in Ruf. 2, 343. Ipse salutatim reduces post proelia turmas lbat, h. e. exercitum omnem pedestrem et equestrem. Id. III. cons. Hon. 133. Floret cristatis exercitus undique turmis. Plin. 34, 8, 19. n. 6. Turma Satyrorum. Cic. Att. 6, 1. med. In turma statuarum equestrium. [*P. De confus. inter turma et turba V. in h. v.]

TURMALIS, e, adj. qui est ejusdem turmae. Liv. 8, 7. T. Manlius super castra hostium cum suis turmalibus evasit. Id. 25, 18. med. Diu cunctantem perpulere turmales, ne impune insultare Campanum pateretur. P. Item ad turmam pertinens. Stat. Sil. 5, 2, 17. non sanguine cretus Turmali, trabeaque Remi, h. e. equestri ordine. Claud. B. G. 347. Excitet incestos turmalis buccina somnos. P. Jocus est in illo Cic. Or. 2, 65. Scipio Corinthis statuam pollicentibus eo loco, ubi aliorum essent imperatorum, turmales dixit displicere, h. e. equestres: sed intelligit etiam gregales, et in turba collocatas. P. Turmale, adverbii more. Stat. Theb. 4, 10. Bellona mixta viris turmale fremit, h. e. instar turmae.

TURMARIUS, a, um, adj. turmalis. Imp. Constant. Cod. Theod. 6, 35, 3. Ne exactorum, vel turmariorum, quos capitularios vocant, curam subeant, h. e. qui turmas tironum exigebant.

TURMATIM, adv. ὑαδόν, per turmas. Liv. 5, 39. Vagantibus circa moenia turmatim barbaris. Caes. B. C. 93. Equites hoc acrius instare, et se turmatim explicare cooperunt. P. Translate. Lucr. 2, 113. cum solis lumina fundunt radios per opaca domorum, Corpora multa minuta per inane videbis misceri, et proelia pugnasque Edere turmatim certantia. Inscr. sublesta admodum fidei ap. Grut. 329. Viatores, cives optimi, vel advenae, sive bini, sive singuli inceditis, sive turmatim.

*TURMENTINI, orum, populi Italiae, a Turmento quodam oppido sic dicto fortasse nomen trahentes. Plin. 3, 11.

TURMODIGI, orum, populi Hispaniae Tarraconensis. Plin. 3.

*TURNI LACUS, V. in voc. seq. B. A.

*TURNUS, i, m. Τυρῆνος, dux Rutulorum, Danni filius, frater Juturnae nymphae, ab Aenea occisus. Liv. 1, 2. Virg. A. 7. seqq. Tib. 2, 5, 48. Or. Fast. 4, 879. et Met. 14, 451. P. Turnus Herdonius, Aricino, a L. Tarquinio Superbo interfectus. Liv. 1, 50. seqq. P. In illo Cyprian. 10, 138. ed.

Gesner. Et Turni lacus, et etc. lacus Turni fortasse i. est q. lacus Juturnae, de quo Val. Max. 1, 8. et Flor. 2, 12. Sic saltem Gesner. ad Colum. Sed, cum Turis pro Turni habeat ed. Schneider., Turris autem omnino ed. Jenson., legendum forsitan Turris lacus, ut sit i. q. Lacusturris vel Lacuturris. Plin. 19, 8. Nuper subiere lacuturres ex convalle Aricina, ubi quondam fuit lacus, turrisque quae remanet. Si salva sit vetus lectio, nomen profluxit, ut credibile est, a Turno Herdonio, Aricino; quod Gesnero interpretanti obloqui quodammodo videtur. B. A.

*TUROBRICA, ae, f. oppidum Hispaniae Baeticae. Plin. 3, 1. B. A.

*TUROCELUM, i, n. oppidum Umbriae, sed excisum, dictum et Netriolum. Plin. 3, 14. B. A.

TURONES, um, m. plur. incolae urbis, quae eodem nomine, nunc Tours, vocatur, in Gallia Lugdunensi, ad Ligerim fluvium. Eorum meminit Caes. B. G. 2, 35. et ib. 7, 4. et Plin. 4, 18, 32. et Lucan. (si modo hic versus Lucani est) 1, 437. Instabiles Turones circumscita castra coercent; et Sidon. Carm. 5, 210. cum bellatimentes Defendit Turonas, aberas. Alii leg. Turonos. Hinc Hirt. B. G. 8, 46. Duas in Turonis legiones ad fines Carnutum posuit. Hinc

TURONICUS, a, um, adj. ad Turones pertinens. Sulpic. Sever. Vit. S. Mart. 9. Episcopatus Turonicae Ecclesiae.

TURPATUS, a, um, part. a turpo: foedatus. Stat. Theb. 4, 106. Herbulea turpatus gymnade vultus Amnis.

TURPICULUS, a, um, adj. dimin. ὑπιπικρός, sub-turpis. Cic. Or. 2, 61. Tantum interest, quod gravitas honestis in rebus severe, jocus in turpiculis, et quasi deformibus ponitur. Catull. 41, 3. Ista turpiculo puella naso. Varr. L. L. 6, 5. med. Pueris turpicula res in collo quaedam suspenditur, ne quid obsit, bonae scaevae causa, h. e. fascinum, veretrum.

TURPIDO, inis, f. idem quod turpitudine. Tert. Cor. mil. 14. Turpido et dedecoratio. [At in multis melioris notae editionibus legitur turpitude, licet hanc vocem nuper detexerit A. Maius in suo Cic. de rep. 1, 2. quam tamen Fr. Oriolius in torpedinem commutari mallet. F.]

TURPIFICATUS, a, um, part. ab inus. turpifico: turpis factus. Cic. Off. 3, 29. Quanta foeditas turpificati animi debet videri.

*TURPILIA, ae, f. mulier quaedam, de qua Cic. Fam. ep. 7, 21. B. A.

TURPILIUS, ii, m. vetus poeta comicus, praenomine Sextus, cujus multa fragmenta afferunt Nonius et Priscianus. [Olympiade CLXIX. grandaeum Senuesae diem obiisse supremum, narrat Hieron. in Chron. Euseb. ad ann. U. C. DCLIII. Septimam ei palmam in comoedia Latina tribuit his verbis Volcat. Sedigit. ap. Gell. 15, 24. In sexto sequitur hos loco Terentius, Turpilius septimum, Trabea octavum obtinet. F.]

TURPILOQUIUM, ii, n. αἰσχρολογία, sermo de rebus turpibus. Tert. Pud. 17. f.

TURPILUCRICUPIDUS, i, m. αἰσχροκρότης. Pl. Trin. 1, 2, 63. Turpilucricupidum te vocant cives tui.

*TURPILUCRIS, e, adj. αἰσχροκρότης Gloss. Gr. Lat. B. A.

[TURPILUCRUS, i, m. qui turpe lucrum sequitur. August. de opere monachor. c. 13. Unum scio, quod nec furtum faciebat (Apostolus Paulus), nec effractor, aut latro erat; nec auriga; aut venator, aut histrio, nec turpilucrus. F.]

TURPIO, onis, m. qui turpia loquitur, vel agit. Est cogn. R., ut L. Ambivius Turpio actor comicus, cujus mentio saepe est in didascalis comoediar. Terentii, et ap. Cic. Sen. 14. et Tac. dial. de Or. 20. F.]

TURPIS, e, adj. αἰσχος, δυσειδής, deformis, foedus, inhonestus: cui pulcher opponitur. Cic. Off. 1, 35. Natura, quae partes corporis aspectum essent deformem habiturae atque turpem, eas contextit atque abdidit. Hor. Sat. 1, 2, 102. crure malo, et pede turpi esse. Pl. Poen. 1, 2, 125. Qui lubet spectare turpes, pulcrum spectandam dare! Mart. 8, 79. Omnes aut vetulas habes amicas, Aut turpes, vetulisque foediores. Ter. Phorm. 1, 2, 56. Vestitus turpis Sen. Oed. 429. et Ov. A. Am. 290. asellus. Virg. G. 3, 299. Turpes podagrae, h. e. quae artus turpes reddunt: et ib. 441. Turpis scabies: et 557. turpi dilapsa cadavera tabo. Sic Mart. 14, 67. Turpes muscae: et 10, 37. ranae. Id. 7, 37. Turpis ab invisio pendebat stiria naso. Virg. A. 5, 357. faciem ostentabat, et udo Turpia membra fimo: et Hor. Ep. 1, 5, 22. ne turpe toral, ne sordida mappa Corruget naves: et Mart. 12, 32. f. plena turpi olla resina. In illo Virg. G. 3, 51. optima torvae Forma bovis, cui turpe caput, cui plurima cervix: Non. 4, 459. et Servius exponunt, magnum, h. e. enorme, atque adeo deforme. Eodem sensu accipiendum ajunt illud G. 4, 395. turpes sub gurgite phocas. Sed non est necesse a communi significatione discedere: nam et Ov. Met. 1, 300. phocas deformes dixit. Idem dic de illo Mart. 11, 21. Turpe Ravennatis guttur onocrotali: et 1, 105. Turpes esseda quod trahunt bisontes. P. Saepissi-

me est indecens, flagitiosus, indignus, infamis. Cic. Phil. 2, 34. O praeclaram illam eloquentiam tuam, cum es nudus concionatus! Quid hoc turpius? quid foedius? Id. Tusc. 3, 17. Quid est autem nequius, aut turpius effeminato viro? Id. Rosc. Am. 18. Homo turpissimus atque inhonestissimus. Id. Att. 9, 9. med. Iste omnium turpissimus et sordidissimus. Id. Fin. 2, 30. med. Cum esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors. Virg. A. 2, 400. pars ingentem formidine turpi scandunt rursus equum: et ib. 6, 276. turpis egestas. Hor. Ep. 1, 1, 43. repulsa. Stat. Theb. 8, 59. turpes Eumenidum lacrimae: scilicet quia non decet eas misericordia flecti. Crassus ap. Cic. Or. 2, 55. f. Quidquid est vocis ac linguae, omne in istum turpissimum calumniae quaestum contulisti. Cic. Quint. 15. med. Mors honesta saepe vitam quoque turpem exornat. Pl. Most. 1, 3, 133. Turpes mores. Juven. 6, 298. turpi fregerunt saecula luxu Divitiae molles. Auct. ad Her. 1, 6. Cum turpem causam habemus, hoc est cum ipsa res animum auditoris a nobis alienat. Juven. 8, 18. At vos, Trojugenae, vobis ignoscitis, et quae Turpia cerdoni, Volesos Brutosque decebant. P. Speciatim est libidinosus, obscenus. Cic. Off. 1, 34. Luxuria cum omni aetate turpis, tum senectuti foedissima est. Id. Fam. 9, 22. Nihil esse obscenum, nihil turpe dictu. Id. Font. 11. Homo turpi adolescentia, vita infami. Propert. 2, 13, 36. Turpis amor surdis auribus esse solet. Hor. Od. 1, 33, 9. turpis adulter. Id. Sat. 1, 4, 111. a turpi meretricis amore deterere aliquem. Ter. Heaut. 5, 4, 19. Pudet dicere hac praesente verbum turpe. Quint. 1, 2. Turpia facta. Adde Juven. 2, 9. et 7, 239. P. Turpe, res turpis, probrosa, indigna. Quint. 1, 2. med. Turpe ducet cedere pari. Or. Am. 1, 10, 26. Turpe erit, ingentium mitius esse feris: et ib. 9, 4. Turpe senex miles, turpe senilis amor. Cic. Off. 2, 22. Habere quaestum republi. non modo turpe est, sed sceleratum et nefarium. Id. Tusc. 2, 4. f. Hoc mihi videtur esse turpissimum. P. Turpe, adv. turpiter. Catull. 42, 7. illa, quam videtis Turpe incedere, mimice, ac moleste. Stat. Theb. 3, 331. vacua jacet hostis arena Turpe gemens. Adde Claud. in Eutrop. 2, 446.

TURPITER, adv. αἰσχρῶς, deformiter, foede. Hor. A. P. 3. ut turpiter atrum Desinat in piscem mulier formosa superne. Or. Am. 2, 17, 20. Vulcanus turpiter obliquo pede claudicat. P. Item indecore. Id. ib. 1, 7, 47. tunicae summa deducere turpiter ora ad mediam. P. Item obscene, nequiter. Cic. Tusc. 3, 17. Aderit temperantia, quae te turpiter et nequiter facere nihil patitur. Or. Met. 4, 187. Turpiter jacere. P. Item cum probro et infamia. Caes. B. G. 7, 20. med. Dimicare non ausi, turpiter se in castra receperunt: et 80. med. Neque recte, aut turpiter factum celari poterat. Id. B. C. 3, 24. f. Relinquas naves turpiter fugere coegerunt. Just. 12, 2. Turpiter se dedere Seleuco maluit. Phaedr. 1, 25. Turpiter derideri. Cic. Att. 6, 3. Hortensius filius fuit Laodiceae, gladiatoribus, flagitiose et turpiter. Id. N. D. 1, 12. Empedocles in Deorum opinione turpissime labitur. Or. Trist. 5, 6, 13. Turpius ejicitur, quam non admittitur hospes.

TURPITUDO, inis, f. αἰσχρότης, deformitas. Cic. Off. 3, 29. med. Turpitudine in deformitate corporis habet aliquid offensivum. Apul. Apol. Qui minus se commendabilem forma putaret, virtutis laude turpitudinem tegetet. P. Translate est probum, dedecus, infamia, labes, macula, vitium. Cic. Font. 12. f. Equus unquam reus sic accusatus est, ut nullum probum, nullum facinus, nulla turpitudine, quae a libidine aut a petulantia, aut ab audacia nata esset, ab accusatore objiceretur? Id. Phil. 7, 5. Quanta erit republicae turpitudine, quantum dedecus, quanta labes, dicere in hoc ordine sententiam M. Antonium consulari loco? Id. Tusc. 2. f. Omnia fugiendae turpitudinis, adipiscendaeque honestatis causa facere. Id. Verr. 1, 16. Conceptam huic ordini turpitudinem atque infamiam delere ac tollere. Suet. Aug. 42. Populo non promissum congiarium flagitanti turpitudinem et impudentiam exprobravit edicto. Auct. ad Her. 1, 6. Si causa turpitudinem habebit. Cic. Or. 2, 58. Locus et regio quasi ridiculi turpitudine et deformitate quadam continetur. Id. Fin. 3, 11. med. Homines nullo dedecore se absteineant, nisi eos per se foeditate sua turpitudine ipsa deterreat. Nep. praef. med. In scenam prodire, et populo esse spectaculo, nemini fuit turpitudini. Caes. B. G. 2, 27. Equites, ut turpitudinem fugae virtute delerent, omnibus in locis pugnabant. Sall. Cat. 13. Quas divitias honeste habere licebat, per turpitudinem abuti properabant: et 61. Cum summa turpitudine in exsilio aetatem agere. Cic. Pis. 26. f. Ut mihi illa omnia immortalis gloriam dederint, tibi sempiternam turpitudinem inflixerint. Gell. 18, 3. Homo turpitudine pristinae vitae defamatus. Cic. Or. 2, 59. extr. Verborum turpitudinem, et rerum obscenitatem vitare. Id. Har. resp. 15. Sanctissima sacella suffossa, incensa, inaedificata, oppressa, summa denique turpitudine

foedata. Quint. 3, 7. med. Turpitudine generis, h. e. natalium dedecus.

TURPO, as, avi, atum, a. i. αἰσχροῦ, pudro, turpem facio, iniquo, foedo. Enn. ap. Cic. Tusc. 1, 35. et ib. 3, 19. Jovis aram sanguine turpari. Virg. A. 10, 832. Sanguine turpantem comptos de more capillos. Id. ib. 12, 611. Canitiem immundo perfusam pulvere turpans. Hor. Od. 4, 13, 11. te rugae Turpant, et capitis nives. Id. Sat. 1, 5, 60. at illi foeda cicatrix Setosam laevi frontem turpaverat oris. Sil. 7, 631. turpatque decora juvenia Ora novus pallor. Tac. H. 5, 4. Sue abstinent memoria cladis, quod ipsos scabies quondam turpaverat. P. Translate est probro, turpitudine, dedecore afficere. Cic. fragm. ap. Hieron. ep. 66. n. 7. Caesar cum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit. Stat. Theb. 8, 432. Hic et mente Lacon, erudi torrentis alumnus, Nec turpavit avos, h. e. non degeneravit: et ib. 10, 436. summum hoc cladibus, inquit, Deerat, ut afflicto turparum ego proditor Argos?

TURRANIANUS, a, um, adj. ad Turranium pertinens, quod est nomen propr. R. hominis. Turriniana pira Plin. 15, 15, 16. Colum. 5, 10. f. et Maer. Sat. 2, 15, f. inter pirorum genera enumerat. Ea fortasse dicta sunt a Turrano Nigro, quem laudat Varr. R. R. prooem. 2. f.

*TURRANIUS, i, m. nomen proprium R., ut D. Turranius, homo χυρρομαθής, qui cum Q. Cicerone in praediis Arpinatibus fuit, cumque Cicerone aliquandiu in Cilicia. Cic. Att. ep. 1, 6. et 6, 9. Fortasse est ille ipse, qui commemoratur apud Plin. 3, 1. et 9, 8. Turranius Niger, V. in Turranius, a, um. Turranium quendam, poetam tragicum, meminit Oe. Pont. ep. 4, 16, 29. Musaque tragicis inmixta cothurnis. B. A.

TURRICOLA, ae, f. τυρροκόλος, τυρροκόλος, parva turris. Vir. 10, 19. med. Supra medium tecti fastigium turricula. P. Accipitur etiam pro vase illo in modum turris facto, per quod tali in alveolum mitti solent, et alio nomine pyrgus dicitur. Mart. 14, 16, 16. cuius titulus est Turricula. Quaerit compositos manus improba mittere talos: Si per me misit, nil nisi vota facit.

TURRIFER, ra, rum, adj. turriger. Oe. Fast. 4, 219. At cur turrifera caput est ornata corona? Alii leg. turrita.

[TURRIGENĀ, ae, adj. comm. gen., qui in turri genitus. Ita vocantur Tyrreni, quia omnium primi turres extruxerint, et in iisdem habitant. V. TYRRHENI. Rut. Itin. 1, 595. Famam Lachani veneratur, numinis instar, Inter Turrigenas Lydia tota suos, h. e. Etruria tota. Alii minus recte leg. tyrigenas, alii vero Tyrhigenas, quasi genitos a Tyrro gentis ejusdem auctore. V. LYDIA et LYDIUS. F.]

TURRIGER, ra, rum, adj. τυρροφόρος, turres gerens, turritus. Plin. 11, 2, 1. Turrigeros elephantorum miramur humeros. Sic Sil. 9, 560. Turrigerae ferae moles. Virg. A. 10, 253. Turrigerae urbes: et ib. 7, 631. antennae. Lucan. 3, 514, et 4, 226. carinae. Claud. Cons. Prob. et Olybr. 229. Ardua turrigerae surgunt in culmina ripae. P. Turrigera est epitheton Matris Deum, cujus caput turribus ornatum pingitur, quia terra urbes sustinet. Oe. Fast. 4, 224. Attis Turrigeram casto vinxit amore Deam: et ib. 6, 321. Turrigera frontem Cybele redimita corona. Id. Trist. 2, 24. Turrigera Opis. P. Item effigie Urbium, ut ex Virg. l. c. cui adde Lucan. 1, 188. et Rut. Itin. 1, 117.

*TURRILIS, e, adj. Turriles lusus Val. Max. 8. tribuit Bynckershoeck. in Praetermiss. ad 2. §. 41. D. de O. l. ubi ita edidit Torrenius: Ut enim in rebus seriis Scaevolam, ita in scurrilibus lusibus hominem agebat. Sed ingens (ait Gesnerus) est varietas. V. Torrenii editionem. Turriles autem interpretatur Bynckershoeckius, ubi per pyrgum s. turriculam jactantur tali. B. A.

[TURRINUS, a, um, adj. ad turrim pertinens. Est cogn. R., ut C. Mamilius Q. F. N. Turrinus Cos. ann. U. C. DXV. apud Piranes. Fast. Capitol. p. 20. F.]

TURRIS, is, f. τύρρος, πύργος, aedificium in magnam altitudinem protensum, celsa moles. Duplicem habet positionem, in e, et in i, in quarto et sexto casu, sed frequentius in i, ut puppin, sitim, securim, et hujusmodi. Virg. A. 2, 460. Turrim in praecipiti stantem. Ita leg. Charis. 1, 25. At Pier. in omnibus MSS. turrim vidit: et Gell. 13, 20. ita legendum monet. Pl. Bacch. 4, 4, 59. Balista pervertam turrim et propugnacula. Accius ap. Prisc. 7, 761. Apud vetustam turrim. Val. Flacc. 1, 14. Spargentemque faces, et in omni turre furentem. Oe. A. Am. 415. Quis Danaen nosset, si semper clausa fuisset, Inque sua turri perlatuisset anus? Cic. Tusc. 5, 20. med. Concionari ex alta turri solebat. Tibull. 1, 8, 19. vocat turres praecaltas Tyrriorum domos, quem loc. luculenter illustrat Broukus. P. [Turris aequa cum muro videtur esse urbis propugnaculum, quod nos baluardo, bastione dicimus. Inscr. Aeclanensis ap. Orell. Coll. Inscr. Lat. n. 566. IIII. Vir. D. S. S. (h. e. Quatuorviri de senatus sententia) portas, turris, moiros, turreis-

que aequas cum moiro faciendum coiraverunt. Αἰσχροῦ vocum turris pro turres, tum moiros et moiro pro muros et muro (V. MURUS), tum cum pro cum, tandem coiraverunt pro curaverunt, hujus monumenti vetustatem arguunt. V. INTERTURRIUM. F.] P. Sunt et bellicae machinae, turres dictae, nempe aedificia plerumque lignea, in magnam altitudinem erecta, subjectisque rotis huc illuc mobilia; in imo instructa arjete ad subruendum murum obsessae urbis; in medio aut summo pontem habentia immittendum in moenia, cum propugnatoribus, qui hostem missilibus a moenibus defendendis arceant. V. Caes. B. C. 2, 8. His etiam vallum castrorum, et oppidorum moenia muniti mos fuit. Naves etiam turribus instructas aliquando fuisse legimus. V. Caes. B. G. 5, 39. et B. C. 2, 8., Lucan. 3, 514. et 4, 226. et Sil. 14, 300. etc. Cic. Prov. cons. 2. Macedonia, quae erat antea munita plurimum imperatorum non turribus, sed tropaeis. Id. Fam. 15, 4. med. Oppidum vallo et fossa circumdedi, sex castellis castrisque maximis sepsi, aggere, vineis, turribus oppugnavi. P. Denique turris est genus aciei in quadrum dispositae. Cato ap. Fest. et Gell. 10, 9. V. SERRA. *P. Turris Stratonis, oppidum. V. Strato. P. Turris Eudieru, locus in Macedonia. Liv. 41, 3. P. Turris Libysonis vel Ad turrim Libysonis, locus vel oppidum in Sardinia. Plin. 3, 7. Colonia, quae vocatur ad turrim Libysonis. In Anton. Itin. nude appellatur Ad turrim. P. Turris Caesaris, locus sive oppidum in Apulia. Gab. Peuting. P. Turres Julianae, Aurelianae, locorum duorum ignotorum, sive oppidorum, nomen in Apulia. Itin. Hierosol. P. Turris, is, m. fluvius Carnorum, qui apud Forum Julium decurrit, et in mare Adriaticum apud Aquileiam influit. Plin. 3, 18. Hodiernum nomen Torre vel Turre. B. A.

TURRITUS, a, um, adj. τυρροκότος, τυρροκότος, turribus instructus et munitus. Ov. Am. 3, 8, 48. Quo tibi turritis incingere moenibus urbes? Id. Pont. 3, 4, 105. Turriti muri. Lucan. 6, 40. Castella turrita. Virg. A. 8, 693. Tanta mole viri turritis puppibus instant. Ubi Servius: Agrippa primus hoc genus turrium invenit, ut de tabulatis subito erigerentur, simul ac ventum esset in proelium, turres hostibus improvisae: in navigando essent occulta. P. Item turriger, τυρροφόρος. Hirt. B. Afr. 30. et 41. Elephantis turritis triginta ante aciem instructis. Plin. 8, 7, 7. Viginti elephantis turriti cum sexagenis propugnatoribus. Sil. 9, 239. hos turritas moles appellat. Id. 13, 366. Tempora murali cinctus turrita corona, h. e. ornata corona murali, quae referebat muros urbis captae cum pinnis et turribus, ut Gell. docet 5, 6. P. Turritus est Mater Deum, et Urbium effigies, ut in TURRIGER dictum est. Prop. 4, 11, 51. Vel tu, quae tardam movisti fune Cybeben, Claudia, turritae cara ministra Deae. Virg. A. 6, 785. Berecynthia mater Invehitur curru Phrygias turrita per urbes. Sidon. Carm. 5, 13. Sederat exserto bellatrix pectore Roma, Cristatum turrita caput. P. Turritus, celsus, sublimis, emittens instar turris. Virg. A. 3, 535. gemino demittunt brachia muro Turriti scopuli. Lucan. 2, 358. Turritaque premens frontem matrona corona, h. e. capillorum alte aedificato capite, ut ait Juven. 6, 502. Sic Hieron. ep. 130. n. 7. Cerussa ora depingere, ornare crinem, et alienis capillis turritum verticem struere. Prud. Psych. 183. Turritum tortis caput accumulatur in altum Crinibus.

*TURRUS, i, m. Italiae fluvius, in terra Carnorum, non longe ab Aquileia. Plin. 3, 18. B. A.

TURSIO, onis, m. genus piscis. Plin. 9, 9, 11. Delphinarum similitudinem habent, qui vocantur tursiones. Distant et tristitia quidem aspectus: abest enim illa lascivia: maxime tamen rostris canicularum maleficientiae assimilati.

TURTUR, uris, m. τῦρρυον, avis ex genere columbarum: ita dicta a sono, quem edit: ut et Graece ἀπὸ τοῦ τῦρρυον. Vivit octonnis annis, inquit Plin. 10, 35, 52., cum dibunt, colla non resupinant, Id. ib. 34, 52. his anno pariunt, ib. 53, 74. ova plurimum terna; ib. 58, 79. occultantur hieme, et penas amittunt, ib. 24, 35. amici sunt psittacis, et merulis, ib. 74, 96. Unde Oe. Her. 15, 38. Et niger a viridi turtur amator ave. (Adde Am. 2, 6, 12.) Virg. Ecl. 1, 59. Nec genere aerea cessabit turtur ab ulmo. P. Est in deliciis ciborum. Pl. Most. 1, 1, 44. Tibi istos habeas turtures, pisces, aves. Juven. 6, 38. tollere dulcem Cogitat heredem, cariturus turture magno, Mullorumque jubis, etc. h. e. muneribus, quae ab hereditatis mittebantur his, qui filios non habebant. Adde Mart. 3, 60. et 82. et 13, 53. P. Turtur obscene pro mentula usurpatur in illo Plauti Bacch. 1, 1, 35. Ubi ego capiam pro machaera turturem, etc. V. v. sq. P. De turturibus in villa alendis agunt Varr. R. R. 3, 8. et Colum. 8, 9. et Pall. 1, 25. P. Cave tibi a Servio, qui ad l. Virg. c. feminino genere usurpari docet, neque enim aerea ad turtur refertur, sed ad ulmo. [Ceterum turtura fuit nomen proprium feminae. Inscr. Christiana ap. Clem. Cardinal. Inscriz. Velitern. p. 209. Turtura Victorina, quae vixit annos XVIII, etc. F.]

TURTURILLA, ae, f. parvus turtur. Quia tur-

tures molles sunt, et lascivi, praesertim feminae; ideo Sen. ep. 96. extr. Hi, inquit, qui expeditiones periculosissimas obeunt, fortes viri sunt, primoresque castrorum: isti, quos publica quies, aliis laborantibus, molliter habet, turturillae sunt, tuti contumeliae causa, h. e. imbecilles homines, delicati, effeminati. Isid in Gloss., eumque secutus Lipsius, turturillam ajunt dici locum, in quo corruptelae fiabant; ducta itidem a turturibus denominatione. Alii in Senecae loco perperam aliter leg.

TURUNDA, ae, f. *μύζα, ψωμός*, offa, vel quid simile, eujusmodi sunt, quibus farciuntur altilia ad saginam: ab inusit, *turo, as*, pro quo compositum obtulo in usu est, quod verbum vide suo loco; *turunda* autem appellata videtur, quia Italorum *turaciolo* similis est. Cato R. R. 89. Anseres sic farcito. Polline, vel farina hordeacea conspersa turundas facit; eas in aquam intingat, in os indat. Varr. R. R. 3, 9. f. Gallinas farciunt turundis hordeaceis, partim admixtis ex farina loliacea, aut semine lini ex aqua dulci. P Ita etiam appellatur libum sacrum, quod saepe in veteribus anaglyptis videre est a sacrificantibus manu prolata Diis oblatum. Non. 17, 18. Turunda, ut libum sacrum quoddam ex farre, genus panificii. Varr. fragm. ib. Alii afferunt libum ad turundam. P Item linamentum ex filis, quod immitti in ulcus a medico seu chirurgo solet. Cato R. R. 157. f. Si fistula erit, turundam intro trudit: si turundam non recipiet, diluito, indito in vesicam; ita premito, in fistulam introeat. [Scrib. Comp. 201. Emplastrum manibus subigetur, et redactum in turundas ampliores, quas magdalias dicunt, reponetur. Alii pro turundas perperam leg. rotundas. F.]

TURUNDOLA, ae, f. dimin. turundae. Ita pro rotundula reponendum profecto est in loco Apuleji in hac voce allato. F.]

TURZETANUS, a, um, adj. ad Turzonem, Africae in provincia proconsulari oppidum, promontorio Mercurii proximum, non Taruza, et a Ptolem. 4, 3. *Τουζω* appellatum. Inscr. ap. Maff. Mus. Ger. 462, 2. Splendidissimus Ordo Turzetanorum. F.]

TUS et Thus, turis, n. *ἄβανος*, lacrima exiguae arboris in Arabia, quae siccata adoletur in sacris. Arnob. 7, 233. Tus viscum est ex corticibus profuens, ita ut ex amygdalo, ceraso, lacrimabili destillatione coalescens. Id. ib. 232. morem ejus incendi in honorem Deorum, non admodum antiquum esse ait, cum neque heroicis temporibus usurpatum sit, neque Etruria mater superstitionis noverit, neque Albani reges, aut Numa adhibuerit. Plin. 12, c. 14. de natura ejus, ac variis generibus multa disserit, et de loco, ubi nascitur, et de modo colligendi. Cicero, Tibull., Hor. et Plin. jun. conjungunt *tus* et *odores*, ut in ODOR observavimus. Hor. Ep. 1, 14, 23. Angulus iste feret piper et tus ocium uva. Virg. G. 1, 57. India mittit ebur, molles sua tura Sabaei. Id. A. 11, 481. Succedunt matres, et templum ture vaporant. Prop. 3, 8, 19. coronatas ubi ture piaveris aras. Tibull. 1, 8, 53. et 4, 6, 1. dare turis honores. Pers. 5, 120. nullo ture litabis. Ov. Met. 7, 589. Ferre tura altaribus; et ib. 1, 248 in aras; et ib. 11, 577. pia Superis. Id. Pont. 3, 1, 162. ad Deos; et ib. 4, 8, 29. flammis. Id. ib. 2, 1, 32. imponere focis. Id. Fast. 4, 935. dare focis. Id. Trist. 1, 2, 101. et ib. 2, 59. pro Caesare. Plin. 13, 1, 1. et 22, 54, 56. Ture supplicare. Tibull. 1, 3, 34. reddere menstrua tura Lari. Hor. Od. 3, 8, 2. acerria turis plena. Pers. 1, 43. nec scombros metuentia carmina, nec tus, h. e. ne eant involutum scombros, tus, et quiddid chartis amicitur ineptus, ut ait Hor. Ep. 2, 1, 270. Tria tura ponere sub limine. Or. Fast. 2, 573. h. e. tria turis grana. P *Mascula tura* quid sint, V. in MASCULUS. P *Tus terrae*, herba. V. CHAMAEPITYS. P *Qui thus scribunt*, ducunt *ἰσὸ τοῦ θύου*: habentque adstipulantes aliquot Lapidis, quos refert Dausqu. Contra opponunt *Manut.* et *Cellar.* libros veteres, *Virgilii* praesertim, et auctoritatem *Charisii* 1, 58. et *Servii* ad G. 1, 57., qui a *tundendo* dictum putant: quia glebae turis, antequam in ignem conjiciantur, tundi solent. Sed ut haec notatio improbetur, et a *θύου* sumatur origo, multa sunt Graeca vocabula, quae longa consuetudine Latinae facta. Latinis etiam litteris scribuntur, ut *silea* ab *σίλη*, *fama* ab *φάμη*, *frigo* a *φρύγω*, et alia non pauca. Serv. ad A. 6, 4. Thus, et *Orchus* veteres dicebant: quibus sequens aetas detraxit aspirationem. [Marin. Frat. Arv. p. 338., adductis pluribus veterum locis, probat quod idem *Servius* hic asserit, antiquitus *thus*, deinde *tus* scriptum fuisse. F.]

TUSCA, ae, Africae fluvius, Numidiam ab Africa propria disternans. Plin. 5, 3. B. A.

TUSCANENSIS, e, adj. ad Tuscanum pertinens, parvam urbem, quae nunc *Toscanello*, in antiqua Etruria ad Martham fluv., haud longe ab urbe, quae nunc *Viterbo* appellatur. Inscr. ap. Mur. 1090, 7. D. M. C. Coponii Crescentis Dec. Tuscanensium, etc. A Plin. 3, 5, 8. vocantur *Tuscanienses*, sed fortasse minus recte, nam ipsa urbs in Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 333. *Tuscania* appellatur. F.]

TUSCANICUS et Thuscanicus, a, um, adj. Tu-

scanus: praesertim cum de architecturae rationibus sermo est. Varr. L. L. 4, 33. Tuscanicum dictum (*impluvium*) a Tuscis, posteaquam illorum cavum aedium simulare coeperunt. Vitruv. 3, 2. Ornantque signis fictilibus earum fastigia Tuscanico more. Id. 4, 7. f. De Tuscanicis generibus sumentes columnarum dispositiones. Plin. 35, 12, 45. Ante hanc aedem Tuscanica omnia in aedibus fuisse, auctor est M. Varro. Id. 36, 23, 56. Quae sextam partem altitudinis in crassitudine ima habent, Doricae (*columnae*) vocantur: quae nonam, Ionicae: quae septimam, Tuscanicae. Id. 34, 7, 16. Signa Tuscanica per terras dispersa, quae in Etruria factitata, non est dubium; et ib. 18. Videmus Tuscanicum Apollinem in bibliotheca templi Augusti. Quint. 12, 10. Tuscanicae statuae. P De descriptione V. TUSCUS. TUSCANUS et Thuscanus, a, um, adj. ad Tuscos pertinens, Etruscus. *Tuscanae dispositiones* ap. Vitruv. 4, 6. f. sunt opera architectonica ad rationem a Tuscis inventam effecta: quae quidem ratio erat omnium simplicissima, ut videre est in figuris, quae a *Philandro*, et aliis exhibentur. De ea agit Vitruv. ib. 7.

TUSCÉ et Thuscé, adv. Tusco more, aut sermone. Varr. ap. Gell. 2, 25. Cum dicamus ab Osco, Tusco, Graeco, Osce, Tusce, Graece. Gell. 11, 7. Quasi nescio quid Tusce, aut Gallice dixisset. *TUSCENIUS, i, homo obscurus, qui de Q. Ciceroe quaestus erat. Cic. Q. Fr. 1, 1, 2. B. A. TUSCI. V. TUSCUS.

TUSCIA et Thuscia, ae, f. la Toscana, Etruria, Tuscorum regio. Varr. L. L. 4, 4.

TUSCULANENSIS, e, adj. ad Tusculanum pertinens: de quo in voce sequenti. Cic. Fam. 9, 6. Tusculanenses dies, h. e. in Tusculano acti.

TUSCULANUS, a, um, adj. ad Tusculum, nunc *Frascati*, pertinens, quod est oppidum Latii inter Romam et Labicum, conditum a Telegono Ulyssis et Circes filio, qui cum patrem imprudens necasset, in ea se loca recepit, ut est ap. Sil. 7, 692. et 12, 535. Adde Hor. Od. 3, 29, 8. et *Stat. Silb.* 1, 3, 83. Scribit *Fest.* in *Tuscos*, dictum esse vel a studio sacrificandi, ut *Tusci*; vel quod aditum difficilem habeat, quasi *δυσκόλον*. Hinc Tusculanus ager, Varr. L. L. 6, 2. med. Tusculana sacra, Id. ib. 5, 3. Tusculanus silex. Plin. 36, 18, 29. Tusculana aqua, Cic. Balb. 20. Tusculani colles, Liv. 3, 7. Tusculana arx, ib. 23. Tusculanus populus, Id. 8, 37. P *Tusculani, orum*, Tusculi cives. Varr. L. L. 5, 3, Cic. Off. 1, 11. et Plin. 3, 5, 9. P *Tusculanum* subaudi *rus*, aut *praedium*, villa Ciceronis in Tusculano agro: a quo *Tusculanas disputationes* inscripsit, in ea habitas. Id. Div. 2, 1, et *Att.* 1, 6. et ib. 15, 2. f. Fuerunt autem eo loci aliorum quoque villae, Varronis, Hortensii, Pompeji, C. Julii Caesaris, Balbi, L. Crassi, Metelli, etc. quod vicinae essent Urbi, et commeantibus percommodae. Harum mentio fit a Cic. var. in loc. et Plin. 22, 6, 6. et 35, 11, 40. n. 26. Hinc Tusculani secessus Mart. 10, 30.

TUSCULUM et Tusculum, i, n. exiguum turis. Pl. Aul. 2, 8, 15. Nunc tusculum emi, et hasce coronas floreas: haec imponetur in foco nostro Lari. P De oppido V. v. praec.

TUSCULUS, a, um, adj. ad Tusculum pertinens, de quo V. TUSCULANUS. Sil. 7, 692. Quod peperere decus Circaeo Tuscula dorso Mucnia, Laertae quondam regnata nepoti. *Stat. Silb.* 4, 4, 16. Tuscula umbra, h. e. nemus Tusculanum. Tibull. 1, 8, 57. et Mart. 9, 61. tellus. Id. 4, 64. Albanos quoque, Tusculosque colles. P *Tusculi, orum*, ejus oppidi incolae. Id. 7, 31. Aut Tusci tibi, Tusculive mittunt.

TUSCUS et Thuscus, a, um, adj. *Τυρρηνός*, ad Tusciam, et Tuscos pertinens, Etruscus, Tyrrhenus. Cic. Or. 3, 19. et Plin. 3, 5, 8. Tuscum mare inferum: *mar di Toscana*; et Plin. 2, 88, 89. Tuscus sinus. Or. A. Am. 3, 386. amnis, h. e. Tiberis, qui Tusciae fluvius est. Sic Hor. Od. 3, 7, 28. alveus. Sil. 7, 378. Tusci stagna profunda, h. e. Trasimenus lacus. Varr. L. L. 4, 9. Tusca vocabula. Colum. 10, 341. sacra, h. e. quae Tages Tuscus invenit. Lucan. 1, 584. Tuscus vates. Or. Fast. 4, 884. dux, h. e. Mezentius. Id. ib. 6, 201. Tuscum duellum, h. e. bellum Romanorum cum Etruscis. Mart. 8, 56. Tuscus eques, h. e. Maecenas Tuscorum regum progenies. Id. 13, 118. Tusci cadit, h. e. vna Tusca, per synecdoch. Id. 14, 98. et Pers. 2, 60. Tusca fictilia, h. e. quae in Tuscia, et praecipue Aretii fiebant. Juven. 11, 109. Ponebant igitur Tusco ferrata catino. *Op. Med. fac.* 65. Tuscum semen, h. e. zea, quae per antonomasiam semen dicitur, ut Plin. docet 18, 8, 19. et ib. 11, 29. n. 2. et farinam candidissimam facit. Tuscum dicitur, quia optimum in Campania provenit (*Id. ib.*), quae est Tusciae vicina. P *Tusco modo dotem quaerere*, h. e. meretricibus artibus vicitare: quia Tuscorum quidam filias suas exponere solebant, ut corpore quaestum facerent. *Pl. Cist.* 2, 3, 20. Non enim hic, ubi es, Tusco modo tute tibi indigne dotem quaeras corpore. Alii v. modo referunt ad modos musicos tibicinum, et fidicinum, ad quos lascivis numeris puellae saltarent, ut viros illicerent. P

Tusci, orum, Etrusci, quorum ante Romanum imperium, ut ait Liv. 5, 23., late terra marique opes patuere, mari supero inferoque. V. ibi reliqua. Ab his Romani haruspicinam, divinationem, religiones multas, ac ritus, et insignia magistratum, ludosque sumpsere. V. ETRUSCUS et LYDIUS. P *Tuscius vicus* fuit Romae, ita dictus a Tuscis militibus quibusdam, qui contra Aricinos, Porsena rege, pugnantes, cum victi fuissent, fuga Romam inermes delati, ibique hospitio benigne excepti, sedes fixere, unde locus eis ad habitandum datus, Tuscius dicitur. Ita Liv. 2, 14. f. Aliter Varr. L. L. 4, 8. es Tac. A. 4, 65. Coelum Vibennam Tuscum auxilio venisse Romulo contra Sabinum regem: habitasse cum suis in monte, qui ab eo Coelius est dictus: quod nimis munitum locum tenerent, venisse in suspectionem, et in plana deductos esse, eumque locum Tuscum vicum appellatum. Similia his habet *Festus*. P In eo vico habitabat turba impia, ut ait Hor. Sat. 2, 3, 228., et homines qui ipsi sese venditant, ut ait *Pl. Curc.* 4, 1, 21. h. e. scorta et lenones. Mart. 11, 27. significat ibi fuisse etiam sericarum vestium artifices. P *Tuscos* ait *Festus* dictos esse, vel a Tusco rege filio Herculis, vel ab eo, quod unice studiosi sacrificandi, *ἀπὸ τοῦ θύου*, quasi *θύουκωσι*: quod confirmant non solum *Serv.* ad A. 2, 781., sed etiam *Plin.* 3, 5, 8. his verbis: Lydi, a quorum rege Tyrrheni, mox a sacrificio ritu lingua Graecorum Tusci sunt cognominati. Hinc est, quod *Thuscus* a multis scribi placuit, quibus favet *ret. Inscr.* ap. *Grut.* 474, 3.; sed contra sunt multo plures inscripti *Lepides*, libri MSS. et *Manut.*, *Dausqu.*, *Cellar.* Accedit ratio in TUS allata.

[TUSILLAE, arum, f. plur. sunt eadem ac tonsillae. Isid. Or. 11, 1. med. Toles Gallica lingua dicuntur, quas vulgo per diminutionem tusillas vocant, quae in faucibus turgescere solent. V. TOLES. F.]

TUSSEDO, inis, f. idem ac tussis. *Appul. Met.* 9. Mulinares languidas assiduo pulsu tussedinis huius.

TURRICULA, ae, f. parva tussis. Plin. ep. 5, 19. med. Veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit. *Cels.* 3, 22. med. Tussicula suis remediis finienda. [*Front. ad Anton. Imp.* (ed. A. Maio) ep. 1, 2. med. Pullo nostro tussiculam sedaverit et dies clementior, et nutritrix ejus, si cibis aptioribus vescatur. F.]

TUSSICULARIS, e, adj. utilis ad tussim, ut Tussicularia medicamenta, *Coel. Aurel. Tard.* 2, 13. med. Tussicularis herba, [*ap. eund. ib.* 2, 7. f. eadem est ac tussilago. F.]

TUSSICULOSUS, a, um, adj. tussi laborans. *Coel. Aurel. Acut.* 2, 13. f. Tussiculosa et frigida senilis est aetas.

TUSSICUS, a, um, adj. qui multum tussit. *Firm. Math.* 5, 16. Luna alios tussicos, alios splenicos efficiet. Adde *Marcell. Empir.* 20.

TUSSILAGO, inis, f. *βήζωρ*, herba, cujus duo sunt genera. Silvestris ubi nascitur, subesse aquas credunt: et hoc habent signum aquileges. Folia sunt majuscula, quam hederac, quinque aut septem, subalbida a terra, superne pallida, sine caule, sine flore, sine semine, radice tenui. Altera a quibusdam appellatur, similis verbasco. Nomen habet a tussi sananda. Plin. 26, 6, 16. [**Huffattich*, *Brandtattich*.]

TUSSIO, is, a. 4. *βήζω*, tussim edo. Pl. As. 4, 1, 49. Forte si tussire occoepsit, ne sic tussiat, ut cuiquam linguam in tussiendo proferat. *Hor. Sat.* 2, 5, 106. siquis Forte coheredum male tussiet. *Petr. Sat.* 117. Plurimum tussire. *Mart.* 1, 20. fuerant tibi quatuor, Aelia, dentes: Expulit una duos tussis, et una duos. Jam secuta potes totis tussire diebus. Id. 2, 26. Quod querulum spirat, quod acerbum Naevia tussit. P *Tussiensi*, tussi laborans. Plin. 21, 20, 83. Irim circumligari infantibus dentientibus, et tussientibus. Id. 23, 8, 77. Nuces tussientibus inimicae. Id. 29, 3, 11. Ova cocta et trita cum melle dantur tussientibus.

TUSSIS, is, f. *βήξ*, est vehementissima quaedam afflatio, qua plurimus simul, celerrimeque foras spiritus agit, propellitque una secum suo impetu ea, quae vias suas obstruunt. *Ter. Heaut.* 2, 3, 132. Gemitus, screatus, tussis, risus abstine. *Virg. G.* 3, 496. et quatit aegros Tussis anhela sues. *Catull.* 44, 7. Malamque pectore expui tussim; et ib. 19. frigus gravadinem et tussim fert. Plin. 23, 4, 51. Tussim exasperare. Id. 28, 6, 17. concitare. *Mart.* 11, 86. Fauces aspera vexat tussis. *Cels.* 4, 6. Sicca tussis, quae nihil emollitur; et ib. 4, n. 4. Tussis vehementissime urget; et 8, 9. infestat. Id. 4, 6. Tussim levare. Plin. 30, 6, 15. lenire. Id. 23, 1, 27. inhibere. *Colum.* 6, 10. sanare. Id. ib. et 31. veterem discutere. Plin. 26, 6, 16. sedare; et ib. 15. Radix tussi et faucibus prodest. Id. 23, 8, 80. Folia lauri liberant a tussi; et 32, 8, 29. Tussi liberari; et 25, 5, 24. veteri mederi.

[TUSURITANUS, a, um, adj. ad Tusurum, seu Tisurum pertinens, provinciae Byzacenaep oppidum, quod a *Ptolem.* 4, 3. *Τουσουρος* dicitur. Inscr. Aquilae reperta, in *Antolog. Rom.* ann. 1776. n. 18.

Geminus Restuti F. natus ex civitate Tusuritana Africæ proconsularis. F.]

TUSUS, a, um, part. a tundo: tunsus. Vitruv. 2, 5. Testam tusam et suceretam arenæ adjicere. Plin. 36, 25, 62. Ruderu novo tertiam partem testæ addere. Pall. 1, 9. extr. Supra marmor tusum cernatur. Veg. Vet. 7, 16. Haec omnia tusa, et bene cribrata. Appul. Herb. 28. Herba tusa, et imposita.

TUTACULUM, i, n. idem quod tutamentum, munimentum. Prud. adv. Sym. 2, 387. fida ut tutacula nudis, Invalidisque paret.

TUTAMEN, inis, n. ἀσφάλμα, ὄχιον, munimentum, defensio, defensaculum. Virg. A. 5, 262. Donat habere viro decus, et tutamen in armis. Arnob. 2, 71. Domorum, aut vestium tutamina sibi conquirere; et 1, 15. A Deo deposcimus rebus fessis tutamina.

TUTAMENTUM, i, n. idem ac tutamen, unde factum est. Liv. 21; 61. f. Nix sola, ignibus aliquoties conjectis ab hoste, etiam tutamentum fuerit. Appul. Met. 1. Circumspiciens tutamenta sermonis, h. e. an tutum esset loqui.

TUTANUS, i, m. Deus apud Romanos, idem, ut putant, atque Hercules, cui ara fuit extra portam Capenam: a tutando, quod adversus Annibalem tutatus esset populum R. Alius igitur fuit a Tutuno, vel Tutino, qui idem ac Priapus. Var. ap. Non. 1, 242. Noctu Annibalis cum fugavi exercitum, Tutanus hoc, Tutanu Romæ nuncupor. Hac propter omnes, qui laborant, invocant. V. REDICULUS.

TUTARCHUS. V. TOECHARCUS.

TUTATIO, onis, f. tutio, defensio. Firm. Math. 4, 7. Qui regias opes thesaurosque fidei tutatione custodiant.

TUTOR, oris, m. tutor. Appul. de Deo Socrate. Dubiis praemonitor, periculosus tutor, egenis opitulator. Inscr. ap. De-Vita Antiquit. Benev. cl. 1. n. 3. Jovi Tutori. Nummus Diocletiani ap. Eckhel. D. N. V. T. 8. p. 9. Jovi tutori Augustorum.

TUTATUS, a, um, part. a tutor: qui tutatus est. Ov. Trist. 5, 6, 15. Nil nisi me solum primo tutatus. Passive. Sym. ep. 9, 11. Ut auxilio tuo tutata possessio a molestiis vindicetur.

TUTE, pronomen. V. TU et TE.

TUTE, adv. ἀσφαλώς, ἀκινδύως, secure, sine periculo, tuto. Auct. ad Her. 3, 5. med. Eum tute vivere, qui honeste vivat; et ib. 7. Tute cauteque agere aliquid. Pl. Trin. 1, 2, 102. Crede huic tute. Colum. 5, 10. f. Sive transferre voles, sive inserere, satis tute utrumque facere poteris. Cn. Pomp. ad Cic. post. ep. 11. l. 8. ad Att. Nam te hic tutissime fore puto.

TUTELA, ae, f. ὑπόβλημα, munimentum, tutamen: a tuor. Varr. R. R. 1, 14. Nunc de septis, quae tutandi causa fundi fiant, dicam. Earum tutelarum genera quatuor, unum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. Primum Varro docet esse sepem vivam; secundum sepem mortuam ex palis statutis, et longuriis, aut arborum truncis; tertium ex fossa aut aggere; quartum ex maceria. Plin. 29, 2, 8. Lanae tutelam praestant contra frigora. Id. 21, 14, 49. Cera varios in colores pigmentis traditur ad innumeros mortalium usus, parietumque et armorum tutelam, h. e. ad tectoria picta parietum illinenda, et arma ab robigine defendenda. Tutela animalium est non solum cura, ut defendantur ab injuriis aut aeris, aut ferarum, sed etiam ut alantur. Colum. 6, 2. f. Quoniam quae sequenda sunt in emendis domandisque bubus, tradidimus, tutelam eorum praecipiamus. Id. 9. in. Venio nunc ad tutelam pecudum silvestrium, et apium educationem. Id. 7, 1. in. Aselutis exiguae tutelae est. Sic Just. 16, 3. Tributum in tutelam classis describere. Et Suet. Caes. 68. Cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Sen. Consol. ad Helo. 9. Est haec terra vix ad tutelam incolentium fertiliſ. Tutela aedificiorum est cura, qua sarta tecta praestantur. Plin. 18, 5, 6. Ut villarum tutela non sit oneri. Id. 35, 3, 4. M. Aufidius tutelae Capitoli redemptor. Cels. Dig. 31, 1, 30. Legare pecuniam in tutelam viae. Inscr. ap. Grut. 471, 5. et 175, 7. Dare certam summam pecuniae in tutelam sepulcri. Tutela navis est alicujus numinis signum in puppi, non in prora, ut quidam falso putarunt; unde praesidium navigantibus sperabatur. V. NAVIS. In prora autem insigne navis erat, quod eidem nomen dabat. V. ib. On. Trist. 1, 10, 1. Est mihi, sitque precor, flavae tutela Minervae Navis: et a picta casside nomen habet, h. e. tutela est Minerva, nomen autem navis est galea seu cassis in prora. Sil. 14, 410. Numen erat celsae puppis vicina Dione; et ib. 512. Scuta virum, cristaeque, et inerti spicula ferro, Tutelaque Deum fluitant. Sen. ep. 76. Navis bona dicitur, non quae pretiosis coloribus picta est, nec ejus tutela ebore caelata est, etc. Adde Petr. Sat. 105, et 108. Quandoque tamen, praecipue apud Phoenices et Graecos, idem simulacrum in puppi positum et navis tutela erat, eidemque nomen dabat. V. ib. Hinc eadem navis Hammonis simulacrum in puppi habebat, eademque Hammon nominabatur. Sil. ib. 436. ferus inde citatum Missile

adorata contorquet Sabrata puppe. Hammon numen erat Libycae gentile carinae, Cornigeraque sedens spectabat caerulea fronte; et mox 572. Uritur undivagus Python, et corniger Hammon: scil. naves, vagus Python, et corniger Hammon. Tutela prorae ap. Ov. Met. 3, 617. est proreta. V. PRORETA.

Tutela loci, Genius, loci praeses. Petr. fragm. Trag. 57. Burm. et Inscr. ap. Grut. 104. et 105. ubi et Genius custos hominis tutela dicitur. Tutela Lemni est Vulcanus, Auct. Priap. 37. Tutela Lemni dispares movet gressus. Hinc Hieron. in Esai. 57, 7. Ipsa Roma orbis domina in singulis insulis domibusque Tutelae simulacrum cereis venerans ac lucernis, quam ad tuitionem aedium isto appellant nomine, ut tam intrantes, quam exeuntes domos suas, inoliti semper commoneant erroris. In duab. Inscr. ap. Mur. 103, 9. et 10. dicitur Tutela Aug. Universim est defensus, praesidium, patrocinium, ἐπιτροπή. Cic. Fin. 4, 14. Cum de hominis summo bono quaerent, nullam in eo neque animi, neque corporis partem vacuum tutela reliquerunt. Id. Mur. 10. Omnia haec nostra studia latent in tutela ac praesidio bellicae virtutis. Id. Prov. cons. 14. Sit in ejus tutela Gallia, cujus virtuti, fidei, felicitati commendata est. Id. N. D. 3, 22. Apollo, cujus in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. Id. Or. 1, 53. Duos filios suos parvos tutelae populi commendavit. Prop. 3, 11, 41. Diique Deaque omnes, quibus est tutela per agros, h. e. qui habent agros in tutela. Plin. 32, 2, 11. Surculi curalii infantiae alligati tutelam habere creduntur, h. e. vim amuleti, et arcendi veneficii. Suet. Aug. 49. Classem Miseni, et alteram Ravennae, ad tutelam superi et inferi maris collocavit. Item remedium, medicina. Grat. Cyn. 478. Aut incurvatae siqua est tutela prodagrae.

Saepe est vis ac potestas in capite libero constituta ad tuendum eum, qui per aetatem sua sponte se defendere nequit, jure civili data ac permessa, ut Servius ap. Paul. Dig. 26, 1, 1. definit: daturque pupillo impuberi, sicut curatio puberi. Pacuv. ap. Cic. Or. 2, 46. f. Gnati ejus parvi, qui tibi in tutelam est traditus. Varr. R. R. 3, 2. med. M. Cato nuper Luculli accepit tutelam. Just. 4, 2. Filiorum tutelam alicui committere. Liv. 39, 9. Tutelam ita gesserat, ut rationem ejus gerere non possent. Dicimus tutelam suscipere, administrare, gerere, dare, mandare, deponere, et similia. V. Digest. toto fere l. 26. et 27. ubi haec passim habentur. Tutelam reddere, exigere, repossere, est tutelae rationes reddere, exigere. Papin. ib. 27, 3, 21. et Ulp. ib. 13. et Marcell. ib. 26, 7, 28.

Aliquando tutela est ipsum patrimonium pupilli. Cic. Att. 1, 5. med. Mirabamur, te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usucapi posse. Id. Pl. 34. Nihil potest de tutela legitima sine omnium tutorum auctoritate deminui. Ulp. Dig. 26, 7, 5. Si tam exigua esse tutelam probabitur, ut ex nummo refecto praedium puero comparari non possit. Venire in tutelam suam, pervenire in tutelam, tutelae suae fieri, dicitur pupillus, cum annos pubertatis ingressus sub tutore esse desinit. Cic. Or. 1, 39. f. Nisi postumus, antequam in tutelam veniret, mortuus esset. Id. ib. Si filius non esset, qui in tutelam veniret, M. Curius esset heres.

Id. Rosc. Com. 6. Fraudare pupillum, qui in tutelam pervenit. Sen. ep. 33. f. Isti, qui nunquam tutelae suae fiunt. Suet. Claud. 2. Diu, atque etiam post tutelam receptam, alieni arbitrii, et sub paedagogi fuit. Translate. Pl. Trin. 4, 2, 28. et Truc. 2, 1, 43. Equis huic tutelam januae gerit? Id. Trin. 4, 3, 51. Meo tergo tutelam geram. His loc. notandus loquendi modus gerere tutelam alicui. Passive. Hor. Od. 4, 6, 31. Virginum primae, perique claris Patribus orti, Deliae tutela Deae, h. e. qui in tutela Dianae estis. Massur. ap. Gell. 5, 13. med. In officiis apud majores ita observatum est: primum tutelae, deinde hospiti, deinde clienti, tum cognato, postea affini. Prop. 4, 8, 3. Lanuvium annosi vetus est tutela draconis.

TUTELARIS, e, adj. ἐπιτροπικός, ad tutelam pupillorum pertinet. Ulp. Dig. 12, 3, 4. Tutelaris causa. Paul. ib. 27, 7, 8. Tutelaria instrumenta. Sidon. ep. 4, 24. f. Frater et soror sub annis adhuc tutelaribus agunt. Capitol. M. Aurel. 19. f. Praetorem tutelarem primum fecit, cum antea tutores a consulibus poscerentur, ut diligentius de tutoribus tractaretur. Adde Ulp. ap. Modest. Dig. 27, 1, 6. med. P. Dii tutelares dicuntur, in quorum tutela urbes et loca sunt. Hi in oppugnatione urbium certo carminis genere evocari solebant, ne cum ipsis etiam Diis bellum susceptum videretur, et ut urbes eorum ope destituta facilius caperentur, ut docet Macr. Sat. 3, 9. (ubi et ejus evocationis carmen recitat. Arnob. 3, 114. Tutelaribus Diis supplicare.

TUTELARIUS, ii, m. qui cujuspian rei tutelam, et munus sartae tectae praestandae suscipit. Plin. 34, 7, 17. Capite tutelarius cavere pro ea (cane ex aere) instituti publici fuit. Inscr. ap. Grut. 363, 2. Praetor tutelarius. Alia ap. eund. 465, 5. Praetor K. tutelarius.

TUTELATOR, oris, m. qui tutelam gerit. Ca-

pell. 2. p. 39. de Genio: Hic tutelator, fidissimusque germanus, animos omnium mentesque custodit.

TUTELATUS, a, um, part. ab inus. tutelo, in alicujus rei tutelam assignatus. Aggen. de limit. agror. p. 58. Goes. In tutelam rei urbanae assignatae sunt silvae, de quibus ligna in reparationem publicorum moenium traherentur. Hoc genus agri tutelatum dicitur.

TUTELINA et Tutilina (ut habetur in vet. Inscr. ap. Grut. 99, 6.), ae, f. Dea, quam frumentis collectis et reconditis, ut tuto servarentur, praeposuerunt, ut ait August. C. D. 4, 8. Meminit et Macr. Sat. 1, 16. Tert. Spect. 8. de Circo: Columnae Sessias a sementationibus, Messias a messibus, Tutelinas a tutelae fructuum sustinent. Plin. 18, 2, 2. verbis Tertulliani lucem affert, docens in Circo tria fuisse simulacra columnis imposita, Sejae, Segestae, et hujus, de qua loquimur: cujus nomine abstinet, quia Tutelinam sub tecto nominare, religio erat: quique id fecissent, ferias observabant, ut ait Macr. l. c. Tutelinam meminisse, sed videtur aliam intelligere, a tutela urbis Romae dictam, cujus ara fuit in Aventino, ut est ap. Panvin. in descript. Urbis Romae: Verba Varr. ap. Non. sunt: Non Tutilina, quam ego ipse invoco, quod meae aures abs te obsidentur.

*TUTIA, ae, oppidum Hispaniae Tarraconensis. Flor. 3, 22. extr. Et fluvius Latii. Liv. 22, 11. B. A.

[TUTICANUS, a, um, adj. ad Tutienm, sive Equum Tuticum pertinens. V. vocem sequent. Est cogn. R. Hinc in epist., quam Tuticano scripsit Or. Pont. 4, 12, 9. Et pudeat, si te, qua syllaba parte moratur, Arcetius appellem, Tuticanumque vocem. Non potes in versum Tuticani more venire, fiat ut e longa syllaba prima brevis. Porro vides, hic Ovidium excusare difficultatem vocis, cujus quantitas hexametro repugnat. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 119, 6. P. Baebio P. Fil. Pub. Tuticano, etc. Alia ap. Fabr. p. 641. n. 349. Caecilia Tuticana. F.]

[TUTICUS, a, um, adj. magnus, summus. Vox Oesae originis, ut probat Lanzius Sagg. di lingua Ostr. T. 2. p. 619. et Rosin. dissert. isag. p. 38. Hinc Meddixtuticus, q. v. V. Et Equustuticus, oppidum Apuliae in Hirpinis, memoratum a Cic. Att. 6, 1, quod in Itin. Hierosol. dicitur Equus Magnus. V. EQUUSTUTICUS. Inde est Tuticanus, q. v. v. s. l. F.]

*TUTIENSES, ium, gens vetus Latii, a Tutia vel Tutio oppido quodam deperdito nomen fortasse trahentes. Plin. 3, 5. B. A.

*TUTINI, orum, populi Calabriae, quorum meminit Plin. 3, 11. B. A.

TUTINUS, V. MUTINUS.

TUTO, adv. ἀσφαλώς, sine periculo, impune, tute. Caes. B. G. 3, 24. Illi etsi propter multitudinem se tuto dimicuros existimabant; et ib. 7, 36. extr. Ut tuto ab repentino hostium incursu commere possent. Nep. Con. 2. Non quaesivit, ubi tuto viveret. Id. Them. 8. Tuto in aliquo loco versari. Cic. Fam. 14, 3. Ut tuto loco sim, quod laboras, id mihi nunc facillimum est, h. e. in tuto sim. Sall. Jug. 15. extr. Ut ubivis tutius, quam in meo regno essem. Cic. Att. 8, 1. Non me quaerere, ubi tutissimo essem. Alii leg. tutissime. Affert Charis. 2, 173. alium locum Cic. ex Att. Ubi tutissimo essent. Sed fortasse hunc eundem designat, qui est l. 8. Item sine metu, secure. Sen. Oed. 613. de Niobe apud Inferos: Interque natos Tutalis tandem suos Tuto superba fert caput fastu gravi.

TUTO, as. V. v. sq.

TUTOR, aris, atus sum, dep. 1. ἀσφαλώς, tuor, defendo, conservo, protego. Cic. N. D. 2, 57. Genae ab inferiore parte tutantur (oculos) subjectae, leviterque eminentes. Plaut. de bono servo, Men. 5, 6, 3. Cogitat, ut rem heri diligenter tutetur. Plin. praef. 7. Natura arbores volve a frigoribus et calore tutata est. Liv. 3, 22. Volsci tabantur se vallo; et 5, 2. Egregiis muris sitique naturali urbem tutantes. Phaedr. 1, 31. Qui se committit homini tutandum improbo. Sall. Jug. 77. extr. Numidas in omnibus proeliis magis pedes, quam arma tutata sunt. Alii leg. tuta; et ib. 110. Se ob regnum tutandum arma cepisse. Virg. A. 2, 676. Sin aliquam expertus sumptis spem sumis in armis, Hanc primum tutare domum. Tac. A. 6, 41. Locorum ingenio tutari se contra copias regis. Id. ib. 1, 30. Hiems imbris adeo saevit, ut non egredi tentoria, vix tutari signa possent, quae turbine atque unda raptabantur. Translate. Sall. Jug. 87. Mihi spes omnes in memet, quas necesse est et virtute et innocentia tutari. Tac. A. 1, 39. Signa et aequilam amplexus, religione se tutabatur; et ib. 4, 52. extr. Capessendis accusationibus, aut reos tutando, prosperiore eloquentiae, quam morum fama fuit. Virg. A. 5, 343. Tutatur favor Euryalum, lacrimaque decorae. Liv. 6, 26. Tutari se ab ira alicujus. Hor. Ep. 2, 1, 170. aspice, Plautus Quo pacto partes tutetur amantis ephebi, Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi, h. e. scite agat et servet. Propulsare, arcere. Sall. or. Lepid.

contra Sull. Ne in tutandis periculis magis, quam in ulciscendo teneamini. P Tutari inopiam est quod dixerunt Cic., Caes., Plin. sustentare egestatem, paupertatem, parsimoniam, famem. Caes. B. C. 1, 52. extr. Ipse praesentem inopiam, quibus poterat, subsidiis tutabatur. P Etiam tuto, as, activa positione dictum est. Pl. Merc. 5, 2, 25. Invoco vos, Lares viales, ut me bene tutetis. Pacuv. ap. Non. 7, 70. Tu mulier tege te, et tuta templa Liberi. Naev. ib. Tuos qui celso terminos tutant. Pomp. ib. Non erat quod corpus tremulum famula tutaret toga. P Hinc passive Pl. Amph. 2, 2, 20. Patria et prognati tutantur, servantur. V. TUTATUS.

TUTOR, oris, m. ἐπιτροπος, qui tuetur, defensor. Hor. Epod. 2, 22. et te, pater Silvane, tutor finium. Cic. Har. resp. 6, med. Castus tutor religionum. Suet. Tit. 6. Neque ex eo destitit participem, atque tutorem imperii agere. Cic. Phil. 6, 5. Quis unquam tantis opibus fuit, qui se populi R. tutorem dicere auderet? Petr. Sat. 133. tutor Bacchi, h. e. Priapus, qui una cum Sileno dicitur esse comes et custos Bacchi: quia vinum sequitur ebrietas, et turpis libido. Inscr. ap. Daniel. Numism. Cap. p. 92. Herculi Tutori domus Novelliana. P Tutor praecipue est, qui pupilli pueritiae usque ad pubertatem regendae praeponeatur, ut in TUTELA dictum est: et differt a curatore, qui post pubertatem, et furiosis quoque et mente captis datur, ὀργανιστής, quae de re JCI toto l. Dig. 26. Cic. Att. 12, 28. med. Amo illum mortuum: tutor sum liberis: totam domum diligo. Id. Caecin. 25. Quod mulier sine tutore auctore promiserit. Plin. ep. 9, 13. med. Datum se a consulibus tutorem Helvidii filiae, petentibus matre ejus et vitrico. Id. ep. 2, 1. med. Ille tutor mihi relictus affectum parentis exhibuit. Cic. Or. 1, 53. Tutorem instituire filiorum orbitati. Just. 13, 2. extr. constituere. Id. 7, 5. f. Agere tutorem pupilli. P Tutor praetorius dicebatur, qui a praetore urbano dabatur. Ita Cajus Instit. 1. (edente iterum Goeschenio) §. 184. Quis vero tutor datus, et optivus, et legitimus sit, V. in DATIVUS. P Latiore significatione pro curatore ponitur, praesertim cum de mulieribus sermo est. Cic. Mur. 12. med. Mulieres propter infirmitatem consilii majores in tutorem potestate esse voluerunt. Liv. 39, 9. extr. Tutore a tribunis et praetore petito, cum testamentum faceret, unum aebutum instituit heredem. P De fem. gen. Nerat. Dig. 26, 1, 18. Feminae tutores dari non possunt, quia id munus est masculorum. V. AUCTOR. P Translate. Cic. Brut. 96. med. Post Hortensii mortem orbae eloquentiae quasi tutores relictis sumus. Id. in Sen. 2. Cum republica non solum parentibus perpetuis, verum etiam tutoribus annuis esset orbata. Ov. Trist. 3, 14, 13. Hanc (progeniem carminum meorum) tibi commendo; quae quo magis orba parente, Hoc tibi tutore sarcina major erit. P [Est etiam cogn. R., ut Julius Tutor ap. Tac. H. 4, 55. F.]

TUTORINUS, a, um, adj. ad tutorem pertinet. Est cogn. R. Inscr. ap. Maff. Mus. Ver. 244, 7. Calventia Tutorina. F.]

TUTORIUS, a, um, adj. ad tutorem pertinet. Just. 30, 3. Mittitur, qui tutorio nomine regnum administrat. [Inscr. ap. Fea Relaz. d'un viagg. ad Ostia p. 14. Jovi Tutorio Q. Veturius Secundus, etc. P Tutoria, ae, absolute, videtur esse eadem ac tutrix. Inscr. ap. Grut. 637, 7. Ulpiae Athenaidi T. Flavius Genethlius nummularius tutoriae benemerenti. F.]

TUTRIX, icis, f. quae pupilli tutelam gerit. Justin. Imp. Cod. 5, 35, 3. Et ita filiorum suarum tutricem eam existere sancimus. [Fulg. Myth. praef. f. His te, inquit, tutricibus sponderam largiturum, h. e. Musis. F.]

TUTUBO, as. V. CUCUBO.

TUTULATUS, a, um, adj. tutulum habens. Varr. L. L. 6, 3. med. Tutulati dicti hi, qui in sacris in capitibus habere solent ut metam; id tutulus appellatur; ab eo quod matresfamilias crines convolutos ad verticem capitis, quos habent uti velatos, dicunt tutulos: sive ab eo, quod tuendi causa capilli fiebant: sive ab eo, quod altissimum in urbe quod est, ea res tutissima, tutulus vocatur. Enn. ib. et ap. Fest. in Tutulum, de Numa Mensas constituit, idemque ancilia primus, Libaque, fiores, Argeos, et Tutulatos, h. e. flamines lanato pileo, ut dicitur in voce sequenti. Pomp. ap. Non. 1, 68. Mulier ab ubi aspexit tam mirifice tutulatum tuam. V. TRUA.

TUTULUS, i, m. πύργος πλοκάμων, κορυφή, κόρυμβος, capillorum in conum congeries in vertice capitis nobilium feminarum: quem Lucan. 2, 358. vocat turritam frontis coronam, Stat. Sil. 1, 2, 114. suggestum comae; et Juven. 6, 502. ait, illo feminas alte aedificare caput. Inscr. ap. Grut. 579, 5. Aponiae Successae a tutul. ornatr. C. Batonius Epigonus atriensis. P Hujusmodi ornatum praecipue gestabant flaminicae, vitta purpurea innexa crinibus, et extracta in altitudinem, ut Festus docet: qui addit, sic vocari etiam pileum lanatum, forma metalli figuratum, quo flamines, et pontifices utun-

tur. Idem habes etiam in verbis Varr. in voce praeced. V. APEX. Tert. Pall. 4. f. Super omnes apices et tutulos sacer suggestus deducit oculos. P Adit Varr. l. c. tutulum dici etiam altissimam urbis partem, quia tutissima est. Hoc si probas, primam syllabam, contra atque fecit Ennius, producere poteris: nempe a tutus, vel a tutor, aris.

TUTUNUS, i, m. Deus idem qui Priapus, ut docent August. Cic. D. 4, 11. et Arnob. 4. p. 131. et 133. V. MUTINUS. P Alius est Tutanus, de quo suo loco.

TUTUS, a, um, part. a tuor pro tuor, qui tutatus est, defendit, protexit. Sall. Jug. 56. Plerosque velocitas, et regio hostibus ignara tuta sunt; et ib. 77. extr. Numidas in omnibus proeliis pedes magis, quam arma tuta sunt; et ib. 90. Quae ad hoc tempus Jugurtham tuta sunt. omnia removistis. In plurimis MSS. exstare affirmat Cortius, probantque Grut. et alii, additis etiam Livii 19, 37. Plinii 7. proocm. et Frontini Strat. 2, 12. locis, tametsi in tutatus ab aliis mutata sint. P Hinc nomen transit, et significat tectum, munitum, septum, extra pericula positum, incolumem, ἀσφάλυνος, ἀσφαλής. Caes. B. G. 2, 28. Cum victoribus nihil impeditum, victis nihil tutum arbitrantur. Cic. Verr. 2, 5, 15. med. Nullius res tuta, nullius domus clausa, nullius vita septa, nullius pudicitia munita contra tuam cupiditatem et audaciam posset esse. Id. Dom. 42. Quae majores nostri religionibus tuta nobis et sancta esse voluerunt, ea iste labefactavit. Liv. 31, 23. f. Refractus carcer, emississe captivi, quos Philippus tanquam in tutissimam custodiam condiderat. Hor. Od. 3, 16, 7. tutum iter et patens. Phaedr. 2, 6. Testudo tuta naturae munere. Id. 4, 16. navis Ferri secundis tuta coepit flatibus. Id. 1, 31. Qui vos ab omni tutas praestem injuria. Asin. Poll. ad Cic. Fam. 10, 31. med. Tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum. Ov. Her. 11, 44. infans tecto tutus ab hoste fuit; et ib. 16, 344. Et tuta a bello Bistonis ora fuit. Cels. 5, 23. n. 3. Mithridates dicitur adversus venenorum pericula tutum corpus suum reddidisse. Liv. 36, 32. med. Testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse. Hirt. B. Alex. 1. Incendio tuta est Alexandria, quod sine contignatione ac materia sunt aedificia. Virg. A. 10, 713. jaculis, tutisque procul clamoribus instant, h. e. ex tuto loco editis. P Est etiam tutus, qui tutos praestat. Cic. Manil. 11. med. Quis locus tam firmum habuit praesidium, ut tutus esset? Caes. B. C. 1, 46. Commodiorem ac tutiorem nostris receptum dat. Tibull. 4, 1, 83. tutam castris praeducere fossam. Phaedr. 2, 4. feles Dolosa tuto condidit sese cavo. Nep. Them. 2. Praedones maritimos consecant, mare tutum reddidit. Ter. Heaut. 2, 2, 86. Consilium quod cepi, rectum esse et tutum scio. Id. Ad. 4, 2, 13. Me jam in cellam aliquam concludam: id tutissimum est. Caes. B. G. 3, 24. Tutius esse arbitrabantur, sine ullo vulnere victoria potiri. P Tutus et securus differunt: ille ab externo periculo procul est: hic etiam interna cura caret. Sen. ep. 105. f. Tutum aliqua res in mala conscientia praestat, nulla securum. Just. 39, 4. Periculoso regno securam ac tutam vitam anteponeus. V. SECURUS. P Tutum absolute, locus tutus. Pl. Most. 5, 1, 7. Postquam ex obsidione in tutum eduxi manipulares meos. Liv. 2, 19. Concursu suorum receptus in tutum est. Nep. Chabr. 4. Nando in tutum pervenerunt. Ter. Heaut. 4, 3, 11. et Cic. Har. resp. 25. Collocare aliquid in tuto. Cic. Fam. 12, 2. f. et Ter. ib. 30. Esse in tuto. P Tutus interdum est cautus, prudens, sanus. Liv. 9, 32. Celeriora, quam tutiora consilia, magis placere ducibus. Id. 22, 38. f. Tuta celeribus consiliis praepone. Ov. Trist. 3, 12, 36. Non nisi vicinas tutas arari aquas. Hor. A. P. 28. Serpit humi tutus nimium, timidusque procellae. Id. Sat. 2, 3, 137. ex quo est habitus male tuta mentis Orestes. P Tutum est prudentis et cauti est. Prop. 1, 15, 42. O nullis tutum credere blanditiis! P Cum infinito. Id. 1, 20, 51. His, o Galle, tos monitis servabis amores, Formosum Nymphis credere tutus Hylan, h. e. cavens credere, ἐπιλαβόμενος. Alii leg. visus, minus recte. P Cum genitivo. Lucan. 9, 345. Pars ratiun major regimen clavumque secuta est, Tuta fugae. Alii leg. fuga. P Tutum adverb. tuto. Festus: Tutum frequenter dicitur maxime. Varro: Tutum sub sede fuissent.

TUUS, a, um, oēs, qui ad te pertinet: pronomen possessivum, a tu, vel a τὸς Dorice pro oēs. Ter. Andr. 2, 2, 16. Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi uxorem dare sese hodie. Pl. Pers. 4, 4, 37. Indica, fac pretium. Dor. tua merx est, tua indicatio est. Cic. Fam. 13, 16. Qui in bello tecum fuisset, et de tuis unus esset, h. e. de tuis fautoribus. Id. Att. 4, 15. Nunquam tu sine causa a tuis et hominibus et rebus abesse veluisses. Ter. Andr. 5, 6, 11. Age, me in tuis secundis respice: tuus est nunc Chremes: facturum quae voles scio esse omnia, h. e. tibi addictus, obsequens, obnoxius. Id. Hec. 4, 3, 12. Id tua nihil refert, utrum, etc. h. e. tua causa. Id. Heaut. 4, 5, 35. Ita tu istaec tua misceto, ne me admisceas, h. e. tua com-

menta, dolosa consilia, fraudes. Pl. Trin. 2, 2, 47. Lys. Bene volo ego illi facere, si tu non nevis. Phil. nempe de tuo. Lys. de meo: nam quod tuum est, meum est: omne meum est autem tuum. Stat. Th. 4. amnem alloquens 833. neque enim tibi cana repostas Bruma nives raptasque alio de fonte refundit Arcus aquas, etc. Sed tuus, et nulli ruis expugnabilis astro, h. e. ipse tui dominus, tui juris, neque ulli debens aquas. P Item accommodatus, opportunus, utilis. Mart. 10, 19. Sed ne tempore non tuo disertam Pulses ebria januam, videto; et mox: Seras tutior ibis ad lucernas. Haec ora est tua, dum furit Lyaeus. P Tuum est, tui officii est, tua interest, ad te spectat. Ter. Andr. 4, 1, 55. Tuum est, siquid praeter spem evenit, mihi ignoscere. Pl. Stich. 5, 4, 36. Haud tuum istuc est te vereri. P Affigitur interdum syllabica adjectio. Pl. Capt. 2, 3, 11. Tuopte ingenio. Id. Trin. 3, 2, 40. Tuapte sponte. Appul. Apol. f. Tuismet litteris.

*TUTZIS, locus, vel oppidum, in Aegypto, in Thebaide, Anton. Itin. B. A.

TY

TYANAEUS, et TYANAEUS et Thyanaeus, a, um, adj. ad Tyanam seu Thyanam pertinens: utroque enim modo scriptum invenitur. Est autem Tyan oppidum Cappadociae ad radices Tauri montis, patria Apollonii celeberrimi magi. Ov. Met. 8, 719. ostendit adhuc Tyaneus illic Incola de gemino vicinis corpore truncos. Alii aliter leg. Vopis. Aurel. 23. Canem se relicturnm apud Tyanaeos negarat; et ib. 22. Cum Tyanam venisset, etc. Quidam leg. Tyan Graecos secuti, quibus τὰ Τύανα. Ammian. 21, 14. Tyanaeus Apollonius.

*TYBA vel Tybe, es, f. vicus, vel oppidum, trans Euphratem, in confinio Cappadociae. Cic. Fam. 15, 1. Pacorem transisse Euphratem et castra posuisse Tybae, magnumque tumultum esse in provincia Syria excitatum. B. A.

TYBRIS. V. TIBERIS.

TYBUR. V. TIBUR.

[TYCHA, ae, f. ita vocata est pars urbis Syracusarum, a templo Fortunae, quae Graece Τύχη, et Dorice Τύχα dicitur. Cic. Verr. 2, 4, 53. Tertia est urbs, quae, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit. Tycha nominata est: in qua et gymnasium amplissimum est, et complures aedes sacrae; coliturque ea pars, et habitatur frequentissime. Adde Liv. 24, 21, 25, 25. F.]

[TYCHE, es, f. τύχη, fortuna. Est cogn. R. frequens. Inscr. ap. Grut. 313, 1. Firmia Tyche. F.]

[TYCHICUS, a, um, adj. τυχηός, fortuitus. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 140, 5. Q. Haterius Tychicus. F.]

TYCHIUS, a, um, adj. fortunatus: a τύχη, fortuna. Est nomen servile R. Inscr. ap. Mur. 60, 5. Crescentianus, Florus, et Tychius actores. P Tychius fuit etiam sutor celeberrimus, de quo et ap. Homer. Iliad. l. 7. v. 220. mentio est. Plin. 7, 56, 57. Sutrinam invenit Tychius Boeotius. Ov. Fast. 3, 823. Nec quisquam invita faciat bene vincula plantae Pallade: sit Tychio doctior ille licet. F.]

*TYDE, es, f. castellum sive oppidum Hispaniae Tarraconensis, non longe a Minio amne, ac mari Atlantico, in Groviorum terra. Plin. 4, 20. Sil. 3, 367. et 16, 369. P Tude est in Anton. Itin. hodie autem Tuy. P In Sil. II. Tynda pro Tyde mavult legere Salmasius, improbante tamen Is. Voss. ad Melam 2, 2. B. A.

TYDEUS, i, m. Τυδῆος, disyllab. filius Oenei regis Calydonis ex Periboea, al. Euryboea, vel, ut aliis placet, Althaea, frater Meleagri, et Deianirae, pater Diomedis. Cum fratrem suum Menalippum inscius occidisset, ad Adrastum regem Argivorum se contulit, cnjus filiam Deiphilen in conjugem sumpsit. Postea a Polynice, qui et ipse ibi exulabat, et alteram Adrasti filiam Argiam nomine in uxorem habebat, legatus ad Eteoclem regem Thebarum, fratrem ejusdem Polynicis, micus est, ut pacti memor fratri regnum redderet. Ad quem cum venisset, et legatione functus esset, Eteocles negavit, se regno cesserum esse. Quo responso Tydeus vehementer commotus est, ita ut non sit veritus et hostis, et solus Thebanos omnes, quotquot tum forte cum Eteocle essent in convivio, ad quolibet certaminis genus provocare. Atque ut animose provocavit, ita omnes (sic illi Pallas propitia erat) strenue vicit. Quam ob rem Thebani dolore ac indignatione accensi, reversuro insidias tetenderunt, collocatis ad opportunum locum, qua Tydeus transiurus erat, quinquaginta juvenibus cum duobus ducibus, Maeone filio Aemonis, et Lycophonte filio Antophoni. Sed eos omnes Tydeus ad ipsum locum occurrentes stravit, occiditque, fretus Deorum auguriis, uni tantum Maeoni parcens, quem acceptae cladis nuntium ad Eteoclem remisit. Reversus ad Adrastum censuit, bellum Eteocli inferendum esse. Collectis igitur undique copiis, cum Adrasto, et Polynice, reliquisque Graeciae principibus, ad bel-

lum Thebanum profectus est, in quo post multas res praeclearissime gestas a Menalippo quodam Thebanogaliter vulneratus occubuit. Filium reliquit Diomedem. *Sere. ad A. 6, 479. et ib. 11, 239, Hyg. fab. 69. et Stat. Th. passim, qui ib. 8. f. tradit, letaliter vulneratum a Menalippo, ipsum nihilominus telo occidisse, allatumque caput ejus dentibus lacerasse: quod etiam Ov. Ib. 429. significat. Virg. cit. A. 6. Hic illi occurrit Tydeus, hic inclytus armis Parthenopaeus. Stat. Th. 8, 664. Tydeos illa dies: illum fugiuntque tremuntque; et ib. 1, 41. immodicum irae Tydea.*

TYDIDES, ae, m. *Tυδέδης*, filius Tydei, Diomedes. *Hor. Od. 1, 15, 28. atrox Tydides melior patre. Ov. Pont. 2, 2, 13. Nec, quod Tydidae temeraria dextera fecit, Numina sunt telis ulla petita meis. Virg. A. 1, 100. O Danaum fortissime gentis Tydide. Claud. cons. Hon. 6, 470. Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum.*

*TYDII, orum, populi Asiae ulterioris, trans Maeotim lacum, circa Caucasum montem. *Plin. 6, 7. B. A.*

[TYLOS, i, m. vermibus multipes. V. *Plinii l. c. in MILLEPEDA. F. I.* P. *Tylos, *Τυλος*, insularum duarum nomen est in sinu Persico, margaritis abundantium, et gossampinis (gossypinis) arboribus, quae cucurbitas ferunt mali cotonei amplitudine, quae, maturitate ruptae, ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo conficiuntur. *Plin. 6, 28. 12, 10 et 11. et 16, 42. Solin. 65. Cf. Theophrast. de plant. 4, 9. et 5, 6. B. A.*

*TYMBRIANI, orum, populi Asiae minoris, in Pisidia. *Plin. 5, 27. B. A.*

*TYMOETES, ae, m. *Τυμοεύης*, Priami filius. *Servius* Euphorionis verba referens: Priamus (inquit) ex Arisba filium vatem suscepit. Qui quum dixisset quadam die nasci puerum, per quem Troja posset everti: pepererunt simul et Tymoetae uxor et Hecuba, quae Priami legitima erat. Sed Priamus Tymoetae filium, uxoremque jussit occidi. *Hactenus Servius ad Virg. A. 2, 32. Primusque Tymoetes Duci intra muros hortatur, et arce locari. V. et Thysoetes. B. A.*

TYMPANICUS. V. TYMPANITICUS.

TYMPANIOLUM, i, n. dimin. parvum tympanum. *Arnob. 6. f. Tympaniola, tibiae, psalteria.*

*TYMPANIS, idis, f. *Cic. N. D. 3, 35. Hunc (Dionysium tyrannum) nec Olympius Jupiter fulmine percussit, nec Aesculapius — interemit; atque in suo lectulo mortuus in Tympanidis rogo illatus est. Sed locus (ait Ernestus) sine dubio corruptus, in quo frustra adhuc viri docti desudarunt. V. Davisium et Buharium ad h. l. P. Tympanis, fluvius Indiae. Jul. Valer. rer. gest. Alex. M. 3, 78. ed. A. Maio. B. A.*

TYMPANISTA, ae, m. *τυμπανιστής*, qui tympana pulsant. *Appul. de Deo Socrat. Barbara numina gaudent strepitu tympanistarum, et choraularum.*

TYMPANISTRIA, ae, f. *τυμπανιστρια*, quae tympanum pulsant. *Sidon. ep. 1, 2. f. Nullus ibi lyristes, chorales, mesochorus, tympanistris, psalteria canit. Inscr. ap. Don. cl. 8. n. 1. Aeliae Receptae tympanistrisae M. D. M. I.*

TYMPANTES, ae, m. *τυμπαντής*, species hydrophis, in qua ventre vehementer intento, creber intus, ex motu spiritus, sonus est, ut *Cels. 3, 21. describit. Veg. Vet. 1, 43. Plin. Val. 3, 12. et Coel. Aurel. Tard. 3, 8. Nam Cels. Graece usurpat.*

TYMPANITICUS, a, um, adj. tympanite laborans. *Plin. 25, 5, 24. Medetur podagricis, hydropticis, incipientibusque tympaniticis. (Est qui leg. tympanicis.) Adde Veg. Vet. 3, 27.*

TYMPANIUM, ii, n. *τυμπάνιον*, diminut. tympani, genus margaritae superne rotundae, ab inferiore parte planae. *Plin. 9, 35, 54. Quibus (margaritis) una tantum est facies, et ab ea rotunditas, aversis planities, ob id tympania nominantur. V. TYMPANUM.*

TYMPANIZANS, antis, part. ab inus. *τυμπανίζων*, tympanum pulsans. *Suet. Aug. 68. extr. Versus in scena pronuntiatus de Gallo Matris Deum tympanizante. V. TYMPANISTRIA.*

TYMPANOTRIBA, ae, m. *τυμπανοτρόβης*, qui tympanum terit, h. e. pulsant. *Pl. Truc. 2, 7, 48. Tun tantilli doni causa moechum malacum, cincinnati, umbraticolam, tympanotribam amas? h. e. mollem et effeminatum, quales erant Cybeles sacerdotes tympana pulsantes.*

TYMPANUM, i, n. *τυμπάνον*, instrumentum vocale, quod digitis palmaeque pulsando sonum edit: a *τυπω*, pulso. Fuit rotunda figura, (ut indicat versiculus ap. *Suet. Aug. 68. de Gallo tympanizante: Videsne, ut cinaedus orbem digito temperet?!*) superne quidem in orbem conformatum, at inferiori parte planum: unde margaritae quaedam tali figura *tympana* dicuntur a *Paul. Dig. 34, 2, 32. §. 8. Cum quaedam ornamentum mamillarum ex cylindris XXXIV., et tympanis margaritis XXXIV. legasset, etc. et tympania diminutiva forma a Plin. 9, 35, 54. usurpantur. Tegebatur corio, praesertim bubulo, confecto et extento. Unde *Ov. Fast. 4, 342. Et ferunt mol-**

les taurea terga manus. *Stat. Th. 2, 78. Aeraque taurinos sonitu vincencia pulsus. Id. ib. 8, 221. gemina aera sonant. Idaeaque terga. Claud. III. cons. Stil. 364. taurinaque pulsu Baccharum Bromios invitant tympana remos. Phaedr. 3, 20. de asino mortuo: Detracta pelle sibi fecerunt tympana. P. Usus ejus plurimus in sacris Matris Deum Idaeae. *Virg. A. 9, 619. Tympana vos, buxusque vocant Berecynthia Matris Idaeae. Catull. 63, 8. Niveis citata cepit manibus leve tympanum, Tympanum, tubam, Cybelle, tua, Mater, initia; et ib. 20. Cybelle Phrygia ad nemora Deae Ubi cymbalum sonat vox, ubi tympana reboant. Lucr. 2, 618. Tympana tenta tonant palmis. Catull. 64, 261. Plangebant aliae proceris tympana palmis. P. Narrat *Just. 41, 2. med. Parthos signum in proelio non tuba, sed tympano dare consuevisse, quod hodieque in acie apud nos usuvenit. P. Translate. Quint. 5, 12. f. Nos qui oratorem studemus effingere, non arma, sed tympana eloquentiae demus? h. e. genus dicendi molle, nervis carens, et ad solam voluptatem compositum. Sen. V. B. 13. med. Nulli corpus tuum patientiae vacat, sed in manu tympanum est, h. e. non est mollis, sed mollia et effeminatum propria tractas. P. A similitudine tympana esse tecta vehiculorum, scribit *Servius* ad illud *Virg. G. 2, 444. Hinc radios trivere rotis, hinc tympana plaustris. Sed Philarg. ib. ait, esse rotas ex solidis tabulis factas: quod magis placet. (Hinc *Pomp. Sab. in Virg. G. 1, 163. Sunt enim vehicula, quorum rotae non sunt radiatae, sed tympana cohaerentia axi, et juncta cantho ferreo. Axis autem cum rota volvitur.) Hujusmodi sunt enim etiam rotae, quae calcando ab hominibus, vel alio modo versatae, fune se circumvolvunt subvehunt pondera, vel mittunt: quales in portibus esse solent exonerandis navibus. Lucr. 4, 903. Multaque per trochleas et tympana pondere magno Commovet, atque levi sustollit machina nisu. Adde *Vitr. 10, 4. et Ulp. Dig. 19, 2, 19. ubi tympanum et trochleas ponit ad relevandum prelum olearium. Ap. Plin. quoque 18, 34, 77. n. 1. tympanum circumdatum est tabula solida rotae figura. Praeterea rotae interiores molendini solidae, dentatae, et ad perpendiculum in cultrum collocatae tympana dicuntur a *Vitr. 10, 10. qui ib. 9. tribuit etiam organo hydraulico, et ib. 14. aliis machinis. P. Praeter haec est membrum in architectura, h. e. spatium triangulare planum, fastigii coronis circumclusum, habens summitatem in medio. Ita *Barbarus ad Vitr. 3, 3. med. P. Denique in valvis januarum tympana sunt quadratae tabulae affixae ad ornatum, pianetti, et quadri a nonnullis Italidis dictae, riquadrati ab aliis. Id. 4, 6. med. P. Tympanum pro tympanum, priore correpta, a Graeco *τυμπάνον*, quidam leg. ap. *Catull. 63, 8.*, quem locum supra §. 2. recitavimus. P. *Tympanus, i, m.* est etiam cogn. R. *Lic. 34, 47. L. Postumius quae-stor, cui Tympano fuit cognomen.*********

[TYMPHAEUS, a, um, adj. ad Tymphaeos pertinens, populos Aetoliae, quorum *Plin. 4, 2, 3. meminit. Id. 35, 17, 57. Graecia pro cimolia Tymphaico utitur gypso. F.]*

[TYNCHANUSA, ae, f. *τυγχάνουσα*, obtinens, assequens: praeicip. praes. a *τυγχάνω*, obtineo. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut. 1144, 8. Aelia Tynchanusa. F.]*

TYNDAREUS, i, m. *Τυνδάρεος*, idem qui Tyndarus. *Accius ap. Prisc. de versib. Com. p. 1325. Quantam Tyndareo gnata, et Menelai domus Molem excitavit belli, et pastor Ilius. Pacuv. ap. Non. 9, 3. Tyndareo fieri contumeliam. Ov. Her. 8, 31. Me tibi Tyndareus, vita gravis auctor, et annis, Creditur. Id. Ib. 356. Tyndareique gener, h. e. Agamemnon maritus Clytemnestrae filiae Tyndari. Adde *Her. 17, 250., Cic. Fat. 15. et Hyg. fab. 77. et 78. P. Priore Ovidii loco alii leg. Tyndareos, ut sit simile *τῷ Androgeos P. Tyndareus* adject. V. TYNDARIUS,**

TYNDARIDES, ae, m. *Τυνδαρίδης*, filius Tyndari. *Val. Fl. 4, 247. miratur et ipse Tyndarides, h. e. Pollux. Id. 6, 212. Tyndariden petit, et Superos sic voce precatur, h. e. Castorem. Ov. Fast. 5, 700. Tyndaridae fratres, hic eques, ille pugil. Id. Met. 8, 301. Tyndaridae gemini, spectatus caestibus alter, Alter equo. Cic. N. D. 2, 2. med. Idem Tyndaridae Persen victum nuntiaverunt. Quint. 11, 2. med. Mihi totum Tyndaridis fabulosum videtur. *Hor. Od. 4, 8, 31. Clarum Tyndaridae sidus ab infinis Quassas eripiunt aequoribus rates. Id. Sat. 1, 1, 100. at hunc liberta securi Divisit medium, fortissima Tyndaridarum, h. e. filiorum et nataram Tyndari: nam masculina appellatio etiam feminas complectitur. Unde fratrum nomine etiam sorores veniunt, ut in FRATER dictum est. Quint. 9, 4. med. Sigulis verbis bini pedes continentur, ut in his: fortissima Tyndaridarum. Est qui leg. *Tyndaridarum*: item qui *Tyndaris: horum, etc.* sed haec ex conjectura.**

TYNDARIS, idis, f. *Τυνδάρις*, filia Tyndari. *Virg. A. 2, 601. Non tibi Tyndaridis facies invisita Laecinae, h. e. Helenae; et ib. 568. tacitam secreta in sede latentem Tyndarida aspicio. Prop. 2, 23, 87. Tyndaris externo patriam mutavit amore. Id.*

3, 6, 30. Tyndaridi poterat gaudia ferre suae. *Ov. A. Am. 1, 796. Quodque tibi geminus, Tyndari, Castor erat. Id. Trist. 2, 396. Aegysthi crimen, Tyndaridosque legis, h. e. Clytemnestrae. P. Fuit etiam hoc nomine oppidum litorale Siciliae, in ora occidentali prope Mylas, Romanorum colonia. *Cic. Verr. 2, 5, 49. et Plin. 3, 8, 14. et 2, 92, 94. A Livio 36, 2. dicitur Tyndarium. Hinc**

TYNDARITANUS, a, um, adj. ad Tyndariden oppidum pertinens. *Tyndaritani, ejus incolae. Cic. Att. 15, 2. f. et Verr. 2, 2, 65.*

TYNDARIUS, a, um, adj. *Τυνδαρίος*, ad Tyndarum pertinens. *Val. Fl. 1, 570. In bifidum discessit iter, fratresque petivit Tyndarios, h. e. Castorem et Pollucem filios Tyndari; et ib. 167. Tyndariusque puer. Alii hic leg. *Tyndareos* genitivum pro *Tyndari*. P. Lacon, Spartanus: quia Tyndarus Sparta rex fuit. *Sil. 15, 320. Tunc et Tyndarii Latias Fortuna Tarenti Auxit opes, h. e. a Spartanis hominibus maxime aucti et amplificati. P. Sunt qui ubique leg. *Tyndareus.***

TYNDARUS, i, m. *Τυνδαρος*, filius Oebali, rex Oebaliae seu Laconiae, ex Leda Thestii filia uxore, una cum Jove genuit Castorem, Pollucem, Helenam et Clytemnestram. *Hyg. fab. 78. Item Tymandram, quae Echemo Arcadi nupsit, et Euandrum genuit. Sere. ad A. 8, 130. P. Dicitur et Tyndareus, quem V. suo loco.*

[TYNDRUMENSIS, e, adj. ad Tynidrum pertinens, Numidiae oppidum a *Ptolem. 4, 3. Τυνδρουμένης* appellatum, quod *Morcell. Afr. Christ. T. 1. p. 342. postea Tuzdrumen* dictum censet. *Plin. 5, 4, 4. Oppida civium Romanorum, Tuburicense. Tynidrumense. F.]*

[TYNNUS, a, um, adj. *τυννός, ἡ, ὄν*, parvus. Est cogn. R. *Inscr. ap. Grut. 801, 11. Lucilla Tynna. F.]*

*TYPANEI, orum, incolae Typaneorum. Fuit autem Typaneae, *Τυπαναί* *Steph. Byz. et Ptolemaeo*, oppidum Peloponnesi, in Elide. *Plin. 4, 6. B. A.*

TYPHE, es, f. *τυφή*, planta aquatica, seu palustris, farciendis pulvinaribus adhiberi solita, quemadmodum tomentum Circense. *Isid. Or. 17, 9. med. Typhe vero, quae se ab aqua inflat. Unde etiam ambitiosorum, et sibi placentium hominum tumor typhus dicitur. V. h. v. F.]*

TYPHOEUUS, i, m. trisyllab. *Τυφωεύς*, unus e Gigantibus, Titani et Terrae filius, quem illa Jovi irata ad perniciem Coelestium fertur edidisse: a *τύφος*, fumus, fastus, arrogantia. Cum in ingen-tem corporis molem adolevisset, Jovem provocavit, de coeli possessione dejecturus: a fulmine ictus in Sicilia sub Aetna sepultus est, ubi adhuc spirare dicitur, atque ignem evomere; (*Claud. Rapt. Pros. 2, 22. summa peremptus, Ima parte viget, moriens, et parte superstes, vel secundum alios, sub Inarime insula Campaniae. Virg. A. 9, 716. Inarime Jovis imperiis imposta Typhoeo. Lucan. 5, 100. Campana fremens ceu saxa vaporat Conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus. Ov. Met. 5, 347. Trinacris et magnis subjectum molibus urget Aethera ausum sperare Typhoea sedes. Nititur ille quidem, pugnatque resurgere saepe: Dextra sed Ausonio manus est subjecta Peloro: Laeva, Pachyne, tibi: Lilybaeo crura premuntur: Degravat Aetna caput, sub qua resupinus arenas Ejectat, flammamque fero vomit ore Typhoeas. Id. Fast. 4, 491. Alta jacet vasti super ora Typhoeos Aetnae. Sil. 14, 196. Tum Catane nimium ardenti vicina Typhoeo. P. Confunditur a poetis cum Briareo. *Ov. Met. 3, 303. quo centimanum dejecerat igne Typhoea. Adde Claud. B. G. 63. P. Adjective. Virg. A. 1, 669. Nate, patris summi qui tela Typhoea tennis, h. e. quibus Typhoea stravit. Sunt qui leg. *Typhoia*, teste *Servio, Τυφώια*. P. Scribitur et *Typhoeus* juncta diphthongo, quasi sit Graece *Τυφωίος*, sed minus recte.**

TYPHOIS, idis, f. *Τυφώϊς*, ad Typhoea pertinens. *Ov. Her. 15, 11. Arva Phaon celebrat diversa Typhoidos Aetnae, h. e. sub qua Typhoeus jacet.*

TYPHOIS, a, um, adj. *Τυφωίος*, ad Typhoei pertinens. *Claud. Rapt. Pros. 3, 183. rupitne Typhoia cervix Inarimen?*

TYPHON, onis, m. *τυφών*, ventus vorticosus mira velocitate, sed sine igne e nube erumpens: a *τύφος*, fumigo. *Plin. 2, 48, 49. Sin vero depressio sinu arctius rotati effregerint (nubem venti) sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciunt, qui typhon vocatur, id est vibratus cenephas. Defert hic secum aliquid abruptum e nube gelida, convolvens, versansque, et ruinam suam illo pondere aggravans, et locum ex loco mutans rapida vertigine: praecipua navigantium pestis, non antennis modo, verum ipsa navigia contorta frangens: tenui remedio aceti in advenientem effusi, cui frigidissima est natura. Idem illius ipse repercutus, correpta secum in coelum refert, sorbetque in excelsum. Haec *Plinius. Apul. de Mundo. Aeris inferioris qualitas turbine, flatibus, typhonisque conflictu fit procellosa. Adde Gell. 19, 1, ubi Graece usurpat. P. Quod quidam leg. ap. *Lucan. 7, 156. Et trabibus mixtis avidos typhonas aquarum, Alii leg. siphonaz, rectius. P. Poetae etiam ignitum turbine typhona vocant. Val.***

Flacc. 3, 130. Quantus ubi immenso prospexit ab aethere typhon, Igne simul ventisque rubens: quem Juppiter alte Crine tenet: trepidant diro sub lumine puppes. P Est etiam nomen Gigantis, idem qui Typhoeus. Lucan. 4, 595. Nec tam justa fuit terrarum gloria Typhon, Aut Tityos, Briareusque ferrox: et 6, 92. Antraque letiferi rabiem Typhonis anhelant. Adde Claud. Rapt. Pros. 2, 22. Hyg. fab. 152. et Ov. Fast. 2, 461., item Capell. qui primam syllabam corripuit 2. p. 43. Ditemque, ferumque Typhonem.

*TYPHONEUS, a, um, adj. ad Typhonem spectans. Mela 1, 13. Specum, quem Typhoneum vocant, — quia aliquando cubile Typhonis fuit. P Hic specus in Cilicia fuit. B. A.

*TYPHONICUS, a, um, adj. τυφονικός. Vulgat. Act. Apost. 27, 14. Typhonicus ventus, i. e. typhon. B. A.

[TYPHONIOS, i, m. ita vocatur herba, quae aliter hyosciamus, ap. Apul. Herb. 4. P Item alia, quae et bulbos scylliticus, ap. eund. ib. 42. F.]

TYPHONIS, idis, f. Τυφώνης, filia Typhonis. Val. Flacc. 4, 428. Insuper Harpyiae Typhonides, ira Tonantis.

TYPHUS, i, m. τυφος, Graeca vox proprie fumum significans, translate fastum, superbiam, elationem, jactantiam. Arnob. 2, 43. Si non mentis elatio, et typhus qui appellatur a Graecis, obstaret: et 53. Typhum superciliumque deponere: et 56. Typho et arrogantia sublevati: et 63. Typhum et arrogantiam frangere: et 88. Si arrogantia, si typhus, si elatio abesset a vobis. August. Confess. 7, 9. Homo immanissimo typho turgidus. Adde ib. 3, 3. [Capell. 5, 187. Sin sanna typhi naris imum torserit. V. TYPHE F.]

*TYPICE, adv. typically. Vulgat. Interpr. 1 Corinth. 10, 11. B. A.

*TYPICO, as, a. i. typo exprimo. Guil. Brito Phil. 12, 211. Virginis intactae typicans nova gaudia. B. A.

TYPICUS, a, um, adj. τυπικός, symbolicus. Sedul. 1, 192. typicque cruoris Auxilio ventura docet, quod sanguine fuso Humana pro gente pius succumberet Agnus. Id. 3, 208. Cumque dehinc populum sese in deserta secutum (Ut typicus Moses, verusque propheta) videret (Christus) Antiquam sentire famam, etc. Arator. 2, 74. typicae documenta figurae. [Emendavit hunc locum F.]

TYPUS, i, m. τύπος, proprie est nota, signum, forma percutiendi seu pulsando impressa, ut vibex in corpore existens ex verberare, aut vestigium humi pede impressum: est τύπω, percutio. Sed a Graecis Latinisque scriptoribus sumitur pro figura, imagine, forma, effigie cujuscumque rei, ex qua similia multa facile est efficere, et proprie significat id, quod Italice nunc bassoriliteo dicitur, Latine ectypum. V. Visc. in praef. T. 4. Mus. Pio-Clem., ubi haec de re multa habentur. Plin. 35, 12, 43. Umbra ex facie ejus ad lucernam in pariete lineis circumscriptis; quibus pater ejus, impressa argilla, typum fecit: et Cic. Att. 1, 10. Praeterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio possim includere. [Lampr. Elag. 3. Studens et Matris typum, et Vestrae ignem, et Palladium, et ancilia, et omnia Romanis veneranda in illud transferre templum: et 7. Matris etiam Deum sacra accepit, et taurobolium est, ut typum eriperet, h. e. effigiem ejus Deae, quae parva theca inclusa cultoribus ejus osculanda praebebat a pastophoro. V. hanc vocem suo loco. F.] P Medicis typus dicitur forma, ordo, et modus febrium recurrentium, ut tertianae, quartanae, etc. ex quo ipsius morbi vis et ratio dignoscitur. Coel. Aurel. Acut. 1, 14. Typum quotidianum majorum corpusculorum statione fieri; tertianum minorum, quartanum minutissimum. Apul. Herb. 102. Ad frigora, et omnes febrium typos.

*TYRA, ae, m. Τύρας, fluvius Sarmatiae Europaeae, hodie the Niester vel Dniester. Plin. 4, 12. P Saepius Tyras audit. Mela 2, 1. med. Ov. Pont. 1, 10, 50. P Et oppidum ad ripam fluminis itum. Plin. l. c. Clarus amnis Tyra, oppido noaen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur. Mela l. c. Tyras (amnis) surgit in Neuris; qua exit, sui nominis oppidum attingit. P Gens Tyra, ad occidentale littus Arabici sinus, in terra Troglodytica. Plin. 6, 29. B. A.

[TYRACINENSIS, e, adj. ad Tyracinam pertinet, Siciliae oppidum, quod per y, non per i scribendum constat ex nummis apud Sestin. Class. gen. p. 22. in quibus TYPA legitur. Plin. 3, 8, 14. Triocalini, Tyracinenses, Zanclaei. F.]

*TURAGETAE, arum, populi Sarmatiae Europaeae, ad Tyram flumen. Plin. 4, 12. P Τυράγηται sunt Straboni, Herodoto Τυράσαι. B. A.

TYRANNA, ae, f. mulier, quae tyrannidem occupat. Trebell. in XXX. Tyr. 31. f. Nemo dicturus est, me feminas inter tyrannos cum risu et joco, tyrannas videlicet et tyrannides, ut ipsi de me solent jactare, possuisse.

TYRANNICE, adv. τυραννικώς, tyrannorum more, crudeliter, violenter. Cic. Verr. 2, 3, 48. f. Ut hoc tempore ea, quae regie, seu potius tyrannice statuit in aratores Apronius, praetermittam.

TYRANNICIDA, ae, m. et f. τυραννοκτόνος, qui tyrannum occidit. Sen. Ira 2, 23. Tyrannicida tortus, ut consocios indicaret, amicos tyranni nominavit. Plin. 7, 23, 23. Quae femina torta non indicavit tyrannicidas. Suet. Tib. De praemiis tyrannicidarum referendum censuit, h. e. C. Julii Caesaris interfectorem. Adde Quint. 7, 2, et 7. P Circumlocutione utitur Cic. Mil. 29. med. Gracci homines Deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Id. Att. 14, 15. Graecam vocem adhibere maluit: Verebar, ne periculosus nostris tyrannoctonus esset: et ib. 16, 15. med. Non modo non inimicum tyrannoctonus, verum etiam amicum fore.

TYRANNICIDIUM, ii, n. τυραννοκτορία, occisio tyranni. Sen. Controv. 1, 7. med. Ne fratrem occideret, tyrannicidium inquinaret. Plin. 34, 8, 19. n. 16. Consilia eorum de tyrannicidio non prodidit. Adde Quint. 7, 3.

TYRANNICUS, a, um, adj. τυραννικός, ad tyrannum pertinens, impotens, superbus, violentus. Auct. ad Her. 2, 30. Facinus tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum. Cic. Leg. 1, 15. Tyrannicis legibus delectari. Sen. Ben. 1, 11. Tyrannicae irae eripere aliquem. Just. 16, 4. med. Nefandissima quaeque tyrannicae crudelitatis exercuit: et mox: Tyrannica dominio: et 21, 5. f. Tyrannica vitia.

*TYRANNIO, onis, m. Τυραννιστής, grammaticus ac geographus, tempore Pompeii Magni, docebat Romae. Is docuit Ciceronis pueros. Cic. Q. Frat. 2, 1. Hoc nunc magis animadverto, quod Tyrannio docet apud me. Id. Att. 2, 6. A scribendo prorsus abhorret animus: etenim τυραννιστής, quae constitueram, magnum opus est: ita valde Eratosthenes, quem mihi proposueram, a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur, quid censes, si Tyrannio accesserit? B. A.

TYRANNION, onis, f. diminut. tyrannae. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1042, 4. Terentia M. L. Tyrannion. F.]

TYRANNIS, idis, f. τυραννίς, imperium et potentia tyranni, dominatio tyrannica. Cic. Att. 14, 9. O Dii boni! vivit tyrannus, tyrannus occidit: et ib. 14. Sublato tyranno tyrannida manere video. Id. Off. 3, 23. med. Tyrannidem occupare. Id. Tusc. 2, 22. delere. Quint. 7, 2. f. affectare. Nep. Alc. 7. concupiscere. Id. Dion. 3. f. Tyrannidis finem facere. Juven. 8, 223. Quid Nero tam saeva crudaque tyrannide fecit? Ov. Met. 15, 60. fugerat una Et Samon et dominos, odioque tyrannidis exsul Sponte erat. P Videtur sumi etiam simpliciter pro regno, ut tyrannus pro rege. Nep. Reg. 2. Hic cum virtute tyrannidem sibi peperisset, magna retinuit felicitate. Val. Max. 6, 5. extr. n. 1. Cujus aut meritis tantum cives debuerunt, ut moribus crederent, ut suis in suffragiis tyrannidem deferrent. P Est etiam femina tyrannidem exercens, vel uxor tyranni. V. locum Trebell. in TYRANNA.

TYRANNOCTONUS, i, m. τυραννοκτόνος, idem ac tyrannicida: vox Graeca a τύραννος, tyrannus: et κτείνω, interficio. Usurpatur in sermone familiari a Cic. V. TYRANNICIDA.

TYRANNOPOLITA, ae, m. civis ejus urbis, in qua tyrannus imperat. Sidon. ep. 5, 8. Vitia nostrorum tyrannopolitarum.

TYRANNUS, i, m. τυραννος, dominus, monarcha, rex, princeps, qui plenam perpetuamque in subjectos potestatem et imperium habet: vox Graeca. Nep. Mil. 8. scribit, Miltiadem, qui Chersoneso potitus diu ibi dominationem obtinuerat, tyrannum dictum fuisse, qui non vi, sed incoletium voluntate eam obtinuerat, et bonitate retinuerat: omnes enim et haberi et dici tyrannos, qui potestate sunt perpetua in ea civitate, quae libertate usa est. Virg. A. 4, 320. Te propter Libycae gentes, Nomadumque tyranni Odere: et ib. 7, 166. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni, h. e. Aeneae. Ov. Met. 1, 276. de Neptuno: Convocat hic amnes: qui postquam tecta tyranni intraverer sui, etc. Val. Flacc. 5, 388, et 548. Qui ferat Aaei sociis responsa tyranni. Lucan. 7, 226. sicci sed plurima campi Tetrarchae, regesque tenent, magnique tyranni. Adde Sen. Herc. Oet. 1685. P Saepius Latine dicitur, qui per vim occupavit imperium, quique illud per insolentiam et libidinem, non jure et aequis legibus exercet. Sen. Clem. 1, 12. Tyrannus a rege dis at factis, non nomine: nam et Dionysius major jure meritoque praeferritur multis regibus potest: et L. Sullam appellari tyrannum quid prohibet! cui occidendi finem fecit inopia hostium. Cic. Am. 15. Haec est tyrannorum vita, in qua nulla fides, nulla caritas: nulla stabilis benevolentiae potest esse fiducia: omnia suspecta atque sollicita, nullus locus amicitiae. Id. Vat. 9. Tyrannus intolerandus: et Phil. 13, 8. teter et crudelis. Val. Flacc. 7, 78. trux: et ib. 87. infandus. Ov. Ib. 371. saevus. Virg. G. 4, 492. immitis. Sen. Herc. Fur. 739. impotens. Id. Octav. 959. ferus. Cic. Verr. 2, 5, 40. importunus et amens. Val. Flacc. 5, 660. jussa dira tyranni. Cic. Phil. 13, 8. Esset tyrannum inaliqum: et ib. Dominum et tyrannum comparare in liberos nostros. Sen. Herc. Fur. 511. Qui morte cunctos luere supplicium jubet. Nescit tyrannus esse; diversa irroga: Miserum veta perire, felicem jube. P Tyrannum pro

tyrannorum est Pacuv. ap. Non. 2, 867. Tyrannum novi temeritudinem. P Graece τυραννος est ó και ή. Latine non item.

*TYRELEPHAS, antis, m. genus elephanti. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (edente Angelo Maio) 3, 31. Tunc tyrelephantes, et cum his etc. si modo sanus sit locus. B. A.

TYRIANTHINUS, a, um, adj. τυριανθίνος, qui est colore facto ex ianthino, hoc est violaceo, rursus Tyria purpura inebriato, ut vestes Tyrianthinae, quae colore hujusmodi sunt infectae. Mart. 1, 54. Sic interpositus villo contaminat uncto Urbica Lingonicus Tyrianthina bardocucullus. Vopisc. Carin. 19. Pallium Tyrianthinum. P De luxu miscendi colores in tingendis purpuris V. Plin. 9, 40. et 41.

*TYRIDATES, is, m. Τυριδάτης, frater Volgeis Parthorum regis, qui Neronis principatu Romam venit, et regni Armeniae diadema ab eo accepit. Tac. A. 6. et 7. B. A.

*TYRIENSES, ium, populi Pisidiae, quorum oppidum Tyrus. Plin. 5, 27. Sic ed. Hard. ubi antea legebatur Hyriensis. B. A.

TYRINS, V. TIRYNS.

TYRINTHIUS, V. TIRYNTHIUS.

[TYRISSEI, orum, m. plur. incolae Tyrissae, Macedoniae, urbis. Plin. 4, 10, 17. Phylacei, Cyrrestae, Tyrissaei. F.]

TYRIUS, a, um, adj. Τύριος, ad Tyrum pertinens, quae est urbs maritima Phoeniciae, condita ab Agenore rege: ex qua variis temporibus pars civium migrantes, Carthaginem (quae ideo et Tyros dicta est. Virg. A. 4, 36. et 43.), Gades, Uticam, Leptin in Africa condidere, Thebas in Graecia, ut est ap. Plin. 5, 19, 17., quamquam Sall. Jug. 80. Leptin a Sidoniis conditam tradit. Virg. A. 1, 350. sed regna Tyri germanus habebat Pigmalion. Ov. Fast. 5, 605. Tyria puella, h. e. Europa Agenoris filia, quae a Junone dicitur ap. eund. Met. 3, 258. pellex. Mart. 10, 51. Tyrius taurus, h. e. vector Europae. Claud. Laud. Stil. 318. Cadmus. P Tyrium mare, inquit Festus, in proverbium deductum est: quod Tyro oriundi Poeni adeo potentes maris fuerunt, ut omnibus mortalibus navigatio esset periculosa. Hinc maria Tyria concire, rem periculosam aggredi. P In mari circa Tyrum laudatissimae purpurae capiebantur, ex quibus optimus color Tyrius dicitur. Propert. 4, 5, 22. Et quae sub Tyria concha superbit aqua. Ov. A. Am. 3, 170. Nec quae bis Tyrio murice lana rubes. Id. Met. 6, 222. Tyrioque rubentia fuco Terga premunt: et ib. 10, 211. Tyrioque nitentior ostro Flos oritur: et ib. 6, 61. et Stat. Sil. 1, 2, 151. Tyrium quae purpura sensit ahenum. Tibull. 1, 1, 63. Tyrius torus, h. e. stragulo Tyrio ornatus: et ib. 10, 70. et Tyrio prodeat apta sinu, h. e. veste Tyria. Claud. Laud. Stil. 79. radiis auri Tyriaque superbit Majestate torus, h. e. Tyrii straguli ornatu. Id. Idyll. 1, 20. Tyrium venenum, h. e. color purpurae. P Tyrium absolute, Tyria purpura. Tert. Poen. 11. Num in cocino et Tyrio pro delictis supplicare nos convenit? P Tyrii, orum, Tyri incolae, Phoenices. Lucan. 5, 108. P Saepere refertur ad Thebas, quia Cadmus Tyrii quondam pulsus ab oris, in Aonia constitit exsul humo, ut ait Ov. Fast. 1, 489., et Thebas condidit. Stat. Theb. 1, 10. et ib. 12, 693. Tyrii montes, h. e. qui circa Thebas sunt. Sic ib. 9, 406. Tyrios melior venit annus in agros. Id. ib. 3, 406. Tyrius exsul, h. e. Polynices filius Oedipodis Thebarum regis. Id. ib. 11, 205. ductor, h. e. Eteocles rex Thebarum, frater Polynices. Id. Sil. 3, 1, 16. Tyrium plectrum, h. e. Amphionis Thebani, qui muros Thebarum lyra et cantu extruxit. Sic Id. Theb. 8, 232. canunt Lybiae reptantia saxa Achelyn, et duras animantem Amphiona cautes. Hinc Tyrii, orum, ap. eund. Theb. 1, 10. et ib. 2, 73. et ib. 9, 489. sunt Thebani. P Item ad Carthaginem, quam, ut ait Virg. A. 1, 16., Tyrii tenuere coloni. Id. ib. 24. Tyriae arces: et ib. 340. Tyriae virgines: et 392. Tyria urbs. Sil. 7, 268. Tyrii doli, h. e. Punicae fraudes. Id. 2, 24. patres, h. e. Poenorum senatus. Id. 8, 13. Tyrius miles, h. e. Annibalis exercitus: et 10, 171. ductor, h. e. Annibal. Claud. III. cons. Stil. praef. 9. Tyriae vires, h. e. opes Carthaginiensium. Id. B. Gild. 520. Urbs Libyam contra Tyrio fundata potenti, h. e. Caralis in Sardinia, condita a Carthaginiensibus. Ov. Trist. 2, 533. felix Aeneidos auctor Contulit in Tyrios arma virumque toros, h. e. in nuptias Didonis, quae Carthaginem condidit, cum Aenea. Tibull. 4, 1, 139. tellus fera Tyrio obsessa colono, h. e. Africa. Lucan. 7, 187. et 10, 457. Tyriae Gades, h. e. a Poenis conditae, ut Vell. 1, 2. f. tradit. et Plin. 4, 22, 36. et Sil. 3, 4. significant. Hinc Tyrii, orum, Carthaginienses. Virg. A. 1, 578. et ib. 4, 111. et Sil. 1, 82. etc.

[TYRO, onis, et us, f. Τύρο, Salmonei filia, quae ideo et Salmonis dicitur, quam vocem vide suo loco. Eius meminit Hyg. fab. 60. et 254. et Propert. 2, 21, 51. Vobiscum Iole, vobiscum candida Tyro. P Tyro, onis, m. V. TIRO. F.]

TYROPATINA, ae, f. placenta in modum casei

confecta ex lacte, ovis, et melle: a τυρός, Apic. 7, 11. f.

TYROS, V. TYRUS. TYROTARICHUS, i, m. τυροταριχος, genus obsonii villioris, ex caseo et salsamentis confecti: a τυρός, caseus, et τυριχος, salsamentum. Quidam volunt esse jus ex caseo salito expressum, quo in condimentis usi sint veteres. Cic. Att. 4, 8. Multa me in epistola tua delectarunt: sed nihil magis, quam patina tyrotarichi. Id. Fam. 9, 16. med. Quam tu mihi narraas tyrotarichi patinam? et f. Tu vero (volo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Adde Att. 14, 16. P. Ejus confectio ita describitur ab Apicio auctore culinario (si modo quidquam ad Ciceronis tyrotarichum pertinet), qui more adjectivorum hac voce utitur 4, 2. med. Patella tyrotaricha ex quocumque pisce salso volueris. Coques ex oleo, exossabis, et cerebella cocta, pulpas piscium, jecuscula pullorum, ova dura, caseum mollem exaldatum: haec omnia calefacies in patella: teres piper, ligusticum, origanum, rutae baccam, vinum, mulsium, oleum: patellam ad lentum ignem, ut coquatur, ovis crudis, obligabis, adordinabis: cuminum minutum asperges, et inferes.

TYRRHENI, orum, m. plur. Toscani, Etrusci, Tusci, Τυρρηνοί, populi Italiae, quorum regio Tyrrhenia, sive Etruria, sive Tuscia. Hos quidam indigenas Italiae, alii advenas fuisse dicunt. Qui indigenas censent, hoc nomen ipsis inditum ajunt ab aedificiis munitis, quae in urbium moenibus erigi solent, quae Graece τυρρηνοί, et τυρρηνοί, Latine turres appellantur: quod primi omnium in Italia eas exstruxerint, in iisque habitaverint. (V. TURRIGENA.) Sunt, qui dicunt, eos alienigenas esse: alii ajunt, Lydos, sive ponte, sive ob agri sterilitatem, patria relicta, in Italiam navigasse, Tyrrhenum coloniae ducem fuisse, gentisque nomen ase imposuisse. Hunc vero Tyrrhenum alii dicunt filium fuisse Atyos ex Callithea, alii Herculis ex Omphale. V. LYDIUS. Alii dicunt a Mysis ortum trahere, et ita appellatos esse a Tyrrheno Telephi filio, qui post Trojae incendium in Italiam venerit. Alii aliam eorum originem tradunt. Virg. A. 11, 733. Tyrrheni, quae tanta animis ignavia venit?

TYRRHENIA, ae, f. Etruria, Tuscia, regio Italiae. V. ETRURIA. Ov. Met. 14, 452. Concurrat Latio Tyrrhenia tota, diuque, etc. TYRRHENICUS, a, um, adj. Tyrrhenus. Inscr. ap. Grut. 690, 5. Stagna sub Oreani Tagus, et Thyrrhenica Iberus, h. e. Tagus in Oceanum influens, et Iberus in mediterraneum, cujus pars est Tyrrhenum mare. Auson. ep. 24, 88. Tyrrhenica Tarraco, h. e. ad Tyrrhenum mare sita. V. v. sq. TYRRHENUS, a, um, adj. Τυρρηνος, ad Thyrrhenos pertinens, Tuscus, Etruscus. Virg. A. 10, 691. Tyrrhenae acies: et ib. 8, 555. Tyrrheni ad limina regis. Id. ib. 7, 663. Tyrrhenum flumen, h. e. Tiberis: et ib. 10, 787. Tyrrheni sanguis, h. e. Tyrrhenorum regis. Val. Flacc. 7, 83. Tyrrhenus magister, h. e. gubernator Tyrrheno mari navigans. Virg. A. 8, 458. Et Tyrrhena pedum circumdat vincula plantis, h. e. crepidas a Tuscis sumptas, quas primo habuere senatores Romani, postea equites, denique milites, inquit Servius. Alii intelligunt calceos senatorios, a Tuscis itidem sumptos. Ov. Met. 4, 23. Tyrrhenaque mittis in aequor Corpora, h. e. nautas Tyrrhenos, qui Bacchum fallere conabantur: quod ille in delphinis versos in mare mersit, ut Ov. Met. 3, 605. narrat. Sic de delphinis Id. Fast. 3, 723. Ecce libet subitot pisces, Tyrrhenaque monstra Dicere: et Sen. Ag. 451. et Val. Flacc. 1, 130. Tyrrhenus piscis. Stat. Achill. 1, 56. Tyrrheni greges. scil. delphinorum. Stat. Sil. 5, 3, 82. Tyrrhenae volucres, h. e. Sirenes, quae aliquando in scopulo Tyrrheni maris juxta Surrentum habitaverunt. P. Quia tuba dicitur esse inventum Tuscorum, ut in ea voce dictum est, hinc Virg. A. 8, 526. (Stat. Theb. 3, 650. et Sil. 2, 19.) Tyrrhenusque tubae mugire per aethera clangor. Stat. Theb. 6, 404. insonuit Tyrrhenum murmur. Virg. G. 2, 193. Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras, h. e. tibicen: quia quae ad sacra pertinent, Romani a Tuscis acceperunt paene omnia. P. Tyrrhenum mare, inferum, mar di Toscana, Τυρρηνη θάλασσα, pars maris mediterranei, a Macra flumine usque ad fretum Siculum. Plin. 3, 5, 10, Virg. A. 1, 71, Hor. Od. 3, 24, 4. et alii. Tyrrhenus absolute, de Tyrrheno mari. Val. Flacc. 4, 715. tantas quamvis Tyrrhenus et Aegaei Volvat aquas. P. Thyrrhenum dicitur etiam mare mediterraneum, qua Hispaniam alluit. Paul. Nol. carm. 10, 235. Qua Betis Oceanum, Tyrrhenumque auget Iberus. P. Tyrrhenus pro Romano, seu Italo. Sil. 1, 110. de Annib. horreat ortus Jam pubes Tyrrhena tuos. P. Tyrrhenum pro Tyrrhenorum habet Virg. A. 11, 171. et 835.

*TYRRHENUS, i, m. Herculis filius, inventor tuba. Hyg. fab. 274. Plin. 7, 16. Cf. Virg. A. 8, 526. et V. Tyrrhenus, a, um. P. Alii Atyos filium eum fuisse volunt. V. in Tyrrheni, orum. P. Et nomen viri apud Virg. A. 11, 612. B. A.

*TYRRHEUM, i, n. oppidum Acarnaniae. Liv. 38, 9. Tyrreum, Tyrreho. Sic ed. Gronov. ubi ed. Drakenb. Thyrium, Thyrio. B. A.

TYRRHIDAE, arum, m. plur. filii cujusdam Tyrrii pastoris regis Latini in agros Laurenti, ap. Virg. A. 7, 484. *P. Patris nomen, Tyrrius vel Tyrreus, occurrit apud Virg. A. 7, 485. ubi ed. Heyn. secunda habet Tyrreus. In ed. prima est Tyrrius, quae vetus lectio est. B. A.

*TYRRHUS vel Tyrreus. V. voc. praec. B. A. *TYRTAEUS, i, m. Τυρταίος, poeta Graecus, cujus Plato meminit, eumque bonum et sapientem dicit in libris de Legibus. Tyrtaei fragmenta quaedam, quae exhortationes sunt ad virtutes bellicas, et animi praesentiam in pugna, apud Stobaeum videntur in Serm. 48 et 49. Instituit Tyrtaeus chorum illum, qui τυρταεος dictus fuit, juxta triplex aetatum discrimen, in quo senes incipiebant canentes, ἄρτες ποτ' ἦμες ἀκμῆοι νεωλάοι. Meminerunt Justin. 3, 5. Horat. A. P. 402. itemque Plutarchus, Pollux et Strabo. B. A.

TYRUS, et Tyros, i, f. Sur, Τύρος, urbs Syriae in Phoenicia, in ora maris mediterranei, ab Agenore, condita. Olim fuit insula, praealto mari DCC. pass. a continenti distans: sed ab Alexandro, M., dum obsideret, operibus terrae conjuncta, ut est ap. Plin. 5, 19, 17. Quam obsidione fusa describit Curt. 4. a. c. 2. Olim fuit portu clara, urbis genitrix Lepti, Utica, Carthagine, Gadibus in Africa, et Thebis in Graecia. V. TYRIUS. Graeca positione fere utuntur poetae. Tibull. 1, 8, 20. Prima ratem ventis credere docta Tyros: scil. quia Tyrii mercaturae dediti, primi docuere carinis, ut ait Avien. Perieg. 1065. Ferre cavis orbis commercia, sidera primi Servavere poli. Sil. 1, 74. Cum fuge-ret Dido famulam Tyron, impia diri, etc. famulam dicit, quia tunc Pygmalionis tyrannide opprimebatur. V. Virg. A. 1, 350. Dicitur a Lucan. 3, 217. Tyros iastabilis. Curt. enim 4, 4. f. crebris terrae motibus vexari tradit. P. Nunc, inquit Plin. l. c. omnis ejus nobilitas conchylio atque purpura constat. Tibull. 4, 2, 16. Vellera det fucis bis madafacta Tyros. Propert. 3, 11, 7. Et Tyros ostrino praebet Cadmea colores. P. Hinc metonymice ponitur pro ipsa purpura. Mart. 2, 29. Quaque Tyron toties epotavere lacernae: et 6, 11. Te Cadmea Tyros, me pinguis Gallia vestit. *P. Fuit et Tyrus mater Veneris Syriae. Cic. Nat. Deor. 3, 23. B. A.

[TYRUS, i, m. τυρός, butyrum, caseus. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 997, 5. Ti. Julius Tyrus. F.]

*TYSCOS, i, vicus Asiae minoris. Liv. 38, 18. B. A. TYSDRITANUS, a, um, adj. ad Tysdrum pertinens, ut Tysdritana juvenus, Capitol. Gord. 11. Est autem Tysdrus urbs Africae in regno Tunetano, ad Syrtin minorem. Id. ib. 7. et 8. Ap. Plin. 5, 4, 4. Est Tysdritanum oppidum: ap. Ptol. 4, 3. est Θύσδρος.

*TYSIAS, ae, m. Τυσίας, orator. Cic. de Invent. 2, 2. Sed rectius scribitur Tisias, q. V. B. A.

TZ.

*TZITZI, oppidum Aegypti, in Thebaide. Anton. Itin. B. A.

U

U, Ultima vocalium Latinarum, (apud Graecos u, et ov) saepe consonantis vim habet, nempe quoties alteri vocali praeposita eam comprimit, ut in vaco, velox, vita, vox, vultus. Poetae autem saepe dissolvunt, ut in eoluisse, quod Ov. Her. 12, 4. quinque syllabarum facit: et in silua, quod Hor. Epod. 13, 2. trium. Saepa mutatur in o. Olim enim dixerunt Hecoba, notrix, ut ait Quint. 1, 4., et passim ap. Plaut., Lucr., Sall., Virg., hodieque legimus dederunt, vultis, volgus, vultus, voster, servos, publicus, polcher, etc. Quin multis Italiae populis ignotam olim fuisse, scribit Prisc. 1, 554. Interdum pro i, ponitur, ut in lubens, carnufex, maxumus: et pro e, ut legundi, capiundus. Aliquando nec vocalis, nec consonans est, ut Diomed. 2, 416. et Prisc. 1, 555. tradunt. Hoc fit in quis, quam, quoniam, sanguis, lingua, et hujusmodi. Graeca v. Latine in hanc vocalem saepe vertitur, ut Sulla, murrhinus, ludius, mus, tus, etc. P. In notis valet vivus, vivens, vir, votum, etc. In numeris V. valet quinque. P. Hinc in vet. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 610. V. nominibus propriis praefixa significat, illum adhuc vivere, quemadmodum O denotat, eundem jam mortuum. V. THETA. [*P. Saepissime confund. in inscriptionibus V. et B. V. Orell. collect. Inscr. lat. 1140. ubi atabisque: et ib. 1162. ubi curbati. Porro ib. 1175 leg. boluerit, et decevet; 1368. balbis pro valbis; 1893. berna pro verna; 2867. binara pro vinaria; 2504. Vase = Basi. — Confund. etiam u et o. V. Cort. ad Lucan. 3, 277. Beier. Cic. Fragm. p. 185. sq.]

VA

[VÄÄLÄ, et Valä, et Vallä, ae, m. cogn. R., quod cuidam C. Numonio datum fuisse videtur ob vallum strenue propugnatum, ut constat ex nummo G. Numoniae ap. Morell. Numism. fam. R., in quo duo milites Romani vallum adversus unicum hostem defendunt. Vaala autem ἀγαλῶν; ibidem scribitur tam in antica, quam in postica nummi parte, quia olim vocalis longa duplicatione ejusdem vocalis indicabatur, ut Felix et Suura pro Felix et Sura; cum e contrario litterae consonantes nunquam geminantur. Deinceps Valla fuit cognomen Numonii illius, qui Vari legatus eundem turpiter deseruit in bello Germanico contra Arminium, cujus meminit Vell. 2, 119.; cuique fortasse scripsit Hor. Ep. 1, 15, 1. Quae sit hiems Veliae, quod coelum, Vala, Salerni, etc. Tandem Valla scriptum fuit hujusmodi cognomen, ut L. Tuccius Valla ap. Plin. 7, 53, 54. P.]

*VABAR, Numidiae fluvius. Mela 1, 6. B. A.

VACANS, antis, part. a vaco: ἀναλάσων, vacuus, carens. Cic. N. D. 1, 10. Si mens constare potest vacans corpore. Virg. G. 3, 476. videat desertaque regna Pastorum, et longe saltus lateque vacantes, h. e. sine armentis. Tac. H. 3, 11. Vacantium forte balnearum fornacibus abditus. Quint. 9, 4. med. Neque ignoro, in fine pro longa accipi brevem, quod videtur aliquid vacantis temporis ex eo, quod insequitur, accedere, h. e. vacui a verbis et pronuntiatione. Aelius Gallus ap. Gell. 16, 5. Janua procul a via est, area vacanti intersita, h. e. in qua aedificati nihil est. Just. 25, 2. Neque aliter servata castra, quam quod deserta sunt: siquidem Galli ubi omnia vacantia, nec sine defensoribus modo, verum sine custodibus vident, etc. Id. 27, 3. Quasi vacantem Asiae possessionem invasurus: et 42, 4. Vacans regnum occupare. Lucan. 2, 440. fines hoste vacantes. Tac. A. 3, 28. Velut parens omnium populus vacantia teneret, h. e. bona sine domino, et sine herede. Sic Ulp. Dig. 30, 1, 93. et Mart. ib. 111. Lege Julia bona vacantia ad fiscum pertinent. Quae appellat Id. Ulp. ib. 38, 9, 1. bona vacua. P. Animus vacans, sine curis, otiosus. Ov. Met. 9, 611. nec petiit horamque, animumque vacantem. Coel. ad Cic. Fam. 3. Cum Romae eras, hoc mihi certum ac jucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere. Lucan. 5, 126. Vacans curis. P. Vacantes in militia sunt supernumerarii, ad comoda tantum participanda inter milites relati. Trebell. XXX. Tyr. 18. Gaudens, quod ejus consilio nullum adscripticum, id est vacantem haberet. Ammian. 15, 3. Marinus tribunus ex campidoctore vacans. Hinc Suet. Claud. 25. Instituit et imaginariae militiae genus, quod vocatur super numerum, quo absentes, et titulo tenus fungerentur. V. VACANTIVUS. P. Vacantia, res supervacuae. Gell. 6, 5. med. Putare, veteres dixerunt, vacantia ex quaque re, ac non necessaria auferre et excidere. P. Mulier vacans, meretrix, virgo, vel vidua. Quint. decl. 15, 2. Malignitas est persuasione humanae, formam vacantem vocare meretricem: et decl. 262. med. Jam tum non eras maritus, cum animus tuus spectabat vacantes. Mart. Dig. 48, 6, 5. Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo supplicio punitur. Vacuum dixit Ov. Her. 20, 149. Elige de vacuis, quam non sibi vindicet alter. Si nescis, dominum res habet ista suum. P. Vacantia vina, quae parata sunt quidem, sed in mensam nondum illata. Sabin. 1. f. Forsitan ante dapes, interque vacantia vina Ulitoris pharetris utile tempus erit, h. e. cum proci ad coenam convenient, et intenti obsonia expectabunt. [*P. Confund. vacans et vagans. V. Cort. ad Luc. 5, 126.]

VACANTER, adv. νεκρῶς, supervacue, inaniter, frustra. Gell. 17, 10. f. Vacanter hoc etiam accumulavit, et inaniter.

[VACANTIVUS, a, um, adj. vacationem habens. Lampr. Alex. Sen. 15. Jurejurando se constrinxit, ne quem adscriptum, id est vacantivum, haberet, ne annonis rempublicam gravaret. Ita pro vacantem recte emendavit Gruter. in adnotat. ad h. l. ex Cod. Palat. in quo vacantivum erat, adsentientibus Reines. Syntagm. cl. 9. n. 47. et Ducang. in Glossar. med. et inf. Latin. V. VACANS. F.]

VACAT, abat. V. in VACO.

VACATIO, onis, f. ἀναλή, cessatio ab opere, imunitas. Cic. Fam. 9, 6. f. Quae studia vacationem habent publici muneris. Id. Leg. 1, 4. Nullam tibi a causis vacationem dari video. Id. Brut. 31. Vacationem augures, quo minus iudicii operam darent, non habere. Id. Verr. 2, 5, 22. f. Quae colonia est in Italia tam bono jure, quod tam immune municipium, quod per hosce annos tam comoda vacatione sit usum rerum omnium, quam Mamertina civitas per triennium? et N. D. 1, 20. Nos beatam vitam in animi securitate, et in omnium vacatione munerum ponimus. Sen. ep. 85. Vacatio malorum, h. e. vacuitas, privatio. P. Vacatio militiae, dicitur, cum milites vel propter expletum stipendiorum tempus, vel propter aetatem, quae, ex Sen. Br. V. 20., erat annorum L., vel alia quapiam de causa militare non coguntur. Caes. B. G. 6, 13. Druides

militiae vac
 unitatem.
 haberet an
 Plura huj
 vos causae
 Cic. ap. S
 Numulum
 corum vac
 notandum
 contextu
 ismodi mil
 lator: hin
 Te. H. 1,
 et annus
 hunc annu
 ECCA,
 1. 3. Disce
 ada juven
 caeca.
 equae
 177. feta
 3. 524.
 31. Sic
 Or. Met. 2,
 Cula
 formae, lo
 iusis, o
 mistis et l
 compressis
 angulis mo
 nomine lu
 35. Item o
 B. Afr. 7
 72. *Hod
 Item oppi
 c. 74.
 quod tam
 29. (al. 31
 apud Sil.
 itaque
 ultramque
 [VACCA
 racensis
 meminit.
 carorum.
 VACCIN
 pure colo
 iter erudi
 do, alii
 sed in F
 ditinguitu
 qui nuper
 curavit, q
 disputata,
 hie vaciet
 nium Nyr
 non nigri
 tra cadum
 Variata su
 nilestem e
 cium et
 tum, si fo
 vacantia n
 vident al
 tein vas
 etc. et mo
 et las misc
 Tit. 1,
 es. Plin.
 pis natu
 eum ad
 ficanda et
 quoniam
 vultu
 hycantia
 nium idem
 loci curam
 VACCIN
 Pin. 28,
 31. Vacci
 VACCI
 E. R. 2.
 VACCO
 loca. A
 nota cu
 Tenore
 resp. R.
 cula in I
 VACCU
 explorata
 fut N. V
 lio facio
 19. Vi
 im, sed
 tio ejus
 caloque
 VACEF
 1003.
 1015.
 VACRI
 tam Verr
 ad quem
 Tom